

ILLVSTRISSIMI VIRI
PETRI DE MARCA
ARCHIEPISCOPI PARISIENSIS
DISSERTATIONVM
DE CONCORDIA
SACERDOTII ET IMPERII,
SEV
DE LIBERTATIBVS
ECCLESIAE GALLICANÆ,
LIBRI OCTO.

*STEPHANVS BALVZIVS Tutelensis hanc secundam editionem recognovit,
emendavit, illustravit, & quintum librum supplevit.*



PARISIIS,

Apud FRANCISCUM MUGUET Regis & illustrissimi Archiepiscopi Parisiensis
Typographum.

MDCLXIX.

CVM PRIVILEGIO REGIS.



VIRO SVPERILLVSTRI

PETRO SEGVIERIO

GALLIARVM CANCELLARIO.



*PROVIDENTIA Dei factum arbitror, ILLUSTRIS-
SIME DOMINE, ut edendorum
librorum de concordia sacerdo-
tij & imperij, à viro pacis aman-
tissimo compositorum, captum
consilium fuerit eodem ferme tem-
pore quo dissociata est concordia Summi Pontificis &
Regis Christianissimi, quæ nuper interrupta fuit
fata concordia rarò sempiterna. Arduum enim est
eodem loco potentiam & concordiam esse. Qua-
propter bene cum rebus humanis agitur, quoties*

EPISTOLA.

mortalium aliquis ita compositus & temperatus invenitur ut pacem quàm bellum malit ; & rationem inire non recuset retinenda concordia inter Principes ; procul à turbulentis veterum Britannorum moribus , qui pacis incommoda differentes ; aequè discordiam præpositorum , aequè concordiam subiectis exitiosam esse aiebant. Immensum à seditiosa illa persuasione absuit interpret hic pacis & concordia , cujus dissertationes de concordia sacerdotij & imperij sub felicibus tui nominis auspiciis in lucem nunc emittuntur , **VIR ILLUSTRIS**. Hic enim cum intelligeret breve esse consinium pacis & belli , ac vitari vix posse quin sacerdotij & imperij concordia interdum dissolvatur , arctissimis licet vinculis adstricta , ex eaque discordia necessario oriri perniciem cum magna reipublica calamitate conjunctam , omne studium omnemque industriam suam in id convertit ut modum demonstraret quo res ad concordiam adducerentur , si cæco casu & volubilitate fortuna regnum & sacerdotium inter se committerentur ; vel si statim revocari concordia non posset , rempublicam summa dignitate defendere liceret , ac tamen interim debita sedi apostolica reverentia non omitteretur. In quo argumento adeo feliciter versatus est ut facile deinceps futurum sit occurrere discordiis , habiturusque sit orbis Christianus remedia ante malorum experimentum. Cum autem decrevis-

EPISTOLA.

sem in publicum emittere hos libros , secundum quod ipse supremis sermonibus mandaverat , investigaremque sub quibus auspiciis eos prodire juberem , tu in primis occurristi , **VIR SUMME**, pluribus de causis , ac inter alias , quòd illustrissimum Archiepiscopum Parisiensem , eorum auctorem , summa semper benevolentia prosecutus sis viventem , memoriámque extincti sanctissimè conserves. Sanè non institui heic laudare pietatem tuam , **CANCELLARIE ILLUSTRISIME**, ac singularem tuam reverentiam in sedem apostolicam , obsequium in Principem , aut fidem in rempublicam : quæ omnia in te adeò clara & illustria sunt ut prorsus inutile futurum sit si his diutiùs immorer , aut encomium tuum heic enarrare contendam. Illud tantum dicam , nemini potius dedicari posse hos libros quàm viro harum rerum peritissimo , & cui ingenium sit natum ad alendam concordiam sacerdotij & imperij , atque adeo tibi eo quoque nomine in primis deberi. Neminem enim arbitror adeo peregrinum esse in historia nostri temporis ut nesciat magnam à te curam semper adhibitam ne quid de sacrorum religione minueretur , constantemque omnino fuisse adversus eorum audaciam qui Romani Pontificis auctoritatem deprimere tentarunt in variis occasionibus. Idem tamen Libertatis Ecclesie Gallicanae , ut decebat summum Galliarum Cancellarium , propugnatorem acerrimum te semper praestitisti , mirabili temperamen-

EPISTOLA.

*to inter invictam contradicendi libidinem & pro-
Etam adulationem , adeo ut quidam LIBERTATIS
SACERDOS dici possis. Accipe igitur , VIR A.M.
PLISSIME , munus hoc meum ea qua soles benevo-
lencia ; meque ingentium tuarum virtutum venerato-
rem cultoremque esse patere , qui nemini mortalium
concedo in ea obsequij gloria.*

Lutetiæ Parisorum , Kalendis Iunij ,
ANNO MDCLXIII.

STEPH. BALVZIVS.



STEPHANI BALVZII
TVTELENSIS

PRÆFATIO
AD LECTOREM.

PRÆCLARE Germanicus apud Tacitum in secundo annalium libro, *Non hoc præcipuum amicorum munus est, inquit, prosequi defunctum ignavo questu, sed quæ volueris meminisse, quæ mandaveris exequi.* Desleo equidem illusterrimum virum, ac sempiterna memoria dignum, Petrum de Marca Archiepiscopum Parisiensem, optimum Mæcenatem & patronum meum; ac tamen etiam lamenta & lacrymas fortasse aliquando deponam, nam hæcenus non deposuisse me verè dicere possum, dolore tamen ac tristitiam ponere non velim, semperque meminero mandatorum ejus. Mandavit autem ille supremis sermonibus ut curam susceperem lucubrationum ejus, sive earum quæ jam editæ fuerant; sive etiam illarum quæ nondum prodierant in lucem. Sciebam destinasse illum nova editione donare dissertationes de concordia sacerdotij & imperij, si diutiùs in vita fuisset, illisque addere libros qui promissi ab eo in præfatione fuerant, pulehro sanè & utili consilio. Ea de causa, eùm illo mortuo relegerem schedas ejus, putavi debere me ab illarum dissertationum editione incipere in exequendis mandatis ejus. Accessit deinde auctoritas illustrissimi viri Franeisci Bosqueti Episcopi Monspelienensis, virtutum & literarum antistitis: qui pro veteri amicitia quæ illi cum Marea fuit, & pro eximia quadam in me propensione, me statim verbis amantissimis & honorificentissimis hortatus est ut quamprimum me acingerem ad novam editionem istarum dissertationum, cujus adornandæ consilium ab auctore non ita pridem eaptum fuisse noverat. Et ut vehementiùs me, licèt ad id sponte currentem & mandato Mæcenatis adstrictum, incitaret, additionem quandam postea misit quæ edita est in capite primo libri secundi, cujusque scribendæ occasionem deprehendere poteris, Lector, in epistola quam vir illustrissimus ad me pro sua humanitate tum scripsit, quæ edita est inter Elogia. Multi præterea amicorum me crebrò monuerunt ut libros istos editionis honore donarem, nihil posse me præclarior aut pulchrior efficere pro Gallicanæ Ecclesiæ & istius florentissimi regni gloria, debere me etiam istud memoriz illustrissimi Archiepiscopi ne

PRÆFATIO.

patreret intercideret opus tot annorum & tam eruditatum vigiliarum. His de causis manum operi admovens, priores quatuor libros recensui, commendavi, aliquot additionibus ab auctore ipso compositis auxi, denique notis illustravi ubi occasio tulit. Addidi deinceps totum secundum integrum, nunquam antehac editum; in quo edendo præcipuè opus fuit mea cura & diligentia. Nam præterquam quod libri isto tomo comprehensi describendi fuerunt ex autographo viri illustrissimi, sextus liber itémque septimus Gallicè tantùm extabant, ideòque vertendi fuerunt in linguam Latinam, quod etiam contigit in ultimis duodecim capitibus libri octavi. Nam nihil moror operam quæ conlocata est in conscriendis capitum breviariis.

Cùm editio isthæc vulgata fuisset, jta publica omnium ordinum Gallie gratulatione suscepta est ut vix quisquam fuerit eorum qui hæc studia amant & quilibet illum statim non legerit, nemo qui non admiraretur consilium & industriam operis. Itaque omnes summum virum ferre laudibus, quòd tam acerultor violatæ disciplinæ ecclesiasticæ fuisset & libertatum Ecclesiæ Gallicanæ propugnator & studiosissimus & fortissimus. Videre erat eruditos & istarum rerum curiosos venire festinos ad typographum, tanquam vererentur ne non brevi superesset exemplar venale. Neque verò intra Galliam substiit hic ardor. Perrupit etiã claustra oceani ac maris mediterranei, montesque ac flumina superavit. Nam præter Italos, Hispanos, Anglos, Belgas, Batavos, Germanos, qui vicini nobis sunt, quisque librum illum ad se mitti è Gallia postularunt, delatus est etiam usque ad ultimos ferè Pannoniarum fines. Vnde in universum æstimanti, affirmare licet vix unquam emerisisset librum qui tanto favore generis humani exceptus sit, & cui tam præsto tamque constanter adfuerit eruditorum honum approbatio.

Sed adversùs hæc reclamant ranz quædam & cyniphæ & muscæ morituræ, (ut Vincentij Lirinensis verbis utamur) dicentes totum secundum istius operis esse imperfectum, lucubrationes porrò quæ à doctis viris componuntur pro infectis habendas esse si non ultimam manum illis admoverint, istas editas fuisse ex apographo Gallico nullius auctoritatis, ex eòque veras fuisse in linguam Latinam, cum porrò multa ex opinionibus suis circa potestatem ecclesiasticam mutasse postquam factus est Episcopus. Satis audacter, ut opinor. Vnde enim habent Marcam non admovisse ultimam manum his dissertationibus? Immo ego certus sum admodum ab illo fuisse paulò antè quàm moreretur, id est, initio anni millesimi sexcentissimi sexagesimi primi. Quod qua ratione evenerit, paucis exponam. Res enim est magni momenti. Agebatur tum de judicandis Episcopis quæ formulæ adversùs quinque propositiones è Iansenio excerptas subscribere recusarent. Cùm ea res à conventu Ecclesiæ Gallicanæ, qui tum Parisiis habebatur, delegata Marcæ fuisset unà cum nonnullis aliis Episcopis & secundi ordinis Clericis, jussit ille ut sibi traderem dissertationes de Conciliis provincialibus & nationalibus Gallie & de judiciis canonicis Episcoporum. Illas ergo relegit diligenter; & tandem, cùm eas mihi rursùm commisisset servandas, his omnino verbis usus est: *Hæc tu mihi serva diligenter. Quo tempore scribebam dissertationes istas, totum illud negotium mihi, ut video, valde perspectum erat. Dissertatio præsertim de judiciis canonicis Episcoporum est plurimi facienda. Nihil à me unquam elaboratum est tam accuratè. Ita de se loquebatur vir modestissimus, non dicturus si putasset dissertationes illas ad incudem revocandasse.*

Aunt

PRÆFATIO.

Aiunt deinde illas editas ex Gallico exemplari nullius auctoritatis, & in Latinam linguam verfas, à Baluzio nimirum. Atqui Baluzius descripsit ex autographo viri illustrissimi, non ex apographo quodam mutilo aut imperfecto; ut verè scriptum ab illo sit eas ex autographo editas fuisse. Necessarium autem fuit illas verti Latinè, quia reliquæ partes operis Latinæ erant. Id verò fecit Baluzius ea fide & ea diligentia ut ne æmuli quidem ejus ausi hæcenus sint eum arguere malæ fidei, facturi haud dubiè si qua lux mendacij & imposturæ affulsisset. Vbinam igitur est crimen quod severi illi alienorum factorum dictorumque censores imputant Baluzio?

Quod verò aiunt Marcam multa ex opinionibus suis circa potestatem ecclesiasticam mutasse postquam factus est Episcopus, nescio quid intelligant verbis illis generalibus. Nam si de fide agitur, ille semper docuit damnationem hæresion ad Ecclesiam pertinere, & in hujuscemodi rebus Principes sequi debere, non præcedere; neque puto illos qui ista scribunt velle dicere ipsum sententiam in hoc suam mutasse. Quòd si disciplinæ ratio attenditur, non diffiteor quin illi contingere interdum potuerit quod istarum rerum curiosis contingere sæpe solet, nimirum ut post multas vigilias, postquam causas maturius ac diligentius examinarunt, abjectis primis cogitationibus suis, vera pro falsis amplectantur. Regula enim ac lege fidei, quæ una omnino est, ut Tertullianus ait, sola immobili & irreformabili manente, cetera admittunt novitatem correctionis. Attamen illud est magnificum ad gloriam istorum librorum, quòd illustrissimus Archiepiscopus nihil in illis consensit esse mutandum. Cur enim, si mutavit sententiam, non igni abolevit istas dissertationes, ne quid ex veteribus opinionibus suis superesse posset? Atqui ita non damnandas esse arbitrabatur ut etiam sub finem vitæ eas se dignas esse pronuntiaret, ut suprà diximus. Eant ergo ridicula hominum figmenta. Maneat suus libris istis honor & sua reverentia.

Reliquum est ut hæc nonnulla dicamus ad commendandam secundam istam editionem, non sanè captandæ hinc gloriæ causâ, sed ut sciant lectores quantum utilitatis ex ea derivari possit in publicum. Ea quippe prima mihi semper cura fuit. Igitur admonendus est lector novam istam editionem multò emendatiorem esse quàm primam, tum adnotatum ferè ubique esse in margine si quando de eadem materia tractatur in diversis totius operis locis, laudatos pleròsque scriptores in margine qui consuli possunt ab eo qui causam quampiam accuratè cognoscere voluerit, reddita Latinè loca quædam quæ Gallicè tantùm extabant in fine libri sexti, denique nihil omissum esse ut hæc editio prodiret emendatissima, adeo ut affirmare liceat mendas non admodum multas remansisse in tam vasto opere.

Deinde, cum liber quintus, in quo tractatur de dignitate & auctoritate Legatorum sedis apostolicæ, imperfectus esset, tum mea sponte tum amicorum hortatu hanc in me curam suscepi ut eum supplerem, non sine magno labore. In illo autem supplemento fusè disserui de vicariatu Episcoporum Thessalonicensium & Arclatensium, de frequentia legationum, de cupiditate, avaritia, fastu, & luxu Legatorum, de procurationibus eorum, de facultatum examine antè quàm munere suo fungantur. Hæc sunt præcipua capita illius supplementi.

Occasio postulat ut quoniam mentio incidit libri quinti, qui gravissima errandi causâ Fageto fuit, hæc nobile illius mendacium detegam. Ex qua

P R Æ F A T I O.

cura nostra illum maximum fructum percipient cruditi, quòd facile intelligunt quàm parva ei fides habenda sit in rebus magni momenti, cùm in illis levissimis immensum aberret à vero. Ait ille dissertationem de Legatis Latine scriptam à Marca esse anno MDCXL. antè quàm liber Optati Galli, cujus occasione scriptus est liber de concordia, prodidisset in publicum, illamque manu scriptam Cardinali Richelio & Cancellario traditam à Marca esse *de publico nil cogitante*. Hæc sunt enim Fageti verba. Quis verò de re ista dubitare posset post testimonium reverendi illius viri, qui tum adeo assiduus auctori erat ut priores quatuor libri de concordia antè manu ejus descripti sint, postquam eos Marca elucubraverat, quàm typographo traderentur? Aliter tamen se res habet. Nam tractatus iste de Legatis scriptus tantùm fuit post quatuor libros de concordia, editusque simul cum aliis statim fuisset hic quintus liber, nisi præcipitata fuisset editio operis curâ Eminentissimi Cardinalis Richelij, ut dixi olim in præfatione mea ad libros de concordia. Adhuc tamen illud ipsum probabo manifestissimis argumentis. Hic verò mihi lucem commodissimè præferet ipse reverendus Fagetus; qui quo tempore dissertationes istæ conspuebantur ab illustrissimo viro, eas, ut toties dictum est, manu sua describebat; ubi verò ventum est ad librum quintum, cujus editione superfederi placuit, operam suam interruptit, postquam aliquot tantùm paginas descripsisset quæ sunt in potestate mea. Initium itaque istius tractatus, quale manu Fageti descriptum habeo, tale est: *Liber v. cap. 1. Post assertam superiore libro conservandarum libertatum Ecclesie Gallicane auctoritatem, Legatorum à latere dignitas & claritudo priorem locum sibi vindicat in his dissertationibus*. Respicit itaque ad librum quartum operis de concordia, in quo agitur de appellationibus tanquam ab abusu. Rursum dissertationem istam scriptam esse de concordia evincit vel iste locus ex capite x. v. hujus libri v. §. v. *Cur autem in Concilio Francofordiensi hæc synodus admissa non fuerit, diximus libro 11. cap. xv 11*. Librum porrò istum ab auctore scriptum esse ut ederetur simul cum quatuor prioribus probant sequentia verba ex cap. x. §. 1. *Sed restitutionem istam Theodoretii accuratè discussimus tomo secundo in exercitatione de iudiciis canonicis Episcoporum*. Ita nos hunc locum edidimus in prima editione. Vnde interim colliget lector fidem meam in edendis his libris. In hac verò secunda editione, cùm animadverterem hunc tractatum à primo tomo, cui destinatus erat, transisse in secundum; voces illas tomo secundo jugulavi ut inutiles & superfluas.

Cogitasse porrò Marcam de edenda dissertatione illa de Legatis colligitur etiam ex dissertatione de epistola Vigilij, in qua §. x 11. ita scribit: *Prima enim semper fuit in synodis acumenicis sententia Romani Pontificis; qua non expectata, nihil decerni moris erat; quemadmodum servari solebat in senatusconsultis ad orationem Principum factis, ut dicam tomo secundo de concordia sacerdotij & imperij*. Respiciebat enim ad caput septimum & octavum libri quinti de concordia.

Probant hæc, ut ego quidem arbitror, dissertationem de Legatis scriptam esse post susceptum consilium scribendi operis de concordia, Marcam porrò de publico cogitasse cùm illum scriberet, contrà quàm asserit Fagetus. Sed quòd addit idem reverendus vir, Marcam dissertationem istam manu scriptam dedisse Richelio & Cancellario, omnino ridiculum est. Nam ea perfecta nunquam fuit, ob præcipationem quam diximus Cardinalis Richelij, & vix ad quartam partem pervenit rerum quas in libro illo ponere desti-

PRÆFATIO.

naverat auctor; ut planum est ex præfatione ejus, in qua rationem consilij sui exponit. Daturus autem non fuit ille pro sua prudentia opus imperfectum, præsertim summis viris. Si quid heic memoria habuisset Fagetus, si librum illum vidisset quo tempore ista scribi consentiebat, non incidisset in hunc pudendum errorem. Sed, ut video, non tractavit editionem libri de concordia quam ego procuravi; & transversum præterea illum egit impotens libido destruendi quæ à me scripta erant, tum etiam deforme obsequium quod auctoribus suis præstitit in scribenda vita illustrissimi Archiepiscopi. Simile mendacium de libro de Primatibus nos nuper deteximus in præfatione nostra ad tres dissertationes illustrissimi Archiepiscopi.

Post constitutum tempus quo liber quintus scriptus est, necessarium videtur nonnulla dicere de tempore quo tres libri sequentes elucubrati sunt. Sextus & septimus compositi Gallicè sunt anno MDCXL. traditque tum manu scripti Cardinali Richelio. Libri octavi sexdecim priora capita confecta Latine sunt anno MDCXLII. post reditum Marce ab Hispania citeriori. Duodecim verò ultima ejusdem libri capita, quæ continent satis uberem dissertationem de investituris & de juræ Regaliæ, anno MDCXL. Gallicè conscripta fuerunt. Quod ideo visum est admonere ut eatur obviam audaciæ quorundam qui quidvis calumniantur.

Edidi in fine tomi primi duo opuscula Hrabani Archiepiscopi Moguntini, quæ nondum in lucem prodierant. Cujus autem momenti sint hæc opuscula docet præfatio nostra cum illis exusa.

Denique addidi Notas meas, interdum uberes, sicubi occasio tulit, interdum breves, itémque nonnulla ecclesiasticæ antiquitatis illustria monumenta quæ hæcenus latuerant.

Illud postremò admonendum esse putavi lectorem, eo ipso tempore quo secunda isthæ editio procuratur, nova luce donatas à me esse tres dissertationes illustrissimi Archiepiscopi ejusdem ferme argumenti cum istis, certè in quibus vir summus permulta fusiori stilo excutus est quæ leviter tantùm attigerat in libris de concordia. Eas autem dedi sic emendatas ut posteriori diligentia nihil relictum sit. Prima tractat de epistola Vigilij Papæ pro confirmatione quintæ synodi œcumenicæ, secunda de Primatibus, tertia de tempore quo primùm in Gallis suscepta est Christi fides.

Vale, lector, & cum leges istas dissertationes, mihi bene precare, qui illas ab interitu vindicavi.





ELOGIA.

EX LIBRO CVI TITVLVS. ESTAT DES COVRS ECCLESIASTIQVES,

Auctore Ioanne Bordenave Canonico & Officiali
Lascurrensi apud Bearnos, edito Parisiis
anno MDCXXV.



LOQYENS hic auctor in cap. XII. de Ioanne Marca Vicario Generali & Canonico Lascurrensi, qui officium Consiliarij in Consilio ordinario & suprema Palensi Curia impetraverat, ait: *Mais quelque temps apres il resigna sa Charge à Messire PIERRE DE MARCA son uerueu, lequel par ses rares qualitez & vertus hereditaires a meritè que LOVYS LE IVSTE, sachant qu'il estoit le Restaurateur & Tuteur de la Religion Catholique en ces quartiers, le Colonne de l'Eglise, le Protecteur des Ecclesiastiques, le Meccenas de ses fideles Sujets, le refuge des gens de bien, l'Attre brillant du pais, l'Encyclopedie ou l'intelligence parfaite de toutes sciences, fit de son propre mouvement l'erection d'une Charge extraordinaire de President au Parlement de l'an, dont il l'a gratifié en reconnoissance de ses bons services, & l'a pris pour son Conseil auprès de ses Gouverneurs & Lieutenans generaux de Bearn & de Navarre. Ces mots tres-veritables touchés à l'honneur de ce grand & digne personnage, qui n'ayant encore atteint l'âge de trente ans surpasse en merveilles tout ce que nous sçavons apostropher de luy, soient dits par occasion, & comme en passant.*

Vir clarissimus Ioannes Samblancatus, in confutatione Paracnetici ad Gallos de schismate cavendo, pag. 13.

AT enim multis honorum insignibus empta est opera & manus ad facinus quod comparatur & ad jura & auctoritatem Patriarchæ diligenter percipienda, ut eum nascentem velut pretiosum panni & ornamenta excipiant. Quænam hæc tua, Ostate, vanitas & inconstantia? Consiste alicubi, & apud te statue qualem fingere velis Patriarcham. Simul jure, nullo privilegio, ne calatis quidem totius Gallix comitis creari potest, cur perturbans? Quid est quod unum hominem ingenio validum tanto partui sufficiturum timeas? Si causa est aliqua & arcana potestas quibus hæc dignitas non minus apud Gallos quam in aliis gentibus possit institui, o stultitiam timoris tui! Incautos admones, & abscondenda profiteris. Arcellis quæ metuis, irritas cupiditatem, non coërces licentiam, magister es flagitij, non hostis. Sed ut cominus configam, vir ille eruditus majora habuit aulæ invitamenta, & admirabili sapientia; studio in temp. penè singulari, & incredibili rerum cognitione, in sanctiore Concilio locum obtinuit, & summa cum gravitate & dignitate tueretur. Ea autem est disciplina & fidei in Deum integritate ut aliis studis, quibus iurificè præstat, nullum penè ad laudem locum relinquat. Quumque in mediis impietatis & rebellionis fluctibus verfaretur, parsque maxima popularium à Deo, alij à Rege desicerent, in temp. & religionem pari fide exitit, & tanto ante quam de schismate sermones moverentur, Præsidis infulus, constantis & pij animi præmia quæ dari poterant amplissima, accepit. Quæ quum ita sint, quæ vis à consuetudine prioris vitæ, à diuturna possessione innocentis momento temporis abduxit? Quæ causa mores & naturam ipsam repentè mutavit? Neque enim inveterata virtus tam subito in pravum deflecti potest ut idem nunc in coetu catholicorum sanctissimo, in celeberrimo religionis domicilio, Rege Christianissimo audiente,

belli adversus auctoritatem Summi Pontificis suscipiendi lituus sit, quem ætatis cursus sanctè & innocenter usque ad hoc tempus explicatus non tantùm extra suspiciones perverse & nefarie disjunctionis sed etiam procul à sermonibus debuit collocare. Sed de tanto viro non sunt plura disputanda.

Epistola clarissimi viri Ioannis Ludovici Guezij Balzacij ad illustrissimum virum PETRUM DE MARCA, qua illi grates agit ob missum librum de concordia sacerdotij & Imperij.

A Monsieur de Marca Conseiller du Roy en ses Conseils d'Etat & Privé.

MONSIEUR,

Après vous avoir dit que j'ay receu avec beaucoup de ressentiment l'honneur que vous m'avez fait, il faut que je vous die de plus que je prens part à l'honneur que vous faites à nostre siecle, & qu'il me feroit bien de mourir sans avoir veu vostre travail en sa dernière perfection. Ce travail, Monsieur, ne sera pas une vaine montre de science, ny un simple ornement des Bibliothèques: Ce sera une piece nécessaire à l'ordre des choses, & qui manquera à la gloire de la France. Il embellira tous ensemble le Public, & fortifiera l'Etat. Les Rois le compteront parmi leur Domaine, ou le mettront au nombre de leurs Tresors: Et si dans une profonde doctrine vous n'avez une plus profonde humilité, vous me permettrez de le preserer aux Doucteurs tombez du Ciel, aux Images estimées fatales, & aux autres Gages sacrez de la grandeur & de l'eternité des Empires. Mais vous ne voulez pas qu'on aille si haut pour l'amour de vous, & vous n'avez garde de vous presenter vous-mesme avec tant de pompe. Le tiltre que vous avez donné à vostre beau Livre est moins superbe & moins figuré: Il ne menace pas le Monde par une insolente metaphore, quy que sa modestie promet pourtant ce qu'il n'y a qu'une parfaite intelligence qui puisse tenir. Vous entreprenez, Monsieur, le plus grand accommodement dont on ait oüy parler depuis qu'il y a des querelles sur la Terre: Et bien que la Prestige & la Royauté soient deux Puissances naturellement amies, voire deux filles d'un mesme pere, elles sont si souvent brouillées ensemble par les interets de leurs Domestiques qu'il seroit difficile à l'Equité mesme de réussir en cette reconciliation. Il est besoin pour cela de garder un temperamement dans la chaleur Francoise n'est guere capable, & beaucoup moins le syste Romain. Il ne faut ny un esprit d'esclave, ny un esprit d'enemy: Il faut une ame remplie de lumiere, & voidée de passion: Il faut reconnaître le pouvoir du Roy, & deferer à l'auctorité du Pape; mais il faut dépendre absolument de la Verité, qui est la Supérieure du Pape & du Roy, & la plus forte des choses du monde. Quelle gloire vous sera-ce si on croit que c'est elle seule que vous avez eu dessein d'obliger, & si on dit que vous avez defendu ses droits comme si vous estiez à ses gages & que vous eussiez receu d'elle le commandement d'écrire des Livres. *La belle chose, Monsieur, que d'estre appelé un jour L'HOMME DE LA VERITE. Je n'ay rien apperçu en vos Escriis qui puisse nuire là-dessus à vos esperances & à une si noble pretension, si vous l'avez eue en écrivant. Rien n'y sent le lasche ny le rebelle. Et quy que je n'aye encore considéré que les Dehors del' Ouvrage & deux ou trois pieces de l'Entrée, je n'ay pas laissé d'en comprendre le merite en gros. J'ay ven d'abord que vostre science est sage, que vostre liberté est discrete, & que vostre Zèle n'est pas aveugle. La plupart des Livres sont remarquables par le défaut de ces qualitez & la plupart des Lecteurs se passent aisément de ces qualitez, quand ils ne les trouvent pas dans les Livres. Pour moy, je ne cherche plus autre chose, depuis que mes cheveux gris m'ont adverty de chercher le solide & le serieux. Mais particulierement, Monsieur, j'estime si fort cette sagesse sçavante, que sans elle je ne sçavois estimer ny tout le Latin de Barroius, quand il y en auroit des Montagnes, ny tout le Grec de Casaubon, quand il seroit plus Attique qu'Athènes mesmes, ny tout l'Hebreu & l'Arabe de Scaliger, quand il en sçavoit plus que les Rabins & que le Manphy. Par els appas du bon sens & de la raison, si bien preparé, vous emportez mon esprit, après avoir gagné mon cœur par un autre charme & je ne suis pas moins en cecy vostre. Parisian que d'ailleurs je suis obligé d'estre,

MONSIEUR,

Vostre &c.

Ex libro Gallico cui titulus *Traité de l'Abus*, auctore Carolo Fevret.

EX PRÆFATIONE.

LOQUENS hic auctor de colloquio quodam inter ipsam & Serenissimum Principem Henricum Borbonium Condæum, qui Fevretam interrogaverat an aliquis fuisset qui de appellationibus tanquam ab abusu tradasset ex professio, ait : *Et adussey qu'un des grands hommes de ce siècle, autant en doctrine qu'en experience, avoit entrepris un Ouvrage qu'il avoit intitulé DE CONCORDIA SACERDOTJ ET IMPERII, où il remontoit jusques aux sources, pour dans la suite des siècles rechercher curieusement les plus insignes contentions qui se fussent menés entre les Puissances spirituelles & temporelles, & par la verité puisée dans l'histoire des Conciles & des Auteurs plus celebres qui vivoient & qui avoient écrit au temps mesme que ces controverses s'estoient agitées, fais voir en quoy l'une des justifications avoit usurpé les droits de l'autre ; mais que ce grand Personnage avoit laissé l'Oeuvre imparfait, lequel (s'il eust esté conduit à sa fin) pourroit donner un grand achèvement, tant à la connoissance des entreprises, que des remèdes convenables pour les arrester. Alors ce Prince, apres avoir beaucoup estimé la personne & le merite de l'Auteur, fit deux ou trois tours, puis en un moment retournant à moy : Tenex pour tous assenti (me dit-il) que pour parler de l'Abus certainement, il suffiroit &c.*

Epistola celeberrimi & eruditissimi viri Hieronymi Bignonij regij in Parlamento Parisiensi Advocati, scripta ad illustrissimum virum Petrum de Marca Archiepiscopum Tolosanum die xiv. Aprilis MDCIv.

MONSIEUR,

Je repete à singuliere saveur, comme certes j'en ay eu grand' joye, de voir qu'il vous ait plu avoir mon advis de chose qui vous touche & vostre dignité. C'est un témoignage d'estime que ne merite point, & une preuve assurée de l'honneur de vostre amitié & d'une parfaite confiance. Je reçois cette cy en grace, & vous supplie de me la continuer. Mais l'autre me donne tant de confusion que je m'en plains à vous de vous-mesme, au lieu de vous en remercier. Et s'il m'est permis de passer plus outre sans blesser par trop de familiarité le respect que je vous ay voué, je vous dirais volontiers que vous vous raillez, quand vous vous seigneur demander conseil à une personne telle que je suis, vous, diu-je, qui estes un fonds inespurable de tout ce qui se peut savoir, & qui enseignerez toute la posterité par vos belles écrits. Pour le mieux & plus doucement interpreter, je croy que voulant me conserver l'honneur de vos bonnes graces, & m'en donner de nouvelles assurances, vous avez pris cette occasion pour ne me faire pas un simple compliment, mais vous servir de cette maniere de mystere, en de figure, comme dans les choses sacrées, pour représenter vostre disposition intérieure, & servir de gage de vostre amitié. C'est de ce chef que je vous remercie tres-humblement, comme de chose dont je suis capital, & que je souhaite avec plus de passion, & j'ose dire avec ambition ; parceque je vous confesse que je seray toujours vanité d'estre creu aimé de vous, & ne refuseray jamais pour mon avantage les témoignages que vous en rendez, quoy qu'ils soient plus charitables que véritables. Mais de plus, je souhaiterois que vous y fussiez trompé le premier, par ce principe de charité qui croit tout, afin d'être toujours mieux aimé. Apres cela, j'ose vous dire que je me résous de vous voir en cette disposition de paix & d'accablement, comme une personne qui soutient courageusement sa dignité, mais par nécessité de charge, sans chercher noise, ny s'amuser à toutes ces puanteilles de ceremonies qui divoient les corps & aigrissent les esprits. Au fonds, je tiens vostre pretention toute bonne &c.

Mais revenons au proverbe, Sus Minervam, pour me remercier dans le neant de mon ignorance, & en mesme temps dans ce profond respect qui me fait estre & dire pour jamais

MONSIEUR

Vostre tres-humble & tres-obéissant serviteur
& ancien confrere H. BIGNON.

R. P. Ludovicus Cellsius in appendice Concilij DuZiacensis.

NOVAM litis veteris memoriam refricant acta ejus integra, quæ debemus ego tūque humanitati illustrissimi & reverendissimi D. Petri de Marca Archiepiscopi Tolosani, cujus virtute seculum nostrum fruitur, doctrinam sequentia prædicabunt.

Vir clarissimus Franciscus de Roye Antecessor Andegavensis in Vindicatione epochæ Vercellensis Concilij adversus Berengarium.

CVM non ita pridem editionis honore donassem vitam, hæresim, & pœnitentiam Berengarij Andegavensis Archidiaconi, videbar omne tulisse punctum, quod in illud opusculum incidisset **MAGNUS ILLE TOLOSANUS ARCHIEPISCOPUS**: immo & eram favente invidia felix, quod huic meæ paginæ publicum *Adieu* tanti viri accessisset, eoque vindice nec Probum timebam.

Vir clarissimus Henricus Valesius in præfatione ad Eusebium.

CETERUM ad invitandos lectores, in ipso operis vestibulo doctissimam epistolam collocaui quam illustrissimus ac reverendissimus Archiepiscopus Tolosanus Petrus de Marca, vir divinarum humanarumque rerum scientia instructissimus, ad me scripsit de prima Evangelij prædicatione in Gallia. Quidquid igitur tædij ac molestiæ ex lucubrationum nearum lectione contraxerint studiosi, id hujus epistolæ eruditione & amœnitate facile detergent.

R. P. Philippus Labbeus in pag. 78. tomi primi amplissima collectionis Conciliorum omnium.

NE verò leviter tantum ac dicis causâ videamur meminisse illustrissimi ac reverendissimi **PETRI DE MARCA** Parisiensis Archiepiscopi, omnium juris pontificij consultorum eruditissimi, placet hic in observationis nostræ subsidium & veritatis canonice adversus quosdam scriptores firmamentum intexere integrum caput quintum libri tertij admirandi prorsus operis de concordia sacerdotij & imperij: *Antique juris &c.*

Idem pag. 192. ejusdem tomi primi Conciliorum.

VNUM hic tantummodo subjungam, me libros illos octo (constitutionum apostolicarum quæ tribuuntur Apostolis ac sancto Clementi) à peregrino solo, cujus extremæ margini jacent insiti plerisque incogniti, avulsos erutosque in proprium nativumque locum transtulisse, cum mea sponte incitatum, tum clarissimorum virorum consilio atque auctoritate fretum, præsertim verò illustrissimi ac reverendissimi **PETRI DE MARCA** Archiepiscopi Tolosani, à Christianissimo Rege ad archiepiscopatum Parisiensem die xxvi. Februarij hujusce anni **MDCXXI.** nominati, & à Summo Pontifice die v. Junij cum maxima meritorum ejus commendatione translati: quem, si hæc studia præcipue spectaveris, eruditorum nostrî seculi principem appellasse nunquam pigebit. Sed heu! dum ista typis parantur, die **XXIX.** Junij ejusdem anni ad superos abiit, bonis eruditisque omnibus inconsolabiliter lugentibus.



Illustrissimi Episcopi Montispelesis Epistola ad Stephanum Baluzium.

FRANCISCUS Episcopus Montispelesani Baluzio suo S.P. Gratas accepi literas tuas, gratissimas dicerem, nisi de amicissimi mihi viri morte luctum renovarent. Antiquam enim necessitudinem, quæ nobiscum intercedebat, morte dissolutam non lugere nequeo. Meministi earum lacrymarum quas inter amplexus mutuos, dum vale ultimum apud Fontem-Belliandi diceremus, præfagus futuri illius amor expressit, quibusque me totum perfudit, easque dum in memoriam revoco, vix iple à lacrymis & gemitibus abstineo. Fatebor tamen, mi Baluzi, primas, quas misisti, ejus epistolæ chartas quam de vita tanti viri ad nostrum Sorberium scribis, renovando dolorem, aliquantulum illum levasse. Nam ejus animi imaginem elegantiori stilo verius depingis quam ille tuus pictor Batavus vultum ejus & habitum corporis ea in tabula quam mihi discessuro Marca noster dedit, meam vicissim accipiens, penicillo suo delineavit. Doleo tamen semper non tam defuncti sortem quam nostram. Et enim ille, ut spero, vivit felix inter beatas mentes, & nos adhuc inter syrtis & scopulos in hoc pelago navigamus, incerti quò navis nostræ appulsura sit. Beatum etiam illum prædico, quòd licet in omnium animis vivere debeat, industria tua & scriptis tuis apud posteros semper victurus sit. Perge itaque, & ex iniquis epistolæ spatii egrediens, dignum tanto viro opus aggredere, ac per latum virtutum ejus campum liberiori stilo decurre. Ne defraudes expectationem publicam dissertationum earum fructu quas olim edidit, quâsq; apud te illum morientem deposuisse intelligo. Si ad secudam, quam meditabatur, libri de concordia sacerdotij & imperij editionem animum appellis, mitto tibi additamentum, quod autographum ejus habeo, cujus rationem tibi reddere non me piget. Cùm commentario de veteris Ecclesiæ Gallicanæ libertatibus, ut loquimur, ejusdem Ecclesiæ comitiorum jussu incumberem, incidi in locum ejus scriptoris anonymi qui ementio Gallicanæ libertatis propugnandæ titulo, librum nota censoria jam olim adustum, regia sanctione proscripsum, ac perpetuis tenebris damnandum, in lucem edere ausus est. Illo falsam thesim, scilicet laïcorum æquè ac Clericorum cœtum Ecclesiam Gallicanam componere, ejusque communi decreto publica ejus Ecclesiæ negotia decidi, & non solum Epif-

coporum judicio, ad quos propositionem de difficultibus negotiis, quæ ad ipsorum vocationem spectant, tantum pertinere scribit, & auctoritate amici nostri fulcire nititur. Quamvis fraudem scriptoris facillimè detegerem, & delusam ejus mentem in æquivoco, ut loquuntur Logici, cùm liberratis tum Ecclesiæ nomine animadverterem. Alia est enim significatio Ecclesiæ, dum fideles omnes complectitur, ut & libertatis, qua singulos fonte baptismatis renatos Christus donavit: alia Ecclesiæ, quæ etiam apud antiquos scriptores solum clericalem ordinem, ut & libertatis, quæ jus & facultatem seu potestatem universam regendi Ecclesiam sacerdotali ordini, in primis Petri Apostolorum Coryphæi successoribus divinâ constitutione tradita, comprehendit. Quam non solam fallaciam, sed illam etiam quam idem scriptor cœtus universi populi Gallicani, quos Sarrorum regni comitia vulgò nominamus, cum Episcoporum Conciliis permiscens, eo colore, quòd synodi nomine uterque cœtus nuncupetur à scriptoribus ejus ætatis qua secundæ & tertiæ stirpis regis Principes imperium habuerunt, invidiis argumentis, cùm ex ipsius anonymi laciniis, tum ex probatæ auctoritatis scriptoribus, in amplis meis commentariis manifestam omnibus fecisse mihi persuado. Advi tamen amicum nostrum, & ostenso furo obscuro hominis illius, qui ne penas criminis lueret, & majori securitate in Christi sponsæ dotem præcipuam, scilicet libertatem, impidè debaccharetur, fictitium rituum operi suo affixerat, rogavi amicum ut ipsemet doctrinæ suæ vindex esset. Annuit libenter, ad viri delirameora subridens, & postridæ dedit mihi chartam, cujus pariculum tibi mitto. Eo itaque, mi Baluzi, verere; & si placet, vel vitæ historiz, vel operi de concordia inferre. Plura de tanto viro scriberem, quæ ex longa necessitudine mihi soli, ut reor, nota sunt; sed ea majoris otij sunt; & tuæ suavissimæ literæ me inter Natalis Domini solennia tam in Missis quam in concionibus ad populum adeo occupatum deprehenderunt ut vix amanuensis, quem probè cognoscis, in effigiem amici nostri magis oculis intensus quam animo his distandis attentus, hæc lines dictare possim. Me ergo ama semper, & vale. Montispelesani sexto Kalend. Ianuario M DCLXII.

Vide lib. cap. v.
43

EPISTOLA EMINENTISSIMI CARDINALIS CORRADI
AD STEPHANUM BALUZIUM.

*Perillustri & admodum Reverendo Domino D. Stephano Baluzio
Canonico Remensi.*

PERILLUSTRIS ET ADMODUM REVERENDE DOMINE.
Acceptæ profectò mihi fuerunt litteræ tuæ, Baluzi erudite. Nam hominis recti studiosi, atque ejus qui præclaræ memoriæ PETRI DE MARCA illius civitatis Archiepiscopi summa mecum, dum in humanis agebat, amicitia juncti discipulus extitit, sinceræ humanitatis officia præ se ferunt. Quod autem epistolam miseris à te conscriptam, qua doctissimi ac piissimi illius Prælati mores vivendique rationem ac res gestas scriptisque mandatas enarras, hoc gratissimum omnino fuit. Quippe veram præ oculis meis exhibet tanti viri effigiem : cujus quoniam viventis amplexibus ac suavissima perfrii consuetudine magna locorum distantia vetuit, nunc vita functi illustria monumenta virtutis assidue contemplari licebit. Nam illius vitam probatissimam optimo cuique exemplar & memoriam omnibus seculis recolendam meritò dixerim. Agamus itaque, mi Baluzi, ut quæ vir præstantissimus scriptis suis edocuit, & quæ à ceteris scribenda ipse fecit, nos quoque pro viribus imitemur, ut vinculis demum hujus humanitatis soluti, vita cum eo (ut sperare fas est) fruamur æterna. Quod faxit D. O. M. à quo veram precor tibi felicitatem. Romæ VII. Kal. Aprilis MDLXIII.

D. V.

*Ad officia paratissimus
I. Cardinalis CORRADUS.*


CLARISSIMI VIRI IOACHIMI PASTORII HISTORIOGRAPHI
Serenissimi Regis Poloniæ Casimiri epistola ad clarissimum virum
Antonium Baluzium Varsoviæ regio lateri assistentem.

Generosissime Baluzi, Domine & amice honoratissime.

VITAM magni viri Petri de Marca Archiepiscopi Parisiensis descriptam à pluri-
mum reverendo agnato tuo Stephano Baluzio Canonico Remensi cum gratiis
emitto tibi, postquam illam non sine magna animi voluptate perlegi. Quippe qui singulari
& quodammodo insita inclinatione feror ad hoc genus monumentorum quod insignium
virosum virtuti actionibusque donat præmium immortalitatis, ceteris verò mortalibus
exemplum ponit quo imitentur ac veluti face prævia ducantur in similem veræ gloriæ
tramitem. Si quis autem hominum sacra dignitate illustrium, Petrus utique ille hanc do-
cti penicilli operam meritus est, cui de civilium honorum statione in ecclesiasticam trans-
gresso vitæ color non unus, nunquam tamen nisi pulcherrimus fuit. Vtique enim is ex-
perrectæ indolis vigorem, suavem ad devincendos animos genium, indefessam ad res
laudatissimas industriam, doctrinam, prudentiam, dexteritatèque in agendo, perpetu-
am denique in augendo virtutis & sapientiæ regno studium ostendit. Certè, ut ex
agnati tui elegantissima epistola, vera nimirum tanti viri effigie, intelligi potest, nun-
quam ille quævit, sed semper & faciendo magna & scribendo utilem se orbi juxtaque
admirabilem reddidit, amator juxta cultorque omnium qui aut facerent aut scriberent
æternitate digna. Video de Rege suo, video de rep. sacra, literaria, civili optimè me-
ritum. Video rebus præsentibus ita intentum fuisse ut simul multa egregia in abyssò ve-
tustatis morientia aut jamjam moritura erueret de tenebris, venerandisque adeo prisco-
rum temporum rudibus & suum seculum & futura instrueret ornaretque, eo ipso pro-
fectò dignissimus immortalitate, quòd quicquid immortalitate dignum crederet, id, quan-
tum in se erat, non pateretur mori, & ideo immortalitatis magistrus, etsi ipso morta-

les, deligeret foverétque ipse eorum & dux indefessus & exemplar consummatum. Vt-
nam plures ei similes in omnibus regnis reperiantur aut fiant lectis tanti viri vestigiis quæ
agnarus tuus & descripsit epistola sua, & majori opere quod promittit descripturus est.
Aut fallimur vehementer, aut melius longè efflorescent res humanæ, ac seculum, quod
totum ferreum aut luteum est, ad aureum propius accedet. Prorsus aureum enim prop-
ter adulam & prævalidam hominum pravitatem vix in his terris promittere nobis aude-
mus. Vale, magne amice, atque hunc ineuntem annum auspiciatò incipe & decurre.
Dat. Varlavizæ Cal. Januarij anno MDCCLXVII.

Tuæ generositati addictissimus Ioach. de Hirtenberg
Paß, Reg. Maj. Secret. & Historicus.





V I T A
 ILLVSTRISSIMI VIRI
PETRI DE MARCA
 ARCHIEPISCOPI
 P A R I S I E N S I S .
 S C R I P T O R E
 S T E P H A N O B A L V Z I O T V T E L E N S I .

INTER multiplices rerum humanarum casus, quibus hæc vita nostra obnoxia est, nihil nobis gravius accidere posse certum est quàm eorum qui nobis cari fuerunt exitus, quantumvis maturi & felices videri possint ob longam ætatem, gestos honores, genus, divitias, patriam incolamem, & cetera felicium argumenta. Sed ramen superstitionibus magni solatij loco est suavissima magnorum virorum memoria, quæ & statim post eorum a bitionem sacrosancta est, & in æternitate temporum vivet, posteritatem non reformidans. Cùm verò ad omnes pertinere possit istud solatij genus, tum præcipuè eorum est qui cùm familiaritate conjuncti fuissent cum magnis viris, eorum gesta morèsq; posteris tradere instruunt. Mihi certè vitam illustrissimi ac celeberrimi viri & omnium seculorum memoria digni Petri de Marca Archiepiscopi Parisiensis ante hoc sexennium scribenti mira quædam suavitas & delectatio aderat, in recenti quamvis dolore, cùm irem per tot illustria facinora ab eo patrata & per memoriam ingentium ejus virtutum, Grande deinde mihi solatium accessit ex ea quæ hunc meum librum secuta est virorum cla-

rissimorum approbatione, quorum etiam plerique mihi gratias egerunt, optare se inter significantes ut quæ delineata tantùm erant in hoc opere, fusè in altera editione explicarentur. Quo loco exultandum mihi in primis esse video ob præclarum testimonium mihi redditum ab eo qui nunc Romanam Ecclesiam sanctissimè ac sapientissimè regit: ad quem, tum Cardinalem Rospigliolinum nuncupatum, cùm libri istius mei exemplum misissem, ut ad virum quem Marca plurimi semper fecerat, ille pro sua singulari humanitate conatum illum meum approbavit, simulque hortatus est ut idem argumentum fusiore stylo pertractarem. Labet heic integram hominis excellenti ingenio præditi & multa rerum ac bonarum literarum cognitione imbuti epistolam describere quam ad me tum scripsit.

PER ILLOSTRATS & admodum reverende Domine. Non disseter illustrissimi viri Petri de Marca Parisiensis Archiepiscopi mortem acerbam mihi & luctuosam fuisse, cùm nefas esset non dolere præsertim religionæ & doctrinæ eximium, apostolica sedis observatissimum, & in magno auctoritatis gradu positum, alienissimo Christiana republica tempore nobis ereptum. Gaudes nunc cum à domi-

natione tua tam viris eloquij coloribus egregiè depictam, & prope ab interitu vindicatum, dum sapientissimi Presulis vitam eximia elegantia tam effabre delineasti. Quòd autem non minus humanitate meo de illius virtutibus testimonio tantum tribuere volueris, ingentes tibi habeo gratias, eruditissime vir. Reliquum est ut fuisse istò, quemadmodum facturum te spondes, idem argumentum pertralles ad iugem posteritatis memoriam & Gallicana Ecclesia laudem. Ceterum benevolentia tua significationibus tam propensa voluntate respondeo ut nihil pretermittatur unquam sim quod in ipsis commode proficisci à me possit, & dominationis tua cuncta fausta ac felicia ex animo deprecari. Roma v. Martij MDCLXIII.

Studiosissimus dominationis tuae
I. Cardinalis ROSPIGLIOSIUS.

TANTUM Pontificis imperio fretus, tum doctissimorum hominum adhortationibus iucitatus, considerata etiam malignitate ultimorum temporum, quibus bonæ illustrissimi Archiepiscopi famæ periculum imminet à domesticis & propinquis, rursus, quasi à calce ad carceres revocatus, decurrere spatium institui, necessario videlicet argumento. Hactenus enim ejus famam externa maledicentia verborum contumeliis laceraverat; à oculo hactenus familiari inimico, qua peste nulla ad nocendum efficacior esse potest, à nullo hoste domestico fuerat impetita. Exortus est subito vir reverendus Paulus Fagetus Presbyter Beneventensis, apud Marcam, cujus erat consanguineus, à prima statim pueritia alius & educatus, ac studijs literarum ab eo admotus, credente viro optimo posse doctorum ac præceptorum opè mitigari etiam infelicissima iogenia. hebetes enim & iociles, ut Quintilianus ait, non magis secundo naturam homines edi quam prodigiosa corpora & monstris insignia. Exortus est ioquam subito Paulus Fagetus, ætate quidem senex, sed novus ac oovitus omnino scriptor: qui cum aono demum ætatis suæ sexagesimo animum à cura faciendæ rei transtulerit ad scribendum, edito nuper in publicum libro de vita illustrissimi Archiepiscopi nihil prius aut antiquius habuit quam ut famam ejus omni crudelitate laceraret, ingratus & impius, si prudens ac volucarius fecit, imprudentissimus verò, si tum maximè laudari à se Marcam existimavit cum maximè conviciis proficioditur & impostura vexatur. Illam inconsideratissimam ac dementissimam improbitatem retundere animus est, non odio aut invidia adversus Fagetum, sed ut gloriam excellentissimi viri

tutam præstem ab istius temeritate. Sentio enim atque intelligo hanc mihi curam incumbere ut ulciscar injurias mei Archiepiscopi, cui quicquid hoc est bonarum litterarum quod in me est, totum debeo, quippe qui, cum me unicè diligeret, multum operæ posuit ut ego bonis studiis atque artibus expoliret, denique qui mihi famam suam visus est commendare moriens, cum mihi dono dedit schedas ac lucubratiões suas, earumque editioem mei arbitrij esse voluit. Parcant ergo mihi manes tanti viri, si io necessaria eaque iustissima defensione asperius interdum ac vehementius io coofanguineum ejus insurgere ac invehi videbor. Vellem equidem omnem verborum asperitatem fugere. Sed ipse me cogit acrem esse ac vehementem, qui hominem de universa Ecclesia, de florentissimo hoc regno, de Fageto ipso, & de me quoque optimè meritum per summam vel audaciam vel imprudentiam traducit.

Coofstituto semel istius libri consilio & ratioem, antè quam destioara componam, illud quoque admoecndos esse putavi lectores, non imitatorum me reverendum illum virum, qui & vagitus iosantis memorat & crepuodia, iocredibilem librorum aviditatem in eo commendans qui adhuc in cuois atrebatur. Omittam quoque oarratioem ludorum quibus puerilis ætas oblectabatur, five aucupium illud coturnicum erat, five alius generis. Sit hæc diligetia bonius otio suo abutentis. Nobis enim, qui præclara tantum magni viri facinora, & ex quorum commemoratione aliquid utilitatis in publicum redundare potest, coarrare iostituimus, ista pro vanis habentur & indigois quæ in hanc historiam referantur. Homiqs vitam scribimus, non infantis, non pueri, hominis cum soceri sui viri clarissimi vitam scribere destioasser, transcurfus raptim pueritiæ & adolescentiæ ac juventutis annis, citò se ad illustria viri facta dictique convertit, ratus inutilem esse ac superfluum omnem aliam diligentiam.

Scio argumentum istud à me suscepium taotæ esse dignitatis ut scriptorem desideret eloqueotissimum simul & eruditissimum, adeoque ausum esse me multum supra vires meas. Sint hæc suoè vera. Sed quoniam historia quoquo modo scripta delectat, nemòque bodie est cui tam bene notus fuerit Marca quam mihi, præsertim io his quæ spectant ad studia literarum, puravi debere me hanc curam sanctæ illius inemoriz, & lau-

datturos propterea æquos lectores hinc nemum beneficissimum conatum. *Quid enim beneficium est, ut magno viri verbis utamur, quam eorum excitare memoriam qui omni doctrina exculti & exornati aliquando vixerint?* Quod si enipiam jejuna nimis videatur tota ista narratio, tuebor me exemplo sancti Hieronymi, qui Nepotiani vitam scribens, his omnino verbis alloquitur lectorem: *Et sint hi qui in brevi tabella terrarum suis pingunt, ita in parvo isto volumine cernas admirata non expressa signa virtutum, suscipiisque à nobis non vires sed voluntatem.* His ita præfatus, descendamus nunc ad rem ipsam.

I. **MONTES** Pyrenæos, quæ Gallias ab Aragonibus Navarrisque determinant, ac colunt Bearnari, Gallica gens, sed quæ tamen aliquam admixtum habet Hispanici moris. Vetus illic & illustris est familia Marcarum; in qua sexcentis ferme abhinc annis militari fama claruit Garfias Marca Præfatus equitum Gastonis Bearnorum Principis, quom is anno millesimo centesimo decimo octavo Cæsaraugustam Aragonum civitatem obseidi cepitque, ut ex archivo Ecclesiæ beatæ Mariæ Columneosis (vulgò *Nuestra Señora del Pilar*) apud Cæsaraugustam collegit Melchior Solerius Abbas Canonicus, auctor Hispanus. Posterius ejus, ut ex monumentorum fide constat, militibus & ipsi studiis inclaruerunt, avitæ erga Principes suos fidei & reverentiæ retentissimi, & memores Garfias gentis auctoris, donec alternantibus rerum humanarum vicibus interrogatos haberi cæpere circa annum millesimum quadringentesimum quadragesimum. Ea enim tempestate præclarus in primis fuit Petrus de Marca, vir in Inre consultissimus: qui negotiorum procurator generalis in universis Principis sui ditioribus admotus est, & ad præfidentiam Consiliorum ejus tandem evehctus. Non immorabor in recensendis Petri posteris, ne nunc longius incepto abierim. Memorabuntur autem in tempore quom opus istud meum de vita illustrissimi Archiepiscopi fusiori stylo tractabitur. Hunc interim librum honori ejus destinatum, tamen incondito sermone scriptum, professione pietatis excusatum iri spero.

II. Ex ea igitur generis claritate in Bearnarum ortus est Petrus de Marca, in oppido Gantensi, haud pocol urbe Palensi, 1. X. Kalendas Februarias, anno MDXCV. patre Jacobo, matre Catharina Larteta, singularis exempli femina. Septimo mense editus, cum in imbecillo tenuique corpuscule vires ad fingendum non adessent, lactis in os immisione primum vitæ mensem transiegit.

Dein accessere ad mamma labela, suctoque infantium more nutrimentum hausit. Verum cum ipse vix quadrimestris esset, nutrix gravis effecta, puero mamma præbere prohibita est: quem cum à se divelli eo præterit ægrè pateret, lac caprinum muliebri melius esse dicitans, quo utentes rusticorum pueri ad eam qua vigere solent corporis firmitudinem perveniunt, eò traxit parentes ut sinerent eum lacte caprino per reliquum infantie tempus educari. Ea tempestate Calvinismus fœdè grassabatur in Bearnarum, ubi catholice religionis publica professio jam ab anno MDLXIX. publico edicto vetita erat; expulsi insuper sacerdotibus Dei, atque omni ritu sacrorum in exilium acto, oe quid usquam præfæ religionis occurreret. Ee cum intelligerent pauci qui supererant catholici unum esse in Ecclesiâ baptisum, quod ritè quoque ab hæreticis usurparetur, liberos suos, ob penuriam sacerdotum, Ministris hæreticorum tingendos offerebant, pessimo exemplo. At non Jacobus filium suum citra conscientiam Presbyteri voluit baptizari, sed extra fines patrios deferri curavit, in diocesium videlicet Tarbiensem, ubi Romana sacra publicè colebantur nullo contradicente. In monasterio igitur sancti Petri Generensis à monacho Benedicino, qui tum ex nra prisco Parochi officium illic implebat, baptizatus, Petri nomine donatus est. Sed haud dubiè prætermitti non debet bonum illum monachum in modum oraculi addidisse baptisini ceremoniis celebrem illam Jesu Christi sententiam: *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam.* Sciant quibus moris est fortuita aspernari, inesse illis interdum aliquid fatidicum, quod neque tolli neque mutari fas est. Nam secundùm imprudens monachi estatum sic Marca per omnem vitam, etiam matrimonij curis illigatus, studuit fidei catholice adversus hæreticos stabiliendæ, rebusque Ecclesiæ conservandis, ut jam anno MDCCXXV. haud multam triginta annos egressus, Restaurator tamen & Tutelaris catholice religionis in Bearnarum, Columna Ecclesiæ, personarumque ecclesiasticarum protector, publico elogio dictus sit à clarissimo viro Ioanne Bordanova Canonico Lascurrensi in libro tunc Parisi edito de statu tribunalium ecclesiasticorum, qui in omnium manibus versatur, cujusque nova dein editio his quindecim annis prodit. Neque destitit postea, quom post mortem amarissimæ uxoris ex Parlamento Palensi, ubi Præfatus munere fungebatur, in sacrum coofistorium adlectus est quin res & personas ecclesiasticas suo semper favore præfidiòque conservet.

quod & majori pondere confecta postquam beneficio piissimorum Regum ad Confortationem primum, dein ad Tolosanam ac Parisiensem cathedras evedus, & à Summis Pontificibus approbatus, intellexit locum esse virtutibus patefactum. Nunc ad incepta redeo.

III. Admodum adolescentulus sedem ac magistram studiorum habuit civitatem Aufcorum, qui Aquitanorum clarissimi dicuntur à Pomponio Mela vetusto scriptore, ubi literas humaniores didicit apud Patres Societatis Iesu, qui animum ejus postea Philosophiæ præceptis imbuerunt in Collegio Tolosano. Deinde per tres continuos annos in academia Tolosana, quæ tum in Iure docendo ceteras Europæ facillimè antebat, Ius Civile & Canonicum andivit, usus magnis doctoribus, Gulielmo Marano, Gulielmo Cadano Scoto, Vincentio Cbabotio, & Iano à Costa, qui tum publicè Ius utrumque in ea civitate profitebantur. Sed in primis securus est Cadanum tunc interpretantem Novellam constitutionem cxxiii. Imperatoris Iustiniani, virum, ut ipse aiebat, in utroque Iure consultissimum, sed qui Canonicum calleret ad miraculum, bonasque literas legum ac canonum cognitioni addidisset, eorumque tarditatem deplorabat qui obcuritatem in Cadano deprehenderent. Memoria teneo solitum ipsum narrare optimam methodum studendi Iuri Canonico sibi ab eo viro traditam, atque illum addidisse stimulus juvenili animo, dum diligentiam ejus ac sagacitatem nativæque ad literas ingentium laudibus identidem extolleret. Ea nimirum fuere præclara initia magnarum rerum quæ postea secutz sunt, & fundamenta singularis eruditionis quam sequens ætas in Marca est admirata, quæque nos omnium intimè agnovimus ex assiduo convictu. Struebat videlicet jam fortuna magnam virum, celeberrimum in utraque toga mox futurum. Nam paulò post, anno nimirum millesimo sexcentesimo decimo quinto, in supremum Benearni Consilium cooptatus, sapientissimi Senatoris & amantissimi patriæ civis munus summa cum omnium laude exercuit, licet tenera ætas ei oneri suscipere posse haud videretur. Sed non ultra progrediari quin te heic paulisper detineam, Lector, ut tecum admirer arcana divinæ providentiæ, quæ juvenem nullis rerum experimentis edoctum noscere ingenia hominum, rudem adhuc insidiarum seculi, versutis tamen hæreticorum exposuit, tali-que in tempore capeffendæ reipublicæ iter ingredi voluit. Solus enim in illo Consilio catholicus fuit, dum collegæ ejus omnes

Calvinianis erroribus impliciti erant. Impatienter id proculdubio ferebat Marca. Itaque nunquam cessavit à conquiendis remediis adversus tam ingens malum, donec ejus precibus & votis exoratus Deus hac flexit corda Christianissimorum Regum ut neminem in eo senatū esse paterentur alterius religionis professorem quàm catholicæ. Vidit optimus vir redditam penatibus avorum religionem prisam, is postea leges dantem quibus per tot annos subiecti fuerant catholici, cum sexvientiobus edictis proscriberentur, non aliam ob causam, quàm quòd gliscenti perfidiæ Calvinistarum, acrius quàm temporibus illis permissum erat, se opponerent.

IV. At Marca, egregie tum spei juvenis, Margaritam Forguesiam, splendidis natalibus ortam, quippe e nobili & vetusta apud Aquitanos Levitanensium Vicecomitum familia prognam, sibi ea tempestate junxit: quam postea defunctam anno MDCXXXII. doluit vehementer, licet plures liberos in solatium marito reliquerit. Ea fuit causa non repetendi matrimonij. Narrabat ipse primum annum qui optimæ & amantissimæ conjugis mortem secutus est, citra ostensionem transactum à se esse in luctu, quòd desiderium extinctæ non posset pati, cum qua vixerat mira concordia per tot annos. nec unquam oblitus est.

V. Incidit in ea tempora gravis occasio in: causâ fidei apud Benearnos quæ latere Marcam non sineret. Rex quippe Ludovicus XIII. vestigia patris Henrici relegens, (quem compertum habebat animo destinasse ræm catholicam in ea regione prosus restituere, ni morte præventus fuisset) decreto sacri consistorij lato apud Fontem-Blandi, oppidum diocæcesis Senonensis palatio regio nobilitatum, VII. Kalend. Iulij anni MDCXVII. statuit ut libera bonorum omnium ad Ecclesias & personas ecclesiasticas in Benearno pertinentium possessio ipsi permitteretur, sive illa decimæ essent, sive alterius conditionis. Atque ut promptior esset illius decreti executio, sacra Principis epistola commovit ad Ecclesias Benearnenses quæ se Reformatas dicunt, quæ jubebantur delegatos ad comitatum mittere, quos coram restitutione illa fieret. Eam ob rem Ministris hæreticorum atque aliis quæmpluribus ejusdem sectæ hominibus apud Orthesium (Benearnensium id oppidum est ad Gabarum fluvium, in diocæsi Aquesi) convenientibus A. D. XIII. Kal. Augusti, una omnium vox fuit, vitam antè amissuros quàm restitutioni ei consentirent, quæ pessumdari sta-

tum religionis ac republicæ in Benearno manifestum erat. Quæ vox altius penetrabat quàm ut oporteat oblivisci. Missus itaque Lescunius Senaror Palensis nihil intentatum reliquit quo Regis animum à proposito dimoveret. Sed efficere non potuit quin mense Septembri edictum exiret à Principi, quo catholici ritus in universas Benearni parochias revocabantur, ac decretum mense Junio latum confirmabatur. Sequenti tum anno Renardus, libellorum supplicum in regia Magister, in Benearnum missus cum amplissima potestate, ut edicti executionem urgeret, cum Palum pervenisset A. D. VII. Iduum Iuniarum, sequentibus deinde diebus plurimum operæ posuit in tam laudabili negotio. Verùm obstinatorum nimis pertinax ingenium eò usque processit audaciam ut habito senatu amplissimo decreto ab us perscriptum sit III. Kal. Julij anni MDCXVII. eorum sententia, ut sit, accedente Marca, licet iuter deliberandum contraxisset, quo palam pronuntiatur actis inferri non posse regium illud edictum quod supra retuli, neque etiam decretum quod præcesserat, quinimò postulandum esse à Ludovico ut res in eodem statu in quo tunc antea erant esse sineret, si salvam rempublicam suorumque subditorum incolunitati prospectum vellet. Senatusconsulti hujus exemplum cum sua ad Principem relatione misit confestim Renardus, ac postridie Kalendas Julias Palo excessit. Discessum ejus secuta sunt varia & multiplicia caelo terraque prodigia. Etenim, ne singula commemorem, v. Nonas terra bis tremuit in unico Benearno, adnotatum quippe tum non alibi contigisse illum terræ motum; Lascurrensis Ecclesie tintinnabulum sponte signum dedit, nulla mortali manu tactum; pluit demum sanguine, eoque infectæ arbores, & spicæ segetum ac frumentorum. Sepulcra quoque operata sanguine haud procul Olorone civitate. Crucem quin etiam rubeam in aère visam discurrere quidam tradidere. Atque hæc facilitate credentium vulgata cum plerique, more humani ingenij, interpretarentur ut futurorum præsigna, alij, ut diversâ sunt hominum ingenia, itæ numinis adscriberent, quidam tamen ab utrisque dissepientes ad solos naturalium causarum nexus referrebant: quod propius vero crediderim. Neque multò post, VIII. nimirum Kalendas Augusti, è sacro Regis consistorio scribuntur ad senatum Palensem literæ nomine Principis, ut sit: quibus jubebatur quantocumque edictum anni superioris in acta Curie referre, ejus-

que executionem maturare, & cetera quæ ad rem quoquo modo pertinerent sedulo agere, sciturus Regem ea auctoritate adversus rebelles usurum quam pietatis ejus ad coarcendam talium temeritatem commisit Deus. Incredibilem profectò rem, quæque vix fidem apud posteros habitura sit, dicturus sum. Cum optimos illos Calvinistas, qui tum negotiis publicis præerant apud Benearnos, quiqne se sapientissimos rerum existimabant esse, latere nequaquam posset Christianissimi Regis consilium de restaurando catholice religionis exercitio in ea regione, tamen, quæ fuit illorum temeritas, post intellectam ex frequentibus rescriptis voluntatem regiam, ultimis ejus literis optumissimè testatam, ausi sunt dicere in os apertum, quum in Aquitania degeret, mandatum illud postremum, de quo supra memoravi, non sine ambagibus esse, neque ipsis liberum fuisse regis jussu obsequi. Actum erat prorùs de religionis negotio, ac præclatum sanctumque Ludovici consilium infectum remanebat, ni suadente ac urgente Jacobo Marca, qui ad comitatum ea de causa venerat, Rex iter Benearnicum arripuisset anno MDCXX. licet coacta tendente Lescunio, qui scæte suæ ruinam in eo positam esse intelligebat. Memoratur Luyrij vox, qui tum præcipua apud Principem gratia vigeat, quum Jacobo dixit, quandoquidem ita ipse suaderet, iturum Ludovicum in Benearnum, sed eventum Jacobo haud dubie imputandum iri, si res secus quàm dicta sit caderet. quippe Principi cauta potius consilia cum ratione quàm prospera ex casu place-re. Pollicebatur enim Jacobus cuncta advenienti Ludovico celsura. Porro heic se Petro obtulit occasio strenuè laborandi pro religione avita, cujus restituendæ modum & arcana consiliorum, in quibus omnis hæc ratio sita est, & Regi ipsi & participibus secretorum ejus aperuit. Quo factum est ut cum anno MDCXXI. sapientissimus Princeps Consilium Palense in Parlamentum, more Francico, mutaret, memor operæ ingentis quam in fidei negotio posuerat Petrus, ejus merita rependit nova Præsidis dignitate, quam in eum gratis contulit, indulta etiam proluxa ætatis venia. Meminit ipse hujus rei in Libello Barcinone edito anno MDCXLVI. pro defensione libri de concordia sacerdotij & imperij. Referam autem ipsa verba: *Sed uno avulsò non desuis alter qui rem Christianam promoveret, felicis memoria Jacobus pater quondam meus: cujus laboribus, adjuncta quoque sollicitudine & industria mea, id effectum est ut edicti regi pro restauranda per universas Benearniparochias religione bonique ecclesiastica*

resistendis latè executio, cavillationibus hareticarum per longi temporis moras clasa, ab ipsi gloriofissime & immortalis memoria Rege Ludovico XIII. perpetratur.

VI. Hactenus res domi gestas placuit perstringere. Nunc major rerum mihi nascitur ordo, ex quo abductus à patria, & in sacrum consistorium evocatus, quod anno MDCXXXIX. contigit, quamplurimas profertendi ingenij illustres occasiones nactus est. quod qua ratione actum sit, paucis expediam. Fortè iis diebus Rex Ludovicus XIII. caussa exciderat in sacro consistorio. Existimabat ipse injustè fuisse iudicatum. Itaque de eare conquestus apud virum superillum Petrum Seguierum Galharum Cancellarium, ei coram Eminentiſſimo Cardinale Richelio præcepit ut duos viros eruditione ac pietate præstantes deligeret in illud consistorium admittendos; neque se curare Parisiensi forent, aut ex provinciis, modò tanto muneri pares reperirentur. Tum temporis Marca, qui à Parlamento Palensi delegatus in comratu debebat, Cancellario innotuerat. Igitur Seguierus (fuit enim semper illi viro mira erga eruditos omnes ac literatos benevolentia, ut non injuria seculi nostri Mæcenas dictus sit) clarissimum virum Petrum Puteanum, Bibliothecæ regie præfectum, in suas aedes evocat; orâque ut pro ea quæ illi cum Marca erat amicitia, ei persuadeat rem ipsi honorificam, reip. utilem, ac Principi gratam facturum, si seposito tantisper repetendæ patriæ desiderio, Lutetia cum dignitate veller habitare; ceteros magnis ambitionibus expetere ut in numerum Consistorianorum admittantur; ipsi illud in primis beatum contingere, quòd à Principe expeteretur. Recepit lubens Puteanus se facturum. Ad Marcam ergo specie visentis ingressus, destinata in longam jaciens, exquirat quod ei consilium esset post peracta negotia quorum causa heic attinebatur, velle revivere patrios lares, an verò Lutetia commorari, ubi eminentes virtutes aliquo in pretio sunt? Ad quæ Marca modestè, ut assolet, respondit, si alicujus gratiâ statueret vitam degere Parisiis, id haud dubiè facturum ut Puteani amicitia frueretur, sed præterquam quòd nullum sibi in Vrbe negotium erat, nullæ occupationes, cupere se in patriam redire; ubi, procul Vrbs inlecebris, cum dignitate licebat vivere. Tum Puteanus, non ntrâ differendum ratus, rem ordine, ut sese habebat, exposuit. Neque tibi, inquit, deest dignitas, neque occupationes. Velis rantummodo. Quid moror divites? Marca ad Cancellarium deductus, & honorificè ab eo acceptus,

ac paucis post diebus apud Ruellum Cardinali Richelio monstratus, demum Regi indicatus, mirabili utriusque approbatione in sacrum consistorium adlectus est; adeo ut afflueraverit Ludovicus se, si Marca sibi tunc in mentem venisset, Cancellarium fuisse liberarum onere conquirendi hominem, quòd sibi probè cognitum esset, amicum etiam suum esse Marcam dictitans. Inutile fuerit referre quàm sanctè jus suum cuique tribuent quandiu inter Consistorianos sedit. Id unum adnotasse sufficiat, omnium in se ora vultusque convertisse, dum quotidie in eo collegæ ejus deprehenderent admirabilem quandam sapientiam cum magna eruditione conjunctam. Crescit enim (ut rectè scriptum est ab auctore dialogi de claris oratoribus) cum amplitudine rerum vis ingenij, nec quisquam claram & illustrem orationem efficere potest nisi qui causam parem invenit. Quæ porò tam magna menti sese offerre poterat causa in Parlamento Benearenſi quæ non infra magnitudinem ejus jaceret?

VII. Anno MDCXL. historiam, antea ipsis quoque indigenis aut prorsus incognitam, aut fabularum admixtionem sceddè laceratam ac depravatam, Marca edidit summa cura & diligentia; ejusque fidem probavit auctoritate veterum historiarum & geographiæ scriptorum ac etiam actorum veterum ex variis archivis & manuscriptis codicibus descriptorum, quæ publici item juris facta sunt. Dicata autem à Marca fuit illustrissimo Seguierio, velut æternum observantia in eum suæ monumentum.

VIII. Sequens mensis Martius materiam præovit diovis fermonibus, ob editionem libelli parzenetici ad antistes Regni de cavendo schismate, quod præ foribus adesse nuntiabat Optatus Gallus. Sub eo namque nomine latere voluit auctor, satis alioqui cognitus, si larvam illi detrudere liberet. Occasionem turbandi sumebat ex editione voluminum de Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ, quæ anno superiore prodierant curâ clarissimi viri Petri Puteani, atque item ex rumore vulgi differentis cum Cardinali Richelio mentem esse ut omnino Episcopo Romano, Patriarcha in Gallis constituatur. Aiebat præterea magnum virum in partes tractum promissis ingentibus, qui scripto defenderet quæ pro ea causa Cardinalis facturus erat, neque dubitatur quin Marcam intelligeret. Cùm invidia hæc gravaret Cardinalem, eodemque telo Rex peti videretur, ad quem cuncta Richelii consilia referri omnes noverant, Marcæ per Archiepiscopum Butdegalem Regis nomine

imperatur ut adversus hunc libellum scribat, sed ea methodo, ne Libertates Ecclesie Gallicanæ, quas per latus non occultè petebat Oportus, aliquam paterentur injuriam, quinimò id sedulo ageret ut omnes intelligerent Libertates illas nihil detrudere de reverentia quæ debetur Romanæ sedi, quam præ cunctis semper nationibus Galli constantissimè retinuerunt. Suscepit curam libens. Neque enim fas erat repugnare Principi cui se carissimum esse sciebat, præferri iusta imperanti, non Cardinali Richelio, cui omnia Regis consilia imitebantur, quique Marcam plurimi haud dubiè faciebat. Itaque anno MDCXLI. editis dissertationibus DE CONCORDIA SACERDOTIUM ET IMPERII, sive DE LIBERTATIBUS ECCLESIE GALLICANÆ, (hanc enim interpretationem apponi in limine efflagitavit typographus, quòd ex eo librum existimaret vendibiliorem futurum) sic descriptionem suam temperavit, ut relicta discussione juris quod utrique Potestati competit, ad solam facti inquisitionem, quæ fines veterum possessorum demonstrare posset, se contulerit, ut ipse præfatur in adnotatione ad lectorem. Porrò quod spectat ad reverentiam quæ sedi Romanæ debetur, tanta eam testimoniorum ex antiquitate petitorum nube astringit, ac tam disertè, ut fas sit existimare neminem unquam, non dicam Gallum, sed nec Hispanum etiam, aut Italum, qui modò intra limites æqui consistit, auctoritatem Romani Pontificis in altiori fastigio conlocasse. Offendit tamen (quis crederet) hic liber Romana ingenia, nullam aliam ob causam, ut Marcam existimabat, quàm quòd in fronte operis admoneret heic agi de Libertatibus Ecclesie Gallicanæ. Unde Romanis (quorum aures tenentur quædam plus trahuntur, ut ait Auxiliarius-Præfatus apud antiquum scriptorem vitæ sancti Hilarij Episcopi Arelatenfis) promptum fuit sibi persuadere illum libertati ecclesiasticæ adversari qui de Libertatibus Ecclesie Gallicanæ (proh nefas!) agebat ex professò.

IX. Heic sese mihi castigandus offert Fagetus, non levem ob causam, sed ob gravissimum admisum flagitium erga memoriam illustrissimi Archiepiscopi, quem desertorem ac proditorem facit libertatum Ecclesie Gallicanæ. Ait enim illum, statim atque hujusmodi operis (ide est, libri de concordia sacerdotij & imperij) solus, quibus res ad apostolica sedis auctoritatem pertinentes tractabatur, lucubrasset, ea coram clarissimo & doctissimo Theologo amico suo, qui stipendiis Romanis pro juribus Summi Pontificis

fidissimè militare audiebat, & brevi post ab eodem Summo Pontifice cathedrali cuidam Ecclesie præfatus est intra fines Gallie, perlegere solitum esse: ut si quid ei forsam occurreret sedis Romanae juris contrarium, libenter & amicè moneret. Probavis eadem ille me esse quæcumque ad hanc materiam spectabant vel si quid minus placuisset, confessim vidit ipse emendatum. Fuit enim Marcæ sedis apostolica semper religiosissimus cultor, & ad vitam ecclesiasticam, ut diximus, propensus; ideòque aditum ad ecclesiasticas dignitates sibi præcludi nullo pacto volebat. Video Fageturum heic suum testimonium multum commendare, acta ista se præsentè identidem heic & alibi repetens, quò major sit illius narrationis auctoritas. At contra nimia illa diligentia & affectatio mihi suspecta est, omninoque puto illum ita posuisse ut illorum desiderijs obsequeretur quorum ingenio stylòque usus est in scribenda vita illustrissimi Archiepiscopi. Nam quamvis multoties Marcam audiverim differentem de his quæ occasione libri de concordia acciderunt, alium semper silentium de re ista, nullæ de Theologo illo, cujus fide ac potius perfidia deceptus esset, querelæ. Probabile autem non est: illum hanc gravissimam querelam omisisse in dolore suo, si quam conquerendi causam habuisset. Sed quod jugulum peti, si ista vera sunt, cur in tot epistolis quas Romam scripsit occasione libri de concordia, cur in schedulis & libellis propterea oblatis Romanæ Curie, nullam Theologi illius mentionem fecit: Nam vel hac unica ratione tueri se facile poterat, nihil scripsisse se in eo opere quod approbatum antea non fuisset à doctissimo Theologo Romanæ sedi addictissimo, & qui stipendiis Romanis pro juribus Summi Pontificis fidissimè militare audiebat, nihil egisse se improbè neque imprudenter, cuncta communicasse, & si quid minus placuisset illi Theologo, confessim emendasse. Omnino purgatio illa erat optima, nihilque habuisset Romana Curia quod reponeret adversus hanc argumentationem. Nihil tamen istiusmodi uspiam legitur in epistolis quas Marcæ tum scripsit Romam, quamvis illæ & multæ sint & ut plurimùm satis proluxæ. Itaque probabile est ista addita ab auctore vitæ, Fageto non repugnantè, quòd is ea ratione imminutum iri puraret nimiam auctoritatem libri de concordia sacerdotij & imperij.

X. Addit Fagetus fuisse Marcam sedis apostolicæ semper religiosissimum cultorem & ad vitam ecclesiasticam propensum; ideòque, inquit, aditum ad ecclesiasticas dignitates sibi præcludi nullo pacto volebat. Scio

Marcam valde cupiſſe ut nominationem de ſe factam ad epiſcopatum Conſoranſem ſequeretur confirmatio Summi Pontificis, multaque pro illa obtinenda egiſſe ac ſcripſiſſe. At non inde colligi poteſt illum ſeſe ob eam cauſam accommodaſſe ad mare & inſtituta ingeniorum tranſalpinnum quòd nollet aditum ad eccleſiaſticaſ dignitates ſibi præcludi. Immo certum ſum illum potiùs renuntiatum fuiſſe juri quòd illi quaſitum erat ad epiſcopatum Conſoranſem quàm quicquam ageret adverſus veritatem. Atque id exemplis præbandum eſt ex ipſius ſcriptis petitiſ.

XI. Anno milleſimo ſexcentiſimo quadrageſimo quarto Cardinalis Barberinus ad eum ſcribens i. v. Idus Martias, ita demum illi collatum iri epiſcopatum Conſoranſem ſignificavit, ſi aliqui inchoati operis ſpecimine paginas editas quantocyus tranſmitteret ex quibus apparet hallucinationes libri de concordia non tam ejus fuiſſe commiſſas arbitrio quàm importuna alienæ ambitionis imperio expreſſas. Si Marca talis fuiſſet qualem cum depingit Fagetus, nihil faciùs quàm ut aditum ſibi patefaceret ad cathedram Conſoranſem. Fecit igitur quod ſuadebat Barberinus? Noo ita ſaò. Sed ſuera animi magnitudine, & conſtantia adverſus pertinaciam Romanæ Curie, reſuſcitavit iſtam conditionem ut dñam, alienam ab ingenuo viro, ac proinde impoſſibilem. *Alterum ſcribendi modum, inquit, niſi ſum immoderatus, plane mihi repudiandum duco. Data enim, alienaque ab ingenuo viro, ac proinde impoſſibilis conditio mihi imponitur, ſcilicet ut blandelli conſolationi preſtandis aperire præſtetur vel ſaltem ſuſpicioſo dicendi genere ſignificum mihi vim illatum ut veritati ſuam facerem.*

XII. Anno dñi MDCXLVII. ſcribens ad ampliffimum virum Petrum Seguierium Galliarum Cancellarium iv. Idus Junij, ait expectare ſe ultimum reſponſum Curie Romanæ pro epiſcopatu Conſoranſi, de quo bene ſperare illum jubebant ultimæ literæ, conditiones porò quæ ſibi ob eam cauſam imponerentur non accepturum ſe ſi nimis duræ eſſent, ac potiùs renuntiatum omni juri ſuo quàm eas ſuſciperet. *L'attens la dernière reſolution de la Cour de Rome, que l'on me fait eſperer devoir eſtre favorable. Les conditions que l'on m'impoſeroit pourroient eſtre ſi dures que je me porterois pluſtoſt à renoncer à toutes mes prétentions que non pas de les accepter.*

XIII. Ea tempeſtate, v. videlicet Kalend. Januarij anni ſequentis, Rex Ludovicus XIII. ad epiſcopatum Conſoranſem,

cui tunc ob paralyſim renuntiaverat Bruno Ruada eorum Epiſcopus, Marcam animo lubentiſſimo nominationi ac gaudenti. Fas enim ſit audita inquit. Sanè credi vix poteſt quantum ea res placuerit omnibus iis quibus aliqua honeſti cura erat. Nuncius certè apoſtolicus, qui tum Pariſis degebat, Hieronymus Grimaldus Archiepiſcopus Seleuſienſis, viri laudes inſigni elingio profectus eſt in epiſtola ſcripta Kal. Julij anni MDCXLIII. ad Eminentiffimum Cardinalem Antonium Barberinum, Urbani octavi Summi Pontificis fratris filium, qua eum ultra flagrantiffimè rogavit ut ſuffragatione ſua apud Pontificem juvaret Marcam, dignum haud dubiè, ut ſcribit, qui Conſoranſi Eccleſiæ præficiatur. Cardinalis verò ille, ubi ſemel eſt Marca innotuit, ſic eum in ſuam recepit amicitiam, ſic negotia ejus in diverſis occaſionibus procuravit, etiam antè quàm rogaretur, ut Marca præſens perſuaſum fuerit neminem diligentius aut flagrantius amari ab illo Cardinale. Ipſe verò fratris ejus Eminentiffimi Cardinalis Franciſci Barberini, cujus quoque dein ſingularem benevolentiam & humanitatem expertus eſt in omnibus ſuis negotiis, auctoritatem & auxilium imploravit, ut approbato Principis de ſe judicio, Conſoranſis Eccleſia utilem deinceps habere poſſet Epiſcopum. Reſpondit iſi humaniſſimè, ſum mare, operam Marcæ ſuam non deſuturam apud Pontificem, ſed quædam in libro de concordia ſacerdotij & imperij ſcripta eſſe quæ molliori oporteat, ut delicatis quorundam ingeniis fatiſcat. id verò ſi ſemel præſtitum ſit, ſperari poſſe ut quamprimum Marca voti compas evadat. Interim à Pontifice delegatur Epiſcopo Marinoneo, Lucæ Holſtenſi, atque alius quibuſdam miſiſterium ut librum illum ſeridò perlegant, adnotentque ſi quid contra debitam Romanæ ſedi reverentiam exciderit auctri. Et Holſtenius quidem quamplurima in eo contineri retulit quæ explicatione indigerent, quædam etiam eſſe quæ Romana jura violent, ſed in occultis. tanto quippe ac tam ſingulari artificioſum librum hunc eſſe perfectum ut diſtingui vix poſſit quæ pars ejus Eccleſiæ Romanæ ſaveat, quæ venioceat. At Marioneo, vir apud Italos ſingularis eruditionis fama celebris, ſcripto promptiſ ſententiam, pro Marca honorificam, & Romanis haud ſperendam. Aſſeveravit enim nihil in eo opere contineri quod nota inurendum ſit, oque permittendum eſſe libeorum Cenſoribus ut in illud ſerviant, quinimò tam doctè ac eruditè, nòvique methodò, auctoritatem Romanæ Pontificis per Gallias & cæteras Occi-

dentis & Orientis provincias illic asseri ut vel ob hoc ipsum auctori ejus deberi existimet majus aliquod præmium quam sit Conforanensis episcopatus, grates quin etiam agendas. Scilicet tanta est vis veritatis ut etiam ab iis maximè colatur quos ei maximè adversari velis. Mansit tamen occultatum hoc clarissimi & eruditissimi viri testimonium de viri amplissimi lucubratione; tantæque cautione provi- sum est ne vulgaretur ut nulla Marcæ industria, nulla ars efficere potuerit ut exemplum ejus in Galliam mitteretur. Ceterum post relationem à delegatis factam coram Summo Pontifice, Cardinalis Barberinus Marcæ significavit cupere se ut sententiam suam de cura Principum in rebus ecclesiasticis liquidò promeret, eòsq; legibus Ecclesie subiectos esse in iis rebus, non verò præesse, doceret. Quod ille, ut erat minimè contumax, abundè effecerat: sed quæ tum temporis accidit Urbani Pontificis mors lucuosa, novam morarum seriem introduxit.

XIV. Meliore tamen fato, quanquam eadem prorsus diligentia, sub successore ejus Innocentio X. rebus Marcæ prospectum est, admittente in primis Cardinale Bichio, viro sapientissimo, qui in sacro consistorio quod IV. Idus Decemb. anni MDCLXIV. habitum est coram Summo Pontifice, & tanti viri virtutes ingentibus laudibus est prosecutus, & ut episcopatus Conforanorum in eum conferretur, maxima contentione egit. Verùm intercedente Assessore Sancti Officii, (sic vocant tribunal Inquisitionis) qui in memoriam Pontificis & Cardinalium importunè revocavit querelas adversùs librum de concordia sacerdotij & imperij olim excitatas, magnâsq; & justas de eo conquerendi causas esse affirmabat, Innocentius, natura cunctator, & qui per imprudentiam nihil eorum prætermitti volebat quæ ad dignitatem & auctoritatem sedis apostolicæ pertinere existimabat, librum hunc examinandum deintegro commisit Cardinalibus Barberino, Spadæ, Panciolo, & Rapaciolo; ad quos ea de causa extant aliquot illustrissimi Archiepiscopi epistolæ, quibus eos orat ut finis tandem aliquè imponatur his rebus. Relatio porrò negotij demandata est Cardinali Barberino, qui eo ipso, ut ita dixerim, momento, quo de eo acturus erat in congregatione Cardinalium delegatorum, in Galliam se contulit; ubi aliquandiu mansit.

XV. Attenim quia nova isthæ pontificia delegatio negotium deinceps protractura erat in longum tempus, Marcæ præverten-

dum ratus, & ut omnem scrupulum ex animis judicum delegatorum evelleret, Libellum Barcinone edidit anno MDCLXVI. XI. V. Kalendas Aprilis, quo editionis librorum de concordia sacerdotij & imperij consilium exponit, opus apostolicæ sedis censura submittit, & Reges canonum casuales, non verò auctores, esse docet. Hic est enim Libelli hujus titulus, quem integrum heic adscribere placuit. Eum porrò A. D. VII. Kal. insequentis mensis Octobris Romam ad Innocentium misit cum elegantissima epistola, quæ edita est inter Prolegomena novæ istius editionis libri de concordia. Quod autem Libelli hujus factum fuerit, malo discas ex epistola ejus ad Cardinalem Panciolum scripta, cujus ea sunt verba: *Tandem ex præscripto gravium virorum Libello publicato, assensiones quæ ex prioris libri editione, unde dilationis occasio, contractæ erant, delere curavi. Hanc Libellum ab Eminentia tua lectum atque recensum, & Beatitudinis Innocentij X. Pontificis Maximi oblatum cum approbationis suæ suffragio, docuerunt me amicorum literæ, quantumque eo nomine tibi deberem. Nunc restat ut in delegatum Eminentissimam Cardinalium casu Libello comprehensa sententia mea præfatus expendatur: ac eorum relatione Sanctissimus Pater de meo in ecclesiasticam libertatem studio certius scilias, episcopatus petiti gratiam mihi faciat. Sed novus in diem necesse moras in habenda congregatione non sine gravi animi sensu nuper accipi. Indixerat diem Eminentissimus Cardinalis Spada. Intercessit Reverendissimus Assessor Sancti Officii, causatus absentiam Eminentissimi Cardinalis Barberini, amicus est iudicibus delegatis; de qua monendus esset Summus Pontifex, ut absentis loco aliam foret pro suo arbitrio substitueret. Non conqueror de dubio metu, sed de mora quæ inde sequitur.*

XVI. Rectè quidem Marcæ metuebat tarditatem Romanorum morâque rerum, sed eò magis quòd sciret Legatum Philippi IV. Regis Hispaniarum eò secreta moltitione tendere ne dignitas episcopalis ei adderetur cujus nimia jam auctoritas erat apud Catalanos, gentem religiosissimam, quæque nominis episcopalis mirum in modum cultrix est. Annis tamen MDCLXVIII. finem negotio Ecclesie Conforanensis attulit, cui tandem aliquando Marcæ præfectus est Idibus Januarij, quinto demum anno postquam ab immortalis memorie Ludovico XIII. ei cathedra isthæc destinata fuerat. Supererat ordinatio, quæ antè fieri non poterat quam Marcæ ad Presbyteri honorem pervenisset. Clericus quippe factus à Ioanne Episcopo Lascurrensi anno MDCVII. XVI. Kalend. Octobris, non ultra progressus erat. Ita-

que anno MDCXLVIII. IV. Nonas Aprilis Presbyter ab illustrissimo Episcopo Babylico Bernardo à Sancta Theresia consecratur apud Barcinonem: in qua urbe ordinatum quoque Presbyterum fuisse, licet resistentem, sanctam Paulinum Nolanum dein Episcopum notius est quam ut Marcam latere possit. Quam ob rem inter ordinationis solennia ejus opem & auxilium imploravit pro recta Ecclesie sibi commissæ administratione; ut me ex eo memini sæpe audivisse, & paucis ante obitum diebus, cum à me admonitus esset in ea tempora incidere festum diem illius sancti, rogavit Presbyterum qui eum in hoc morbo visere solebat, ut eo die sui meminisset in Missæ sacrificio, commemorans tempus ordinationis suæ apud Barcinonem peractæ. Dein A. D. XIX. Kalendarum Novembrium ejusdem anni Barcinone digressus, Narbonem petiit. Illic ab Archiepiscopo Narbonensi Claudio Rebeo Conforanorum Episcopo est ordinatus in cathedrali Ecclesia sanctorum Iusti & Pastoris, præsentibus & Archiepiscopo assistentibus Clemente Bonzio Episcopo Biterrensi & Nicolao Pavillone Alecensium item Episcopo, Suffraganeis Ecclesie Narbonensis. Ab eisdem Episcopis paulò post, nempe XIII. Kalend. Januarij, in eadem Ecclesia Narbonensi consecratus est vir illustrissimus ac sapientissimus mihi que (quamvis enim audacia sit in verbo, dicitur tamen) amicissimus, Franciscus Bosquetus Lodovenis Episcopus, qui nunc Ecclesie Monspelienis feliciter præest, vir huic nostro Archiepiscopo ab adolescentia sine fauce & fallaciis amicus, cum quo adeo conjunctè vixit ut ad extremam ætatem amicitia eorum creverit, permanens ferè usque ad extremum vitæ diem. Neque aliam amicitie hujus causam fuisse crediderim quam eam quam adfert Cicero in oratione pro A. Cluentio; *tam hoc ferè scitis omnes, inquit, quantum vim habeat ad conjungendum amicitias studiorum ac naturæ similitudo.* Est enim ille eruditissimus & humanissimus. Sed de tanti viri virtutibus differere neque hujus loci est, & multi retulere. unum addiderim, nihil esse tam excelsum quod illæ non mereantur. Haud inutile porro fuit hæc eo loci observare, quandoquidem & ipsi Narbonenses (ut me audivisse memini quum in ea civitate essem anno MDCXLIX.) cum aliqua lætitiæ voluptate memorant illustre hoc amicorum par in eodem anno & ab iisdem Episcopis Episcopos fuisse consecratos. Neque illud omittehdum hoc loci, Innocentium Pontificem, cui malitia quorundam hominum Marcæ virtutibus invidentiâ persuaserat eum sic averso à

Romana sede animo esse ut nulla Pontificum benevolentia nullaque gratia ad ejus auctoritatem extollendam trahi unquam posse videretur, ad tentandum eum quadam opportunissima occasione usum esse paulò antè quam in cathedra Conforanorum conlocaret. Mota erat temporibus illis gravis questio de duplici capite in Ecclesia, plerisque unicum tantum caput, videlicet beatum Petrum, in ea constituentibus, quibusdam verò consentibus Paulum quoque Ecclesie caput cum Petro fuisse. Cum hæc questio dilaberet in partes ingenia hominum eruditorum, atque interim dignitas Romanæ sedis tentari videretur, Innocentius, qui apprime noverat Marcam in primis ecclesiasticæ antiquitatis peritum esse, ratus præterea evenisse occasionem qua ejus animum erga sedem Romanam experiretur, aperire sententiam jubet. Ille nihil cunctatus, Exercitationem Barcinone v. Kalendarum Junij anno MDCXLVII. scripsit *de singulari primatu Petri*, quæ nondum edita est: quam Innocentio, ad quem statim missa est, valde placuisse ex eo intellectum est, quod eam publicè legi jussit, ac singularem quandam de Marcæ in sedem Romanam propensione accepit opinionem. Ceterùm hæc quæ supra dicta sunt, quamquam plures per annos gesta, conjuncti, ne, si secus actum fuisset, series narrationis interrumperetur. Nunc ad temporum ordinem redeo.

XVII. Initio anni MDCXLI. Marca domestico vulnere, & eo gravi, ictus, Iacobum patrem amisit, fato interceptum apud Benearnos, quum ipse Lutetie commoraretur. quæ absentia haud dubiè animum ejus valde afflixit. Neque tamen casum illum, ut plerique solent, per lamenta ac merorem muliebriter tulit; sed post justa paterno funeri perfoluta revolutus ad studia & ad negotiorum tractationem, haudquam sibi otium lugendi reservavit, negotia videlicet pro solatis accipiens. Ea quippe tempestate inventam à se in Bibliotheca regia Vigilij Romani Pontificis epistolam decretalem pro confirmatione Quintæ Synodi Oecumenicæ, quæ Constantinopoli habita est, hætenus ineditam, & omnibus doctis incognitam, publici juris fecit; addita etiam elegantissima dissertatione, qua Vigilij institutum in perplexa Trium Capitulorum disputatione asseruit, ut ipse loquitur. Edidit quoque ad calcem hujus dissertationis epistolam Eutyebij ad Vigilium, itémque aliam Vigilij ad Eutyebium, utramque Græcè, cum Latine tantùm extarent, necnon etiam Anathematismos XIV. editos ab eadem synodo, qui Latine tantùm habebantur ex-

cusi, Græca lingua evulgavit ex eodem codice regio. Quid verò de hac editione possit ipse senserit, accipe ex Libello ejus Barcinone edito anno MDCXLVI. cujus supra mentionem feci: *Sane explicari non potest quantum hujus epistola publicatio profuerit ad firmendam apostolica sedis auctoritatem erga Concilia generalia, quæ apud Gallicos academiæ magistrus, majorum suorum decretis inhxerentes, valde nutabat.* Porro dissertatio hæc edita tum fuit in ingentibus illis Conciliorum tomis qui è typographia regia prodierunt; in quos etiam conjecta est altera Maræ dissertatio de primatu Lugdunensi & ceteris Primatibus, cum Notis ad canones aliquot Concilij Claromontani sub Urbano secundo celebrati. Hanc ultimam dissertationem longè auctiorem edere rursus instituerat, si diutius in vita fuisset. Nihil tamen quod alicujus momenti sit addidit, aliis occupationibus præpeditus.

XVIII. Tum temporis Catalonia, nobilis Hispaniarum provincia, libertatis amore, & odio adversus dominantes, à quibus atrocita se perferre quebatur acrius quam ut nulla iusta conquerendi causa esset, in fidem se ac clientelam Christianissimi Regis tolerat, misso ob eam rem ad Ludovicum XIII. nobilissimo ac sapientissimo viro Iosepho Margarito, quem in villa cui Valli-Spinoxæ nomen est residentem prope Tarraconem, ac nihil minus cogitantem quàm ut consensu gentis in bellum traberetur, Catalani ex decreto omnium ordinum provincie sibi duceum ob nobilitatem ejus & virtutem præposuerant, vi etiam aduros minitantes si cunctarentur. Neque nobilitas diutius demonstranda est. Quippe antiquum in Citeriore Hispania Margaritorum genus, fecundum illustrium virorum. Itaque gratias sibi à Rege actis, filiisque daobus apud eum obfidibus ultro relictis, in Cataloniam remeans, Gubernatoris etiam provincie dignitate postea auctus, & Hispanis ostendit quantum belli artibus valeret, & fidem suam Regibus nostris multoties approbavit clarissimis argumentis. Sed præterea pus haud dubiè erat prudens Visitatore, (summi id magistratus nomen est, splendide in primis administrationis) qui provinciales iudices egredi terminos fori prohiberet, audientes pœnis coërceret, ac si id è re publica esse existimaret, loco moveret, provinciamque inquietam recenter ad nos versam, legùmque municipalium amantissimam, consilio magis quam vi in officio contineret, imperioque Francico parere assuesceret. Igitur Marcam deligi placuit, virum in quo multa civilis prudentia, singularis in omnes

conitas, ac facilitas penè incredibilis inerrant, cum severitate & gravitate conjunctæ, præter admirabilem rerum divinarum humanarumque inrelligentiam, Acta hæc anno MDCXLIV. quo ipse Barcinonem pervenit A. D. VII. Kalend. Maij. Et Maræ quidem, præter auctoritatem ab Hispanis olim Visitatori generali Cataloniz tribu fuetam, concessa est etiam à Ludovico Rege in milites & copiarum duçores jurisdictione, & mandata ærarij cura. Quòd si libuisset commodis propriis utilitatique servire, rémque familiarem augere ex pecunia publica, nihil facilius. Nam & provincia dives, & parata peccantibus; & Princeps ad retinendam Cataloniam & ad propagandum imperij fines tum maximè intentus, eam illic pecuniam mittebat quæ perpetuos sumptus suppedinaret, nec solum necessarios, sed etiam liberales, & præfecti ærario in omnem aviditatem proni, quantalibet facilitate redempturi erant mutua diffimulationem mali. Sed horum neutro corruptor est. Quinimò cum intelligeret neminem adeo abinentem & integrum in hoc munere esse quin suspitionibus avaritiz pateat, nolletque sibi in posterum impulari posse quòd Cataloniam avarè babuisset, curamque à se removeri enixè efflagitavit; exemplum videlicet Dariani Paricij secutus, qui gratia quaptam donatus ab Imperatore Constantino, *aufferi sibi id cum tanta infamia depoposuit eum quanto alij pascere consueverunt,* ut ait ipse Constantinus in Codice Theodosiano. Neque ramen Marca statim obruit quod petebat. Verùm cum nihil ex ea petitione remitteret, pertinaciterque in dies regiam majestatem urgeret ut administrationem illam in alium transferret, tandem impetravit. Itaque liber & solutus ab hac cura, posthac totus ad bene gerendam rempublicam intentus, primùm omnes Catalanos blandè complecti, deinde singulos comiter appellare, postremò linguam eorum & mores addiscere; quò sic instructus, faciliùs dein in eorum se amicitiam infinuaret, auctoritatèque sibi apud ipsos conciliaret. Neque profectò spes eum sua frustrata est. Nam hiac factum ut ei omnes Catalani, superba alioquin & gloriosa gens, & adversus potestatem conrumax, honores, quos possent, publicè haberent, felice sique se esse existimarent quòd tam boni viri familiaritate uterentur. Quippe sic se Barcinone gerebat in privatis congressibus ut deposita potestatis personà communis infinis, par principibus videretur, comitate & alloquiis officia provocans singulorum. In negotiis verò publicis, severitatis semper & aucto-

Vide præfationem ad hanc editionem Petri de Marca.

L. I. Theophrasti & Aristoteli

Philosoph. in vita Augustini lib. 1.

Historia de vita
Apollon, lib. 1.

ritatis retinens, sæpius tamen minitrando, ut monuit Apollonium Tyaneus, quam puniendo vim imperij solidavir, diversus nimirum à moribus Galbæ Imperatoris, quem Suetonius tradit per octo annos variè & inæquabiliter Hispaniam Tarraconensem rexit, ac primò quidem acrem, vehebentem, & in coërcendis quidem delictis vel immodicum fuisse. At Marca, ut dixi, lenis quàm vehebentis ac severus videri maluit, ratus haud dubiè dari ea ratione per provinciam documentum, Francorum dominationem haud procul à libertate abesse, sed istius modum placeret. His artibus provinciam difficilem & inquietam, annonæ, vini, & olei fœcundam, inimicisq; & licentia discordem ac mobilem, rerùmque novarum avidam, septem per annos in officio continuit, & Regi firmavit adversus Hispanorum arres & conatus.

XIX. Scilicet Marca iis dotibus iisque virtutibus erat ornatus & instructus quas, uti paulò pòst videbimus, Serenissimus Princeps Ludovicus Borbonius Condeus in eo magistratu requirebat qui Cataloniam teneret, si modò pacatam provinciam habere vellet. Gnarum id Annæ Austriacæ Francorum Reginæ, quæ tum sub Rege puero negoriorum publicorum administrationi præerat. Etenim Marcam mittens in Cataloniam, splendidissima illum dignitate summâque auctoritate præditum esse voluit; omnibûsque quos sequentibus temporibus in Cataloniam misit, in primis mandavit uti ne quippiam agerent Marca incon-sulto. Quo loco commemoranda mihi occurrunt mandata quæ xv. Kalend. Februarij anni MDCXLV. data sunt Henrico Lotharingico Comiti Harcuriano, cùm ad regendam vice Regis Cataloniam destinaret. Iuvat heic ipsa mandatorum verba describere, digna profectò quæ in hanc historiam referantur: *Le Sieur de Marca, qui a été envoyé Visiteur general en Catalogne avec ordre de prendre connoissance des affaires de la Justice, Police, & Finances, & de toutes autres selon le pouvoir de cette Charge, estant homme de grande capacité & de science, & d'une probité singulière, appellé à la dignité d'Evêque, & particulièrement estimé de lo Reyne, Elleve-commande à Monsieur le Comte d'Harcours de le considerer particulièrement. Et comme il a ordre de luy rendre toute la deference qu'il doit à sa qualité & à ses charges & de luy donner compte de l'estat de toutes choses, aussi l'intention de sa Majesté est qu'il se traite avec tous honneur & pience ses avis sur toutes affaires & occurrences, & ait en luy une confiance entiere. Que ledit sieur de Marca ayant en ordre de sa*

Majesté, à son départ d'après d'elle, de demeurer ordinairement à Barcelonne, pour en attendre le service de sa Majesté & le secours de l'armée, avec charge d'agir tousiours sous l'autorité du Viceroy, l'intention de sa Majesté est que ledit Sieur Comte d'Harcours se repose sur luy, lors qu'il ira commander l'armée, de ce qui sera à faire du costé de Barcelonne, & que lors qu'il en partira il le fasse ainsi connoître à tous, & quelle est la creance qu'il prend en luy, afin que toutes choses réussissent en ses mains ainsi qu'il est convenable.

XX. Inegrum locum referre visum est duabus de causis, nimirum ut offenderem quanta & quàm magnifica esset Annæ Augustæ opinio de Marca, & ut refellerem ineptam observationem reverendi illius viri qui nuper vitam ejus emisit in publicum. Hic enim tractans istud ipsum argumentum, ait novum Cataloniæ Proregem Comitern Harcurtium pervenisse Barcinonem principio anni MDCLV. cum peculiari mandato ut in omnibus quæ ad provinciam, EXCEPTIS ARMIS, administrationem pertinerent, Visitatoris consiliis uteretur. Istud verò à veritate alienum esse offendit locus suprâ descriptus ex mandatis quæ Comiti Harcuriano data sunt, in quibus sic ille cuncta jubetur communicare cum Marca, sic in omnibus negotiis & occasionibus uti ejus consiliis, ut nihil omnino excipiat. Vnde manifestè vanitatis & mendacijs arguuntur quæ de hac causa scripsit Fagetus.

Accipe noni Danaum insidias, & crimine ab uno Vigil. lib. 1.
Aeneid.

Disce omnes.
Luber enim illi reddere sua verba.

XXI. Tanta autem dignatio ejus erat ut cùm anno MDCXLVII. apud Barcinonem atroci morbo laboraret, certatum omnes ad templa, quæ propter hunc morbum noctu & interdiu cunctis parebant, concurrerent, cælestem pro eo open imploraturi, & Serenissimus Princeps Condeus, qui tum Cataloniam vice Regis obtinebat, ad visendum eum è castris, quamvis procul distans, in urbem venire pridie Nonas Septembris, cùm antea de valetudine ejus sollicitus, crebrò per nuntios invisisset. Quo nihil honorificentius Marcz contingere poterat.

XXII. Operæ pretium est referre in hoc loco, ad laudem & gloriam magni viri, quis fuerit Serenissimi Principis dolor ob istum morbum, quæ opinio de Marca, qui metus est morte ejus. Primum enim, missam eam ob causam veredario ad Cardinalem Mazzarinum à castris ad Verdunum III. Non. Sep-

tembris, ei significavit necessariam sibi vitam fuisse hanc curam, ut eum admoneret Marcam in extremo vite periculo versari, magnamque esse hanc iacturam, mittendum esse quamprimum in Catalonia alium quempiam virum probum, capacem, & qui aliqua negotiorum provinciarum cognitione imbutus sit, denique qui plurimum comitatus habeat & firmitudinis, baudubie bis verbis innuens mittendum esse virum, si inveniri posset, qui isdem doctus esset ornatus quibus Marca. Quod si istiusmodi homo non reperiretur, futurum ut Mazarinus Aquisensis Archiepiscopus, qui in Catalonia non ita multo post venturus erat, eam provinciam redurus vice Regis, incursum esset quotidie in magnas difficultates. Vitandum id esse, ire se interim Barcionem, ut tumultibus occurrat qui occasione mortis istius excitari possent. Præstat autem ipsa Principis verba referre. *J'ay creu vous devoit envoyer ce courrier en toute diligence pour vous avertir de l'extremité de Monsieur de Marca. C'est une perte pour le service du Roy tres considerable. Je croy qu'il est absolument nécessaire d'y en renvoyer promptement un autre qui aye la capacité, la reputation, & en general la confiance des affaires, qui soit doux & ferme pour s'accommoder à l'humeur des Catalans; faite dequoy Monsieur vostre frere se trouveroit tous les jours obligé à se commettre avec les Consiillers. Ce qu'il est bon d'éviter, ayant quelque un par qui on fasse faire & recevoir les propositions delicates. Cela m'oblige d'aller en toute diligence à Barcelonne pour compescher les desordres que cette mort-là pourroit apporter. Ad ea Mazarinus respondit xvi. Kal. Octobr, angi se atque dolere vehementer ob miserabilem statum valetudinis Marce, multum tamen bonæ spei hinc sumere quod post acceptum à Principe nuncium de morbo ejus, nullas deinde literas ejus habuerit, hinc colligere se Marcam melius habere. Haudubie hanc iacturam, si eveniret, magnam fore. Præcipuum autem futurum in dolore locum suum, tum propter amorem & reverentiam quæ viro debetur tot insignibus virtutibus prædito, sed maxime quia omnino persuasum habebat neminem esse qui tanto cum fructu personam sustinere posset quam is in Catalonia sustinebar, Præterea tum esse Marcam quem ipse plurimi semper fecisset. *Je suis toujours en grande inquietude du pauvre Monsieur de Marca, & conçois néanmoins beaucoup d'esperance de ce que depuis l'avis que vous m'avez donné de sa maladie je n'ay plus eu de vos nouvelles, inferant de là qu'il se porte mieux. Certainement ce seroit un grande perte que nous ferions, & qui me tout**

cherroit sensiblement, tant pour l'affection & l'estime que chacun doit avoir pour une personne de si grand mérite, que pour la connoissance que j'ay qu'aucun autre ne saurois si bien servir le Roy que luy dans l'employ qu'il a en Catalogne. Outre qu'en mon particulier j'en ay toujours fait grand estat.

XXIII. Eodem tempore Marefballus Gramontius, qui in eam provinciam missus erat cum Serenissimo Principe Condeo, scribens ad Cardinalem Mazarinum, aiebat existimare se multum dolorem accepturum illum aultia misera valetudine Marce, neque id injuria, quippe difficillimum esse inveniri susceptorem illi parem in administranda Catalonia. *Querendum tamen quanto-cyus aliquem cui hæc provincia demandari possit, ut eatur obviam difficultatibus quæ Archiepiscopo Aquisensi occurrerent in initiis novæ dignitatis, si non adesset aliquis Marce non impar qui eum consiliis suis juvaret. Hæc sunt ipsa Gramontij verba ex eisdem castris ad Verdunum postridie Kalend. Septembris: L'extremité en laquelle est reduit Monsieur de Marca contera bien assurément du déplaisir à vostre Eminence, & avec grande raison, estant, apres difficile qu'un autre soit en sa place qui l'occupe aussi avantageusement que luy pour le service du Roy. Surquoy je prendray la liberté de dire à V. E. qu'il est temps d'y songer de bonne heure; puisque si Dieu vient à disposer de luy, Monsieur vostre frere se trouveroit assez embarrassé dans ces remuements, s'il n'estoit assisté d'une personne intelligente qui peut faire les mesmes fonctions dudit Sieur de Marca. Rescribens autem Mazarinus ad Marefballum, his omnino verbis usus est: *Je suis en grande inquietude de la maladie de Monsieur de Marca. Je reconnois avec vous qu'il seroit bien mal-aisé de remplir cette place d'une personne qui réussisse aussi bien parmy ces peuples-là, & que si mon frere à son ardeur estoit privé des lumieres & des assistances qu'il peut luy donner, ce seroit une grande disgrâce pour luy.**

XXIV. Patabant, ut dixi, templum noctu & interdum Barcionem propter hunc morbum, ad eaque certatim omnes sponte conveniebant, caelestem pro eo opem imploraturi. Eximium sanè erat illud amoris eorum argumentum. Sed ea erat Barcionensium pietas & caritas in Marcam ut ambitu urbis coerceri non posset. Atque adeo ex ea egressi quamplures, ad templum Monserrateuse, inclytum per indigenas advenaque, vestula sana ac præcipuo cultu beatissimæ Mariæ virginis celebre, quod xxx. M. P. hoc est, iter unius diei, adest ab urbe Barcionem ensi, pedibus accesserunt, vota pro

incolumitate ejus nuncupaturi. Publicè quin etiam civitas univerſa vorum fecit, ac Conſulum cura factum eſt ut duodecim Capucini, quo hominum genere neſcio an aliquid ſit aut melius aut ſanctius, nudis pedibus, ſandalis etiam depoſitis, nomine civitatis ad Montemſerratum proficiſcerentur; additis duodecim puellis, quæ veſtibus albis uſque ad talos demiffis induta, ac cribribus fluxis, nudis quoque promiſis pedibus in illa ætatis teneritate iter illud confece- runt, ut votum civitatis ad illam ipſam ædem perſolverent. Et ne ſoli Barcinonenſes eum diligere viderentur, preces quoque ad Deum publicè per totam provinciam pro eadem cauſa ultro fundebantur à populis aliarum urbium ac pagorum Cataloniae, Barcinonenſis civitatis exemplum ſecutus, neque enim quiſquam jubebat. Certè in univerſum æſtimanti, affirmare licet neminem unquam advenam apud Catalanos tam flagranti deſiderio fuiſſe celebratum. Marca verò, qui ſe tot religioſiſſimorum hominum votis à morte revocatum eſſe judicabat, grates Deo pro reſtituta quondam valetudine acturus, & ne inſaluta beatiffima virgine Cataloniae relinquere, ad Montemſerratum & ipſe pervenit anno MDCCL. diſſertationemque illiè IV. Idus Aprilis elucubravit de origine ac progreſſu cultus beatae Mariae virginis in Montemſerrato, quæ manu ejus ſcripta, ac nondum edita, in archivo monaſterij poſita eſt. Teſtatur id ipſe in epistoſa data ad clariffimum virum Petrum Valerium Diazium Jurifconfultum Hiſpanum, nunc rationum in regno Neapolitano Præſidem, qui tum apud Breſconem haud procul Agatha captus detinebatur jure belli: *Nunc ſuper eſt, Vir clariffime, ut quam à me literis tuis exigit, reddam de Joannis Guarini olim Montemſerrati cultoris etate ſententiam meam: qua ſic temperatum eſt intra limites veri & falſi, ut hoc repudiat, illud aſſertat. Ea de re diſſertationem peculiararem illi in monaſterio olim ſcripſi, poſt veteres illius chartas accuratè diſcuſas, cum anno MDCL. illiè deprecationis cauſa conſiderem; qua diſſertatio mea manu exarata repoſita eſt in archivis ejuſdem domus à pio viro Baſile Inno- centio Convenus Abbate. Cererùm, cum ea diſſertatio fato quodam deperdita eſſet, de quo apud Marcam conqueſtus eſt R. P. Franciſcus Creſpus Baſiarum Abbas & ſanctæ Theologiae Profeſſor Regius in academia Ilerdenſi, qui tum hiftoriam monaſterij Montemſerratensis ſcribebat, ejus exemplum ad hunc Abbatem miſum eſt quam Perpini- ani ageremus. Marca verò licè ad eum reſcèpit, præſtatur aliqua, in initio epistoſe, de cultu qui debetur beatiffimæ virginis: Sed*

praſentem quam ſupplicibus votis ad ædem Montemſerrati conceptis operem præſtare ſolet, ego duobus iſſique graviffimis morbis, cum Barcinone degerem, ſerè conſectus, experimentis didici, ejus patrocinio velut ex ipſis morbis ſanctibus ereptus. Quare gratias hujus beneficii publicè acturus, ſuperatis morbis iſſis, ad ſacram ædem vetuſta illius imaginis cuſtodem cum acceſſiſſem, vice tabula à naufragis appendi ſolita, & morbis deſcriptionem, & conſcriptam de oratorij atque imaginis vetuſtate incubationem dicevi: qua in archivis domus tuæ recondita, cum hodie non exes, ejus exemplum ad te tranſmiſiſti. Tum paucis agit de antiquitate loci, admonetque Creſpum ne in ea hiftoria ſcribenda falſus, ut Hiſpani ſolent, teſtimoniis utatur, qua Gallis, inquit, fabularum iſtiusmodi detegendarum peritiffimis ludibrium debent, & relique narrationi, licet aliqui vera, auctoritatem demant. Ceterum narrationem rerum à Marca in Tarraconenſi Hiſpania geſtarum, quæ commentarium integrum poſtulatet, majori operi reſervo. Interim his fruere.

XXV. Sed antè quàm ab hoc loco diſcedam, res poſtulare videtur ut ruruſum nonnulla dicamus de libro de concordia ſacerdotij & imperij. Exegerant Romani à Marca ſæpiſſime ut condemnaret quæ in eo libro ſcripta erant ad verſa moribus Italorum. Ille verò conſtanter reſuſaverat, ut ſuprà vidimus. Denique hoc anno MDCCLVII. multa ſcripta actaque ſunt in hac cauſa quæ ſilentio tranſmittenda non ſunt. Toto illo anno multis modis tentatus eſt Marce animus. Et is quidem ita conſtitutus erat, quando ſanus fuit, ut decreverit nihil remittere ex privilegijs Eccleſiæ Gallicanæ, quamtunc- que urgeretur, ac potiùs renuntiarum omni juri quod habebat ad Eccleſiam Conſoranorum. At ſi quippiam valde ridiculum ſibi offerretur ſubſcribendum, non repugnaturum quidem, ſed ſtatim evulgaturum ſibi dictum fuiſſe hoc eſſe novum jus Curie Romanæ. nihil tamen facturum quo Gallicanæ Eccleſiæ privilegia damnare videretur, niſi ſi eodem tempore Legatus regius aut Cardinalis Protektor publicè proteſtarentur ſchedulam quæ ab ipſo ſubſcribenda exigeretur nihil detrimenti afferre noſtris privilegijs Haec illi tum mentem fuiſſe patet ex laudata ſuperiùs epistoſa ad Cancellarium ſcripta, in qua hæc leguntur: *Les conditions que l'on m'impoſerois pourroient eſtre ſi dures que je me porterois pluſtoſt à renoncer à toutes mes pretentions que non pas de les excoſerer comme j'ay fait entendre à Monsieur le Cardinal d'Elbe par la lettre du* d'ut
la copie eſt cy-joincte. Si l'on me propoſe des articles à ſigner, encore qu'ils ſoient ridicules, je

n'y feroy point de difficulté, parce qu'ils en seroient responsables, & je publieroy que ces Officiers m'ont enseigné que c'estoit le nouveau droit de la Cour Romaine. Je ne pourrois pas consentir à signer quelque clause qui condamneroit les Privilèges de l'Eglise Gallicane. Au contraire, je desire que l'on conserve dans ma declaration la reserve que j'y ay apposée de ces Privilèges, au lieu que Monsieur l'Ambassadeur ou le Procureur des affaires de France protestent que la declaration qui me sera présentée s'entend sans prejudicier aux Privilèges de la France.

XXVI. Ita constitutus erat Marca die decima Junij, cum sanus adhuc esset. Incidit paulò post occasione Romanæ Cutiz admodum favorabilis, morbus videlicet quo Marca laboravit sequenti mense Augusto. Hac pulcherrima occasione usus Vincentius Candiotus, qui tum in Catalonia morabatur ut nomine Pontificis caperet spolia Episcoporum decedentium & ut reditibus episcopatuum frueretur sede vacante, & aliquandiu post factus est Episcopus Balneoregensis, schedulam ægroto subscribendam obtulit pridie Idus Augusti pronus contrariam destinatis Marce dum sanus erat. Sed bene habet quòd in actis publicis tum apud Barcinonem confectis adnotatum est ista corrigisse quo tempore Marca jacebat in lecto in infirmitatis causa. Præstat autem integra acta deferbere.

Hoc est exemplum bene & fideliter Barcinone sumptum à quodam publico & authentico papyro instrumento declarationis sans & integra ac fide digno tenoris sequentis. Ego infrascriptus Petrus de Marca professor me in omnibus sequi & amplecti eam doctrinam de jurisdictione ac immunitate ecclesiastica ceterisque rebus & causis ecclesiasticis quam docet Romana Ecclesia, eique firmiter adharere. Quæcumque verò huic doctrinæ contraria scripsi in libro de concordia sacerdotij & imperij & in epistola Hyacinto Messades Archidiacono Empuritano Ecclesiæ Gerunensis directæ, à me editis, quæ postea decretis sacre congregationis Inducis damnata sunt, ea quoque & nunc damno & in altera illius libri editione me emendaturum spondeo, eandemque Romanæ Ecclesiæ doctrinam etiam in reliqua operis parte à me edita me sequaturum promitto. Profiteorque singularia illa jura quibus in negotiis ecclesiasticis Rex Christianissimus utitur, non nisi ex privilegio apostolico posse exerceri. Alioquin legitimè non usurparentur. PETRUS DE MARCA.] In Dei nomine. Noverint universi quòd anno à nativitate Domini millesimo sexcentesimo quadragesimo septimo, die verò Martij decima quarta mensis Augusti ejusdem anni

intitulata, in mei Notarij infrascripti & Pauli Faget sanctæ Fidei Prioris, ac Doctoris Petri Pont, & Francisci Matheæ Artium & Medicinæ Doctoris civis Barcinonæ, testium presentium, illustrissimus & reverendissimus Petrus de Marca in supremo Navarra Senatu Irafes, sacri Regis Christianissimij Consistorij Consiliarius, constitutus personaliter intra quandam mansionem domorum sua propria habitationis quam fovet in platea nuncupata diva Anna, in lecto jacens infirmitatis causa, habens per manus suprascriptum solcæm papyreum seu confessionem & promissionem respectivè narratorem supra, perlectâ ipsa scriptura submissa voce, suum nomen in fine propria manu subscripsit & firmavit. De quibus omnibus & singulis sic ut predictis actis, dictis, gestis, & factis, in continenti dictus illustrissimus Dominus Petrus de Marca petiti & requisivit instrumentum confecti & sibi ac aliis cujâ interit tradit & liberari, prout de mandato illius illustrissimo Domino Vincenzo Candiotto Collectori apostolico acceptanti tradidi per me dictum & infrascriptum Notarium. Quæ fuerant acta Barcinonæ sub anno, die, mense, & loco, ac testibus presentibus ad premissa vocatis specialiter & assumpti atque rogati, prout superius continetur.

XXVII. Hujus rei mentio etiam extat in ea vita illustrissimi Archiepiscopi quæ à Fageto edita est, iremque in observationibus quæ circumferuntur Eminentissimi Cardinalis Albicij ad librum meum de vita Marce. Hæc sunt ejus verba, Deum autem optimum maximum, qui opera Petri Marca in ecclesiasticis functionibus uti volebat, dum Barcinonæ commorabatur, exitialis morbo illam corripuit. In ea infirmitate ad correptus, prostitutionem & revocationem quæ sequitur in manibus Episcopi Balneoregensis in Catalonia tunc temporis ipsiorum Episcoporum Collectori emisit. Ego infrascriptus Petrus de Marca &c.

XXVIII. Anno MDCLII. quum pestilentia Barcinonem invasisset, Marca mense Martio se contulit in monasterium sancti Hieronymi Murtenis, quò singulis ætati-bus secedere consueverat; ibique aliquandiu commoratus, dein ad Granollerium accedens, & ad Ostalricum, demum iter Galliarum ingressus est mense Julio. Haud sine aliis tristior fuit Barcino; ac diem abitionis ejus sic universâ civitas profecuta est ut lacrymis desiderij futuri dolorem indicaret. Celebratur adhuc eorum vaticinatio quò longam malorum feriem provincie imminere prædixerunt, quandoquidem eam Marca desererebat. Neque ramen omnem ejus curam abjecit, Nam Margarito, quem ex urbe ad alteram fluminis Biscaucj ripam, Montcadam inter & Gruam, x. M. p. à Barcinone

distantem evocaverat prid. Idus Julij, Catalanorum salutem & negotia commendavit, profusiusque utrinque lacrymis, tanquam non amplius visuri, discessere, Margaritus ad tuendam urbem, quam paulò post Hispanorum copix obsederant, Marca verò in Galliam. Fuit sanè semper magna inter eos amicitia, ac tanta conspiratio consensûsque virtutum, ut Marca plurimi faceret Margaritum, eumque valde amaret, hic verò Marcam in primis coleret & observaret, ac velut alterum parentem diligeret. Catalanos porrò omnes, à quibus se plurimum amari Marca noisset, ipse quoque peculiari quodam semper amore prosecutus est; ut omnibus notum est qui Marcam noverant, & ab eo scriptum est in quadam epistola data ad Eminentissimum virum Jacobum Cardinalem Corradum, cui perpetua & constans cum Marca fuit amicitia & præcipua in eum inclinatio. Ac postquam in Galliam remeaverat, lætabatur supra modum quum occasiones nantisceretur ad gratificandum hominibus illius gentis, id quod non rarò accidit. Ceterùm peragrata Catalonia & Gallia Narbonensis, ad Conforanos tandem perveniens, qui in Pyrenæis Aquitanicis siti sunt, eorum civitatem solenni pompa ingressus est III. Non. Augusti. Quamquam animus ejus modico contentus, & inanium contemptor, facillè transmissurus erat hunc triumphalem apparatus, nisi id Conforani effragassent non mediocri studio, quò suam in eum observantiam publicè testarentur.

XXIX. Vndecimo dein Kalendas Septembris Karolus de Montchal Archiepiscopus Tolosanus, vir sanè pius & doctus, excessit à vita apud Carcassonem, ubi tum conventus Gallix Narbonensis habebatur, cujus corpus initio mensis sequentis Tolosam delatum, supremo officio mandatum est in Ecclesia cathedrali. Inter Episcopos verò qui funus curarunt adfuit & Marca, cui vetus cum Karolo fuerat familiaritas ob similitudinem morum, & quia eruditionis fama conglutinat amicitias insignium virorum. Memoria teneo adstantium oculos in Marcam, quem mihi tum primùm videre contigit, præcipuè fuisse coniectos, comitante jam fama, archiepiscopatum Tolosanum ei destinari. Neque recitebo tam magnum virum Karolo visum fuisse Marcam ut cupiverit imaginem ejus in tabella depictam habere, quò eam in bibliotheca sua, quæ magna & locuples erat, conlocaret inter illustrium virorum imagines quibus illa erat ornata. Ceterùm ipse Tolosa paulò post digrediens, Regem adiit, ut juramentum fidelitatis, quod vocant, pro episcopatu

Conforanensi præstaret præsens præsentem ex antiquo & recepto apud Gallos more, nisi Princeps remittat. Præstitit autem VII. Kal. Februarij anni millesimi sexcentissimi quinquagesimi secundum.

XXX. Actum debinc de archiepiscopatu Tolosano: quem cum plures Episcopi cuperent peterentque, Marca, licet Regis animum nulla prece tentasset, ad eum nominatus est VI. Kalend. Junij. Operæ pretium est edere in hoc loco fragmentum ex epistola quæ à sapientissimo viro ea de causa ad Innocentium decimum Pontificem Romanum scripta est. *Non me latet, inquit, quantopere huic oneri ferendo visus mea sint impares: quarum tenuitatis opprime conscius, ne dignitatem illam exambirem, plane sum deterritus. Atamen tanti Principis de me iudicium fecit ne illam nec petenti oblatam detrectarem, ex vero debiti obsequij officio divina opitulationis certissima præsidia expectans, si sanctitatis vestra, quæ Christi Domini vias gerit in terris, consensus accedat & auctoritas, quæ à priori Ecclesia exstiteret & alteri proponere sedis apostolica privilegio sola potest. Ego sanè polliceri nullam immensis & insulsis Ecclesiam Tolosanam utilitatibus ex mea translatione autam iri; sed industria qualisvisque mea probanda latiore campum in ejus regimine apertum iri quam in Ecclesia Conforanensis angustis finibus inficiari non debeo. Ome felicem, quando veteris illius atque sanctissimi sacerdotis Exuperij exemplo (qui ex præfata in Hispaniam aëo cathedram illam suscipiens, eam deinde rexit juxta pium atque prudens Innocentij primi ad ejus consultam responsum) licebit per Innocentij decimi decretum, post gestus magistratus regis in Gallia & Hispania, episcopatus quoque curæ fuisse mihi, Tolosana sedis administrationem capessere! Sciebat sanè vir eruditissimus diversum ab Exuperio Episcopo Tolosano fuisse Exuperium illum qui præsidatum in Hispaniam egit. Quis enim ignorat? Verùm cum argumentum esset accommodatissimum ad rem quam tractabat, sciretque præterea Principum aures ita esse formatas ut nihil nisi jocundum lætùmque accipere velint, vim aliquam inferre veritati non abnuvit ut Pontificem alioqui difficilem ac morosum, sibi faventem ac propitium habere posset. Quod ideo retuli, ut eatur obviam scrupulosa cujusdam scriptoris diligentia, qui in adversariis suis adnotavit lapsum heic esse Marcam. De quo admonitus à me vir optimus pancis ante obitum mensibus, risit hominis supinitatem, qui non animadverteret cujusmodi argumentum in ea epistola tractaretur. Neque enim historia scribebatur. Non displicet profectò hominibus eruditis quòd oratores veri*

limites nonnunquam excedunt in compositione verborum, ut auditorum aures aliqua voluptate permulceant & alliciant.

XXXI. Sed illud incommodum in primis Marcæ accidit, quod inter tumultus domesticos ad archiepiscopatum Tolosanum nominatus, rursus moram rerum experiri necesse habuit, variis de causis, ac inter alias, quod Iansenismi apud Innocentium accusatus cum fuisset à malevolo quodam, cujus nomen edere nunc non libet, purgationis occasio expectanda fuit. Nam originem & causas morarum, & qui earum auctores fuerint, alio in tempore memorabo, postquam locus non erit invidiæ, neque periculum ex veritate, quæ, ut ait Poëta Comicus Afer, plerumque odium parit. Quod nisi Pontifex constitutionem suam adversus doctrinam Iansenij tum temporis edidisset, futurum erat ut Marca sententiam Romanorum expectaret ultra biennium. Bene igitur habet quod tandem in consistorio habito x. Kalendas Aprileis anni MDCLIV. placuit purpuratis patribus & eorum patri Innocentio ut vir summus Ecclesiæ Tolosanæ post longi temporis moras præficeretur. Datum id haud dubiè impetibus ejus in Ecclesiam & apostolicam sedem meritis, & votis populorum, ac præsertim urgentissimis Regis Christianissimi literis, cui Romanorum mora & tergiversatio in re tanti momenti jamdum displicebat. Sexto Kalend. Julij ejusdem anni, Parisius, in Capella Borbonia nunc diruta, quæ haud procul castris Luparæ visibatur, Marca juramentum fidelitatis, ut moris esse adnotavi suprâ, Regi Ludovico XIV. præstitit pro archiepiscopatu Tolosano. Et quia vetere instituto Romanus Pontifex consuevit Metropolitanis dare Pallium de corpore beati Petri sumptum, *plenitudinem videlicet pontificalis officij*, ut loquuntur veteres & novæ formulæ, quo in ordinationibus & certis tantum festis anni diebus in provincia uti eis licet, illud nomine Innocentij decimi Pontificis Maximi III. Nonas Julij Archiepiscopo nostro concessit Dominicus Seguierus Episcopus Meldensis, qui Petri Galliarum Cancell. rj frater erat.

XXXII. Sequenti tum mense Novembri Marca profectus in Galliam Narbonensem, in cujus conventibus Archiepiscopus Tolosanus habet jus primæ sententiæ, Idibus Decembris advenit in urbem Montepellensem, ubi conventus illius anni agebatur à serenissimo Principe Contiotum & Catalonia reduce. Suam hoc iter veribus ipse exposuit anno ætatis suæ sexagesimo. Ut inde appareat vires illas mentis, quæ juventam quasi divino quodam spiritu ac furore

afflant, seni non defuisse, vividamque illi ac viridem senectam obtigisse. In postremis sic habetur:

Montpeliam advchimus, quò nos trelleria Regis Legissimè promptus evocat obsequiis.

Conventus Occitane una gentis habebat

Contius, Hispano visiter ab helle redus.

XXXIII. Habito tandem conventu, Tolosam ad sedem suam pervenit Idibus Martij anno MDCLV. absque pompa quam ut evitaret, dixit adventum in urbem suam in ea incidere tempora quæ Pontificem prohiberent agere diem festum atque solennem. quippe dies illa fuit sabbatum ante Dominicam Passionis. Perstrictique postea secretis ac publicis sermonibus solennia hæc recursare, adeo ut quum conventui Narbonensi præficeret anno MDCLIX. ac civitas Tolosana eum per legatos ac frequentes literas oraret ut pateretur honores sibi haberi publicè qui omnium ordinum consensu decreti erant, nunquam ad id animus ejus flexi potuerit. Certè posteritas ad eximium quoddam decus & laudem hujus civitatis haud dubiè referet quod viro optimo & præstantissimo amplissimos & maximos honores habuerit, ac summam observantia viventem coluerit. Neque sua laude fraudabuntur Canonici metropolitanæ Ecclesiæ sancti Stephani. Etenim Pontificem suum Marcam sic per omnem vitam reveriti sunt ut filij solent parentes à quibus se plurimum diligi sciunt. Dederunt profectò postis magnum sapientie ac virtutis exemplum, quando subortis aliquoties dissidiorum inter ipsos & Marcam occasionibus, eum omnium silarum controversiarum iudicem & arbitrum esse non semel scripto rogaverant, nec unquam litæ inter eos contestata est. id quod, opinor, nemini ante Marcam contigerat antistiti. Non pecnitit illos istius obsequij, nec est cur pœnitere debeat. atque utinam tales in futurum nanciscantur Archiepiscopos qui Marcam aliquo modo referre possint. Sed revocame, ut ad id revertar unde digredi me coëgit pietas & optimi viri sancta memoria.

XXXIV. Haud multò post adventum ejus habitus est Tolosæ conventus Episcoporum provincie Tolosanæ: in quo cum agendum esset de mittendis delegatis ad comitia generalia Cleri Gallicani, Marcam in primis eligi placuit. isque Lutetiam mense Augusto ea de causâ profectus est. Verum vix illic pervenerat, quum ex præcepto Principis in Galliam Narbonensem remeans, conventui ejus præfuit apud Pedenatium, locum amœnissimum, in diocesi Agathensium. Interim cleri Gallicani Comitia Parisiis habebantur, illuc itaque Marcam se con-

ferens anno MDCLVI. perhonorificè in eo cœtu susceptus XIII. Kalend. Aprilis, deinceps in plurimis occasionibus ostendit quanta ingenij vi polleret, & quam præclara eruditione ac doctrina præditus esset. Nam auctoritatem Romani Pontificis, quam per summum nefas aliqui deprimerè conabantur, fortiter & strenuè vindicavit adversus æmulos. Gnarus id Alexandro septimo, qui post absoluta demum comita honorificas ad Marcam literas die XIII. Novembris anni MDCLVII. scripsit; quibus ei grates egit ob assertam sedis apostolicæ dignitatem, & ut deinceps pergeret in eadem reverentia verbis amantissimis hortatus est. Scripsit tum temporis historiam sive *Relationem* (sic enim ipse vocavit Gallico vocabulo, cùm Gallicè scripta sit) rerum in Gallia gestarum in causa quinque propositionum ex libro Cornelij Ianſenij excerptarum; quæ in commentariis cleri Gallicani descripta, seorsim dein edita est. In ea originem & progressum mali, pertinciam eorum qui doctrinam Ianſenij tuebantur, summorum Pontificum decreta adversus illam, catholicæ Ecclesiæ consensum, & cetera quæ interim contingere, aperitissima & dilucida admodum narratione explicavit, nemine prorsus adjuvante. Id autem ea de causa visum est adnotare, quòd in epistolam quandam à cœtu illo ad Regem scriptam Kalendis Septembris anni MDCLVI. irreperit Relationem illam fuisse confectam ab Archiepiscopo Tolosano & ab alio quodam Episcopo. Tanta autem erat Episcoporum Gallicanorum de Marca opinio, ut cùm scribendæ erant literæ de re quapiam gravi, hoc ei onus summo consensu imponerent ut pro omnibus ipse scriberet, secuti videlicet exemplum Episcoporum Africanorum, qui Aurelium Carthaginis Episcopum eo munere fungi voluerunt in Concilio Carthaginensi, & Episcoporum item Africanorum apud Sardiniam magno numero exultantium jussu Regis Trasmundi, qui Fulgentio Ruspensium Episcopo utebantur in pari causa. *Propterea*, inquit Ferrandus Diaconus Carthaginensis in libro quem scripsit de vita ejus, *quandocumque rescribentur consulentibus, Episcopatum nomina cubitorum dicebantur in titulo, sed solius beati Fulgentij sermo tenebatur in stylo*. Extant sane novem epistolæ ad sanctissimos Ecclesiæ Romanæ antistites à Marca scriptæ nomine Episcoporum Gallicanorum, quarum pleræque sunt edite: quæ licet aliorum Episcoporum nomina contineant, ab uno tamen Marca dictatæ sunt. Extant præterea quamplures epistolæ ad diversos scriptæ ab

Episcopis Gallicanis, quarum auctorem esse Marcam satis compertum est.

XXXV. Nondum finis impositus erat comitis cleri Gallicani, quæ anno demum MDCLVII. A. D. X. Kalendarum Junij dimissa sunt, quum repente insausi auspicious prodit libellus famosus, sub titulo epistolæ ad illustrissimum Dominum de Marca Archiepiscopum Tolosanum, quo ejus fama atrociter profindebatur, & auctoritas Romanæ sedis per summam audaciam aperte violabatur. Libellum hunc secutus est alius haud moderatior, & ipse, ut prior, absque auctoris nomine. Censabant plerique amicorum præclarè facturum Marcam, si nebulonum istorum improbitatem retunderet, ut universi agnoscerent putidas eorum calumnias, & ut eos suæ puderet impudentiæ. Alij contra, inferius dignitate & gravitate ejus rati si quicquam reponeret, præsertim cùm in postorum nomina ignotarentur, suadebant ne sibi hunc laborem assumeret, nève luctaretur cum umbis. Ipse, utrum respondendum esset, meditationi suæ reliquit; ac tandem abstinendum censuit, contemnendos existimans, ut ipse aebat, larentes post columnas mali nominis debitorum. Itaque in honor audacibus illis scriptoribus non obtingit in eos styli mucronem Marca stringeret. At Romæ, & Lutetiæ, libri eorum publicis edictis prohibiti sunt & cremari; ut illic quoque esset concordia sacerdotij & imperij, quemadmodum ipse scriptum reliquit in quadam epistola.

XXXVI. Anno MDCLVIII. VII. Idus Aprilis incidit in gravem morbum, quem pleuritici medici vocant à dolore laterum, quo tantum non periret; ac Viaticum, ut nos Christiani vocamus, tanquam discissurus, accepit, tribuente, ut optaverat ægrotus, illustrissimo Appamariano Episcopo Stephano Cauleto, suffraganeo Ecclesiæ Tolosane, qui tum fortè Lutetiæ aderat. Convaluit tamen ex eo morbo; ac mensè Maio, ex medicorum sententia, in villam Issiacum in agro Parisiensi sitam, quæ i. v. m. v. abest ab urbe, se contulit, vitandi caloribus causa, & ut procul urbis impedimentis, valetudini daret operam. In hac solitudine, si tamen solitudo vocandum est locus in quo tantus vir debebat, respirare paululum cepit, & privati viri vitam aliquantisper egit. Invisabant eum amicorum intimi, non ob aliud quàm ut lætos cum eo dies agerent, & sic valetudini ejus consulerent. Igitur confirmatus à morbo & à novis tentationibus, cogitavit de professione in suam diocesim, à qua cum abduxerat rerum publicarum necessitas, càmque ob rem libros

huos, schedas, suppellectilem denique omnem Tolosam præmisit mense Augusto.

XXXVII. Sed cum ad professionem se diligenter præpararet, cui necesse posse moras non providebat, præter expectationem ac desiderium suum Lutetie retentus est iussu Principis. Et quia ipse, quò licentiam abunde facilius impetaret, aiebat sibi decorum non esse ut absque ulla causa aut privata aut publica abesset à sua diocesi, inventa est ratio qua scrupulus omnis ex animo ejus eveleretur, adlecto videlicet eo in numerum Ministrorum Status. Ita vocant eos quos Princeps secretis suis propius admovet, & quorum consiliis utitur in republica administranda. Diploma tamen statim datum non est ob subitum Regis discessum & præcipitur professionem ad urbem Lugdunensem; ac in Burgundia demum confectum est, apud Divionem, xvi. Kalendas Decembris. Haud pigebit compendio referre verba hujus diplomatis: in quo Princeps ait se, quum intimum Consilium crearet, statuisse unum etiam antistitem in illud admittere, quò suam in clerum Gallicanum inclinationem ac propensionem indicaret. Et quia agnovit neminem Episcoporum Gallicanorum hoc honoris gradu digniorem esse quam Marcam, ob singularem intelligentiam ejus & probatam longa experientia in negotiis publicis industriam, tum etiam ob magna ejus in rem Gallicam domumque regnatricem merita, quibus omnibus rebus bonam de se existimationem, magnam famam, & benevolentiam regiam populorumque promeritus sit, cum sapientiam consiliorum ejus consecuti semper sint eventus felices, his videlicet de causis sibi visum esse ut vir ille, cujus præterea majores magnam reipublice operam navaverint in iis rebusque ad religionem catholicam stabilendam & ad prosperum regni statum conservandum pertinuerunt, ad dignitatem Ministri Status vocaretur, ut deinceps in omnibus regis Consiliis haberet jus sententiae. Neque profectò Princeps sapientissimus silentio transmisit res ab eo præclare gestas domi forisque. Summis enim laudibus extollens sapientiam judiciorum ejus, quandiu Senator & Prææs fuit in Parlamento Palensi, ac dein postquam inter Consistorianos admisus est, stetit postea ad prædicationem ejus in exercendo munere Visitoris generalis Cataloniae, ac administrationem ejus, quæ septem per annos duraverit, eò majori dignam præconio, quòd in difficillima tempora inciderit, planeque opus fuisse prudentia ejus & caritate in rem publicam ut regia auctoritas in ea provincia retineretur.

XXXVIII. At Marca iussu Principem sequi, Parisius discedens xi. Nonas Novembris, Lugdunum pervenit xv. Kal. Decembris: quò paulò post advenere etiam Dux & Ducissa Sabaudiae ac sorores Ducis, ut Regem Ludovicum XIV. matremque ejus Annam Austriacam, & Philippum Ducem Andegavensem, illic agentes, inviserent. Vidimus autem in ea urbe eminentissimum Cardinalem Hieronymum Grimaldum Aquorum Sextiarum Archiepiscopum, quem suis apud Antonium Cardinalem Barberinum officiis adjuvissè Marcam supra retuli, quum sedis apostolicæ Nuncium ageret apud Ludovicum Regem anno millesimo sexcentesimo quadragesimo tertio. Neque silebitur in tempore quam non vulgari amicitia Marcam ea tempestate honestaverit. Vidimus etiam illic illusterrimum virum Iosephum Mariam Suardum Episcopum Vasconensem, cui magna cum Marca intercedebat amicitie necessitudo, quique me aliqua sua benevolentia profectus est, & quibusdam memoriis ornavit usui futuris in libris meis de vita rebusque virorum illustrium Lemovicensium. Marca porrò Lugduni commoratus usque ad Idus Januarij anni insequentis, ea die, Rege Lutetiam redeunte, ipse ex præcepto ejus Narbonem petiit, conventum Galliarum Narbonensis illic habiturus. Igitur Ararem navigio ingressi propter Athanacum, ubi quondam Augusti aram fuisse conlocatam docuit Marca in libro de Primatu Lugdunensi, in Rhodanum mox delabimur, ac Vianam, Valentiam, Avinionem, Tarasconem, Belliquadrùmque (Vgernum olim dictum) prætervecti, Arelatem demum pervenimus A. D. xvi. Kalendarum Februarij: ubi ab illustrissimo viro Francisco Grignano civitatis illius Archiepiscopo, & ipso intimo haud dubiè Marcæ amico, splendide ac peramanter hospitio accepti sumus. Postridie transgressi in Galliam Narbonensem, proxima nocte diversati in oppido sancti Ægidij, ac sequenti die in Montepellulano, dein xii. Kalend. transito Araure fluvio, propter quem olim situs erat vetus Cessero, Biterras pervenimus. Narbo nos deinde hospites habuit xii. Kalend. Februarij.

XXXIX. Illic agendo conventui maxime intentus Marca, intervallis tamen negotiorum utebatur ad noscendas antiquitates urbis. Aderat illustrissimus Bosquetus Episcopus Monspelienfis, latabatque quòd vir sibi amicissimus tantam curam Narbonis, unde ipse ortus est, haberet, ac simul loca circumjacentia invisebant, sero

tantes secreta maris, & vasta stagnorum spatia dinumerantes, stupendamque veterum Romanorum industriad & audaciam mirati sunt, qui alveum, rupto etiam aliquot in locis faxo, Ataci flumini ædificaverunt in medio stagno per immensum spatium. Instituerat equidem Marca peculiarrem librum edere, quo singillarim de his omnibus rebus differeret. Erant enim quamplurima notatu digna; sed quæ tamen eruditorum scriptorem desiderarent, ut obscura fabulis, & à veritate ab utero aberrantia, in viam reducerentur. Verùm omisit hoc consilium postquam anno sequenti nactus occasionem de iis agendi, nihil eorum prætermisit in libris quos scripsit de limitibus Galliz Narbonensis & Hispaniz Tarracoenensis. Ceterùm enim illic agentem atrox casus perculit, mors videlicet Archiepiscopi Narbonensis, à quo ordinatum esse Marcam suprà retuli: qui vita excedens apud Narbonem xv. Kalend. Aprilis, quatuor post ingenti luctu provinciz sepulchrum est in Ecclesia cathedrali, sacra funeris peragente Marca. Tum verò peracto conventu, Narbone excedens pridie Kalend. Aprilis, r. Nonas Tolosæ se reddidit.

XL. Tum temporis Eminentissimus Cardinalis Mazarinus in extremos Galliarum limites profectus, apud vicum sancti Ioannis Luziensis ad Oceanum constitit in diocesi Baionensi, quò eum accedere compulerat secretum revocandæ pacis inter potentissimos Galliarum & Hispaniarum Reges jamdiu de gloria magis quàm de imperio certantes. Illuc Mazarinum assecutus Marca, & ab eo comiter ac benignè acceptus, ac secretorum ejus aliquoties particeps factus, non antè recessit quàm ab ipso admonitus est Regem brevè Tolosæ adfuturum, ubi conventus Occitaniz habendus insuper erat. Intellexit Marca aperiri sibi viam reditus in suam diocesim. Itaque ea protinus arrepta, in Benearnum denuo pergens, (nam antea illic quoque fuerat mense Julio) dein ad Vicum Aquensem, quem ob aquarum salubrium copiam vulgato vocabulo Vasconico Bugnerias nuncupant, demum Tolosam se retulit v. Kalendas Octobris.

XLI. Haud multò post aperintur comitia Occitaniz apud Augustianos, atque interim Rex Ludovicus, Philippus frater, & amboorum mater Anna Austriaca, Tolosam advenere pridie Idus Octobris cum amplissimo totius aulæ comitatu. Advenientes Marca excepit in introitu Ecclesiæ cathedralis, vestibus pontificalibus, ut fieri solet, indutus, habita quoque brevi ad

Principem oratione, qua testaretur lætitiã apud eas gentes conceptam ob pacem factam & ob adventum ejus in hanc urbem. Dein supplicationes Deo aditæ. Ceterùm ea fuit Marcæ felicitas in his comitiis, in quibus præfedit, ut & privilegiorum provinciarum conservandorum rationem invenerit, (quod illi maximam apud populos gloriam peperit, eorumque in eum amorem mirificè auxit) & Regi insuper fidem suam probaverit. Sanè post actum conventum, ipse, comitantibus omnium ordinum in comitiis consistentium viris, ad palatium archiepiscopale, ubi Rex cum tota familia regia habitabat, progressus, ut moris est, munera provinciarum majestati ejus obtulit v. Kal. Januarij, habita quoque oratione plena dignitatis & eruditionis accommodate ausus Principis.

XLII. Anno MDCI. x. mense Januario habitus fuit conventus Episcoporum provinciarum Tolosanz: in quo, ut in superiore, actum fuit de mittendis delegatis ad comitia generalia cleri Gallicani, ac præterea de eligendo Agente generali in rebus cleri, cujus electio eo anno pertinebat ad Episcopos Tolosanos. Piget referre historiam hujus conventus, nimium profectò cognitam ex sermonibus hominum, & ob pertinaciam contendendum de administratione illa. Neque aliud à vobis, æquissimi lectores, exegerim quàm ne refrictis obductum vulnus, nève traducere velitis eos qui silentij mei auctores sunt. Satis illi pœnarum viro optimo dederunt.

XLIII. Jam antea Mazarinus, cum facta pace Tolosam venisset, Marcæ significaverat Regem in eum conjecisse oculos ut unà cum illustrissimo viro Hyacintho Seronio Episcopo Arausicano, qui Perpiniã apud Ruscinones morabatur, & cum iis viris quos Hispaniarum Rex ob eandem causam missurus erat in eas regiones, expenderet qui fuerint olim limites Galliz Narbonensis & Hispaniz Tarracoenensis in ea Pytenzotum montium parte. hanc enim esse conditionem pacis, ut Gallia coërceatur intra suos limites antiquos, quæ Catalonia attingit. Igitur Tolosæ digressi A. D. xi. Kalendarum Martij, ad Carcaffonem citò. Deinde Livianam, Narbonem, Leucatum, ac Salsulas nota præfisis scriptoribus nomina, pervenientes, postremò Perpiniã ingressi sumus v. Kalendas: ubi Marca habitavit in ædibus Iosephi Margariti, veteris amici. Advenientes porrò nos splendide accepit Arausicanus Episcopus, obviam etiam progressus usque ad Salsulas, quæ X. M. P. absunt à Perpiniã. Quin & urbs

*Itaque, ex parte
militis fipra
vita.*

Perpiniensis, quasi convulsa sedibus suis, prorsus quasi migrare putaretur, ut Hieronymi verbis utamur, ad excipiendum spectandumque Marcam effusa, obviam quoque ei processit usque ad aliquot millaria. Ipse verò inter venerantes gratantisque aspicebatur, eò lætior, quòd durare viros in amicitia & abesse adulationem intelligeret, ac præterea apud eos valere memoriam veteris sui erga eos amoris & rerum ab eo præclare gestarum in his regionibus. Intererat videlicet jam tum, quod est pulcherrimum, posteritati suæ. Vidimus Perpiniensi venientis apud eum Catalanos, non ob aliud quàm ut sui in eum amoris abundantiam illi ostenderent, viri boni, si se amari intelligant, asperi & duri, si se contemni noverint.

XLIV. Expediebantur interim Hispanici delegati, quos rumor erat statim adfuturos ac Marca pervenisset ad Ruscinones. eam solam esse causam morarum. Intelleximus postea commentum id fuisse, quum vidimus eos adeo lenè festinare ut non antè loco se moverint quàm nostri ad Mortaram, tum Catalonia loco Regis Hispani tenentem, mississent clarissimum virum Petrum à Ponte Abbatem Arularum in diocesi Helenensi, qui fuerat olim in familia Marce, rogaturum ut eorum professionem urgeret, & ut cum eo consultaret de loco ubi commodè tractari posset limitum utriusque regni definitio. Tandem igitur advenerunt Ceretum **XLV.** Kalendas Aptilis: quò se quadriduo antè contulerant Marca & Serronius, ne illis mora ullo pacto imputari posset, cum ex Abbate audivissent de eo loco inter ipsum & Mortaram convenisse & delegatos brevè adventuros. Ceretum porrò oppidulum est satis amœnum haud procul Teco flumine, **XLVI.** M. P. à Perpiniensi, in extremis ferme comitatus Ruscinonenfis sinibus. Nam ad quarum ab eo milliarium spectatur castrum Bellaguardiæ, infra quod visebantur olim trophæa Pompeij in summo Pyrenæo posita, quæ, ut docet Strabo, Hispaniam & Galliam discernunt. isque locus hodie est in confinio Galliarum & Hispaniarum.

XLV. Accidit autem ut quum Ceretum pervenisset, Serronius pro imperio edixerit ut rusticis illarum partium gratis paleam alendis delegatorum equis inbministraret. Sæta hæc ut plurimum in his regionibus equorum pabula, ne videlicet animalis suæ nature superbum, nimia lascivia insolesceret, si sæno tantum, quod ibi pinguisimum nascitur, aleretur. Equissimum porrò videbatur ut illos privatim quisque de suo javaret qui rei publicæ causâ relictis sedibus suis, in eas regiones venerant non sine

magnis sumptibus. Itaque eductum illud prompto obsequio amplexi sunt populi, videbanturque quotidie erumpentes è montibus rusticis, paleam ut iusti erant deferentes. Marca tamen nihil earum rerum quæ venales erant accepit sine pretio, gnarus videlicet temporum quibus Cataloniam & adjacentes regiones mirabili abstinentia & integritate administraverat, adeoque hunc vitæ ordinem non desererat. His hominis virtutes sponte celebrabant indigenæ, publicè repntantes moderationem ejus, & quòd toto vitæ tempore æquabilis esset, nulli gravis, & in neminem conumeliosus.

XLVI. Duo illi viri quos Rex Hispani cum Marca & Serronio committere voluit, erant Catalani, atque ideo rei quæ tractanda erat propiores, viri sanè graves, & huic negotio non prorsus impares. Qui primas tenebat in hac delegatione, Eques erat ordinis D. Iacobi, vocabaturque Michæel Salba, vir severus & tristis, vultusque ad gravitatem compositi. Alteri, qui Catholici Regis Consiliarius erat in senatu Catalonia, nomen fuit Iosepho Romeo, ingeniosissimo viro, & festivo, utpote Dertofensi, & saluaverat Musas. Cum his Marca apud Ceretum expendit veterum loca quæ Ruscinonensem tractum ac circumjacentes populos Gallis assignant, initio ducto à promontorio Aphrodisio, in quo templum Veneris, & Cervaria loco, qui Gallia finis dicitur à Mela. Tum Melæ locus explicatur novaratione, adductis auctoritatibus ex auctoribus finium regundorum. Rejecta & exprolosa Ferdinandi Nonij, hominis Hispani, editio: qui absque ulla vetusti codicis auctoritate, & contra constantem omnium editionum ac librorum fidem, vim etiam apertam inferens bonæ menti, textum Melæ audacissimè, ne quid gravius dicam, corripuit, ut Hispanis suis gratificaretur. Disputatum an monasterium sancti Petri Rodensis, ultra quod aliqui aiebant templum Veneris fuisse situm in altera promontorij parte, intra Gallias retineri deberet, tametsi à longo tempore fuerit in regione Emportana, quæ dubio procul Hispaniarum portio semper fuit. In disputationem quoque venit comitatus Confluencinus, asserentibus Hispanis eum olim pertinuisse ad comitatum Ceretaniæ ac distingui debere à Ruscinonenfi, contra affirmante Marca eum semper fuisse in diocesi Helenensi, & partem quondam Ruscinonenfis comitatus, Capfirum etiam, (qui crederet) exiguis terræ angulis, ubi Atax fluvius Gallicus oritur, in controversiam deductum est, licet olim fuerit in diocesi Narbonensi, &

nunc fit in diceceſi Alethenſi, quæ à Narbonenſi reſecta fuit auctoritate Ioannis XXI. Pontificis Romani. Quæſitum poſtea an Ceretani, ut hodie intelliguntur, fuerint olim intra terminos Galliarum, an verò Hiſpaniarum portio. Atque heic à Marca obiter emendata eſt vulgata Strabonis verſio à Gulielmo Xylandro conſecta, quæ Ceretanis ait eſſe gentem Hiſpanicam, oſtenſumque eſt Græcum Strabonis textum nihil aliud docere quam Ceretanos eſſe maximam partem Hiſpanicæ gentis, atque adeo aliquam Ceretanæ partem Galliis attribuentiam. Itum dein ad Vrgellenſes & vicinos illis populos, quos ea de cauſa, inter ceteras, ad Gallos pertinere debere aiebat Marca, quòd in Pyrenæi iugo poſiti ſint, ut docent Eginhartus & Poëta Saxonicus, & quòd Eccleſia Vrgellenſis à Karolo Calvo Francorum Rege, cujus Præceptum authenticum vidimus ex archivo illius Eccleſiæ ad Marcam delatum, inter ceteras Septimaniæ, quæ Gallix pars eſt, poſita eſſe videatur. Addidit, totum Vrgellenſem tractum eo tempore in Septimania fuiſſe, quandoquidem Ludovicus Pius Imperator in Præcepto ſuo, quod item authenticum vidimus ex archivo ejuſdem Eccleſiæ allatum, monaſterium ſanctæ Gratz, quod erat in diceceſi Vrgellenſi, vult frui eadem libertate & iuſſem privilegii quibus cetera monaſteria intra Septimaniam poſita fruebantur. Intellexerunt Hiſpani ſibi rem eſſe cum magno vito & antiquitatis peritiſſimo. Itaque cum non viderent vias exeundi ex his difficultatibus, ac tamen nolent ſibi quicquam imputari poſſe, totum negotium de induſtria conturbarunt, ſpecie reverentiæ erga duos Adminiſtros regios, miſſis demum ad eos codicillis apud Ruſcinones in prioratu beate Mariæ de campo conſectis VII. Kalend. Maij, in quibus continebantur diverſæ eorum ſententiæ circa limites in Pyrenæo ſigendos. Ceterùm hæc quæ dicta ſunt, quamquam interſuerim omnibus teſtis oculatis, tamen ex Relatione aberrima quam de iis rebus Marca ſcripſit, quæque ad eo miſſa eſt ad ampliffimum virum Michæglem Tellierum amicum ſuum, bona fide excepti, quòd non uſque ad deo credere velim meæ memoriæ, ut ſi quæ ſcripto tradita ſunt, non exiſtiſſem conſulenda.

XLVII. Diſcedens autem Marca Perpignano, ubi graviter ægrotavit, diſſertationem reliquit de theca reliquiarum ſancti Ioannis Baptiſtæ quæ ſervatur in Eccleſia Dominicanorum Perpignanienſium, à ſe compoſitam per intervalla febris, ac Patribus illis traditam VI. Nonas Maij. Qua die

iter ingreſſi ſumus, Tolofam redituri. Eo cum perventum eſſet poſtridie Nonas, neque latis virum Marca haberet ad conſiciendam viam uſque ad vicum ſancti Ioannis Luſienſis, ut illic Regiac Cardinali Mazarino pacis arbitro rationem redderet eorum à ſe apud Ruſcinones geſtarum, ſententiæque ſuam coram promeret, quæ apra videbatur ad finiendam controverſiam de limitibus Cataloniæ & Gallix Narbonenſis, mihi, quo ipſe amanuenſis in his omnibuſque aliis rebus utebatur, onus impoſuit deferendi illuc comprehenſam ſcripto ſententiæ ſuam manu propria ſubſcriptam. Haudubiè adventus meus Hiſpanorum conſilia turbavit, ſpe jam & opinione Ceretaniæ omnem devorantium, adeo ut Adminiſtri regj in diverſum abierint, dum Ceretaniæ uterque Regi ſuo vindicare ſtudet. Celebratam tum memini Philippi quarti potentiſſimi Regis Hiſpaniarum vocem, ipſi honeſtam, pro Marca honorificam. Agebatur, ut dixi, de Ceretania. Et quia Princeps ille inrelligebat res in eo ſtatu poſitas eſſe ut aut redeundum eſſet ad bellum, aut Ceretania dimittenda, oprabat ut Marca præſens heic aſſeſſet. conquieturam enim ſtatim controverſiam, quæ ſapientiâ viri facile componeretur. Et ingens afflictis Hiſpanicæ rebus ſolacium videbatur Ceretaniæ imperium amittere iudicio tanti viri, cuius magna per Europam fama & auctoritas erat. Sed tandem eò ventum eſt indultis ac ſapientia Mazarini, qui conſiliis & eruditioni Marcæ plurimum tribuebat, ut relictis prorsùs intra Gallias comitatibus Ruſcinonis & Conſuentis, Capſitioque ꝑ & valle Querolij, magna etiam Ceretaniæ pars noſtris finibus accederet, ita novam Strabonis interpretationem. Tum verò redux ego apud Tolofam, convaleſcentem ex recepti morbo Marcam reperi: qui paulò poſt ad caſtrum archiepiſcopale, cui Balmario nomen eſt, ſecundo ab urbe lapide, ſeecedens, illic operam dedit explicandæ huic nobili controverſiæ de limitibus regnorum, de quo libro, quoniam occaſio tulit, pauca diſſeram, ut interim dum editio ejus adornabitur, ſciant curioſi antiquitatis quid in eo contineatur.

XLVIII. Inſtituerat olim Marca, qua erat in Catalonia ac Catalano propenſione, hitoriam illius gentis ſcribere, quam magna ex parte conſecerat in ſecellu Murtenſi, haud procul Barcelona, ubi duos libros compoſuit ex quatuor quibus medicabatur. Titulus autem eorum erat, CATALONIA ILLUSTRATA. Mutandæ inſcriptionis occaſio & cauſa fuit delegatio regja
ad

ad investigandos veteres regnorum limites. Quippe cum legendo deprehendisset totum illum tractum; de quo controvertebatur, ab Eginharto aliisque illius xvi annalium scriptoribus aliquando vocari *Marca Hispanicam*, interdum verò *Limitem Hispanicum*, usus est opportunitate materiz ut libro titulum faceret de suo nomine. Itaque sic inscriptus est: *MARCA HISPANICA, sive LIMES HISPANICUS*. In libro primo proponit geographicam descriptionem Comitatum Raiconis, Confluentis, & Cæretanæ, dein tractus Vrgellensis, & circumjacentium populorum, Capfiriique, & Querolij, & si quæ aliz regiones in questionem veniebant. Causas dubitandi in utramque partem adfert, & rationes decidendi ille vir mihi credere non vult, qui assiduus auctori sui quem ista scriberet, qui meam ipsi operam in hoc commodabam, denique qui opus illud penes me habeo, non video quibus titulum testimonis convincere possim. Satis tamen erit ostendisse illum graviter errasse in ista re narranda, adeoque mirum non esse si in rebus gravius momenti fidem & diligentiam ejus desiderare cogimur.

XLIX. Perfecito demum opere, postquam caniculæ furentis zestus deserbuerat, Marca cogitavit de professione in urbem regiam. Ergo Tolosam relinquentes pridie Nonas Septembris, Burdegalam advenimus *v l i*. Idus, ubi vir illustrissimus Henricus Berthunius Burdegalensis Archiepiscopus, qui semper constans in amicitia Marcæ fuit, eum detinuit per bidaum, ut suam in eum amorem illi ostenderet. Dein per Santones & Engolismenses Pictonensæ transeuntis ceterosque regiz illius viz populos, Lutetiam demum pervenimus *i x*. Kalendas Octobris.

L. Septimo dein Idus Martij *m d c l x i*: vita concessit Eminentissimus Cardinalis Mazarinus, inedia, purgationibus, & vi ipsius morbi, qui duraturnus fuit, consumptus. Morte ejus distraha est Ludovici domus. Nam quæ unius animo regebantur, separari deinceps ac dividi cæpere; Principe tamen summam rerum in se trahente, ac vigentem sè & parem ingentibus negotiis ostendente. Igitur assignato cuique munere suo à Principe, rebus ecclesiasticis cum majestæte ejus tractandis admotus est Marca; cùmque eo illustrissimus vir Harduinus Prefixa Ruthenorum Episcopus, & R. P. Annatus Presbyter è Societate Iesu, qui conscientiam Principis regere solet. Constituta hæc *x v i*. Kalend. Aprilis. Illud autem singulare eo die accidit, quòd cùm electio de viris illis à Rege facta nona ubique

ces descriptioni bellorum adversus inimicos crucis Christi gestorum, sive Saraceni sive alii quilibet nomine appellentur, non omittis Ecclesiarum constructionibus monasteriorumque & aliorum piorum locorum foundationibus. Nec invidiosus, inquit ipse in epistola ad Lucam Holstenium, Regum nostrorum gloriæ, quorum operâ, à temporibus Pippini usque ad Hugonem, religio in illis partibus restaurata est. Vanum ergo est quod ait Fagetus, illustrissimum Archiepiscopum libris Marcæ Hispanicæ, quorum duos jam olim composuerat apud Barcinonem, duos alios addidisse occasione controversiæ de limitibus regnorum in Pyreneis figendis. Etenim unicus tantum liber additus est. Quòd si reverendus ille vir mihi credere non vult, qui assiduus auctori sui quem ista scriberet, qui meam ipsi operam in hoc commodabam, denique qui opus illud penes me habeo, non video quibus titulum testimonis convincere possim. Satis tamen erit ostendisse illum graviter errasse in ista re narranda, adeoque mirum non esse si in rebus gravius momenti fidem & diligentiam ejus desiderare cogimur.

XLIX. Perfecito demum opere, postquam caniculæ furentis zestus deserbuerat, Marca cogitavit de professione in urbem regiam. Ergo Tolosam relinquentes pridie Nonas Septembris, Burdegalam advenimus *v l i*. Idus, ubi vir illustrissimus Henricus Berthunius Burdegalensis Archiepiscopus, qui semper constans in amicitia Marcæ fuit, eum detinuit per bidaum, ut suam in eum amorem illi ostenderet. Dein per Santones & Engolismenses Pictonensæ transeuntis ceterosque regiz illius viz populos, Lutetiam demum pervenimus *i x*. Kalendas Octobris.

L. Septimo dein Idus Martij *m d c l x i*: vita concessit Eminentissimus Cardinalis Mazarinus, inedia, purgationibus, & vi ipsius morbi, qui duraturnus fuit, consumptus. Morte ejus distraha est Ludovici domus. Nam quæ unius animo regebantur, separari deinceps ac dividi cæpere; Principe tamen summam rerum in se trahente, ac vigentem sè & parem ingentibus negotiis ostendente. Igitur assignato cuique munere suo à Principe, rebus ecclesiasticis cum majestæte ejus tractandis admotus est Marca; cùmque eo illustrissimus vir Harduinus Prefixa Ruthenorum Episcopus, & R. P. Annatus Presbyter è Societate Iesu, qui conscientiam Principis regere solet. Constituta hæc *x v i*. Kalend. Aprilis. Illud autem singulare eo die accidit, quòd cùm electio de viris illis à Rege facta nona ubique

scribit, rebus ecclesiasticis explicandis, videlicet.

esset, & apud omnes pervulgata, unus tamen Marca fortunæ suæ ignarus erat; donec iussu Ludovici adveniens in ædes ejus Peresixa, qui eo demum mortuo ad archiepiscopatum Parisiensem nominatus est, hunc illi nuntium attulit ex insperato. Octavo post die additus his est vir illustrissimus Henricus Lamotha Hodencurius Rhodonenſis olim Episcopus, nunc verò Aufcorum Archiepiscopus. Ea porro infœcunda sunt tempora quæ latere Marcam non sineant, industriamque ejus ac doctrinam, ob magna quæ suborta sunt negotia, desiderarent. Animus oon est ea persequi, tum quia de omnibus longum esset dicere, tum etiam quòd quædam omittere in præfens juvat ob recentem invidiam, cui imparem me esse agnosco, quæ tamen dato tempore non reticebo, cùm vitam optimi viri paulò uberiùs describere aggrediar.

L I. Kalendis dein Novembris, post confecta feliciter negotia quorum causa ex Fonte-Blaudi Lutetian iussu Regis Marca venerat unà cum illusterrimo viro Cœlio Picolomineo Nuncio apostolico, graviter ægrotare cepit, ac tam atroci morbo, ut licèt ex eo emerſerit, satique firma valetudine uti visus sit per aliquot menses, nunquam tamen protius convalescit. Composuit illa tempeſtate Gallica lingua dissertationem de infallibilitate Papæ, quam ego ab ore didicisse excepi. Ea fuit postrema luebrationum ejus.

L II. Extremo anno Eminentissimus Cardinalis Retzj Archiepiscopus Parisiensis, in gratiam reduci cupiens cum Rege, à qua jamdu exciderat, ejus animum per amicos tentavit, ac Princeps optimus passus est frangi severitatem suam, ut longi exilij tædium tolerantem in gratiam recipere, magnum clementiæ suæ exemplum daret. Cœptum inde quæri in civitate rerum novarum avida quisnam Ecclesiæ Parisiensi præficeretur, quòd statim dictum ac statim vulgatum sit Cardinalem illum archiepiscopatu cessurum. Plures itaque erant in ore vulgi muros, ut solet, destinantes dum unus eligatur. Sed Marca præcipuè celebrabatur, nullis in hoc suis sermonibus, sed quia cùm par videretur, Princeps quoque in eum inclinare credebatur. Igitur omni civitate finem hujus negotij impatienter expectante, IV. Kalend. Martij anno MDCLXII. Ducissa Retzj ad Regem detulit chirographum Cardinalis apud Commerciacum in dicecesi Tullesi confectum x v. Kalendas Martij, quo pura & simplex cessio, ut vocat, archiepiscopatus Parisiensis continebatur. Quo factum est ut Marcam Rex ad se statim ac-

cesserit nihil miòus cogitationem quàm ut de archiepiscopatu Parisiensi illo die ageretur. Neque enim sciebat quid accidisset. In cubiculum itaque interius, ubi Princeps solus erat, introductus, & ab eo comiter acceptus, ex ipsius ore brevè intellexit liberum majestati ejus deinceps esse quem liberet Ecclesiæ Parisiensi præficere, quòd in manu haberet chirographum Cardinalis Retzj spoote eam deferentia. Addidit nihil hæc Ecclesia illustris esse intra Gallias, nec ullum esse sacerdotium, quantumvis amplissimum, quod cum Parisiensi possit comparari. Illud autem fe Marca eò lubentius donare quòd existimaverit virtutes ejus tantas esse ut faciliè primum illi locum obtineant inter Episcopos Gallicanos, scirètet præterea fidem ejus in familiam regnatricem longa experientia probatam esse. Proinde acciperet quantum Princeps tribuere amico posset & amicus à Principe accipere. His dictis, chirographum Marcæ tradidit. Ille verò grates agens, memoriam beneficij hujus sempiternam fore pollicetur, quando vita suppeteret, archiepiscopatusque Parisiensis doom sibi datum eò magis æstimandum esse dixit quòd regale esset, ac præterea quòd in eum ultro conlatum qui, ne paulò humanius de propriis virtutibus sentire videretur, illum petere noluerat. Quia tamen Princeps sapientissimus, quem ipse velut Dei interpretem in hoc negotio intranebatur, quandoquidem Ecclesia in eum contulerat jus nominandi Episcopos, existimaverit ipsum tam illustri beneficio dignum esse, nolle fe muneribus ejus obniti; neque aliud scrutari quibus de causis ipsum supra omnes collegas suos extolleret. satis sibi esse quòd à Principe & à tali Principe eligeretur. Fidem dein suam in Regem perpetuam fore affirmavit, ac tamen eam augeri non posse, cùm tanta foret ut nec recenti beneficio obligatus, eoque maximo, majorem præstare possit, sed agnitarum Regem quanta sit, quoties mandata ejus ad se perferrentur. Reposuit Ludovicus nihil addubitare se de fide promissorum ejus, ceterùm ei facillimum bauddubiè futurum regis iussu obsequi, quæ semper intra limites æqui consistenter. Insigne visum est earum literarum initium quas eo die Princeps ad Alexandrum septimum Pontificem Romaom scripsit, ut eum consilij sui certiore feceret, in quibus ait ingentes virtutes intelligentiamque & singularem pietatem Marcæ, ac magnam & amplissimam operam ab eo in multis arduis negotiis oavaram Ecclesiæ, sibi, & Reipublicæ, ejus apud se ponderis fuisse, ut ipsi Parisiensem archiepiscopatum

ob hoc donaverit, quò tantis virtutibus gratificaretur, præmiùmque illis debitum tribueret.

Tres. saints Pere, Les grandes qualitez, la sagesse, & la singuliere pieté de Messire Pierre de Marca Archevesque de Toulonse, & les grands & recommandables services qu'il a rendus à l'Eglise, à Nous, & à ces Estats dans les affaires les plus importantes, nous convions de plus en plus à le gratifier, Nous luy avons accordé & fait don de l'Archevesché de Paris vacant par la demission pure & simple que nostre tres-cher & tres. aimé Cousin le Cardinal de Retz, dernier titulaire & possesseur d'iceluy en a faite par acte du x. v. du present mois. Ce que nous avons bien voulu faire sçavoir à vostre Sainteté, & la supplier & requérir autant que nous pouvons à ce que son bon plaisir soit à nostre nomination, prieve, & requeste de pourvoir ledit sieur de Marca audit Archevesché de Paris, luy octroyans & faisant nous priens Dieu, Tres. saints Pere, vouloir longuement maintenir & garder pour le bien & utilité de son Eglise. Escriit à Paris le xx. x. jour de Fevrier 1662.

*Vostre devout Fils le Roy de France
& de Navarre L O V I S.*

Ceterùm vulgato Principis factò, manifestum fuit quæ lætitia hujus civitatis, quæ omnium alacritas fuerit, ex eo æstimationem quantum Princeps futurus esset Ludovicus, qui admodum juvenis tam sapienter eligeret, & ad æternam ejus gloriam pertinere facinus illud asseverantium, eoque laudes ejus illustrari. Ipse verò boni facti sibi conscius, tacere non poterat, sed apud omnes prædicabat, velut sententiam singulorum exquirens, lætaturque haud dubiè vehementer cum accedere intelligeret universorum consensum, procul ab adulatione.

LIII. Sed præclarè scriptum est nihil infra lunam esse nisi mortale & caducum. Venio enim ad fatalem illum & acerbum diem quo vit optimus nobis post magnum & diuturnum morbum creptus est. Falluntur profectò qui existimant diem adimere ægritudinem hominibus, & dolores, quantumvis magnos, vastitate mitigari. Dies enim non modò non levat luctum hunc meum, sed etiam quotidie augeat magis; adeo ut non sperem nunquam adimi posse, quantum durabit recordatio viri illustrissimi, quæ non perpetua esse non potest. Ira numinis in res nostras fuit hic casus & debita sceleribus nostris pœna, atque utinam lentiori gradu ad vindictam sui divina ira processisset. Sed finem facio querelarum, ne non

ram calamitatem nostram deplorare quam Deum incusare videar, & veniam ad id unde me affectus mens abstraxit.

LIV. Quinco Idus Maij, quæ dies Iovis dicebatur, Marca fatis diù in horto suo post prandium ambulavit, lætus, & nulla ægritudinis signa præferens. In cubiculum tamen postea secedens, lassitudinis mentionem forte iniecit; quam morbi iudicium esse quis credidisset post longam ambulationem? Horà dein quartà decubuit, requiem defatigato corpori concessurus, ut ipse aiebat, sed re vera ex vi morbi. Quippe jam tum febre laborabat, quamvis leviter. Certè in initio morbus fuit ut & ipse & medici eam contempserint, licèt nihil interim omitterent eorum quæ ad restituendam valetudinem ejus necessaria & opportuna esse existimabant; adeo ut septimum post diem visus sit melius se habere, credereturque prorsus convalescisse. Sed subitò tanta vis morbi prorupit v. 11. Kalend. Iunij ut de vita ejus metueret & medici cœperint, licèt merus suos fateri nollent. Scio enim iam ex ipsis, qui eodie ad visendum eum bene mane venerat, lacrymas excidisse abeunti, quamvis alacritatem vultu præ se ferens, bono nos animo esse juberet. Ita quippe comparati sunt medici, ut quamquam læpe intelligant, tamen nunquam ægris, aut iis quibus illorum salutem curæ cordique esse norant, illo morbo dicant eos esse morituros, ne utrisque molestiam exhibere videantur, néve moerorem illis accersant ante tempus. Tum primum verò Marca, quasi fatalem ac supremum diem imminere præsentiret, desperare de vita cœpit, sciens videlicet gravius ægrotare eos qui cum levati morbo videntur, in eum deintegro incidunt. Iraque licèt Vicario sancti Sulpirij (namin ea parochia ægrotabat) initio morbi peccata sua confessus esset, iterum tamen v. Kalendas eo munere perfundus est diligenter; ac postredie viaticum publicè accepit cum magna reverentia, ut decebat tantum virum. Meminisse possunt qui aderant quis fuerit tum vultus ejus, quæ modestia totius corporis, quamque reverenter ac demissè venientem ad se Christum accepit, prolocutus coram omnibus oratione brevi, sed docta, & religiosa, sententiam suam de præsentia corporis Domini nostri Iesu Christi in sanctissimo Eucharistiæ sacramento, dicens considerare se in meritis Iesu Christi, qui pro omnibus hominibus pretiosissimum sanguinem suum in ara crucis effuderat. His ita dictis, componens se rursus in omnem reverentiam, deprecaturusque errores suos & graves in Deum offensiones, ac pluries repetens in-

dignum se esse ut Dominus apud eum ingrederetur, Viatico se instruxit, arbitrio divino quod reliquum erat ex animo prorsus permittens. Excussit profectò nobis omnibus lacrymas, ramentis læticiam imitari coram pro virili quisque nostra suaderemus, ne intelligere videremur eum in magno vitæ periculo versari. Nihil tamen melius ipse de se existimabat, vanas esse & inanes spes nostras dicitans; adeo ut cum aliquot post diebus recreatus quodammodo videretur è morbo, nihilque deinceps metuendum esse medici pronuntiafent, ipse dixerit illos triumphum canere ante victoriam. Recruduit enim statim morbus atrocius. Ita que Marca parum spei ponebat in remediis humanis: sed preces continuò ad Deum apud se fundens, facile abstinere ab omni sermone, nisi quando medici aderant, aut Vicarius sancti Sulpitij. Reliquo ferme temporis neminem suorum admittēbat præter necessarios, nisi quum ipse alios vocari jubebat. Nam externorum nemo in cubiculum ejus introducebatur. Attamen quando dolor intervalla dabat, animūque relaxabat, me lubenter audiebat legentem aliquid caput ex novo testamento, vel ex libro de amore Dei quem sanctus Franciscus Salesius Gebennensium Episcopus composuit. Horum enim librorum lectione valde capiebatur, sive sanus esset, sive ægrotus. Memoria teneo ipsum medicis, qui taciturnitatem illum in eo accusantes suadebant ut aliquorum familiarium colloquia apud lectum suum sustineret, hædenus respondisse auditurum se lectionem alicujus libri, ut morem illis gereret. Adeo pertinax fuit silentij propositum ut temperamentum quæreret quò medicorum monitis obtemperaret ac tamen nihil ex obstinato silentio remitteret. At Vicario interrogante cui præcipue meditationi insisteret in tam diuturno silentio, dixit multas menti suæ cogitationes obversari, sed præcipue cogitare de discessu ex hac vita, ideò que à se rationem anteaqtæ vitæ seriò exigere, Deique misericordiam crebrò implorare, quò veniam delictorum sibi tribuere dignaretur. Addidit se memoria repetere quæ sibi ex observationibus suis in novum testamentum & in psalmos Davidis in mentem tunc veniebant, quò animum divinis alimentis præceret.

L V. Tanta autem magnitudo animi in eo fuit, ut licet morbi longinquitas omnes patientiæ terminos excedere suaderet, ac vis ipsa morbi absque dolore esse non posset, nunquam tamen impatientiæ aut doloris signum dederit, nisi quum dormiebat. Scilicet robustus & excelsus animus inferius dig-

nitare sua existimabat si dolere videretur, cobibuisseque impetum naturæ dolore suos consentiens, si tam in potestate nostra esset moderari affectibus dormientium quàm vigilantium. Sed habent nimirum fortassis animus & corpus vicissitudines suas. Ac sicut vigilantes, animi imperio, corporis servitio magis utimur, ut Sallustius dixit, ita corpore in libertatem vindicato per somnum, animus ei servire cogitur & sensus ejus palam promere. Vnde dubitare cogor verane sit Zeonis sententia, qui coptari animum & quasi labi ac concidere existimavit dum homo dormit, an contra, manentibus aliorum sententias, animi quidem firmitudo semper eadem sit, ac tamen corpori nonnihil concedi debere intelligat, ut concordia intet utrumque perseveret.

L V I. Initio mensis Junij, diem non meminimus, Marca visus est mortalitatem explere, intercepto videlicet pulsu venarum, & frigore jam occupante extrema corporis; oculis quin enam conturbatis, eoque in statu permansit ad aliquot horas. Intelleximus nos ea esse funesta mortis præludia, quæ quater aut quinque ante obitum ejus contingere non sine magno metu ac stupore nostri quoties evenirent. Nec ipse, quamvis non ignoraret cujusmodi præfagium esset abscessio illa pulsus in ægrotis, signum aliquod morboris vultu aut voce dedit: sed eodem vitæ ordine relinquendas esse terras arbitratus, abiecit omnem vivendi spem; ac tamen se totum medicis permisit, ne de benignitate Dei desperare videretur. Memoriz interim suæ incuriosus non fuit; quando etiam sapientibus, ut ait alicubi Tacitus, cupido gloriæ novissima exiit. Etenim cum nollet perire lucubrationes suas, persuasumque in animo haberet, id quod sanus ac bonæ mentis pluries dixerat, illas sibi uni notas esse, neque ab alio legi facillè posse ob frequentes lituras, & quia nemo alius cogitationum ejus peritus erat, vocari me quadam nocte jussit sub initium, si bene meminimus, mensis Junij, cumque magda quedam verbo dedisset, ad extremum relinquere se mihi dixit omnes schedas ac lucubrationes suas, ut mea cura emitterentur in publicum. Haud dubie nihil mihi præclarior contingere poterat quàm ut vir summus moriens tali me honore dignaretur, hæcque ultimas voces pectori meo relinqueret. Sed quoniam reverendus ille vir cuius in initio istius libri fecimus mentionem ausus est nuper scribere falsâ me pro veris supposuisse, quanquam non sit operæ pretium, excutienda tamen est illa hominis temeritas, & gravissimis argumentis docendum vanam & stolidam esse narrationem

ejus. Sed antè quàm ad eam materiam descendam, necessarium arbitror de me aliqua dicere, cùm ex his etiam quæ dicturus de me sum colligi possit vanitas illius Fageticæ scriptio- nis. Quippe ex favorabili præstantissimi viri de me iudicio, tum ex singulari ejus in me bonitate profectum est ut is extremum illud mandatum mihi dederit de quo nunc conqueritur Paulus Fagetus. Defendendi causâ hæc, non gloriandi, loquor; tametsi probè sciam mihi vitio aut insolentiæ verti non posse, si gloriarer in eo quod vitam meam multùm exornat, actam omnium meliorem ætatis meæ partem cum summo viro, amatam me ab eo fuisse, sic enim gloriari possum, denique illum bonam de moribus & studis meis opinionem habuisse, nullo sanè merito meo, sed tamen habuisse. Si ista gloriarer, quis reprehensione dignam putare posset? Ad me igitur venio, oraturus quo pacto in domum magni viri admissus sim, quibus gradibus venerim in familiaritatem ejus, quæ fuerit illius de me opinio ex præcipuo ejus in me amore descendens.

LVII. Habitabam Tutela Lemovicum in ædibus clarissimi viri, & de quo plura dicere nisi pater meus esset, Joannis Karoli Baluzij, quum Marca, qui antea quoque pro sua singulari humanitate & occulta quadam in ignotum hominem inclinatione suo tempore eruptura plures ad me literas familiares manu sua dederat, Joanni Baluzio fratri meo, qui tum Lutetiæ morabatur & ad visendum eam venerat, epistolam ad me mittendam tradidit pri. Kal. Junij anni MDCXVI. qua me, nondum illi de facie notum, verbis honorificentissimis & amantissimis Lutetiam evocabat, ut apud eum essem, & ut de studiis nostris inter nos (quidni enim ejus verba referam?) communicarem. Dubitatum non est quin mihi rebûsque meis conduce- ret isthæc occasio. Itaque Tutela disce- dens A. D. XVIII. Kal. Julij, cùm deinde Lu- tetiam pervenissem, habitare apud Marcam cæpi III. Kal. Julij, quæ dies Iovis diceba- tur, hora serè undecima aut noo multò se- cùs. O felicem illum diem, & æterna me- moria dignum, nisi is ipse post sexennium rediens tam atrox animo meo vulnus infi- xisset ut læticia illius diei oequaquam com- paranda sit cum dolore qui ex morte ejus se- cutus est. Quippe sexennio pòst, eadem die III. Kal. Julij, Iovis quoque dicta, eodem ferme momento illum amisi quo ceperam ejus contubernio frui. Sed ad rerum ordi- nem. Igitur ex illo die assiduus ei comes, ita ut quoad possem ab ejus latere nunquam discederem, sive in urbe esset, sive peregrè proficièbatur, didici quantum homo ho-

mini præster & doctus indocto. Neque enim unquam ad eum accedebam in tot annorum spatio, & in tam frequentibus interrogandi audiendive occasiombus, quin abirem do- ctior. Erat namque tantus ejus in me amor ut me nihil celaret suarum observatiõnum; eaque me familiaritate apud ipsum uti con- cedebat, ut liberè interrogarem si quid inter studendum occurrisset quod assequi facile non possem. Iam ea erat in illo bonitas ut perpæte anteverteret quæstiones meas, me- cùmque liberalissimè ac libentissimè com- municaret quod ipse recceoter adnotaverat. In libris autem componendis haud dubè ne- mine ab eo studiorum focò & adjutore ute- batur quàm me ipso. id quod vir optimus non tacebat ubi occasio tulisset. Nam & apud amicos, & scriptis etiam literis, hoc quicquid in me est ingenij & boarum lite- rarum laudibus abundè proferebatur, ut omnes inrelligerent inè ab eo non mediocri- ter amari & aliquo apud eum in pretio esse. Quo factum est, ut dixi, ut cùm cogitare de locubrationibus suis, eas tibi volens lu- bènique reliquerit, nullis in hoc precibus meis, quicquid importunè garrat graculus ille Fageticus. Quod si factum fuisset, dissi- mulaturus non eram, ut nec alia dissimulavi quæ non erant taoti momenti. Nam & glo- riosum hoc quoque mihi fuisset; habitam à summo viro fuisse rationem petitionem meæ.

LVIII. Ista cùm ego scripsissem statim ferme ab obitu illustrissimi Archiepiscopi, pervulgatûsque fuisset hic meus liber, nemo tamen toto illo intervallo quod excurrit ab editione usque ad annum MDCXLVIII. quic- quam adversùs hanc meam narrationem re- posuit. Tandem vir reverendus Paulus Fa- getus emerfit è renebris; & accepto pessimo consilio, cùm instituisset in publicum edere dissertationes quasdam quas ipse ait esse illustrissimi Archiepiscopi, vitam quo- que ejus scribere aggressus est, in quâ cùm permulta dixit contraria veritati, tum præfractè contendit illustrissimum Ar- chiepiscopum mihi non solum non donasse schedas suas, sed disertis verbis jussisse ut eas traderem ejus filio Galaçtorio de Marca. id quod me fecisse asseverat. Tum in furiosis il- lis ac dementibus satyris quas adversùm me vulgavit, & quibus nomen meum famamque obscurare se posse credidit cùm illas dicta- ret, acriter in me insurgit ac debacchatur, ac rursus clamat Marcam jussisse ut schedas illas Galaçtorio restituerem, repudiatamque à summo viro fuisse petitionem meam, cujus ea fuerat temeritas ut eam editionem mihi commendari postulaverim. Primum admi- ror hominis impudentiam, qui rem quam

ipse scit esse falsissimam, perfricta fronte mordicus contendit esse veram. Si quid in me criminis fuit, statim arguendum erat, nec sexennij silentio præterendum. Ea argumentatio, ut ego quidem arbitror, plurimum momenti habet in hac causâ. Sed tamen Fageti narrationem esse falsam ostendam etiam argumentis. Deinde aperiâam originem hujus mali, & quibus furis agiturus Fagetus ista adversum me meditatus sit.

LIX. Primum illud observandum est hoc loco, agnoscere Fagetum & confiteri veritatem esse me accuratè in describendis his quæ acta didicisse fuerunt per morbum illustriissimi Archiepiscopi, atque ob eam causam prætermisum ab illo esse istud argumentum. Deinde illud quoque ab æquis lectoribus postulo, ut etiam ex hac reverendi illius viri confessione colligant habendam mihi esse fidem in narratione rerum quas ægrotante Marca contigisse adnotavi eo tempore quo divinare non poteram futurum aliquando ut Fagetus evaderet scriptor vitæ ejus. Nam ex his duabus observationibus patebit manifestè vanitas istius Fagetice fabulæ. Itaque scripti initium istius morbi incidisse in diem v. Idus Maij, ægrotum meliùs se habuisse post septimum diem, ita ut crederetur proxiùs convaluisse, sed subitò tantam vim morbi prorupisse vii. Kal. Junij ut de vita ejus metuere & medici cœperint. Unde sequitur evidenter eum cogitare non potuisse de statu lucubrationum suarum à die septima morbi usque ad decimam sextam. Et tamen Fagetus ait illum undecimo circiter morbi die imperasse Baluzio ut lucubrationes suas redderet peridulstri Præsidi de Marca ejus filio quamprimum ex urbe Pali Lutetiam Parisiorum veniuro, hucque illum præcepto se gnæviter obtemperaturam respondisse. At si ista contigere postquam Marca desperavit de valetudine recuperanda, ut patet ex serie narrationis Fagetice, omnino constantissimum est non contigisse undecimo circiter morbi die. Nam eo tempore ita se bene habebat Marca, saltem in speciem, ut amicus nobis esset tam omnino metus, & ipse de nulla alia re magis cogitaret quàm de valetudine recuperanda. Eo autem salvo, saluæ quoque erant lucubrationes ejus, quæ, eo vivente, penes ipsam esse debebant, adeoque penes Baluzium, neque opus erat ut earum editionem iste sibi committi postulareret, quam curaturus esset ille quæsi tunc victurum esse & ipse & nos omnino credebamus. Sed hinc quoque narratio Fageti destruitur quòd ait ista mandata Baluzio esse quo tempore Præfes expectabatur. Quippe is undecimo circiter morbi die nondum sciebat pa-

trem ægrotare, adeoque rumor nondum esse poterat illum Lutetiam quamprimum adventurum. Nam & illud certum est, captum à Præsidi non fuisse consilium veniendi Lutetiam nisi postquam intellexit patrem in extremo vitæ periculo versari, & Palo digressum non esse ante mediam mensem Junium, id est, ante trigessimam septimam circiter morbi diem. Itaque Lutetiam advenit v. Nonas Julij, id est, secundo & quadragesimo die post diem undecimam morbi, & quinquagesimo quarto ab initio morbi, quinto autem à morte patris.

LX. Huc usque (ut cum Hieronymo loquar) de criminibus meis, immo pro criminibus meis, quæ in me quondam subdolos laudator ingessit, non ut debui, sed ut potui, moderato dolore respondi. Superest ut quæ de schedis illis ac lucubrationibus olim dixi, ea nunc repetam, non in averfione, ut tum factum est, sed eo ordine quo peracta sunt. Statuit ergo Marca de lucubrationibus suis postquam desperare de vita cœpit, id est, post diem vii. Kal. Junij. Tum verò me ad se vocavit, ut dixi, ac præfente reverendo illo viro mandata quedam dedit in aurem; dein palam ac voce quantum licebat elata mihi dono dedit schedas ac lucubrationes suas, earum editionem mihi verbis minime ambiguis commendans. Referam enim ipsa ejus verba. *Quæd verò schedas ac lucubrationes meas*, inquit, *ear tibi habeto, tibi que illas commendo. Nosti consilia cogitationisque meas*. His dictis, avertit oculos, & in altera sponda recubuit. Ego verò ad Fagetum, qui in cubiculo ægroti aderat, & ad domesticos quosdam conversos, Audistis, inquam, *ultima verba illustriissimi Archiepiscopi*? Heic omnes nno consensu affirmare se nihil audivisse, quòd secessissent in angulum cubiculi cum viderant Marcam jubentem ut aurem meam admoderem ori ejus. Tum ego: *Dedit ille mihi schedas ac lucubrationes suas, earumque editionem mihi commendavit*. Illi rursum affirmare se nihil audivisse. Testis est mihi Deus quia non mentior, & quòd rem ita ut gesta est exposui summa fide & eximia erga defunctum reverentia.

LXI. Res pofcere videtur ut postea quàm à me repuli istius maledicentiæ vim, originem ejus causamque edidderam, ut etiam hinc colligere possit lector quàm nulla fides habenda sit reverendo illi viro adversum me scribenti. Meminerat Fagetus veteris temporis, quomodo à prima statim pueritia in domum Marcæ translatus fuerat, quomodo vir summus ita descendisset olim ad ejus curam, ac crudi ingenij crustulus ita blanditus esset, ut etiam primis literarum elementis imbuedum susciperet, mox ad grammari-

Strom. Th. 1. ad
Vof. Rubrica.

omnē & cetera impulisset, ac succedente tempore cum illo studia sua liberalissimè communicasset, illòque amanuensi per multa tempora usus esset, uteniam istis pulcherrimarum rerum illecebris inefcicaret juvenilem animum. Ex eo profectum meminerat ut ei vir illustrissimus olim commiserit custodiam schedarum suarum, quas ille per multos annos servavit, donec Marca, qui mex fidei mandaverat schedas quæ apud ipsum erant Lutetæ, dein, cum Tolosam venissemus, permulta quæ in potestate Fageti erant mihi tradi jussit. Tum ille, quanquam his rebus non utebatur, primùm tergiversari, postremò fremere & indignari quòd thesaurus ille avaro incubatori auferretur. Ea fuerunt initia dissidij dissensionisque nostræ, quæ deinde in apertam discordiam erupit. Etenim cum postea illustrissimus Archiepiscopus venisset Lutetiam, & Fagetus in ædibus ejus habitans videret omnia ad me translata esse, nullam porrò negotiorum aut studiorum cognitionem sibi dari, graviter & iniquo animo tulit illum contemptum, & in me, tanquam hujus mali causâ essem, qui sibi potius imputare debebat, omnes machinas movit ut me ab ea possessione dimoveret. Denique eò res evasit ut & nullum inter nos commercium esset, quamvis intra eosdem parietes habitarem, quamvis communis nobis mensa esset, idque sciente Marca, cui mores & ingenia Fageti jamdudum displicebant, quique sans intelligebat unde profectum erat odium ejus adversum me. Sed ad illud odium velut cumulus accessit morbus illustrissimi Archiepiscopi. Ferre non potuit Fagetus se præsentem præteritum ab eo fuisse cum de statu lucubrationum suarum decerneret, se inquam qui se gloriatur non averso à Musis animo esse & magnam de summa sua eruditione concepit opinionem. Hinc illæ lacrumæ. Hanc ille ob causam commoto & exulcerato adversum me animo est. Putavit enim hæc postrema mandata mihi dari non potuisse à summo viro quin inde statim colligi deberet parvam fuisse Marcæ de Fageto opinionem, quandoquidem de re cogitans præclarissima, consanguineum suum præteribat, ut curam hanc imponeret homini extraneo. Hunc dolorem suum frequenter patefacit revegensus ille vir in scriptis adversum me scriptis, in quibus identidem clamitat necessariò descendisse se ad istud argumentum, injurias suas ulturum, & sanæ suæ consultiorem, quam tentari ac pessumdari vociferatur ex hac narratione mea. Sed his omisissis, ad rerum ordinem redeo.

LXII. Tertio Idus Junij, cum appro-

pinquare se supremis Marca crederet, nihilque omnium vellet ex officio boni Christiani, iterum sacri corporis dominici pignus accepit, secretò tamen, neque ut viaticum, ac toto ferme illo tempore quo Missæ sacrificium in cubiculo ejus faciebat Presbyter domesticus, inestò capere esse voluit, quòd reverentiùs se erga Deum haberet, removitque manum meam, qui caput ejus operire tentaveram.

LXIII. Gravescere inierim cœpit valetudo ejus & in extremum discrimen adduci, adeo ut & medicis ipsi, omisâ dissimulatione, an quòd antea bene speraverant, aliquot post diebus monuerint vix ullam esse spem vitæ. Octavo Kalend. Julij, urgente febre, & recedente rursùm motu venarum, dubitarunt, tanta vis morbi erat, an postridie reperturi essent vivum. Ergo media ferè nocte accitus Vicarius impartit ei extremam unctionem, præbebatque se ipse unguendum, ad omnia intentus, & loquenti interdum respondens. Redire dein vires, velut ad novos conatus, mirantibus medicis senem diuturno & acerbo morbo vexatum tandem vivere.

LXIV. Postera dies levamentum aliquod dolori ejus attulit, perlans Alexandri septimi literis, quibus cum faciebat certiorum de translatione ejus ab Ecclesia Tolosana ad Parisiensem. Eas ipse legi jussit, attentissimèque audiit. Neque dubitavit asserere Archiepiscopum se Parisiensem prorsus esse, & Ecclesiam urbis regis deinceps, se vivo, pastore orbatam dici non posse, postquam nominationem Principis Romana sedes approbaverat. Præstat autem eas hoc loco referre.

*Venerabili fratri Petro Archiepiscopo
Parisensi.*

ALEXANDER PP. VII.

Venerabilis frater, salutem & apostolicam benedictionem. In consistorio secreto quod hæc mane habuimus, fraternitatem tuam ad Ecclesiam Parisiensem ex Tolosana transfusimus: nec dubitamus quin zelus, virtus, & auctoritas tua rebus omnibus archiepiscopatus istius, & præsertim lanthenisimæ civitatis, uti scribis, diuturna præsentia absentia successerint, evellendis omnino salutaris futura sit. In quò sine pietatis aliarumque virorum sanorum injuria foret si eam adeo præclarè spectandæ tanto cum honorum omnium plausu currentes adhortari vellemus. Porro sacrum collegium venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium cum promeritis tuis, tum paternæ caritatis erga

te nostra tribuit ut expensarum pro expeditione facilitatem eam qua pro temporis rerumque circumstantiis fieri maxime potuit, libenter indulgeris. Omnipotentem Deum piis conatibus tuis in ista pastoralis vigilia propitium faventemque precamur, apostolicam benedictionem fraternitati tuae preamanter impertientes. Datum Roma apud sanctam Mariam Majorem, sub anno Piscatoris, die v. Idus MDCLXII. pontificatus nostri anno octavo.

LXV. Iam antea Canonici Parisienses, quò dolorem suum universis testatum facerent, pro valetudine Marca, quem summo opere optabant ex eo morbo convalescere, preces ad Deum quotidie fundebant in sacrificio Missæ, eoque exemplo idem factitatum est eorum iussu in parochialibus Ecclesiis & in monasteriis. At visis tunc Alexandri literis, quas à me ad eos perferri Marca iussit, solennes in cathedrali Ecclesia preces, ut mos est in magnis Pontificum Parisiensium periculis, fieri decreverunt, exposito videlicet ad adorandum sacratissimo corpore Domini nostri Iesu Christi iv. Kal. Julij, ut fideles populi ad matrem Ecclesiarum Parisiensium supplices accederent, Dei misericordiam pro eo ægrotante imploraturi. Par cura fuit serenissimi Principis Henrici Borbonij Abbatis monasterij sancti Germani Pratenfis apud Lutetiam, qui iij. Kalend. preces quoque solennes, exposito item sanctissimo corpore Domini nostri Iesu Christi, pro eadem causa fieri imperavit in Basilica sancti Germani, anxius quoque ob eam rem & valde sollicitis monachis Benedictinis Congregationis sancti Mauri in illo monasterio habitantibus, quorum fuit magna erga viventem reverentia, quòsque vir optimus haud vulgari amore prosequabatur. In ceteris quoque regni urbes & provincias manavit hic populorum ardor & caritas in Marcam, adeo ut in quamplurimis Galliarum monasteriis & Ecclesiis assidue ejus sanitas à Deo flagrantissimè postularetur, ut ex multorum sermonibus & literis intellectum est. Sed quo Tolosinos piaculo taceam? qui cum viventem Marcam plurimum amaverint, non passi certè sunt ei deferri vota sua in lamentabili hoc casu. Constat sanè tanta ac tam religiosa fuisse populorum vota, ut ni aliter divina providentia jam ab initio morbi statuisset, haud dubie ægrotus à morte revocari debuisset. Sed venerat novissima ejus hora & ultima periodus calamitatum nostrarum. Horret animus commemorare tempus illud quum ex horto optimi viri, ubi fortè ambulabam, properè accitus sum, ut extremum ejus spiritum ex-

ciperem. Iraque statim in cubiculum ejus festinavi, metuens videlicet ne absente me moreretur. Spirantem tamen adhuc inventi, sed ita spirantem ut planè jam exanimis dici potuerit. Quippe sic eum subitò vis morbi oppressit ut nullus corporis illius sensus officio suo fungeretur. Neque multò post extinguitur inter amplexus & lacrymas suorum. Paucioribus tamen lacrymis compositus est; & novissima in luce desiderare aliquid oculi ejus, carissimum videlicet filium, quem unicum habebat, Galaclorium de Marca, patris in munere Præsidis Palensis successorem & Abbatem monasterij sancti Albini Andegavensis, qui quinto demum Nonas Julij huc advenit.

LXVI. Decessit Marca ad 111. Kalendas Julij, quæ dies divo Petro Apostolo sacra erat, hora ferè undecima matutina, aut non multò secùs, nono & sexagesimo ætatis anno non dum exacto, cum novem & quadraginta dies eum seiva vis morbi attinuisse in lecto. Parum forsitan & leve memoratu videbitur quod dicturus sum. Dicam tamen. Cum eum nos, qui domestici ejus eramus, quotidie ad mortem tendere cerneremus, spemque omnem abjecissemus, optabamus sanè ut si vita concessurus erat ex hoc morbo, abiret saltem in die festo divi Petri, cujus nomen ipse ferebat. Audiit preces nostras Deus, nostrumque luctum ægrotus hoc solatio levare voluit: utinamque eadem facilitate apertas aures habuisset ad vota quæ concipiebamus pro valetudine ejus.

LXVII. Hactenus res vivo Marca gestas memoravi, & quæ ægrotante eo ac moriente contigerunt. Nunc, quoniam fortuna nos ei superstites esse voluit, reliqua persequar, ne supremum officium mortuo negare videar. Inter medicos nihil convenerat de morbi genere, neque causam invenierant, licet artem suam optimè callerent, & in id omni studio incumbere ne fallerent nevé fallerentur, nam & amici erant. Occultam vim morbi esse affirmabant, quantum arte assequi poterant. Quippe febribus interdum remissior, sæpe ex nullis causis apparentibus augebatur, & medicamentis, quæ frequenter suggererentur, singulares omnino effectus consequerentur, & ægrotus utales. Decies profecta vena est. Decies bene cessit, ac ægrotus toties visus est meliùs habere. Pertinacia tamen morbi semper eadem; & ipse crebrò querebatur se ex visceribus laborare, manumque jecori identidem admovebat, undè conjiciebant medici, ac ex aliis etiam indicis, intestinum illud esse læsum & affectum. Abscessum quoque suspicabantur,

suspiciabantur alicubi inesse : quem tamen manifestè deprehendas, quod est difficillimum, quomodo medicinam adhibebis ? Igitur, eo mortuo, postularunt ut exanimari corporis anatomia fieret, tum ut morbigenus deprehenderent, tum etiam quòd dicerent utile domui ejus futurum. Aperto itaque cadavere pridie Kal. Julij, viscera omnia integra & admodum sana apparuerunt, jecore tamen ac pulmone exceptis, in quibus vis morbi residebat. Illud nuncunquē livescens, & præ ardore febrili friabile, manibus vel leviter compressum, totum faciliè disceperatur, & in exilia abibat frustula. At major pulmōni impressa labes. Nam præterquam quòd totus utrinque extrema sui parre pleuræ firmius adhaerescēbat, ferè totus insuper lobus dexter abfcessu prævio suppuratum passus, in frustula crassiuscula ex mero pure compacta concreverat. Mox, recedentibus medicis, corpus lotum mare Christianarum, & vestibus pontificalibus, ut fieri solet, convestitum, Pallio quoque archiepiscopali ornatum, in sarcophago plumbeo conditum est, cui juncta fuit aenea lamina, in qua hæc scripta fuerunt. HIC JACET. CORPUS ILLUSTRISSIMI. AC. REVERENDISSIMI. D. D. PETRI. DE. MARCA. ARCHIEPISCOPI. PARIENSIS. ET. TOLOSANI. QUI. OBIIIT. III. KALEND. JULIJ. ANNO. DOMINI. M. DC. XLII. ETATIS. SUÆ. LXVIII. MENSE. V. DIE. VI. ANIMA CUIUS. REQUIESCAT. IN PACE. AMEN.

LXVIII. A prædio sepultura peracta est à Canonicis ceterisque Presbyteris & Clericis cathedralis Ecclesie Parisiensis, hora ferè nona, funeris sacra peragenre Decano, corpisque Marcæ, ut ipse vivens optaverat, humatum est in choro illius Ecclesie, infra cathedram Archiepiscoporum. Suprema hæc ei perfoluta pridie Kalend. Julij. Fuere qui publici funeris pompam requirerent, compararentque quæ in superiorum Pontificum Parisiensium mortibus honora & magnifica facta fuerant. Vnum occurrit quod respondeam, decessisse illum in loco non suo, adeo ut difficillimum fuerit omnia observare solennia quæ in prædecessorum ejus funeribus observata fuisse memorabant, festinatam quin etiam sepulturam ob diurnum morbum, & ne filius ejus, qui prope diem adventurus erat, reperiret corpus insepultum.

LXIX. Reliquit Marcæ præclaras incubrationes multas, præter eas de quibus supra memoraui, dignas profectò quæ manibus eruditiorum hominum terantur. Psalmorum enim Davidis LXXXII. priorum atque item LXXXVIII. sensum literalem & per-

petuum exposuit juxta mentem LXX. Interpretum ac editionis ejus quam Vulgata vocamus, additis Glossis, ut ipse vocat, sive Annotationibus ad Incos difficiliores, & indicatis etiam interdum eruditorum viro- rum diversis ac discrepantibus sententiis : perfecissetque hoc opus si longiore illi vitam Deus tribuisset. Instituerat præterea componere integrum opus de veteribus can- nnum collectionibus, præsertim Romana Ecclesie ; non omisis interim canonicis Africanis, in quibus multa per sepe occur- runt quæ lectorum diligentiam morantur, quæque viri docti manum haud dubiè desi- derant ut difficultates complantentur. Nec tamen omnino perit hoc opus, supersunt- que ex eo fragmenta aliquot magno usui futura erudit. De exemptionibus quoque monasteriorum edere delinaverat aliquæ dissertationes. Illud tamen admoneri in pri- mis convenit, illas nunquam fuisse eluca- bratas ab illustrissimo viro.

LXX. Sed in primis deplorandum est Marcæ per valetudinem ejus non licuisse epistolam scribere quam ultro promiserat se scripturum ad clarissimum & eruditissi- mum virum Philippum Labbeum Presbyte- rum à Societate Jesu : in qua Honorium Romanum Episcopum, quem seculi nostri malignitas in Concilio sexto Oecumenico damnatum esse contendit ut Monothelitam, ab ea labe prorsus immunem reddidisset, ostendissetque nihil aliud in eo damnatum esse præter negligentiam, & quia variè se gesserat. Primum enim probare decreverat evidentissimis argumentis germana esse acta illius Concilij, neque à Grecis corrupta, contra quam visum est nonnullis viris erudi- tissimis. Deinde probasset Honorium illic fuisse damnatum, non quia Concilium pu- tarit illum docuisse hæresim, ut quidam exi- stumant, sed quia Sergij Patriarchæ C. P. & Cyri Alexandrini consultationem ambi- guis responsis eluserat, neque statim dam- naverat hæresim tunc recens emergentem. Vnde data populis Orientis occasi crede- di Monothelitarum opinionem non esse hæ- reticam, quandoquidem eam prima fides non feriebat anathemate. Scilicet Honorius eo deceptus est, quòd Patriarchæ illi polli- cerentur Orientem universum, ubi Nesto- rij & Eutyebetis errores vigeant, ad unitatem Ecclesie catholice rediturum, Concilij- que Chalcedonensis decretum de duabus na- turis in Christo unitis amplexurum, si con- cedi aliquo modo posset unicam in Christo voluntatem fuisse. Est hæc nova hæc opinio, ut sunt omnia ferme nova, interpretationi tum obnoxia esset, quando videlicet non-

dum damnata erat ab Ecclesia, Honorius, quò facilis Orientem à vetustis erroribus revocaret, *ἡσυχαστῆς* & per dispensationem à summo jure recessit, ut Marcæ verba ad hunc locum traham. Hæc tamen dispensatio infeliciter illi cessit; ut jampridem observatum est in libro tertio de Concordia cap. XIII. §. IX. Nam hinc factum ut damnationis sententiam in eum pronuntiaverit sexta synodus, persuasumque fuerit orbi universo illum insaniam unius voluntatis opinionem fovisse, quam incipientem extinguere debebat. Adferam hæc loca veterum quibus sententiam suam fulcire Marca delinquerat, ut epistolæ illius jacturam aliqua mea diligentia refarciam. Agmen ducet Leo secundus Pontifex Romanus, qui de Honorio in synodo sexta damnato loquens, hæc ad Hispanos Episcopos scribit: *Qui stantem hæretici dogmatis non, ut decuit apostolicam auctoritatem, incipientem extinxit, sed negligendo concessit.* Sui similis est idem Leo in epistola ad Imperatorem Constantinum Pogonatum: cujus verba in contextu quidem Latino subobscura sunt, sed in Græco mirè conveniunt cum verbis epistolæ ad Hispanos. *Ὁς ἦν πῦρ, inquit, τῶ ἀποστατικῶ σακκῶν, ἢ ἰσχυροῦ διδασκαλίου τῶ ἀποστατικῶ & ἑβδῶν ἄγριου, ἀλλὰ θεοβούλου προεδροῦ μωσῆν τῶ ἔπιπλο παρερῆπον.* Quæ sic rectius exprimi censebat Marca: *Qui hanc apostolicam Ecclesiam non est cominus lapsare doctrina apostolica traditionis, sed prophana prædicatione putam maculari permisit.* Imperator Constantinus manifestè docet Honorium in hac fidei causâ se variè gessisse. Ad hæc & Honorius, inquit ille in edicto suo, qui fuit antiquæ Romæ Papa, hujusmodi hæreticos confirmator, qui etiam sui extitis oppugnator: *ὁ τῶς αἰρετικῶς βελωποῦν, ἔτι αἰρετῶς ἰσχυρομαχῆδου.* Significat, inquit Marca, pugnantiam inter se scripsisse Honorium, atque hoc pacto hæreticos fuisse confirmatorem. Quæ in eandem cum Leone sententiam recidunt. Hæc verò loca congesserat Marca antè quàm discederet Parisiis, ad Fontem-Blaudi accessurus, anno millesimo sexcentesimo sexagesimo primo. Quibus addere volebat locum quendam ex Diurno Pontificum à Labbeo indicatum, ubi scriptum est Honorium pravus Monothelitarum dogmatibus fomentum impendisse. Existimabat enim Marca negligentiam Episcopi in causâ fidei crimen esse quod depositionis poena plecti deberet. In cujus sententiæ probationem adferrebat rescriptum Imperatorum Honorij & Theodosij ad Aurelium Episcopum Carthagenensem, datum v. Idus Junias, Ravennæ, Monaxio & Pinta Coll. *Communa-*

tur enim Princeps secundum canones, ut Marcæ scribit, episcopatus amissionem illi qui signiter se gesserint adversus Pelagianos, & præter expulsionem à civitatibus, qua pura secularis est, interdicitur quoque in perpetuum communionem. Addunt Imperatores: *Vna tamen tamenque culpa est eorum qui aut dissimulando convenientiam, aut non damnando favorem noxium præstiterint.* Idipsum docent, ut Marcæ adnotatum reliquit, Leo primus & Innocentius tertius in Concilio Lateranensi. Vnde colligebat ipse potuisse Honorium à sexta synodo damnari, non quòd docuisset hæresim, aut quòd Monothelitis consensisset, sed ob negligentiam in damnando eorum errore; cum eadem sit culpa, ut iniquiunt Imperatores, eorum qui aut dissimulando convenientiam, aut non damnando favorem noxium præstiterint. Nam inferiorum ordinum culpa (ut ait sanctus Leo in epistola tertia) *ad nullos magis referenda sunt quàm ad desidios negligentiisque recitantes: qui multam sibi nutriunt periclitantiam, dum necessariam dissimulanti adhibent medicinam.* Primum enim Honorij silentium, aut, ut cum Augustis loquar, dissimulatio, ex epistolis Papæ Leonis secundi deprehenditur, qui eum redarguit quòd Monothelitarum hæresim negligendo concesserit, & quòd prodicione sua apostolicam Ecclesiam, quæ pura erat, maculari permisit. Eadem Leonis epistolæ docent eum favorem noxium præstiterisse huic pestifere doctrinæ, quam non, ut docuit apostolicam auctoritatem, incipientem extinxit, sed negligentiam confovit. Constantinus quin etiam Imperator hoc sensu dixit Honorium fuisse hujus hæreticos confirmatorem. Sed præterea extant ipse Honorij epistolæ ad Sergium Patriarcham scriptæ, & in synodo sexta recitatæ, ob quas synodus illa, cum agnovisset eum aliquo modo tergiversatum esse in causâ fidei, sententiam damnationis in eum protulit ut negligentem, quòd negligentia Episcopi in causâ fidei crimen sit atrocissimum, cui omnem veniæ spem præcidunt iidem Augusti. Nam quod ad Honorij doctrinam atinet, jam alij probaverunt eum prorsus aversum fuisse ab errore Monothelitarum, neque illis unquam consensisse, ut inanis omnino futura sit mea opera, si velim hanc partem suscipere probandam. Dispensatio mera fuit, & quoddam velut obsequij genus, quo populus Orientis demereri studebat, ut eos dein facilius ad unitatem Ecclesie catholice reduceret. Habes hæc, erudite lector, delineationem quandam rōdem epistolæ ejus quam vir eruditissimus scribere decreverat: quæ si ab eo confecta fuisset, dubium non

est quin singulari beneficio sibi devincturus fuerit postolicam sedem.

LXXI. Manent præterea adhuc quamplurimæ dissertationes ecclesiasticæ, nimirum,

De Stemmate Christi.

De tempore adventus Magnusorum: Et an Reges faciant.

De patria Vigilanij.

De tempore Synodi Sirmionensis plenaria: Et de Valentis & Vrsacy venia.

De canone quinto Synodi Constantinopolitane.

De synodica epistola Synodi Illyriciana habita decreto Valentiniani senioris, qua extat apud Theodoretum lib. 6. hist. ecclæs. c. 9.

De forma regiminis à Christo instituta in Ecclesia: Et de discrimine Clericorum & Læicorum ex jure divinis.

In cap. Clericos. 3. g. 4. de Clericis brachio seculari tradendis.

LXXII. Præter ea opuscula illustrissimi viri, habentur quamplurimæ ejus epistolæ Latine ad diversos scriptæ: quæ si referrentur in volumem, magnum proculdubio facerent. Extant enim scriptæ ejus nomine, quamquam & aliquoties alieno, ut suprâ monui, epistolæ ad Summos Pontifices, Cardinales, Episcopos, & alios viros dignitate aut eruditione præstantes: quarum nonnullæ, ut dicam quod res est, continent tantum familiare literarum inter magnos viros commercium multo urbanitatis sale aspersarum, ac ceteræ, quæ magno in numero sunt, tractant de multis ingentibus negotiis publicis ac privatis, aut de rebus ad rem literariam illustrandam spectantibus. Extant etiam quamplurimæ Gallicè scripta opuscula, quæ recensere longum esset: quorum quædam tantum heic adnotabo, ut gustum reliquorum præbeam. Nam omitto de industria magnam molem narrationum sive relationum, codicillorum sive memoriarum, (Gallicè *Memoires*) & epistolarum, quas Gallicè scripsit occasione diversorum ingentium negotiorum, quæ & ipsæ magno volumini sufficere possunt.

Questions notables de l'histoire de France.

Traité du Sacre des Roys de France.

De la publication du Concile de Trente.

Des Indulgences.

Des resignations volontaires des Evêques.

De l'information des vie & mœurs des Evêques Nommés.

Des reparations des Eglises ordonnées par les Bulles aux Evêques.

De droit de visite qu'ont les Evêques aux Eglises des Religiers.

Traité de l'approbation des Religiers pour Confesser.

De droit des Coadjuteurs.

LXXIII. Luber heic, in fine hujus libri, aliquantisper excurrere per laudes & memoriam magni viri, inita nimirum pulcherrima comparatione inter illum & Agricola Taciti focorum, Vterque enim gradatim ad summos honores pervenit quibus in republica quisque sua sanctus est. Agricola Britanniam provinciam tenuit ultra septem annos, Marca verò Cataloniam tantumdem temporis administravit. Ambo illustri genere nati, speciosas opes habuere, non tamen nimias. Neuter fortunas suas auxit ex pecunia publica, neque ex bonis provincialium. Prudentia in utroque par, & humanitas propè singularis. Vis enim tibi compendio describam illustrissimum Archiepiscopum: Audi Tacitum de Agricola loquentem: *Quid si habitum quoque ejus possideri noscitur velim, decemur quam sublimior fuit. nihil meus in vulgo: gratia oris supererat. Bonam virum facile crederes, magnum libenter. Nihil dicas interesse inter eos, nisi quòd Marca felicior Agricola, bonos Principes nactus est, longiorémque ac tranquilliorém vitam vixit.*

LXXIV. Rursum operæ pretium puto heic describere verus aliquot Terentij, quòd eos huic meo instituto mirificè convenire arbitrer, malimque elegantissimi Poëtæ verbis uti quam meis, ut animi mei sententia exprimam.

*Sic visa eras, facile omnes perferre ac pati
Cum quibus eras, camque unâ, his se dedere,
Eorum absque studiis, adversus nemini,
Nunquam proponens se illis.*

Magnam esse facilitatem ejus & comitatem omnis ordinis homines ulro confitebantur ac prædicabant, quæ tanta fuit, ut vel humillimæ fortis homines facilemitteret, comiterque exciperet, quoties ejus ope indigebant, neminem contemnens, & in neminem contumeliosus. Attamen ejus facilitas non sine gravitate erat, neque comitas sine severitate, adeo ut cum viri auctoritate gravis honorem nunquam corrumpi per familiaritatem sineret, difficile intellectu esset utrum eum amici magis vererentur an amarent. Nam, quod est rarissimum, (recurret enim Agricola) nec facilitas illi auctoritatem nec severitas amorem deminuit. Viro verò literatos ac studij doctrinisque ditatos non referret in familiaritatem ejus admissos, cum id satis superque notum sit, nisi me ita agere moneret verus ille Terentianus: *Nunquam proponens se illis.* Etenim quamvis literatos, qui ad eum frequenter tanquam ad omnis eruditionis parentem ac magistrum veniebant, eruditione supera-

ret, nunquam tamen se supra illos extollebat, adeo ut si cui modesta ejus nota non fuisset, quæritur famam fuerit. atque in hunc modum eruditionis gloriam, ut de Neoptiano ait Hieronymus, declinando, eruditissimus habebatur. Nempè moderabatur eruditionis lux, ne cui se præponere videretur. Nam vincere, velut Agricola, in gloriam arbitrabatur. Nemo adversus fuit nisi malis, nec inimicitias cum aliquo exercuit, nisi coactus, ac semper remisit. quamquam & magnæ interdum causæ erant ob quas suscipere inimicitias cogere, nisi erectum & sublime ingenium cohibendos existimasset motus iracundiæ. Christianum in primis ac religiosum pectus habuit, offensionum immemor, & moris majorum summus imitator. Quippe sedem apostolicam summo semper studio prosecutus est, ejusque dignitatem & jura sæpissime vindicavit adversus eos qui coercendam clamitant intra certos limites Romani Pontificis auctoritatem, quamvis per sepe non intelligant quid veneranda antiquitas præceperit custodiri. Neque tamen temperamenti egebat, nec, ut plerique solent, deformi obsequio excessit limites veri, constans in primis adversus vim externam, quoties aliqua tentabantur contra priscum morem aut contra jura Regum Christianissimorum. Erat enim ille unus ex omnibus maximè aptus ad fovendam concordiam sacerdotij & imperij, cum pari auctoritate & gratia apud Summos Pontifices & Reges Francorum vigeret, dum utrorumque jura, quod est difficillimum, fortiter ubique propugnaret absque alterutrius injuria aut offensione.

LXXV. Postquam defuncti sumus narratione vitæ illustrissimi Archiepiscopi, cum jam ad finem operis perventum sit, operæ pretium est heic referre quantum sanctissimi D. N. Clementis Papæ IX. dolor fuerit audita morte ejus, ut in eo desinat hic liber à quo incepit. Is ergo, tum Cardinalis Rospigliosius, ita scripsit ad clarissimum virum Samuelem Sorberium die XXI. Julij anni MDCLXI.

Perillustri Domine, Quante morte me affeceris luctuosus obitus illustrissimi & sapientissimi Prasulæ Petri de Marca vel ex propria animi ageritudine colligere dominatio sua abundè potest. Neque enim te late qualiter singulari ipsius humanitati me proficbar obstrictum, quantumque insignibus ejusdem meritis tribuam: quo sublato, plurimam in Christiana republica factam esse jacturam intelligunt & dolent omnes. Vita tamen innocentia & assiduum religionis studium cum illi aditum ad calorum premia potestasse non dubitè existimentur, nostras etiam lacrymas abstergere & dolorem temperare possunt, sperata iam viri felicitate. Haud mediocrem etiam exhibebant mihi salutium occasiones omnes quibus peratissimam erga dominationem suam voluntatem aliqua ratione declarandi, quemadmodum impensè cupio, opportunitas præbeatur, cui prosperes rerum omnium eventus à Deo enixè precor. Roma XXXI. Julij MDCLXII.

*Studiosissimus dominationis tue
I. Cardinalis ROSPIGLIOSIUS.*

LXXVI. Eant nunc qui famam illustrissimi viri dehonefatare conati sunt maledicentissimis saryris suis. Pudeat illos suæ temeritatis post tantum tamque illustre maximi Pontificis testimonium de Marca. Nam præterea quæcumque ira & odio advetstus cum vel dicta vel scripta sunt, ea omnia intercidunt, nihilque horum venit ad posteritatem. Sola rerum pæclarè ab eo dictarum, scriptarum, factarum memoria æterna erit. Et sicut pia posteritas, quæ suam cuoque gloriam sine adulatione rependit, eos laudabit qui Marcam vel honoribus vel laudibus profecuti fuerint, sic in eos vehementer insurget qui & viventis virtutes allatrare soliti erant & in mortuum deinde insultarunt. Mihi quoque aliquando defuncto gratias, ut spero, agent posteris, quod magni viri vitam moreque descripserim, & quoddam operum ejus editionem procuraverim. Existimo autem etiam laudem suam apud posteros habituram constantissimam fidem & reverentiam meam erga memoriam ejus:

Lutetia Parisiorum prid. Idus Novembris MDCLXIX.



ARMANDO

ARMANDO IOANNI
 EMINENTISSIMO
 CARDINALI
 DVCI
 DE RICHELIEV,
 FRANCIAE PARI.



RE arduam aggredior, Eminentissime Cardinalis, Sacerdotij
 & Imperij Concordiam; qua ab aliquot seculis adeo vexata est
 parium studiū, ut excitata ob violatos jurisdictionis ecclesia-
 stica & regia terminos controversa in aperta quandoque bella
 eruperint, qua funestissimis dissidijs Ecclesia corpus lacerarunt.
 Civilius quidem agitur hodie; ita tamen ut frequentes & penè
 quotidiane in actu rerum positae occurrant contentiones, quae se-
 cundum varias causarum figuras, ob dignitatem laesam, vel
 imminutam auctoritatem, accendantur, & Christiana Reipublica Principes inter
 se committunt. Enimvero quoniam non natura sed hominum vitio factum ut ambae
 illae potestates, quae amico fœdere conjungi debuerant, in dedecus Christiani nominis
 aliquando divellantur abinvicem, utriusque dignitatis in te uno facta consensio cer-
 tissimum est argumentum posse Eminentiae tuae operâ atque industriâ res ita compo-
 ni, ut quae dissidere videntur, in eam concordiam mutuò conspirent quae à divino
 numine utriusque potestatis auctore decreta est. Dignum sanè facinus summa illa
 virtute tua, quae id affectus es, ut Orbis Christiani fata temperes ea auctoritate
 quam pietati erga se tuae Princeps gloriosissimus contulit. In ceteris quidem Admini-
 strationis tuae momentis omnia supra fidem & serè ad miraculum patrata sunt; seu
 quis provincias regni pacatas atque compositas, perduelles domitos, sanctitatem al-
 taribus restitutam inspiciat, quam profana factiosorum scelera polluerant; seu quis
 recreatos socios atque fœderatos, prostratos hostes potentissimos, & ad implorandam
 pacem propemodum adactos contempletur. Quare in hac, quam arduam dixi, Sa-
 cerdotij & Imperij Concordia, omnia supra votum cessura, te auspice & auctore,
 probi omnes sibi pollicentur, vel eo praecipuè nomine, quòd ardua sint, & serè con-
 clamata. Ceterorum mortalium circumscripta virtus rerum mole subsidit, difficultati-
 bus frangitur; sed divina menti tuae, quam merito Prudentiae & Fortitudinis veluti
 familiarem Genium appellare licet, concessum est inexpectata perficere, ut seculum
 nostrum & posteros immortalibus beneficiis cumulet. Tibi namque Deus Optimus

Epistola Dedicatoria.

Maximus, ut daret aliquod potentia sua & bonitatis specimen, adimplenda reservavit quae denegavit ceteris, ut nos imbecillitatis humana admoneret. Ego quidem, Eminentissime Cardinalis, utriusque potestatis confessionem, quam in ipsis rerum argumentis violatam aliquando perspiciebam, studiosè optavi, efflagitavi. Et quia hoc Tuae Eminentiae propositum esse intellexi ut ratio quadam iniretur ad conciliandam alendamque Sacerdotij & Imperij societatem, aliquot Dissertationibus elucubratis in eam operam incubui. Ingens profectò ad placendum eruditiss quibusque & piis hominibus illecebra, quòd illa operam à te concordiam attingunt; sed operis dignitas ingenij mei tenuitate atque penuria eruditionis deteritur. Hoc quidem censura obnoxium, quam non exoro: eam tantisper sustineri peto, donec Eminentis Tuae judicio hae qualescunque Exercitationes vel stent, vel cadant. Periclitarentur sanè apud eruditissimum pectus tuum, nisi humanitatis esset equè ac totius divini humanique juris sacrarium. Illam itaque comitatem, qua unumquemque in summo illo dignitatis fastigio demereri, enixè obtestor ut hunc quoque conatum meum blandè excipias, vel ex eo capite, quòd tuo instituto aliqua ex parte obsequitur. Satis huic operi decoris accedet, si patiaris sub augusti nominis tui auspicio his Dissertationibus publicari consilia tua de Concordia Potestatum fovenda: quarum altera Purpure sua te fecit participem, altera suae Administrationis summam in te deposuit. Mihi verò ad operis felicitatis incrementum nihil deerit, si hoc quoque beneficium à te impetravero, ut mihi devotissimo tui cultori liceat, exemplo veterum qui Principes viros imaginibus ex decreto collatis ornabant, hoc monumentum, velut Propositi tui quandam Imaginem, Eminentis Tuae ponere.

P. DE MARCÀ.



utriusque potestatis concordia discedendi: qui versatur in iisdem rationibus, quas ipsi sequuntur, ad mutuam societatem inter se conservandam. Quoties incidunt de usurpatione jurisdictionis controversiæ, quæ prudentia quadam ita temperantur, ut in bellum a periculum non erumpant. Quid vetat eadem vendigiam premere scribendo, quæ Principes agendo? Pacem autem & consensionem retinent illi, mollis, non exasperatis rerum emergentium articulis. Quæmodum in placitis Stoicorum multa remittebant retrixæ illius doctrinæ Magistri *Interdum*, ut se reliquorum hominum opinionibus accommodarent, ita Christianæ politiz Antistites *interdum* à summo jure recedebant, ut Concordiæ litarent. Videbant enim si pertinaci studio Sacerdotum vel Imperium jura sua intemerata retinere nitentur, eam esse negotij conditionem, quæ funesto dissidio Pontifices & Reges à societate avulsos, inausultis digladiationibus inter se collideret. Atanien cum remissio illa, nisi certis limitibus concludatur, in abjectionis vicium deficiat, necessariæ sunt regulæ quædam, intra quas prudentia, quæ omnino in his negotiis adhiberi debet, se contineat. Porro regulæ illæ in eorum axiomatum cognitione constructæ sunt, quæ communi utriusque Reipublicæ suffragio sunt receptæ, vel quæ frequentioribus Theologorum & Jurisconsultorum sententiis comprobantur. Deinde sincerè separandæ sunt à certis & receptis sententiis ea quæ in controversiam adducuntur inter partes. Cùm autem quæstiones istæ non in theoria tantum & in mera veri indagacione versentur, sed præcipuè in actu rerum se quotidie exerant, non adeo solliciti esse debemus de subtili argumentorum collectione, quam solenter expendere gesta Pontificum & Regum quorum pietas commendatur, ut percipiatur quid in hujusmodi contentionibus secuti fuerint, jura sua retinendo, vel remittendo, quidve Sacerdotium & Imperium inter se dimicantia aliquando commiserit. Non me latet eandem controversiam diversis seculis variè temperatam, pro moribus Principum, & utilitatibus Reipublicæ, idemque jus variè disceptatum, toleratis uno seculo quæ altero damnata sunt, iterumque reposita. Vnde colligere licet disceptationes istas non omnino juxta exquisiti juris rationes componi solitas, sed ex æquo & bono, unitatis & concordiz alendæ studio, ex utraque parte quamplurima remissa fuisse. Quare ea mente in explorandis veterum exemplis versabimur, ut inde non inferamus juris quod alterutri potestatum competet certissimam

probationem, sed indulgentiæ & remissionis usum in simili specie.

III. Infinitum esset omnia persequi quæ vigente Imperio in orbe Christiano acciderunt, vel in singulorum Regum Christianorum provinciis. Itaque Dissertationes istas Imperij Gallici finibus conclusi, eo consilio, ut inquirerem in eam rationem quam majores nostri amplexi sunt ut Sacerdotij & Imperij pacem inviolatam servarent, eamque cum illa compararem cujus est usus in foro quotidianus. Quas Exercitationes ita institui, ut in quæstione veteri *novè* omnia potius quam *novè* concinnarem. Et si enim plerumque nostram has controversias attingerint, res ipsas potius breviter significasse quam ex professo tractasse dici possunt, ea ingenij indulgentia usi, ut omnia in unum falcem congesterint, aut digressionibus ab instituto alienis propofitum non impleverint, vel si qui feliciter versati sint in hoc negotio, solam fori trituram amplectentes, Historiæ Ecclesiasticæ & Canonum antiquorum cognitionem neglexerint. Quam supellectilem ad exornandas Dissertationes istas adhibendam & veteris memoriz tempora mihi repetenda esse putavi, quæ novis observationibus subinde in hoc opere illustrantur. Sed lectorum monitum velim, ne litem meam me fecisse existimet, si qua illi, inter legendum, Pontificum vel Principum acta parum accepta fuerint, cùm alienum factum ipse præstare non debeat, neque ejus mentionem faciam ad constituenda jura alterutrius potestatis, ut antè dixi, sed ad muniendos veterum exemplis mores qui hodie vigent cum summa Sacerdotij & Imperij Concordia. Eam toto isthoc opere fovere conabor, resignatis hujus disciplinæ arcanis, cùm sinceritas hujus consensionis omnem simulationem averteret, teste Gregorio septimo. In quam rem præcipuè incumbendum est, quòd, ut idem auctor loquitur, *sicut dantur oculis humanum corpus temperati lumine regitur, ita his duobus dignitatibus in pura religione concordantibus, corpus Ecclesiæ spirituali lumine regi & illuminari probatur.* Institui itaque omnia jurisdictionis ecclesiasticæ & regiz capita explicare, quæ in consuetumque potestatis posita sunt. Quo in opere cum ordinem tenebo, ut unicuiqueque controversiæ originem & progressum & varias juris factique mutationes aperiam, easque componam cum moribus quibus hodie utimur, quasque vulgò *Liberates Ecclesiæ Gallicanæ* appellamus. Consuetudinis forensis probatio non aliunde melius instrui potest quam ex Actis publicis quæ in Collectionem suam summa fide & diligentia recitat auctor Syntagmaticis P. POTIUS.

Greg. VII. l. 1. ap. 19. *Concordans istam concordiam & Imperij subditum, ubi utque potestates dantur.*

quod *Libertatum Ecclesie Gallicanae* nomine inscribitur. Eas Libertates cum anonymus quidam scriptor libello famoso laxasset, harum Dissertationum edendarum occasione præbuit, ut monui capite primo libri primi. Vbi quantopere proficiat accurata harum controversiarum cognitio, adductis quæ ex istiusmodi contentiõibus in Oriente & Occidente olim emerferunt exemplis abundè ostendi.

IV. Porrò quam his Dissertationibus elucubrandis operam navavi, non omnino male mihi collocasse videbor, si saltem illud obtinero, ut magistratus, quibus legum publicarum executio concedita est, lineas à majoribus præcèptis non egrediantur, nec putent ex præjudiciis rerum judicarum ex ambiguo, ut sit plerumque, jure regulas novæ disciplinæ ecclesiasticæ constituendas, sed potiùs ex receptis & veris majorum regulis judicia componenda. Alioquin nisi limes aliquis in hoc controversiarum genere designatur, non leve jurisdictioni ecclesiasticæ periculum immineret: quod aliter averti non poterit, quam si tironum, qui ad gerendos magistratus erudiuntur in scholis, fervida ingenia præceptis quibusdam maturè sufflammentur. In eam rem Dissertationes istæ forsàn usui esse poterunt; quæ saltem id afferuntur, ut novo vulnere, si quod antea illatum est, Ecclesie jurisdictio externa non petatur, & ut regij magistratus auctoritate sibi delegata, cum summo sedis apostolicæ cultu & reverentia, in libris judicandis, & regni juribus custodiendis, utantur.

V. Exposito consilio meo, superest ut breviter totius operis delineationem proponam. De Libertatibus Ecclesie Gallicanæ disserturo, tria mihi præstanda videntur. Fundamenta, quibus eorum moles innititur, indagare, tum, in quibus Libertates illæ versentur, constituere; deinde per singulos Libertatum articulosita decurrere, ut hodierno fori usu Concordia Sacerdotij & Imperij procurari demonstretur. Pars ista, quæ singula capita rimatur, operis utramque ferè paginam faciet; cum tamen duæ aliæ prætermittendæ non fuerint, ne tudes & imparati ad propositam materiam accedere minus. Duo Libertatum fundamenta constituo. Primum versatur in suprema Romani Pontificis per Gallias auctoritate. Secundum in supremo Christianissimi Regis imperio. Ac primum quidem exequitur liber primus; quo necessitas communionis cum apostolica sede asseritur, tum ex eo quod Romanus Pontifex sit caput universalis Ecclesie; tum ex eo quod specialiter constitutus sit Occidentis Patriarcha. De hoc Pa-

triarchatus Occidentis copiosè disputatur, canonis Nicani sexti explicatio nova proponitur, & Ruffini vexatissimus locus *De Ecclesiis suburbicariis* nova interpretatione illustratur. Auctoritas Romanæ sedis per Occidentem, ipsasque Gallias, expenditur; quæ illi integra vindicatur, tum in legibus fœrendis, ad repellendas novitates, lancieandique disciplinam, tum in iudiciis sine provocatione reddendis. ad cujus auctoritatis illustrationem nova per relationes & consultationes ratio aperitur. Deinde docetur immuncem esse Romanum Pontificem ab inferiorum iudicio. Eam sedis apostolicæ dignitatem Gallos suis officiis semper excoluisse, adeo ut iurio Romanæ Ecclesie hereditario jure in Reges Francorum transfusa sit; quam præ ceteris Regibus gloriosissimus Princeps Ludovicus XIII. præstitit, opera & consilio Eminentissimi Cardinalis Ducis Richelij. Quæ omnia comprehensa sunt libro primo.

VI. Secundus liber secundum Ecclesie Gallicanæ fundamentam explicat, nempe supremum Regis imperium. Ac primò quidem constituta Ecclesie Gallicanæ significatione, quæ ecclesiasticam & civilem potestatem complectitur, de discrimine utriusque potestatis disputatur ex mente veterum. Deinde suprema Regis Christianissimi auctoritas in temporalibus asseritur variis testimoniis Romanorum Pontificum; quæ illustrantur. Inquiritur etiam ob quam rationem Rex Francorum *Imperator in regno* appellatus fuerit. Tum disputatur, an Principibus liceat res ecclesiasticas attingere. Quæ in quæstione discrimen Regum Iudeæ & nostrorum accuratissimè demonstratur. Deinde controversia divisionibus aliquot solvitur, quæ Reges vetant ne fides negotia, sacramenta, ritus, & disciplinam Cleri, imò & episcopatum institutionem suis legibus constituant. quæ omnia ab auctoritate ecclesiastica pendent. ubi etiam ostenditur quem modum servaverit olim Ecclesia, si Principes hac in parte peccarent. Attamen iurio canonum & decretorum apostolicæ sedis Principibus jure divino & specialiter Regibus Francorum concedita est, ut eorum executionem legibus suis muniant. quod probatur aliquot exemplis, quæ disputationem uberrimam de Chorepiscopis extorserrunt. Docetur autem eas leges ecclesiasticas præsidio regio muniri, quæ promulgatæ in Gallia, & receptæ sint. De quo disputatur copiosè.

VII. Tertio libro, quid sit Libertas Ecclesie Gallicanæ, ejusque differentia cum Privilegio, inquiritur. Tum Libertas illa

constituitur in usu canonum & decretorum, tam veterum, quam mediæ ætatis, & recentiorum. ubi de variis Collectionibus canonum disseritur. Deinde refellitur opinio viri eruditi, qui Libertatem in sola veterum canonum usurpatione consisterebat, & in ea sententia quæ Summum Pontificem Concilio generali subijcit. Romanam sedem perpetuum canonum suorumque decretorum consuetudinumque receptorum robur polliceri. quod idem est ac Libertates Gallicanas inviolatas spondere. Quatenus canonibus & decretis derogari solet olim, & posterioribus seculis, tractatur accuratè, doceturque eximia fuisse in eo genere auctoritatis Romanæ sedis potestas. Quæ vires dispensationum, & quis earum modus hodie in Gallia. ubi de scandalo quod novitates sequitur. Tum de jure antiquo & recentiori privilegiorum à sede apostolica indultorum unà cum regio consensu.

VIII. Deinceps aggredienda est explicatio singulorum capitum in quibus Libertates Ecclesiæ Gallicanæ versantur. Ac primò quidem de appellationibus quæ vulgò *ab abusu* dicuntur, disseritur libro quarto. Quæ tractatio ceteras antecedere debet quia tuitio regia otiosa esset, & reliqui Libertatum articulifacilè labefactarentur, nisi conducerentur hoc uno vinculo. Harum appellationum formula quidem novitia est, sed res ipsa, id est, tuitiois regis imploratio, cum disciplina Ecclesiæ infringitur, unà cum Imperio Christiano coaluit, quo præsidio usi sunt Pontifices Romani, & ipsa Concilia Oecumenica, cum præcipuè id Principibus incumbat, ut canones sua etiam auctoritate confirmatos, & legibus publicis adscriptos, se invitis contra utilitatem publicam conculcari non patiantur. Quæ modum tenuerint Galli nostri in secunda & tertia Regum dynastia, cum sedis apostolicæ decretis contra canones receptos vel contra regni jura premerentur, vel cum ab Episcopis simala tentarentur in utroque illo casu, relatis controversiarum argumentis docetur. Et tandem appellationis hodiernæ usus cum superioribus componitur, & in quibus articulis locum obtineat, ostenditur. His quatuor libris absolvitur Tomus primus.

IX. *Tomo secundo*, De Legatis Romani Pontificis ad Regem missis tractatur. Hujus transactionis occasione varix Legatorum species & munera explicantur, eorum præcipuè qui ad Synodos Oecumenicas missi, vices Romani Pontificis gerebant. Vbi de sedis apostolicæ dignitate, & auctoritate in illis Conciliis, ex mente veterum, adversus Novatores hujus seculi disputatur. Deinde

agitur de Apocrisariis ad Principes missis, & de Vicariis Romanæ sedis per varias Dioceses, & de Pallio quo Vicarij illi ornabantur. Gradu postea factò ad mediæ ætatis usum, quibus mandatis instructi Legati ad synodos provinciales accederent, discutitur. Eorum frequentia, & tandem desuetudo. De facultatum examine in Curia, antequàm munere suo fungantur. Tum de Anatis dissertatio instituitur; ubi de earum origine, & de controversiis quæ ex ea occasione Ecclesiam vexarunt. Disputatur an majores nostri rectè earum exactionem in simoniæ censum retulerint. Et tandem concluditur eas à simoniæ labe abesse; verùm in Gallia non præstari ratione debitè, sed titulo subsidij, cujus modus immutari non possit invito Regibus nostris & Ecclesiæ Gallicana.

X. Altero libro agitur de Conciliis provincialibus & generalibus totius Diocesis Gallicanæ, quæ vulgò *Nationalia* vocantur. Inquiretur diligenter in provinciis hujus Diocesis, earumque jura investigabuntur. Deinde disputabitur de Regum & Synodorum auctoritate, quam in constituenda disciplina exercebant.

XI. Tum *De judiciis canonicis Episcoporum*. In qua Dissertatione explicatur quis ordo servatus fuerit à primis Ecclesiæ temporibus usque ad Concordati publicam pactionem in deponendis Episcopis, non solum in Gallia, sed etiam per universas Orientis & Occidentis provincias. Vbi nova ratione genuinus sensus Concilij Sardicenis & Africani, & controversiarum Athanasij, Chrysostomi, Flaviani, Theodoret, Acacij, apertè constituitur adversus Novatores & detortas aliorum interpretationes.

XII. Hanc excipiet altera Dissertatio *De judiciis Clericorum*. Quid Episcopis antiqui canones, medijs, & recentiores tribuerint; quid Principes sibi reservaverint, variis temporibus, nunc remissiores, nunc renerentiores. Hic agitur *De delictis communibus & privilegiatis*. Hanc partem excutus est * vir eruditus, sed in Iustiniano hæsit, mille annorum serie prætermissa, quæ tamen variis hac de re concertationibus famosa extitit.

XIII. *Judicia canonica in Laicos* persequar exercitatione speciali, quæ in crimina illa inquitur quæ censuræ canonicæ subderentur olim; quis ordo judiciorum; quæ deinde accessio medio jure facta fuerit. ubi de veterum excommunicatione, & de ritibus penitentium multa dicentur ad illustrandam canonum vetustatem, quorum cognitio desuetudine ipsa ferè oblietata est. De immutatio-

* Boissier de l'Épiscopat. Dissertations.

ne quæ in toto illo genere inducta est, unde originem habuerit; & quo jure utamur hodie in his arcubus.

XIV. *Privilegia Capitulis & monasteriis concessa* frequentissimas contentionem in Ecclesia excitant, quæ flagrabant initio, quando Episcopi jure suo deiciebantur; sed usu ipso familiaria reddita cum essent, multitudinem exemptorum & novitate animos Episcoporum accenderant. Quæ composita in speciem, recrudescere incipient, nisi remediis opportunis prospiciatur. De quibus egit Diatriba unica.


XV. Concludam Tomum II. dissertatione *De Matrimonio*. Vbi expenditur quid Ecclesia quod Principes in hanc usque ætatem in hoc negotio egerint, quod ita temperabitur, ut nulli relinquatur offensionis occasio.

XVI. *Tomus tertius* disserit *De bonis ecclesiasticis*. Vbi de oblationibus & agris eorumque bonorum proprietate & usu vel usufructu, quatenus jurisdictioni regis illa subiaceant, & poenis ecclesiasticis muniantur. De tributorum pensationibus, & immunitate. Tum in yasio bonorum ecclesiasticorum à Carolo Martello & ceteris Principibus facta discutietur, unà cum sententiis latis adversus invasores. Hoc in loco latus se aperit campus agendi de decimis, id est, de earum origine, distributione inter Episcopum & Clerum, & de laicorum possessione. Deinde agitur de immobilium acquisitione sine venia Principis, vel cum ejus gratia, quæ apud nos *Amortisatio* dicitur. De feudis Ecclesie concessis sub conditione fidei & obsequij. Quæ sit apud nos *Regalium* origo, nova ratione inquiritur. Tum de advocacione & defensione Comitum, quæ olim in plerisque provinciis viguit, disseritur. Accedit disputatio de contributionibus quæ Regi à Clero penduntur, & cujus decreto alienatio bonorum ecclesiasticorum fieri debeat. Has Dissertationes claudunt excerpta quedam selecta, de Beneficiorum origine, de quæ hodierno illorum statu.

XVII. Sed quia disceptatio antiquitatis canonice, à foro remota, tirones ab ea indaganda deterret, adjungitur *Epitome practica* controversiarum quibus tribunalia publica quotidie fervent, cum rebus judicatis; quæ aut jure veteri aut medio vel novo niti docentur, ut pax & Concordia Sacerdotij & Imperij semper retineatur.

XVIII. Promissa harum Dissertationum in tres tomos distributarum editio, non me latet quibus me nominibus obstringam, ob quæ locupletior aliquis vadimonium desereret. Sed mecum civili more acturos omnes existimo qui conatum in magnis rebus laudandum norunt, & neminem ex liberalitate conveniendum, vel saltem ab eo non exigendum nisi in quantum facere potest. Si quis verò morosus obtorto collo me in jus vocandum putet, atque mecum stricto jure velut ex stipulatu agendum, illa mihi saltem exceptio supererit, verborum obligatione neminem teneri, nisi juxta verborum conceptionem. Atqui jam initio monui, quemque *pro modulo suo* tantum ad negotij hujus discussionem invitari, adeoque illud, quantumcumque sit, quod pro viribus meis in hanc rem contulero, me sponsione plenissime liberabit. Satis sit intendisse digitorum ad fontes, & nova methodo rebus aliquin obscuris lucem aliquam intulisse; ne ceteris industriae suæ in eodem campo probandæ occasionem præripuisse videar. Interim verò, quæ in hujus generis lucubrationibus contingere solent, hallucinationes & *propætia* ab æquis lectoribus mihi condonari postulo. Et supplex utriusque Reipublice Principes obtestor, ne quid à me scriptum eo animo interpretentur, ac si alterum alterius injuria augere vellem, vel de mutuis amborum juribus transigere. Nihil in definitionibus arbitrio meo astricto, sed narro. Nihil novi in regulis constituo; sed ne quid in vitis partibus innovetur, moneo: ut sit perpetua Sacerdotij & Imperij Concordia.





SECUNDA PRÆFATIO

ILLVSTRISSIMI VIRI

PETRI DE MARCA,

EDITA ANNO MDCXLI.



AFFECTUM erat & omni ex parte typis excusum opus istud, cum eruditissimi Theologiae Magistri illius recensendi laborem in se susceperant, veriti scilicet ne quid mihi vel incogitanti excideret alienum à Theologiae regulis, quod propositæ à me concordia aliquo pacto officere posset. Ingenti sanè beneficio meipsum atque lectores æquissimos affecerunt, quòd retractatis diligentissimè his nostris Dissertationibus, capita quedam adnotarunt, quæ illis visâ sunt indigere uberiori interpretatione. Quare ut eorum consiliis morem geram, non expungam sententiam meam, sed explicabo, eadem facilitate deleturus, si quid incautiùs huic chartæ illorum monuissent, qua interpretationem aggredior, quam illi utilem fore censuerunt.

I. Ac primò quidem existimant plerisque visum iri molliùs quàm par sit à me perstringi tomos Libertarum Ecclesiæ Gallicanæ, decreto sacri Consistorij & sententis Episcoporum prædamnatos, cum lib. I. cap. I. §. II. his verbis utor, *cruda quedam & minùs decollata verba scriptoribus illis exciderant*. Sed si quis numerum integrum perlegat, deprehendet sententias tomo primo contentas separari à scriptorum persona qui eas protulerunt. Ac illas quidem disertissimè *impis sententias & profanas vocum novitates* esse scripsi. Quod autem attinet ad auctorum nomina, eorum memorie parcendum censui, & ne quis suspensionem hæreticos illis injiceret, incautiùs locutos dixi, & studio erga Principem elatos, in verba quedam *cruda & minùs decollata* erupisse. Ergo sententias quidem impie, quas eodem numero descripsi, sed mens scriptorum pura ab hæresi, et si æstu quodam immoderato abrepta desciverit ab officio.

II. Notant à me scriptum lib. II. cap. III. §. VII. *in criminibus secularibus potestatem ecclesiasticam manita tantùm & consilia adhibere posse, non autem laicos peccantes coercere*

potest. Hoc quidem à me scriptum; sed ut Ioannis Parisiensis sensum verbis meis exprimerem, loco ejus laudato. Infruitur ibi quæstio, an ratione peccati Ecclesiæ secularium negotiorum cognitionem publicam ad se trahere possit. Refero veterum Parisiensium Theologorum opinionem, quæ in forum inducta est; nempe, solam fori interioris in penitentia sacramento auctoritatem ad pœnas canonicas & satisfactiones indicendas reservatam Ecclesiæ; quæ censuris crimina secularia, ut cædes, & latrocinia à laicis patrata, coercere non possit, sed monitis tantùm homines à criminibus avertere. Ceterùm quid ipse in hac disputatione sentiam, Tomo II. in exercitatione *De judiciis canonicis in laicos* me dicturum spondendi, & in antecessum observavi, in manifestis liberibus olim locum fuisse censuris, quarum usus deinde ab aliquot seculis penè abolevit, conniventibus Episcopis; exceptis certis quibusdam casibus, quos in illa Dissertatione exequemur.

III. Timendum aiunt ne videatur suspiciosus hominibus sequi, ex eo quòd Regibus Iudæorum ceremonias sacræque constituendi auctoritatem ratione unctiois vindico, me jus aliquod eximium ea in parte Regibus nostris tribuere velle, ex privilegio regie unctiois. Sed meo quidem iudicio nullus superest conjecturæ locus, ubi conceptis & apertis verbis Reges omnes Christianos ab eorum jurium communionem submoveo. Etenim capite IV. & V. libri II. comparationem Regum Christianæ Reipublicæ cum Regibus Iudæicis, à Pragmaticis nostris institutam, quòd veterum illorum Regum jura in nostros transcribant, accuratè expendo, ut constat unicuique aliam esse Christianorum Regum causam, quibus integrum non est res ecclesiasticas tradere. Itaque starum regni Iudæici juxta mentem Maïmonidis describo, tributa Regi belli gerendi & iudiciorum aliquot extraordinariorum potestate, & assignato Summo Pontifici sacrificiorum ministerio.

ministerio. Ceterum, summam iudiciorum, seu civilium, seu religiosorum, quæ majoris essent momenti, pænes Synedrium à Mose institutum ex Pontificibus atque laicis constat residere docui, & in illud collegium jure proprio adscitum fuisse Summum Pontificem, Senatorum suffragiis, nisi aliquo vitio aliunde prohiberetur. Itaque jurisdictiono apud Iudæos mixta erat, quæ ex præcepto Domini apud Christianos est omnino distincta. Quare permiscere iterum vices, & à mandatis Christi resilire, Regibus nostris non licet, unctiois illius prætextu, qua tempore inaugurationis debuit fieri. Reges enim unctiois effectus hic est apud nostros, quem ex solenni Precationum formulis colligere licet, nempe ut religiosi majestatis venerato Regibus consuetur, & gratia spiritalis unctio illis à Deo conferatur, qua spiritu sapientie & disciplinæ imbuti, & regere se ipsos valeant atque Clerum populūque sibi subditum, victoriāque de hostibus visibilibus & invisibilibus reportare, ut patet ex formula ab Hinemaro pronuntiata in coronatione Caroli Calvi. Non me lætæ à Synodo Constantinopolitana habita sub Polyeucho Patriarcha anno DCCCCLXX. definitum, eam esse vim & efficaciam unctiois imperatoris, ut peccata deleat, æque ac unctio baptismi. Unde Ioannem Zinslicen Imperatorem Ecclesiæ aditu expulsum ob eadem Nicephori Phocæ decessoris sui Polyeuchus iterum communioni restituit, nullā penitentia indictā, eo prætextu, quod unctioe imperatoris crimen abolitum fuisset. Quod pertinere potuit ad excusationem subeunde penitentia: canonica, sed ad criminis veniam porrigi non debuit absque facta adulationis blasphemia. Ex eodem quoque adulationis fonte hausertur Græci, docendi manus atque Imperatori competere ac Patriarchæ, ob vim unctiois, *ὁ δὲ τῶν ἑξ ἑξαρχῶν Ἰωάννης*, ut loquitur Balsamo. Quod alienum est ab instituto Donati, & ab Ecclesiæ sensu, quæ unctioem adhibuit ad procurandam Regibus reverentiam, ut dixi, & subsidia divinæ gratiæ impetranda. Ceterum cum apud Iudæos sola sanctitas exterior solennibus Mosaicorum rituum conciliaretur, Reges Iudæi ad decernendum de religiosis ejusce generis unctioe externa consecrari poterant; præcipue cum ex eodem unguento conficeretur quod Moses ad unguendos Pontifices & vasa sacra altariūque, concinnaverat, & ea tempellate, ut dixi, confusæ & permixtæ essent jurisdictionum functiones; adeo ut majra quæque Pontificis & reliqui Synedrii consilio à Rege perageretur, ut monui ex Iosépho

IV. Atque colligi posse ex iis quæ scripta sunt lib. II. cap. X. §. VIII. nempe *Decreta de fide lata non indigere Principis imperio ut adstringantur Christianis*. Adem jus constitutum non esse quod attinet ad Decreta de disciplina. Sed eodem loco aperte docui *executionem publicam & sententiam decretorum à Principibus permiti, id est, eam quæ in publica fori cognitione versatur*. Quæstionem verò illam consultò omisi, quæ discipulari potest, an conscientiam obligent ea decreta quæ disciplinam exteriorem respiciunt, id est, eam quæ non in sacrificiis & ritibus sacrorum occupatur, sed in jurisdictionis functione. Hæc enim Theologis reliqui tractanda; qui more suo expendent, an leges minus solenniter promulgatæ subditos in foro interiori adstringant, vel alius modis sibi perceptis difficultatem expedient. Ceterum lib. II. cap. XVII. §. V. usum qui servatur in Gallia, antiquorum patrum præiudicio firmatum videri dixi, qui rerum à synodis definitarum confirmationem à Principibus petebant. Cujus argumenti vis in eo sita est, ut dicam ex ordine à Conciliis servato cordatos homines facile sibi persuasuros, ad Regum nostrorum injuriam aliquo pacto pertinere si in specie simili usdem quoque officii non excolantur, adeo ut Ductorum de disciplina latorum executione publica non urgeatur, donec eorum consensus intercesserit.

V. Observavi lib. II. cap. XI. §. IX. Gregorium Magnum *auctoritate delegata* legem à Maurino latam publicasse, & secundi capitis executionem suspendisse. Unde inferri posset apostolicæ sedis dignitati quandam injuriam fieri, cùm è contrâ ex eo S. Gregorij facto eruditissimi viri collegerint legem illam à Principe in religionis detrimentum editam, à Summo Pontifice jure proprio rescissam fuisse. Scio quid illis hæc in re placuerit, quod eo loco non omnino dissimulavi. Sed tantum aie eorum opinione absum, ut in apostolicæ sedis dedecus hoc existimarem existimem, si jure suo & primatus vi aliquid in eo negotio egisse dicatur S. Gregorius, ac non potius auctoritate sibi tantum Patriarchæ à Mauricio mandata. Constitutionem Mauricius ediderat, qua vetabatur illi qui actibus publicis essent implicati, adficerentur in Clerum, neu multes in monasteriis ad conversionem susciperentur. Quia verò Principibus tunc solenne erat, exemplo Iustiniani, leges de rebus ecclesiasticis latas non solum Præfectis prætorio publicandas committere, sed etiam Patriarchis, ut eas Metropolis ederent, hæc verò Episcopis, Mauricius sancto Gregorio hanc novam

In Capit. Caroli Calvi T. II. anno 800. & in Capit. anno. Ludovici II. an. 877.

Idem in cas. M. 467.

Idem in Synodo Constantinopolitana p. 274.

Idem in Mosaicis de Pontif. p. 100.

legem promulgandam mandavit. Ille verò non quibuslibet Episcopis eam transmisit, sed (ut patet ex agere Patriarcham, juxta præscripta legum) Metropolitans Occidentalis Patriarchatus, quorum provincie solidae, vel earum pars aliqua, Imperio Orientis parebant. Attamen quia Præfectis prætorio, ad quos leges dabantur, liberum erat, ex Novella Justiniani, si quid utilitati publicæ adversaretur, ad Principem referre, atque interam executionem suspendere, eadem auctoritate usum fuisse Gregorium dixi in temperanda Mauricij lege : cujus primum caput observari jussit, secundum verò, quod milites à monastica vita amplectenda arcebat, epistola sua ad Metropolitanos data suspendit, quod Imperatori gratissimum esse significat. Ex facti serie constat, eadem epistola, proindeque eadem auctoritate, legis partem unam publicatam, alteram verò suspensam fuisse. Atqui Gregorius ipse Mauricio rescripsit, se *jussisse subiectum esse, Imperatori obedientiam præbisse, missa constitutione per diversas terrarum partes*. Sanè apostolicæ sedis principatus ad eam servitutem demitti non potest, ut jussioni Principis subiectus dicatur, eique obedientiam exhibere. Quare vel hinc patet alio titulo quàm summi pontificatus, publicandæ legis curam suscepisse Gregorium. Nullis enim præceptis, iterum dico, vel delegationibus submitti potest summæ illius auctoritatis & dignitatis apex. Quod exemplo suo docuerat olim Constantinus Augustus, qui iudicium Donatistarum non Melchiasi Papæ, sed Gallicanis & Italis aliquot Episcopis mandavit, ut Summo Pontifici adfiderent, excepto à delegationis formula Melchiae, quemadmodum alibi movi ex Eusebio, Optato, & Augustino. Qui jure primatus episcopi voluit Gregorium epistolâ illâ ad Metropolitanos scriptâ, qua secundum legis caput suspendit, incauti secularis latus aperiunt, qui ex eodem facto colligunt ratione primatus Gregorium subiectum fuisse præceptis Mauricij. Deinde non advertunt suspensam tantùm fuisse legis executionem, sed ultimum legis temperamentum aut immutationem à Principe Gregorium expectasse : *Ani temperando*, inquit, *pietas vestra, ani immutando vigorem ejusdem legi insinuat*. Satis ergo mihi videtur totum istud negotium ad mores ejus seculi accommodare, asserendo publicandam legem Gregorio ut Patriarchæ demandatam : qui delegationis auctoritate usus, executionem suspendit, & quid sibi videretur ad Mauricium retulerit, ut deinde Princeps legem mutaret, vel temperaret. Si quis autem penitius indagare velit quænam esset mens

S. Gregorij in hujus negotij articulo, reperiet nihil eum tantopere curasse quàm ne quid egisse videretur in hac causa summo jure pontificio. Itaque licet in epistola ad Metropolitanos datâ reipsâ Patriarcham agat, nec aliquid contrarium huic cogitationi literis suis significet, attamen in epistola ad Mauricium, suggestionem à se fieri scribit, jure privato, non autem ut ab Episcopo, vel servo, jure Republicæ. *Ego autem*, inquit, *indignus pietatis vestrae famulari, in hac suggestione, neque ut Episcopus, neque ut servus, jure Republicæ, sed jure privato loquor : quia, serenissime Domine, ex illo jam tempore dominus meus fuisse, quando adhuc dominus omnium non erat*. Quibus verbis eleganter ostendit, sibi liberum quidem fuisse ex jure publico, & juxta Republicæ constitutiones, vel ut Episcopum, id est, Patriarcham, vel ut servum, id est, Imperij obsequio addictum, suggerere Principi quæ utilitati publicæ contraria essent, sed male hoc agere jure privato, & veluti familiari colloquutione. Hinc factum ut suggestionis epistolam noluerit à Responsali Romane sedis publicè porrigi, sed secreta à Theodoro Mauricij medico. Ceterùm ex hujus facti specie constat, quod eodem loco adnotavi, Summos Pontifices olim rescripta Principum, etiam à canonicis aliena, non rescidisse contrariis rescriptis. Attamen ne quis suspicaretur in gratiam Principum illud à me dictum ambiosè, duo veteris disciplinæ certissima axiomata protuli. Primum est, Constitutiones Principum Canonicis & Decretis receptis contrarias, nullas esse ipso jure. Alterum, quod ex primo sequitur, executioni non esse mandandas, & ab earum observatione Episcopos abstinuisse, quantum fieri poterat absque dissidio. Consulto autem ab ea questione indaganda temperavi, an Pontifici liberum esset summo jure regias constitutiones quæ disciplinam affigerent, suo Decreto in irritum mittere. Præterquam quòd enim alienæ sunt ab instituto meo juris disceptationes, generaliter dici potest non abesse à periculo præfractam, si qua promeretur, hujus controversiæ decisionem, quæ fortasse in universum pronuntiarî non potest. Et si enim de jure non dubitetur, quandoquidem, ut dixi, certa est regula, non subsistere leges canonicis contrarias, superest discussio in specie & hypothesei proposta, an lex illa specialis canones violet. unde contentiones gravissimæ accendi possunt, quæ tractandæ sunt adhibita prudentia illa & remissione quam veteres *oikonomias* & dispensationem appellarunt. de qua vanis in locis scripsi. De fidei verò & rituum quæstionibus, quas alienas esse à mu-

609 l. 7. ep. 21.

idem l. 1. ep. 66.

ib. 4. ep. 1. f. 11.

idem l. 1. ep. 64.

V. l. 10. f. 11.
ep. 1. 11.

nerē regio dixi, si forte leges à Principibus ferrentur adverſe Summorum Pontificum vel Conciliorum definitionibus, nulla ratio dubitare ſinit quin anathemate publico damnari poſſint à Summis Pontificibus; ut Henoticanti Zenonis à Felice III. Typus Conſtantis à Martino I. & Eccheſis Leonis Iſaurici à Gregorio II.

V I. Obſervant durius videri, quòd lib. II. cap. XVI. §. VI. *verum dominatum eſſe penes Reges, non autem penes ſacerdotes ſcripti;* Et §. VII. *in legibus eccleſiaſticis locum non habere ſummum imperium, in quo ordo imperandi & petendi id exigis, ut ſubditi dominorum mandatis cedant, quemadmodum Apoſtoli diſcretiſſimi docuerunt.* Itaque ne quis me in crimon vocet, ac ſi auctoritatem omnem eccleſiaſticis decretis abrogare vellem, expendenda ſunt quę illo loco tradidi; ſcilicet, hanc eſſe certiffimam Theologorum & Jurifconſultorum ſententiam, nec legibus eccleſiaſticis nec ſecularibus ſeu publicis ſubditos obſtringi, donec tacito vel expreſſo conſenſu receptæ fuerint, ad eum verò conſenſum adhibendum ſubditos, ex officio teneri juxta præſcriptum juris divini, niſi leges eorum commodis apertè officiant. Ab hac regula nunquam diſcedo, quando de legibus eccleſiaſticis agitur. Enimvero manifeſti criminis reum me futurum exiſtimavi, ſi eandem quam plerique Theologorum viam terunt, ipſe quoque Juris ſtudioſius inſiſterem; niſi, quæ eximium in Principum auctoritate conſtituetem, præfertim cum Dominus eccleſiaſticam poteſtatem & regiam componendo, Apoſtolos allocutus hæc verba protulerit: *Reges gentium dominantur eorum, vos autem non ſic.* Quòd diſcrimen ut apertius fieret, jus privatum penes Reges eſſe dixi, quo privatorum commodis conſulunt, legibus populorum tacito ſuffragio firmatis contraverſas ambigui juris temperantes. Jus quoque publicum, quod in negotiis publicis verſatur; ita Regibus commiſſum ſcripti, ut conſtitutiones & mandata quæ hanc partem imperij attingunt, ab eorum nutu pendeant, nec indigeant ullo civium conſenſu. Itaque pacis & belli ſummum atque liberum arbitrium, & ſubſidiorum quæ ad utriuſque temporis rationes neceſſaria ſunt, ad ſolum Principem ſpectat, ob dominium illud *coſiſis*, ſive ſupereminens, quemadmodum Ariſtotelēs loquitur, quòd provinciarum diſpendio totius Republicæ ſalutem procurare permittit. In hæc imperij parte verum & merum dominatum conſtituo: qui longè abeſt à Eccleſiæ auctoritate, quæ ita ſingulorum ſaluti eſt addicta, ut neminem perdere poſſit ad ſervandos ceteros.

Quare hoc ſenſu verum dominatum Regibus, non autem Sacerdotibus, vindicavi, exemplo Bernardi, qui apoſtolarum Engenio tribuit, ſed abdicat dominatum. Quòd tamen non impedit quin ſumma auctoritas & imperium in Eccleſia conſtituatur, imò verò & Monarchia in Romano Pontifice. Sed ſummum imperium, quod deſpoticum vocant, ab Eccleſia amovetur: cujus adminiſtratio ariſtocratico regimine temperata eſt, ex ſententia omnium Theologorum. Nulla ergo in parte poteſtati eccleſiaſticæ derogò; ſed Principibus, ſaltem noſtris, merum jus imperandi aſſero; adeo ut duris quoque & acerbis Principum *dyſiorum* mandatis, ſi quæ fortè temporum neceſſitas extorſerit, cedendum ſit. quòd tamen obſequij genus adeo diſtrictè à Chriſtianiſ Eccleſiæ benignitas non exigis.

V II. Dubium videri aiant quid ipſe ſentiam de Concilij Florentini Decreto, quòd ita expreſſiſſe videor in cap. VII. §. V. libri III. ut ſummam poteſtatem à Chriſto Pontifici Romano traditam Concilium definiſſe dicatur, ea lege, ut illa Pontifex utatur juxta modum qui & in Actis Conciliorum Oecumenicorum & in Canonibus continetur. Itaque ut nullam carpèdas ſententiæ meæ occaſionem relinquam, aio Græcos abſque ullo diſſidio in id conſpiraffe cum Latinis, ut Romanum Pontificem ſuceſſorem Petri Apoſtoli & Chriſti Vicarium profiterentur, eique in Petro plenam & ſummam adminiſtrandæ Eccleſiæ poteſtatem à Chriſto collatam. Ceterum de modo poteſtatis illius exercendæ gravem controverſiam motam fuiſſe inter partes, Græcos contendentibus id fieri debere juxta *Canones*, Latinis verò juxta *dilecti ſanctum*. Tandem formula Decreti conſcripta eſt Græcis & Latinis verbis; ita tamen ut aliquod diſcrimen intercedat inter contextum Græcum & Latinum, prout hodie concipitur. Verborum Græcorum hæc eſt ſignificatio. Summam quidem eſſe Pontificis auctoritatem, eamque illi à Chriſto collatam fuiſſe; ſed quatenus quòve modo exerceri debeat, ad communionem Eccleſiæ fovendam, exemplum petendum eſſe, non ſolum ex Canonibus, ſed etiam ex Actis Conciliorum Oecumenicorum, functionemque hujus auctoritatis ita diſponendam ut privilegia Patriarcharum maneat intacta. Hæc interpretatio nihil demit de auctoritate ſcdis apoſtolicæ; quippe quæ nihil aliud contineat quam vulgatum illud & receptum ab omnibus Theologis axioma, nempe monarchicum Eccleſiæ ſtatum adminiſtratione ariſtocratica temperari, ita tamen ut Epifcopi omnes

Romano Pontifici tanquam capiti jure divini subjiciantur. Neque enim Decretum Florentinum decernit Pontifici subeundas esse leges omnes quas illi Concilia præscribere voluerint, sed modum illum adhibendum esse in summæ auctoritatis functione quem ipsi Pontifices in Conciliis Oecumenicis fecerunt, quemadmodum & Actis Conciliorum & Canonibus exprimitur. Quibus verbis etsi Canonum ratio habeatur, nullo pacto tamen dignitas apostolicæ sedis lædatur: quin potius summopere commendatur apud peritos antiquitatis ecclesiasticæ, cum splendidiora testimonia ad vindicandam summam Romani Pontificis auctoritatem ex Actis Octo Conciliorum Oecumenicorum petantur. Qua de re uberrimè disputo in Dissertatione *De Legatis*, Tomo II, ubi demonstratur Romanos Pontifices in illis Conciliis imperatoria auctoritate potitos fuisse. Ceterum ex contextu Latino assertio potestatis colligitur potius quam modus functionis, etsi privilegia quoque Patriarcharum imbi conserventur, quod eodem serè recidit. Necessaria tamen visa est ad pervicaciam Græcorum infringendam, & conjunctionem Ecclesie procurandam, hæc prudens dispensatio, quæ nihil de rei ipsius momento demit, etsi verbis subblandiatur. Si cui tamen videatur nullum esse discrimen contextus Græci & Latini in verborum significatione, per me licet ut iudicio suo fruatur.

VIII. Privilegium ob merita concessum transire in naturam contractus, & ideo revocari non posse scripti lib. III. cap. X. §. II. Quod à me per transennam dictum est, non discussa questione, (nec enim locus id exigebat) quæ à Magistris disputatur cum omnibus divisionibus, quos, si cui vacat, liberum erit consulere, & ab iis addicere, ratione abusus, & ob causam publicæ utilitatis, privilegium quoque ejus generis aliquando revocari posse.

IX. Jurisdictionem synodis olim prorogam fuisse Principum rescriptis dixi libro IV. cap. III. §. III. Quæ disceptatio in questione facti versatur. Consulto enim à questione juris abstinui, an scilicet ea delegatio quam Episcopi ea tempestate suscipiebant, ratione aliqua niteretur. Imò verò initio libri IV. disertis verbis lectorem monui, quæcumque ab antiquis Imperatoribus in causis disciplinæ ecclesiasticæ gesta essent, hodie à Regibus usurpari non posse.

X. Imaginum contrafactores de hæresi damnatos dixi eodem libro IV. cap. VIII. §. IV. licet de capere disciplinæ ageretur. Quænam verò sit mea sententia, loci lauda-

ti integra læsio demonstrabit. Vsum unaginum distinguendum scripti à contumacia quæ respuit definitionem Ecclesie usum illum legitimum esse constituentis. Vfus imaginum inter capita disciplinæ referri debet, quemadmodum Paschatis celebratio die dominico peragenda, non autem decimâ quartâ Lunâ. Qui ob has controversias secedebant ab Ecclesie communione, schisma constabant. Sed ob contumaciam adversus decretum Ecclesie, quæ Paschatis celebrationem diei dominicæ affigit, quæque utilem esse imaginum usum & ab idololatria alienum decernit, ob contumaciam, inquam, illam, hæreticis accesserunt ij omnes qui definitionem Ecclesie non amplectentes, dissidio pertinaciter immorantur. Quæstio juris hæresim respicit. Quæstio verò facti, unde orta est contentio, est disciplinæ caput, & materia schismatis. Eò tendit oratio mea in loco laudato, quæ ad patrum & canonum antiquorum illustrationem, in hoc hæresicos & schismatis discrimine, valde conducit, & arcanum quoddam aperit ad retinendam jurisdictionis ecclesiasticæ dignitatem.

XI. In controversia quæ temporibus Ludovici Regis VI. emerit, ob Clericos inopes à Præpositis regis prætextu salariorum vexatos, animadversionem ad Regem pertinere scripti eodem lib. IV. cap. XIII. §. I. nec fuisse locum excommunicationi quam à Paschali II. Clerici elicere conabantur. Quod ex sententia Ludovici & Cunæ regni dixi, quæ hodie quoque cogitationes illas non deposuit, in simili specie abusivam excommunicationis sumulnationem decreta. Attamen nec Summo Pontifici nec Episcopis inde potestas excommunicandi admittitur. de qua uberius Tomo II. in Exercitatione *De judiciis canonicis in laicos*.

XII. Fines dioceseon, & reditus Ecclesiarum, regis jurisdictioni subsesse dixi eodem capite §. III. Quod petrum est ex usu Gallie; ubi quæ de bonorum ecclesiasticorum possessione, fructibus, & plerumque etiam de proprietate oriuntur lites, apud magistratûs seculares disceptantur. Eius consuetudinis originem copiosè explicabo Tomo III.

XIII. Rebuffi opinionem iniquiorem erga appellationes ab abusu in disputationibus canonicis scripti lib. IV. cap. XIX. §. VI. quod omnes coarceat casibus in jure expressis, vel in quibus Reges habent jurisdictionem à Papa delegatam. Scilicet ejus auctoris propositum fuit de Papæ delegatione conceptis verbis scripta loqui, cum tamen apud nos obrineat, ex delegatione quoque tacita seu conniventia & tolerantia Summi

aurem Ioannes prolati duobus rescriptis demonstrasset Humbertum Delphinum Viennensem cum Patriarchatu Alexandria, Remensis quoque archiepiscopatus administrationem retinuisse, decretum fuit ut beneficio Pontificis & consensu Regis Ioannes quoque archiepiscopatu unâ cum dignitate Cardinalitia potiretur. Hæc sunt verba Decreti, quæ hic transcribenda duxi, quia in aliis capitibus usui quoque esse poterunt.

Le Lundi xxviii. du mois d'Aoust MCCCCXXVI. de la partie dudit Monsieur l'Archevesque de Rouen furent produites deux lettres, par lesquelles apparait que entrevous le vicil Dalphin Humbert fut Patriarche & Administrateur perpetuel de l'Eglise de Reims. Apres la lecture desquelles lettres, sembla au Conseil, que puisque entrevous l'Archevesché de Reims, que l'on tenoit estre moult notable, & autant que l'Archevesché de Rouen, avoit esté es mains d'un Patriarche, on pouvoit aussi bien consentir que ledit Monsieur l'Archevesque de Rouen eust esté de Cardinal pour aucun temps (jusqu'à ce que pourveu luy fut autrement) peut tenir ledit Archevesché, mesmement attendant les grands services qu'il avoit fait au Roy nostre Seigneur, & à Monsieur le Regent, à grand peine & travail de son corps, & qu'il eust tres-notable Seigneur, de grande reputation entre tous les Cardinaux, & pouvoit moult servir le Roy; Et si le vouloit le Roy estre fait par ses lettres. Et pour les raisons ci-dessus touchées, & autres, qui longues seroient à estirre, fut conclu & appoincté, que si tost comme ledit Monsieur l'Archevesque de Rouen aura déclaré sa volonte estre telle, c'est à sçavoir, qu'il accepte ledit estat de Cardinal, Monsieur le Chancelier devra donner lettres pour prendre & mettre le temporel dudit Archevesché de Rouen en la main du Roy nostre Seigneur pour cause de Re-

gale, & pour iceluy gouverner commettre gens & Officiers de par le Roy. Et apres ce, ledit Monsieur l'Archevesque requiert l'enterinement des premieres lettres voyaux cy-dessus transcrits apres la Bulle du Pape, par lesquelles le Roy luy octroye que audit estat de Cardinal il puisse tenir ledit Archevesché de Rouen; & icelles lettres (rejetées premierement & avant tout avoir les protestations par luy faites, & contenues en sa requeste ci-dessus transcritte, au dos de ce present senillet) luy seront enterinées: en faisant par luy premierement, & avant tout avoir, le serment de feauté es mains dudit Monsieur le Chancelier pour le Roy. Et si promettra que si le Roy pour aucunes causes touchans luy, ses Roynemes, ou l'un d'eux, ou pour autre juste cause, se mande à venir de Cour de Rome ou d'ailleurs par devers luy, il viendra en personne dedans un an, à compter du jour que en luy aura ce notified de par le Roy, si entrevous dedans ledit temps le Roy ne luy mande autre chose. Et de ce baillera ledit Monsieur l'Archevesque ses lettres patentes. Et ce fait ledit Monsieur le Chancelier pour le Roy luy baillera lettres patentes en la forme accoustumée, adressées aux Gens des Comptes, & Thresoriers, & au Bailly & Vicome de Rouen, & par lesquelles il leur signifiera que ledit Monsieur l'Archevesque de Rouen Cardinal curade nouvel fait le serment accoustumé, & la promesse devant dite, lesquelles lettres luy seront enterinées par lesdits gens des Comptes, en faisant & payant les droits & devoirs pour ce deus & accoustumés. Et avec ce seront pour lors par lesdits Gens des Comptes & Consors enterinées les autres lettres voyaux cy-dessus transcrittes, par lesquelles le Roy donne audit Monsieur l'Archevesque de Rouen tous les profits & emoluments du temporel dudit Archevesché, qui luy pourroit appartenir à cause de Re-



ILLVSTRISSIMI VIRI
PETRI DE MARCA

RESPONSIO
 AD NOTAS LVCÆ HOLSTENII
 In Tomum primum de Concordia
 Sacerdotij & Imperij,

EDITA ANNO MDCLXIII.



RADITE mihi cum essent, superioribus diebus, ab Eminentiſſimo Cardinali Grimaldo, Nuncio apostolico in Gallia, singularis prudentiæ & immobilis erga sedem apostolicam fidei viro, Notæ eruditissimæ cuiusdam viri in libros nostros Dissertationum de Concordia Sacerdotij & Imperij, quos Romæ amica manu recensuit, ad officium meum pertinere putavi ut Anamadversionibus ab eo factis, & explicata inſtituti mei ratione, satisficerem.

I. Sunt autem tria præcipuè quæ desiderata video in Dissertationibus nostris. Primum est, in rebus historicis: quas à me ita temperari vel explicari cuperet, quemadmodum à viris celeberrimis Bellarmino, Baronio, Perronio Cardinalibus, aliisque factum est, ne sedi apostolicæ contumeliosæ videantur. Stupui, fateor, in ejus notationis lectuone. Nihil enim tam alienum à mente mea fuit, quàm ut vel levi suspitione sedis apostolicæ dignitatem læſiſſe videret: quin potius eam omnibus officiis semper colui, & iustem Dissertationibus adversus æmulos ejus majestatem, non irrito, ut opinor, conatu, vindicavi. Scio quidem adversus nova, quæ ex intima vetustate protuli argumenta, apud Hollandos volumen excudi, quod novæ victoriæ materiam rei Romanæ studiosis præbebit. Interim æquum est ut eam offensionem diluam quæ viri eruditi & amici animum in Dissertationibus nostris pupugit.

II. Exempla profert quibus pietatem Ecclesiæ debitam à me violatam existimat. Scilicet lib. I. cap. I. §. 1V. occasionem schis-

matum Orientalium in usurpatas ab iis Dioceses ita contuli, & Henrici Imperatoris adversus Gregorium VII. in episcopatum investituræ, ac si privatis commodis ducti Summi Pontifices eas discordias excitassent, cum tamen constet Græcorum schisma ex dissidiis de religione motis profluxisse, & adversus Henrici contentiones, ob simoniacam pravitatem, & duram servitutem, quæ Ecclesiæ premebat.

III. Quod attinet ad Orientales, non diffiteor equidem quin novis observationibus historiam illam illustraverim, ut Græcos ambitus, perfidiæ, & ingrati animi vitio, sædo schismati & professæ heresi profluxisse demonstrarem. Dioceses Illyricianæ, Calabria, Sicilia, & reliquæ provinciæ usque ad Thraciam distractæ sunt à Romano Patriarchatu pervin & tyrannidem Leonis Isauri, in odium vindictarum imaginum. Restituta Ecclesiæ pace, eas Dioceses tandem repetit Hadrianus I. minaturque absentionem jurisdictionis ecclesiasticæ & tot provinciarum invaloribus. Quid alienum à canonibus? Detrectant Græci. Quid iniquius? Iterum restituito Ignatio in sedem Constantinopolitanam, Hadriani II. Legati Dioceses avulsas repetunt. Spontent Græci, deum tergiversantur, & conductis iudificationibus à rebus promissis discedunt. Summo beneficio Ioannes VIII. Phorium communioni ecclesiasticæ & sedi CP. post obitum Ignatij reddit. Promissam Dioceseon restitutionem urget. Renuit versipellis homo, scelus meditatur, atque ut possessionem retineat, causæ conjectionem in aliud

caput transfert, de summa religionis litigat, de processione S. Spiritus, de violato fidei Symbolo, de Sabbatho, aliisque articulis controversiam movet, & à communionē sedis apostolicæ recedit. Quis non damnet Phœrij impietatem? Quis non faveat Romanorum Pontificum causæ? Res suas repetunt, juxta canones. Recusat in vasor, & schismate lacerat Ecclesiam. Hæc est summa narrationis quam illo capite institui: in qua quid sit apostolicæ sedis injuriosum, planè non video.

IV. In Henrici Imp. dissidio, de investituris episcopatum per virgam & anulum disceptatum dixi, quod verum est. & in eo erat causæ jugulum. Ante consecrationem, annulo & virga pontificia à se donandos vel investiendos Episcopos contendebat Henricus, ex antiquo more. E contrario disputabat Gregorius, rei spiritualis investituræ à laico Principe conferri non posse. Addebat hinc sequi deplorandam Ecclesiæ servitutem, abuti eo privilegio Principem, sacerdotia pecuniæ redimi, & cetera id genus. His vitis remedium adhiberi potuisset. Sed origo mali tollenda erat. Itaque in Synodo Romana sub Gregorio VII, dein in aliis quoque Conciliis habitis ab Urbano II. & Paschali II, laicorum investituræ per annulum & virgam damnatæ sunt, quibusdam hæresi, aliis verò schismati eas accensentibus. Peculiarem hac de re nec finè inellegantem Dissertationem, à me in Præfatione libri promissam, propediem in lucem dabo. Quid autem à me in hoc capite peccatum sit, ignoro. Asserebat libertatem Ecclesiæ adversis investituræ Gregorius. Rectè, idque tandem obtinuit. Contra nitēbatur Henricus. Male. & ab eo usū tandem cessatam est. Nihilominus tamen de his capitibus disceptatum fuit acerbissimè. Vnde colligi posse dixi, quemadmodum etiam ex schismate Græcorum, excitatis de jurisdictione contentionibus, litigantium animos ita plerumque accendi, ut ab officio suo discedant. Privati verò communi causâ Pontifices discordias aut excitasse, aut fovisse, nusquam dixi, vel saltem suspicioso scribendi genere insinuavi.

V. Notat quasi per transennam vir eruditus, me pleraque historię ecclesiasticæ capita ex damnata M. Antonij de Dominis Republica desumpsisse. Doleo, fateor, meam vicem: qui pro auctoritate sedis apostolicæ integro primo & tertio libro Dissertationum atque alibi passim ex historia ecclesiastica pugnans, ab ejus adversario argumenta petivisse dicor. Imò verò profiteri non dubito, eorum maximam partem industria meæ

deberi, utpote quorum nemo ex proceribus nostris hucusque meminerit. Sanè Spalatenfis lectioni aliquoties incubui: sed ut cum eo dimicarem, ejusque argutias, retunderem. Quod apertè à me factum in disceptatione gravi de episcopatum institutione, quam ille Principibus permittit, in alia quoque, de canonibus Antiocheni Concilij, & in tractatu de dispensationibus, libro tertio. Alibi quoque, tacito auctoris nomine, stricte hominis versutias carpo, novisque solutionibus rem totam conficio. Eminentissimorum Cardinalium Bellarmini, Baronij, Perronij nominibus assurgo, eorum commentationes veneror, sed meas observationes, illis intactas, in rem communem confero: id unum præ me ferens, Novatorum causam tam nostris telis peti, quam ceterorum rationibus est concussa & labefacta. Ceterum, ut ad Spalatensem redeam, nihil ab eo haurire potui, quod ad tractationem meam conferret, eò quod liber ille, quo de judicij ecclesiasticis disputabat, undarum fluctibus perit, qui fortè flammis perisisset debuerat.

VI. Secundo notat vir eruditus, me in eo gravissimè peccare, quòd prolatis virorum gravium exemplis, quibus vulnus aliquod inferri videretur jurisdictioni ecclesiasticæ, à decisione questionis abstinentiam, neque de mollienda facti specie, ut præstiterunt eruditi viri, nullo pacto curem; eo scilicet animo, ut dubia & suspensa mens lectoris eò vergat, quò tanto præjudicio deprecia fertur, quam artem secutus videor in tractatu de appellationibus ab abusu, quas usurpatas olim in Ecclesia, exemplo Athanasij & perduellis Nestorij, doceo, non additâ sententiâ meâ, an ejus rei usus sit legitimus, necne, cum tamen, vestigia Baronij secutus, potuissimè totum id negotium ad vim Principum referre, qui gravi servitute Ecclesiæ vexabant. Gravis sanè accusatio, si juris dispositionem in rebus controversis promississimè: à qua tamen de industria me recessurum dixi, ne de finibus utriusque jurisdictionis ego privatus homo transigere viderer. Facti disceptationem in me suscepit, ut pateret quid gestum in expansâ angorum serie, sine ullo animorum dissidio, vel cum acerrimis contentionibus, & ex eo viri prudentes colligerent quid in simili specie sequendum vel fugiendum foret. Attanen id præ me fero, in excidim & nobilioribus controversiis, quæ inciderunt in quatuor Dissertationum libros, me in alterutram partem disertissimè pronuntiasse, & ubique jurisdictioni ecclesiasticæ, quantum res patiebatur, imò & sæpissime præter instituti mei rationem, favisse. Conferantur, si placet, celeberrimorum in

foro Gallicano Jurisconsultorum positiones, contumeliosæ in sedem apostolicam & ecclesiasticam jurisdictionem, cum iis definitionibus quas ego primus inter tot magistratus, imò & inter Theologos, (quia res istas, licet gravissimi momenti, non attingant) conceptis verbis afferat. Et tunc causam eadem, nisi palam constet me bonæ causæ firmissimum esse vindicem.

Hæ sunt meæ definitiones.

I. **S**upremam in rebus ecclesiasticis auctoritatem per Gallias exercuisse Romanam Pontificiam, iudicium ad relationes & appellationes redditum, ab eo tempore quo fides Christiana in Gallias floruit, ad hæc usque ætatem.

II. Papam jure divino esse universalem Ecclesiam caput, atque adeo Gallicanam, quæ illi est membrum.

III. Generalia Decreta à Romanis Pontificibus in Gallias, a quæ ac in reliquis provinciis, missa: quæ magno applausu ab Imperatoribus Romanis, deinde à Francorum Regibus post constitutum regnum, usque ad hanc ætatem suscepta sunt.

IV. Nullum esse crimen cuius ratione Papa deponi possit; exceptis hæresibus publicè professæ causâ. Quod verum esse testimonium veterum doctorum, & præterea, hanc esse antiquam Ecclesiæ Gallicanæ definitionem demonstratur.

V. Papam solvere posse & dispensare valide & licite à canonibus Conciliorum generalium, etiam sine causâ, dummodo hæc dispensatio non tendat ad labefactandam Ecclesiæ statum. Vbi nova planè ratione de toto hoc negotio differitur, juxta juris antiqui regulas atque præsentem usum.

VI. Libertates Ecclesiæ Gallicanæ consistere in usu & praxi Canonum, atque Decretalium, tam veterum, quam recentiorum, et siquæ non pendent à sola praxi antiquorum canonum. Vbi ostenditur necessitate cogente Pontifices variis temporibus, pro bono publico Ecclesiæ, ad novas leges candendas progressus.

VII. Papam, præter eam primatum, quo universa Ecclesiæ præest, solum esse & immediatum Occidentis Patriarcham. Regibus vero non competere jus aliquod episcopatum vel metropolim instituti, multo minus patriarchatum.

VIII. Appellationem ab abusu ob canones violatas cognitionem saltem restringendam esse, & terminandam eo fine, ut ob scandalum emergens, executionem interim impediatur ejus iudicati quoad iudicium ecclesiasticum erit adversus constitutiones ecclesiasticas. Attamen hoc prætextu Curias supremas non licere de negotio principali, quod est merè ecclesiasticum, pronuntiare, ut siquæ contrarium alicuius esse à mente & à praxi veterum Principum & Regum Christianissimum.

Adversariorum contrariæ positiones.

I. **P**ontificem Romanum nullam auctoritatem in Gallias exercuisse ante sextam seculam.

II. Toto illo sexcentorum annorum intervallo, Regem solum Ecclesiæ Gallicanæ ut caput præfuisse, non autem Papam.

III. Non competere Papa ut logos ecclesiasticas causas, quæ Gallias obligent.

IV. Papam à dignitate & sede sua dejecti posse, si gravissimum scandalum Ecclesiæ inferat.

V. Nullum in causa vel specie licere Pontifici aliquid statueri vel dispensare adversus canones generalium Conciliorum.

VI. Libertates Ecclesiæ Gallicanæ consistere in usu antiqui juris comprehensum canonibus veteris Ecclesiæ, & ad Curias supremas pertinere ut eum usum suis Senatibus seu Arrestis restituant.

VII. Gallias competere jus eligendi & constituendi supremum aliquem Patriarcham, si Pontifex regis rationibus sese non accommodet.

VIII. Regi liberum esse ut constitutiones ferat in rebus ecclesiasticis, quæ sint ejusdem roboris ac leges de rebus secularibus lata.

IX. Curias supremas jus competere in dirimendis appellationibus ab abusu, de principali negotio ecclesiastico decernendi; quemadmodum sapissime usurpat in foro.

His addi possunt capita Libertatis Gallicanæ à Massone proposita, in opusculis Agobardi: quæ tamen ut aliena à cultu sanctæ sedis debito discretè refelli, oburgari etiam antiquis Episcopis Gallicanis, lib. IV. cap. XI.

VII. Quoniam autem in jus vocor ob appellationes ab abusu, necesse est ut pauca, sed necessaria, ea de re verba faciam. Rei substantiam à novitio & nupero nomine distinguendam dixi. Quod ad rem attinet, imploratum fuisse omnibus seculis Principum præsidium adversus vim quæ prætextu iudiciorum ecclesiasticorum inferretur. Attamen eam cautionem adhibuisse Principes Romanos, ut de re canonica iudicium non ferrent, sed iudices darent, evocatis ad synodum Episcopis, juxta canonem Concilii Milevitani, aliquando tamen ultra quàm par esset evagatos, translato ab una in alteram provinciam iudicio, & prorogata jurisdictione, poenitque suspensionis à sacrorum administratione, & depositionis, iudicis, quas penas à Principibus hodie irrogari non posse discretè scripsi lib. IV. cap. I. §. VI. & cap. XVII. §. II. explicato Theodosij rescripto, & obiter castigato Iustiniano. Generaliter verò lectorem monui lib. IV. cap. I. §. I. his verbis: *Quæcunq*

apud veteres Principes in his causis olim viguerunt, locum apud nos habere non possunt; nec immutata aliquantisper disciplina antiquum illum ordinem ullo pacto admiscere potest.

VIII. Sanè Athanasij exemplo usus sum, ut docerem tuitionem Principis ab eo viro expectam. In quo referendo & explicando duo præfili. Moriono, Ivello, & aliis Anglicanis scriptoribus, licèt eorum nomine omisso, respondi, qui ex hac appellatione Athanasij ad Constantinum judicia canonica Principibus subjiciunt, quorum opera & interpretationibus Pragmatici quidam è nostris sæpissime utuntur. Deinde verò limites certos hîgere volui appellationibus ab abusu, in rigore fori Gallicani. Quatuor vitia seu nullitates Synodi Tyriz ostendi. Athanasium appellasse ob dolum, insidias, & vim hostium potius quàm judicium. Constantinum verò cognitionem suscepisse, ut de tumultu & de vi illata coram se ageretur, ut docui ex ipsis rescripti verbis lib. IV. cap. II. §. VII. Unde cap. XX. §. III. collegi, si contra omnem iudiciorum ordinem per dolum, machinationem, & circumventionem judicio ecclesiastico Episcopi vel Clerici opprimerentur, vel etiam si offensionis publicæ periculum immineret ob apertissimam canonum violationem, Principum tuitione subsidium peti posse, necessitate cogente, ex sententia quoque hujus xvi Theologorum Caietani, Victoris, Suaris, & Covarruvie, ut interim mandatorum injustorum executio impediatur. Statimque subjunxi hæc verba: *Si quis ad hanc necessitatem coercere vellet patriciorum regium, usus fori quotidianus periclitari videbitur, quo ab ipsis interlocutionibus Episcoporum appellatur tanquam ab abusu, non expectato ultimo judicio; multò minus expectata Metropolitanæ vel Summi Pontificis cognitione, qui res contra canones ab Episcopis judicatas emendare potuisset. Sanè præcis illa, & fori ritura, sola remedi celeritate nisi potest.* Deinde constitutionem regiam propediem edendam dixi, quæ his moribus medietur. Non potui liquidius sententiam meam de toto illo negotio significare, de qua sanè plerique magistratus conquisiti sunt, eo præcipuè nomine, quòd Cleri Gallicani ex postulationibus nunquam adeo apertè appellationes istæ petite fuisset.

I X. Sed Nestorij factum adhibuisse dicor. Imò verò & discussi, ut sedis apostolicæ auctoritatem tuerer adversus Novatorum impetum, qui Theodosij rescripto eam valde lædi putant, quo rei judicatæ à Celestino contra Nestoriorum executio suspenditur. Duplîciter respondi, sed strictim, meo more. Primò, factum Theodosij vix sustineri posse. Secundò, suspensionem illam tribuen-

dam, non regis auctoritati, sed juri ipsi, quo decernitur appellatione vel restitutione in integrum pendente nihil innovandum, Nestoriorum conquestum, quòd inauditum damnaretur, Synodum generalem petivisse, quæ concessa fuit à Theodosio. Nolumi autem ad locum illum comunem confugere, de vi Principum, & Ecclesiæ servitute. Excipiunt enim rescriptum illud Principis à Synodo Ephesina probatum, & Actus insertum. Quare non levem operam mihi navasse videor in detegenda, ex ipsis Celestini verbis, Concilij à Nestorio facta petitione, quæ omnes scriptores hucusque fugerat. unde re-tus est micro argumenti quod adversus jurisdictionem pontificiam ex suspensione à Theodosio indicta parabatur. De appellationibus autem ad futurum Concilium, quæ apud nostros utramque paginam faciunt, ea cautione adhibita dixi lib. IV. cap. XVII. ut summam sedis apostolicæ auctoritatem semper tutus sim, alia planè ratione in ea disputatione versatus quàm Theologi quidam scholastici, quorum commentarij ea de re editi passim apud magistratus & pragmaticos ut inepti traducuntur.

X. Tandem ex definitiones juris civilis amplecti insimulor quæ jurisdictioni ecclesiasticæ officunt. Verbis istis generalibus instituta accusatio dilui non potest, nisi exceptione generali, qua profiteor omnino alienum à sententia mea fuisse ut jurisdictionem ecclesiasticam læderem, quam integram præstari debere toto opere disertissime testatus sum. Sed testimonium Guillelmi Okami laudavi ex Dialogo Militis & Clerici, qui fuit Ecclesiæ infensissimus hostia. Probè quidem novi Okamum favisse Ludovico Bavaro, atque pro ejus partibus dimicasse adversus Joannem vigesimum secundum. Sed nihil ex ejus scriptis hausi. quippe qui ex antiquorum penu Okamo intacta deprompsi quæ meis commentationibus conferre posse videbantur. Laudavi sanè locum quandam ex Dialogo Militis, quem rectè Notator Okamo tribuendum monuit; sed ut sententiam Theologorum illius ætatis, scilicet Joannis Parisiensis & aliorum, expenderem, de excommunicationibus ob crimina secularia inflicta. Quantum verò illi Dialogo tribuerim docent verba mea lib. II. cap. III. §. VII. nempe defuisse auctori cognitionem antiquæ disciplinæ, ne rem ipsam omnino assequeretur. De ipso autem excommunicationum usu secundum veteres specia- li exercitatione me acturum ibidem spon- didi, ne quis existimet eorum me sententiam amplecti de quorum ignoratione tacere non potui.

ILLVSTRISSIMI VIRI
PETRI DE MARCA
 LITVRÆ CENSVRÆ ROMANÆ,

EDITA ANNO MDCLXIII.



QUÆSCURÆ sunt omnibus causis ob quas Romæ censura lata est adversus librum Dissertationum de Concordia Sacerdotij & Imperij. Etenim in univcrsum asseri potest auctoris animum quàm longissimè abstinuisse ab omni consilio laudendi jura sedis apostolicæ vel ecclesiasticæ jurisdictionis. Quin potiùs indubitarum est omnes ejus rationes & consilia ad restaurandam Ecclesiæ auctoritatem spectasse & impugnandas novas regulas quæ in Curias seculares ab iis qui harum rerum minùs periti sunt, paulatim inducantur. Eam in rem multatim confert auctoris à munere regio, quo est ornatus, profecta dignitas: qui omnibus honoribus in Curia suprema apud suos functus, hodiè que in Consistorio regio adfidentis, nulla apud supremarum Curiarum Senatores suspitione laborare potest. Contra quàm accidit cùm Theologis, tum Canonistis, quorum lectioni vix alicui Senatorum vacare liber, & quibus solennia illa quotidie obijciuntur, scilicet eos in sua causa loqui, atque de materia sibi omnino incomperta tractare. Deinde verò longè diversa ab ea qua Scholastici utuntur methodo de rebus propositis disputat, quæ Gallorum liberalibus ingenij est accommodata. Scholastici enim subtilium argumentorum acumina sectantur ad propositi sui probationem, vel in recentiori Decretalium aut sanè hujus vel superioris seculi scriptorum allegatione ut plurimum immorantur. Auctor autem iste res ipsas ab origine repetens, argumenta momentaque rationum, historię ecclesiasticæ & canonum legumque auctoritati conjungit, ut ecclesiasticam jurisdictionem suis fundamentis stabiliat, ipsòque usu Principibus & populis accepto confirmet. Hac tractandi ratione in falsis illis regulis impugnandis versatur quibus Libertates Ecclesiæ Gallicanæ inniti Pragmatici nostri hucusque docuerunt. Etenim auctores qui hac de re egerunt, has atque alias sedi apostolicæ contumeliosas positiones protulerunt. Nempe,

I. Pontificem Romanum nullam auctoritatem in Gallijs exercuisse ante sextum seculum.
I. I. Toto illo sexcentorum annorum intervallo, Regem solum Ecclesiæ Gallicanæ ut caput prefuisse, non autem Papam.

III. Non competere Papæ ut leges ecclesiasticas condas, quæ Gallos obligent.

IV. Papam à dignitate & sede sua deijci posse, si gravissimum scandalum Ecclesiæ inserat.

V. Nullis in casu vel specie licere Pontifici aliquid statuere vel dispensare adversus canones generalium Conciliorum.

VI. Libertates Ecclesiæ Gallicanæ consistere in usu antiqui juris comprehensi canonibus veteris Ecclesiæ, & ad Curias supremas pertinere ut eorum usum suis Senatustenentibus seu Archiepiscopis restituant.

VII. Gallijs competere jus eligendi & constituendi supremam aliquam Patriarcham, si Pontifex regis rationibus sese non accommodet.

VIII. Regi liberum esse ut constitutiones ferat in rebus ecclesiasticis, quæ sint ejusdem rebus ac leges de rebus secularibus lata.

IX. Curijs supremis jus competere in dirimendis appellationibus, ab abusa, de principali negotio ecclesiastico decernendi, quemadmodum sapissime usurpatum in foro.

Definitiones illæ copiosissimè & robustissimè refutate sunt ab auctore, adeo felici eventu, ut plerisque magistratuum ferè jam persuasum sit eas ab imperitis aut Ecclesiæ iniquis hominibus positas fuisse. Quoniam verò de rebus istis accuratè vix discipulari potest quin necesse sit in hæretico hujus temporis, qui sedis apostolicæ auctoritatem convellunt, incidere, quæ illi ex antiquitate perunt testimonia, sincerè & absque cavillationibus explicantur. Qui conatus iis qui apud eos illustriores sunt, & magnam nominis famam obtinent, adeo gratus fuit, ut eorum ingenia ad æveriorcm informationem suscipiendam paraverit. Itaque docuit auctor,

Supremam in rebus ecclesiasticis auctoritatem per Gallias exercuisse Romanum Pontificem, iudicis ad relationes & appellationes redditâ, ab eo tempore quo fides Christiana in Gallijs floruit, ad hanc usque ætatem.

II. *Papam jure divino esse universali Ecclesie caput, atque adeo Gallicana, quæ illius est membra.*

III. *Generalia Decreta à Romanis Pontificibus in Gallias, a quæ se in reliquis provinciis, missa: quæ magno applausu ab Imperatoribus Romanis, deinde à Francorum Regibus post constitutum regnum, usque ad hanc ætatem suscepta sunt.*

IV. *Nulum esse crimen cujus ratione Papa deponi possit; exceptâ hæresim publicè professâ causâ. Quod verum esse testimonium veterum doctorum, & præterea, hanc esse antiquam Ecclesie Gallicana definitionem demonstratur.*

V. *Papam subverti posse & dispensare validè & licitè à canonicis Conciliis generalium, etiam sine causa; dammodo hoc dispensatio non tendat ad labefactandum Ecclesie statum. Vbi nova planè ratione de toto hoc negotio differtur, juxta juris antiqui regulas atque præsentem usum.*

VI. *Libertates Ecclesie Gallicana consistere in usû & præxi Canonum, atque Decretalium, tam veterum, quam recentiorum, et siquæ non pendere à sola præxi antiquorum canonum. Vbi ostenditur necessitate cogente Pontifices variis temporibus, pro hanc publicis Ecclesie, ad novas leges condendas progressus.*

VII. *Papam, præter eum primatum, quo universa Ecclesie præest, solum esse & immediatum Occidentis & Galliarum Patriarcham. Regibus vero non competere jure aliquod episcopatum vel metropolim instituti, multo minus patriarchatum.*

VIII. *Appellationem ab abusu ob canones violatos cognoscendam solum restringendam esse, & terminandam ea sine, ut ob scandalum emergens, executionem interim impediât ejus judicium quod à iudice ecclesiastico latum erit adversus constitutiones ecclesiasticas. Attamen hoc prætextu Curia supremis non licere de negotiis principali, quod est merè ecclesiasticum, præsumptare, usumque contrarium alienum esse à mente & à præxi veterum Principum & Regum Christianissimorum.*

IX. *Quid verò auctor sentiat de legibus regni in causis ecclesiasticis, statim dicitur.*

Quamplurimis aliis regulis libri corpus passim referuntur, quæ Cleri utilitatibus valde conducunt, variisque observationibus illustratur, quæ non solum secularium, sed etiam hæreticorum argumentationibus refellendis sunt appropinquantes.

Id unum crimen imputari potest auctori, quod usurpatum in regno Galliarum à Rege ejusque supremis Curia usum patefecerit. Sed expendendum est, magistratum regium, cui ea de re scribendi cura injuncta est, impositum sibi in unum detractare non debuisset, præcipuè cum ita se gessit, ut summopere coluerit sedis apostolicæ & Ecclesie majestatem, atque gravi stylo quamplurimas definitiones falsas proscripserit, quæ utriusque

auctoritatem labefactabant. Præterea verò eam cautionem adhibuerit, ut in neutram partem decideret, an usurpatum à Regibus usum in variis negotiorum figuris legitimus esset, vel è contrâ. Id tantum monuerit, eum usum ab Ecclesia tolerari, atque mutui tolerantiam pacem & concordiam potestatum cum ecclesiasticæ tum secularis foveri.

In iis verò regulis generalibus quas posuit pro Regum suorum auctoritate, intra sententias communi Doctorum suffragio receptas se continuit. De suo verò distinctiones, observationes, probationesque novas adjunxit, quæ definitiones illas evertunt quæ in gratiam potestatis secularis à plerisque invehuntur. Asserit ergo,

I. **R**eges à Deo potestatem suam immediatè trahere.

II. *Tuitionem Ecclesie illi à Deo commissam, tam ratione personarum & rerum, quam ipsius disciplina.*

III. *Nulum illis jure competere ad leges suo arbitrio condendas, in iis quæ solum aut disciplinam ecclesiasticam respiciunt; sed ad eorum manus pertinere, ut Edictis suis Canonum & Decretalium executionem urgeant.*

IV. *Constitutiones ecclesiasticas in provinciis publicandas esse, & tacito consensu recipiendas, a quæ ac Constitutiones regiarum.*

V. *Concordatû initium inter sedem apostolicam & regnum Francorum, confirmatum esse Regibus nostris auctoritatem recipiendarum in regno legum ecclesiasticarum. Ostenditur verò eos ita se gerere in ea receptione & admissione, ut præcipue disquirant an nova Constitutiones, veterem & receptum usum immutantes, tranquillitatem civium ledere possint.*

VI. *Concilium Tridentinum Constitutionibus regiarum receptum esse in iis quæ ad solum pertinent, & in plerisque etiam disciplina capitibus; in cæteris verò articulis recipi posse, imò verò & publicari, quandoquæ Regibus consuevis nullam esse suspensionem motuum ex eo in regno excitandorum. Quod assertum est adversus magistratuum regionum opinionem, qui ad Libertates regni pertinere putant ut Concilium Tridentinum nullo casu vel tempore in regno publicetur.*

Perfusa erat cruditoribus omnium ordinum viris Dissertationes istas ea industria & prudentia temperatas, quæque Privilegio regio munire erant, cum grata animi significatione Romæ excipiendas potius quam Censura ulla perstringendas; quæ doctorum virorum & procerum annos læsit qui ex eo colligunt, & præ se ferunt, tutius esse antiquis definitionibus inniti, quandoquidem temperata ea de re diffidendi ratio repudiatur, quæ in id tantum instituta erat ut concordia cum Romanæ Curie Officialibus alceretur.

LIBELLVS,

QVO EDITIONIS LIBRORVM

De Concordia Sacerdotij & Imperij consilium exponit, Opus apostolicæ sedis censuræ submittit, & Reges Canonum Custodes, non verò Auctores esse docet Petrus de Marca ordinarius in sacro Regis Consistorio Consiliarius, in Supremo Navarrae Senatu Præses, Visitator Generalis in Principatu Cataloniae & Comitatibus Ruscinonis & Ceritaniae, ad episcopatum Conforanensem à Rege nominatus.

EDITVS BARCINONE ANNO MDCXLVI.



LVOCATO ex provincia Benarnensi, & in Sacrum Regis Consistorium adlecto, post expertam per aliquot annos meam erga Dei Ecclesiam & Principem Augustissimum immobilis fidei atque pietatis constantiam, impositum est mihi onus gravissimum de *Libertatibus Ecclesie Gallicanae* differendi. Vt nefas erat detrectare imperium, ita non alienum ab instituto meo esse duxi, si hac quoque in parte, Ecclesie catholice & sedis apostolicæ causam agerem, cujus majestatem semper colui, eamque sapissime adversus hæreticos, exemplo majorum meorum, pro viribus meis vindicavi, cum in Benarnensi provincia, labe hæreseos infecta, Præsidis munere fungerer. Sciunt Galli, & exteri, qui historias regni istius florentissimi cum aliqua cura legunt, avorum meorum Ioannis & Hieronymi ejus filij prudentia, fortitudine, addo etiam & auctoritate, qua pollebant, tum ob natalium claritadinem, tum ob munerum in republica gestorum amplitudinem, emergentes in Benarno hæreses compressas primum, dein debellatas, donec Hieronymus avus meus cum ipsa religione catholica, ita volente numquam corruit. Sed uno avulso non defuit alter, qui rem Christianam promoveret, felices memorie Iacobus pater quondam meus: cujus laboribus, adjuncta quoque sollicitudine & industria mea, id effectum est, ut Edicti regij pro restauranda per universas Benarni parochias religione bonisque ecclesiasticis restituendis læti executio, cavilla-

tionibus hæreticorum per longi temporis moras elusa, ab ipso gloriosissimæ & immortalis memorie Rege Ludovico XIII. perpetraretur. Itaque instituti mei & pietatis avitæ retinens, rationes Imperij Gallici in tuendis Privilegiis & Libertatibus suis, in eo positas esse scripsi, ut à summo cultu, quem Christiani omnes sacrosanctæ sedi apostolicæ atque Pontifici Maximo debent, nunquam discederetur. Quare necessariò mihi dimicandum fuit cum viris eruditissimis, qui de hisce Libertatibus commentariis editis olim, his positionibus nituntur quæ catholicæ Ecclesie dignitatem summo opere ledunt. Quæ sanè commentationes à tanti nominis viris profectæ, eas radices in quorundam animis egerunt, ut Curiarum supremarum plerique magistratus non alius ferè auspicio negotia ecclesiastica dirimant. Itaque prudenter disceptatio illa aggredienda fuit, eo tenore modo que servato, ut iuribus & privilegiis regni non derogaretur, quemadmodum sedis apostolicæ auctoritas integra præstanda erat. Quod aliter obtineri non poterat, quam si disceptatio ad facti discussionem, omnia juris disputatione, restringeretur. Id verò actum, ea cæmione adhibita, ut in neutram partem decivum sit, an usurpatus publica auctoritate à Regibus Christianissimis usus, in variis causarum figuris, legitimus esset, vel è contrario. Par enim erat Ecclesie Romanæ exemplum sequi, quæ convenientibus oculis usum illum tolerat, ut nomen in Præfatione Dissertationum, atque hac dissimulatione & indulgentia pacem

concordiamque potestatum, cum ecclesiastica, tum civilis, prudentissimè fuerit. Abstinerem à referendis contumeliosis illis sedis apostolicæ definitionibus, quas apertè proscripsi, nisi operæ à me in eo positæ reddendam rationem esse viderem. Docent itaque celeberrimi apud nos auctores Romanæ communionis, non solum Carolus ille Molinæus, sed præterea clarissimi viri Fauchetius, Pasquierius, Pithoëus, Hotmannus, Servinus, aliique Libertatum Gallicanarum Confarcinatores, quatinvis non omnes omnia,

I. Pontificem Romanum nullam auctoritatem in Galliis exercuisse ante sextum seculum.

II. Toto illo sexcentorum fere annorum intervallo, Regem solum, post Principes Romanos exalles, Ecclesiæ Gallicanæ in Caput præfuisse, non autem Papam.

III. Non competere Papa extra Concilium ut leges ecclesiasticas condas, quæ Gallos obligent.

IV. Papam à sede & dignitate sua dejecti posse, si gravissimum scandalum Ecclesiæ inferat.

V. Nulla in specie literæ Pontifici aliquid statueri adversus canones generalium Conciliorum.

VI. Libertates Ecclesiæ Gallicanæ consistere in usu antiqui juri comprehensi canonibus veteris Ecclesiæ, & ad Curiam supremam pertinere ut cum usum Semanovisultis suis pœnitent restituant.

VII. Galliis competere jus constituendi summum aliquem Patriarcham, s. Pontifex regis rationibus sese non accommodat.

VIII. Curias liberum esse ut constitutiones ferat in rebus ecclesiasticis, & quæ sint ejusdem verberis ac leges de rebus civilibus lata.

IX. Curias supremis jus competere in dirimendis appellationibus ab abusu, de principali negotio decernendi, & quemadmodum sepe usurpatur in foro.

Adversus regulas illas copiosè disputatum est nova methodo, quæ Gallorum liberalibus ingenii esset accommodata. Non enim subtilium argumentorum trix, vel scriptorum hujus superioris seculi testimonia cumulata sunt, ut acumine, vel mole, machinæ adversariorum everterentur, sed rebus ipsis ab origine repetitis, argumenta momenticæ rationum, historix ecclesiasticæ & canonum legumque auctoritati conjuncta sunt, ut ecclesiastica jurisdictionis suis fundamentis stabiliretur, ipsoque usu Principibus & populis Christianis adeo confirmaretur. In quo laboratum est adeo felici eventu, ut multis persuasum sit eas definitiones ab istarum rerum imperitis aut Ecclesiæ quoniam hominibus positas fuisse. Quoniam verò de rebus istis vix accuratè dilceptari potest quin necesse sit in hæreticos hujus temporis incidere, qui sedis apostolicæ au-

thoritatem convellunt, quæ illi ex antiquitate petunt testimonia, pleraque sincerè & absque cavillationibus explicantur. Qui conatus hic qui apud eos celebriores sunt, & magnam nominis famam obtinent, adeo gratus fuit, ut eorum ingenia ad feveriorem informationem suscipiendam paraverit. Itaque sequentes regulas, ex adverso aliarum, variis locis sparsas constitui.

I. Supremam in rebus ecclesiasticis potestatem & auctoritatem per Galliis exercuisse Romanum Pontificem, iudicium ad relationes & appellationes redditum, ab eo tempore quo fides Christiana in Galliis sternit, ad hanc usque ætatem.

II. Papam jure divino esse universali Ecclesiæ caput, atque adeo Gallicanæ, quæ illius est membrum.

III. Generalia Decreta à Romanis Pontificibus in Galliis, æquè ac in reliquis provinciis, missa: quæ magno applausu ab Imperatoribus Romanis, deinde à Francorum Regibus post constitutum regnum, ad hoc tempus suscepta sunt.

IV. Nullum esse crimen cujus ratione Papa deponi possit; excepta hæresis publicè professæ constâ. Quod verum esse testimonium veterum doctorum; & præterea, hanc esse antiquam Ecclesiæ Gallicanæ definitionem demonstratur.

V. Papam solvere posse & dispensare validè & licitè à canonibus Conciliorum generalium, etiam sine consensu publica; dummodo hæc dispensatio non tendat ad laesum Ecclesiæ statum. Vbi nova planè ratione de toto hoc negotio disseritur, juxta juris antiqui regulas atque præsentem usum.

VI. Libertates Ecclesiæ Gallicanæ consistere in usu & praxi Canonum, atque Decretalium, tam veterum, quam recentiorum, eisque Libertates non pendere à solo praxi veterum canonum. Vbi ostenditur necessitate cogente Pontifices variis temporibus, pro bono publica Ecclesiæ, ad novas leges condendas progressos.

VII. Papam, præter eum primatum, quo universæ Ecclesiæ præest, solum esse & immediatum Occidentis & Galliarum Patriarcham.

VIII. Regibus verò non competere jus aliquod episcopatum vel metropolim instituendi, multò minùs patriarchatum.

IX. Regibus à Deo commissam esse missionem Ecclesiæ, ut Edictis suis Decretorum & Canonum promulgatorum executionem urgeant; non autem ut arbitrato suo leges condant in iis quæ solum ecclesiasticam disciplinam respiciunt.

X. Concilij Tridentini regulas fidei omnes, & disciplina præcipuas, Constitutionibus regis admittas; cetera verò atque adeo Concilium ipsum publicari posse, quandoque Regibus Christianissimis constabit nullam esse sufficientem motionem ex ea promulgatione in regno excitandam. Quod asseritum est adversus magistratum

Lb. 1. De Rom. cond. Sac. cap. 2.

Lb. 1. cap. 3.

Lb. 1. cap. 17.

Lb. 1. cap. 14.

Lb. 1. cap. 21.

Lb. 1. cap. 13.

Lb. 1. cap. 15.

Lb. 1. cap. 16.

Lb. 1. cap. 18.

Lb. 1. cap. 19.

regiarum opinionem, qui ad libertates regni pertinere putant ut Concilium Tridentinum nullo casu vel tempore in regno publicetur.

X I. Appellationem ab abusu ob canones violatos cognitionem restringendam esse saltem, & terminandam eo fine, ut ob scandalum emergens ex novitate executionem interim impediat ejus judicium quod à iudice ecclesiastico latum erit adversus Canones & Decreta. Atiamen hoc prætextu Curiiæ supremæ non licere ut de negotio principali, quod est merè ecclesiasticum, pronuntient, utinamque contrarium alienum esse à mente veterum Principum & Regum Christianissimorum.

Non me latet quin aliqua mihi per arduum clivum enitenti exciderint, quæ Romæ variis observationibus perfricta sunt. Sed in his qui edendi superiunt tomis eam viam insistere decrevi, quæ omnium offensionum causas amoveat. Præcipuè verò in id incumbam, ut monita generalia, quæ quò tomo eironibus præscripta sunt, quò in reddendis iudiciis à juris ecclesiastici læsione sint cautiore, rebus ipsis & specialibus causis applicem, in quibus præter Constitutionum regiarum mentem contra canones peccari in negotiis magni momenti frequenter contingit. Tunc latius sese aperiet materia de jure ipso disputandi, ad Canonum & Decretorum pontificiorum auctoritatem vindicandam: quæ in rebus ecclesiasticis sola vim legum obtinent, & ad publicam tantùm executionem regis rescriptis maniantur. Quæcunque verò ea de re in posterum eliam, quemadmodum eas quas vulgavi Dissertationes, ex solenni formula summo sedis apostolicæ judicio submitto. Scio hac in parte me Gallicanæ Ecclesiæ instituta sequi: quæ in Concilio Turonensi secundo docuit, ad sedem apostolicam pertinere ut quibuscunque Tractatorum scriptis auctoritatem addat, vel demat.

Vt autem illorum metui consulam qui dissimulatam à me & consultò prætermisam discussionem juris in eo libro suspicantur, lucubrationibus meis ad facti disquisitionem coercitis, ut scilicet liberius, quandocunque occasio tulerit, in eam partem vergam quæ Principibus sit benignior, in antecessum de præcipuo totius controversiæ capite, quamam sit mea sententia liquidò promam. Præcipuum verò disputationis momentum in eo situm est, ut sciatur an res ecclesiasticæ canone regantur vel lege, id est, an libera sit apud Principes potestas de negotiis ecclesiasticis ex arbitrio suo decernendi, an verò tota illa auctoritas penes Ecclesiam resideat.

Anglo-Britanni, postquam ab Ecclesiæ communionem deservierunt, hoc jus velut ex-

miam regij impenij partem Principibus appetè vindicant; non solum si de disciplina articulis, sed etiam si de fidei causis agatur, ea tamen conditione, ut Episcoporum consilium non respiciat, sed decretum vique legis ecclesiasticæ ab auctoritate Principis pendere doceant. Pragmatici verò Gallicani à fidei quidem definitionibus Principum cognitionem submovent, sed disciplinæ curam propemodum omnem ad ejus imperium revocant.

Quoniam verò utriusque opinionis fundamentum comparatione nititur Ecclesiæ Christianæ cum Republica Iudæorum, ac si Principibus Christianis insignis injuria fieret, si ea illis potestas denegeretur quam Reges Iudæorum in Synagoga obtinebant, ut sinceris hujus quætionis disquisitio instruat, simulque sciatur quid juris in Principes Christianos è Synagoga derivari possit, de pontificia & regia dignitate apud Iudæos pauca dicenda sunt; unde quoque Christi Domini nostri effatum de jurisdictionum discrimine illustrabitur. Universum Republicæ corpus à Mose in Arabum desertis fundatæ corpus, è Rege, quem aliquando constituendum decreverant, è Pontifice, Sacerdotibus, Levitis, & Consiliis ita compactum est, ut regnum sacerdotale dicatur in capite xix. Exodi. Distincta quidem erant munia Sacerdotum & Regum, non us tamen finibus qui apud Christianam Republicam præscripti sunt. Belli gerendi & impenij administrandi ratio ad solum Regem pertinebat, ut sacrificiorum rerumque sacrarum in templo administrato penes solos Pontifices erat. Quæ verò de rebus sacris & profanis oriebantur contentiones, ad Regem, ad Pontifices, & Consilia devolvebantur, ita ut quædam esset jurisdictionum commixtio. Præter cetera eminebat Magni Synedrij auctoritas, à quo non erat provocatio: quod constitutum à Mose ex viris L X X I. ita tamen ut Senatores legerentur è splendidioribus familiis, Sacerdotibus ac Levitis, æquè ac ceteris, in hunc cœtum adscitis; potestate Senatoribus per manuum impositionem primùm, deinde sequentibus seculis per verborum formulam collata. Qui auctoritate in hoc amplissimo cœtu præcellerent, si Rabbiorum commentationes sequamur, duo fuere, Princeps Confessus, quem *Nasiv* vocabant, à ceteris delectus, qui Moysi locum tenebat. Inter ceteros qui præstabat ætate, primùm locum ad Principis dexteram obtinebat, quem *Patrem Consilij* appellabant.

Pontifex Maximus ab iisdem Rabbis ad eum confessum adlectus fuisse dicitur, si

altis sapientia polleret: alioqui nisi à Collegio admissus, iudicia nec rerum sacrarum nec civilium attingebat. Aliis verò Iudæorum magistris placuit Pontificem Maximum ex vi dignitatis suæ Senatui adscriptum, nisi aliquo ætatis aut personæ vitio prohiberetur. Omnes tamen ejus dignitatem adeo imminuunt, ut priores in confesso Synedrj partes Præsidi, quem vocant *Nasi*, tribuant. Quidam autem è recentioribus eruditi viri, qui frequenter in novi Testamenti paginis præcipuam Synedrj auctoritatem Pontifici Maximo delatam vident, ut Iudæorum traditiones cum ea narratione conciliant, post Assalonæorum tempora inductum aunt ut Pontifex Maximus apud Synedrjum Præsidis auctoritatem usurparet. Hæc Rabbino- rum signimenta licet in opere *De Concordia* ad exemplum gravium virorum absque ulla nota retulerim, hic tamen, ubi sententiam meam me promprum profiteor, inter meas magistrorum illorum hallucinationes referre non dubito. Nullus enim ex scriptura sacra locus adduci potest ex quo vel ar- gando saltem colligi possit illa *Nasi* præ Pontifice in Synedrjo auctoritas, vel dignitas. Immo verò, si scripturæ veteris quæ in promptu sunt testimonia diligenter expendantur, graviores controversiæ, tum civiles & criminales, tum de ritibus, Sacerdotis imperio & decreto Iudicis in Deuteronomio committuntur, id est, pontificiæ & regiæ auctoritati, quæ in Synedrjo permixta vige- bat. Adeo autem in eo consensu eminebat Pontificis Maximi dignitas, ut Synedrj decreta ab ejus imperio proficisci dicerentur. Quare Iosephus, cui perspecta erat veteris Reipublicæ administratio, inter cetera Mo- sis instituta hoc quoque recensuit: *Ne Rex aliquid ordni ageret nisi ex Pontificis atque Senatorum sententia.* Itaque non est quòd *Nasi* ille à Rabbis in scenam productus, Pontificem Maximum loco moveat, cui primus confensus & rerum gerendarum auctoritas à sacra scriptura & à veteribus perpetuò tributa sunt.

Adsciti quoque erant in earum curarum partem Reipublicæ Iudæicæ Principes, qui Iudicis primùm nomine, deinde verò Regis dignitate imperium administrarunt. Vnde legitur in libris Paralipomenon, Reges non solum res civicas domi militariæque procurasse, sed etiam religiones ceremoniasque constituisse, aut restaurasse. David enim octo Sacerdotum stationes à Mose constitutas, sedecim auxit, ita ut viginti quatuor stationibus sacrificiorum ordo esset distributus. Levitas in classes viginti quatuor idem Rex Edictu suo divisit, ut facilis ministeria sua Sacerdo-

tibus impenderent. Cantorum ædituorumque stationes totidem instituit. Eadem cura Solomunem incellit, ne ceteros Reges enumerem, qui rerum divinarum curam gessere. Quod ab iis jure regio tentatum fuisse concedo, ne adversarij dissimulatum à me fuisse vim argumenti conquantur. Enimvero munus illud usurpasse, quòd vatum prærogativa pollerent, (quòd recidit passiva respondentendi ratio à viris eruditis usurpata) vix mihi persuadeo. Si enim Davidem excipias, & fortè Saullem, ceterorum nemo inter Prophetas recensitus est. Sed Sulomo, Iusaphat, Ezechias, & Josias, jus & potestatem in res sacras exercuerunt, quòd ea Regibus auctoritas ab ipsis Reipublicæ Iudæicæ primordis concessa esset, ideòque à Mose decretum esset ut eodem unguento delibuti essent, quòd è quatuor speciebus aromatum semel ab eo consecutum, & vase corneo inclusum ad unguendos Reges ipsos, Pontifices, Arcam testimonij, ceteramque sacrorum suppellectilem per novem secula usque ad Josiæ Regis tempus sufficit. Ceterum non ita merito potestatis regiæ imperio res istas sacras Principes attingebant quin ex Synedrj præscripto aliqua ex parte penderent, ut docuit Iosephus.

Synedrj vires à Romanis infractæ primùm, dein ab Herode quoque imminutæ, tandem post Archelæi Regis relegationem, Iudæa in provincie formulam redacta, penitus extinctæ sunt, in ea parteque Reipublicæ administratorem contingebat, quæ in Cæsarem optimo jure translata est, sola quæstionum legis Mosaicæ discussione Synedrjo Hierosolymitano relicta. In eo positæ erant res Iudæorum, quando subdola interrogatione pulsatus est Dominus noster an censum liceret pendere Cæsari, id est, utrum ex patris legibus liceret summum Cæsaris in Iudæam imperium hæc tributi pensatione profiteri. Tunc inspecto numismate census, apertè respondit, quæ sunt Cæsaris, reddenda Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo. Quo divini Verbi oraculo non solum census pensatio confirmata est; sed generalibus verbis sancitum est summum Cæsaris imperium in Iudæam, & secretio duarum potestatum constituta; ita ut nec Pontifici nec magno Synedrjo jus aliquid residuum fuerit in gravium & criminalium causarum discussione, nec Cæsari in cognitione rerum sacrarum, ut patet ex variis locis novi Testamenti. Quare nulla potest in hoc quidem capite institui comparatio inter Synagogam & Ecclesiam: quia quæ apud illam erant permixtæ & confusæ jurisdictiones, apud hanc sunt discretæ & omnino separatæ. Neque sanè de Regibus

Regibus Christianis bene metentur, ut existimo, qui regiae dignitatem auctoritatem in Republica Christiana ex institutis Judaicis metantur, cum apud Reges Iudaeorum non adeo soluta esset & libera rerum gerendarum potestas, quin à magno Synaeco in rebus controversis penderet, ipsamque rerum civilium administrationem cum Pontifice & Senatu, in controversiis saltem ambiguis, Princeps communicaret.

Inspiciendum ergo est absque ullo veteris legis praedicio, an Principibus Christianis potestatem à Christo potestatem divisionem aliquid liceat circa res sacras & ecclesiasticas. Antiquitatis sententiam abundè expredidit synodorum ille Praefes Osim Corubensis, dum Constantium Principem, qui se discipulationibus ecclesiasticis immiscebat, officij sui graviter admonet us verbis, quae retulit Athanasius: *Tibi Deus, inquit, Imperium commisit, nobis qui sunt Ecclesia credidit. Et quomodoam qui tuum imperium malignis oculis carpit, contradicis ordinationi divinae tuae & tu caere ne qua sunt Ecclesia ad te trahens, magno crimini obnoxius fiat. Datis, scriptum est, qua sunt Casaris, Casari; & qua Dei, Deo. Elegantissime versantur in hoc argumento Gregorius Nazianzenus orat. 8711. Isidorus Pelusiota lib. 111. epist. 600 & 13. Synodus epist. 1111. Chrysostr. homilia x. v. ad 1. Cor. Quare certissima est illa regula quam Felix Summus Pontifex ex mente antiquorum patrum Principibus sequendum proponit; scilicet illis nihil in causis Dei relictum praeter obsequij gloriam; in epistola ad Zenonem data: *Certum est, inquit, hoc rebus vestris esse salutare, ut cum de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutionem, regiam voluntatem Sacerdotibus Christi suscipi subiret, non praferret; & sacrosancta per totam Trasalae discesserit; quam doceret, Ecclesia formam sequat, non huic humanitas sequenda jura praferret, neque ejus sanctionibus velle dominari; cui Deus vultus eternitatem tuam pia devotionis cultu submittit; ne dum mensura caelestis dispositionis excedit, emaru commeliam dispendentis. Quibus adli potest famosus ille Gelasij 1. locus relatus in Capitulariis Caroli & Ludovici; ut vicem legis publicae in Gallia obtineret quem Gratianus non omisit.**

Sed cum tractatio ista in deo summa genera dividatur, nempe in ea negotia quae regulant fidei, & in ea quae disciplinam respiciunt, per partes est discutienda. Sanè nullam penes Principes spirituales auctoritatem esse in confesso est apud omnes, cum ligandi & solvendi potestatem & pascendam ovium curam Petro praecipue & Apo-

stolis ceteris Christianis tribuere; & his quos ipsi hujus ministerij participes facturi essent. In quo nulli Regum mentio quibus haec potestas asseritur non potest, quae omnem naturae ordinem exasperat, nisi discretissime illis à Deo collata sit. Christiani quidem eam Ecclesiam suam instruere; Regum dignitatem non lesit; sed eam quoque non auxit. Quare Principes Christiani de rebus fidei controversis leges ferre non possunt, cum haec potestas Ecclesiae tributa sit; cui ut eolumnae fidei Christianae praedicatione fecundam scripturam & veteris traditionis tenorem immitat. Quod aptè illi professi sunt ipsi Principes; ut in se certissima argumentis congerendis non sit opus. Unde cum Valentinianus senior interpellatus esset ab Hypatiano Episcopo Orientalium Legato; pro restitanda fide quam Constantinus pessumderat, respondit teste Sordomno lib. 71. *ssibi, qui unum est latuitum non contra erat; non licere se ejusmodi negotiis interponere.* Ceterum quod verbo testatus fuerat, rescripto constituit, nempe fidei causas Praedicationibus esse iudicandas. Exceptione hujus legis usus est S. Ambrosius; quando recitabat de fide cum Auxentio disputare in consistenti Principis lib. V. epist. xxxv. *Nec quisquam, inquit, contumacem me iudicare debet, hoc cum assero quod auctoris memoria patet non solum sermone respondit; sed etiam legibus suis sancit, in causis fidei vel ecclesiasticis alicuius ordinis cum iudicare debere qui nec munere impar sit, nec iure dissimilis. Haec enim verba rescripti sunt. Hoc est, Sacerdotes de Sacerdotibus vultus iudicant. Idem Ambrosius vehementi oratione sacrilegium istud à mente Principum dispellit. At certe si vel scripturam seriem divinarum vel vetera tempora retuleremus, quis est qui abnuat in causa fidei, in causa, inquam, fidei, Episcopus sibi de Imperatoribus Christianis; non Imperatores de Episcopo iudicare. Mox: Si confiteamur de fide, Sacerdotum debet esse ista collatio; sicut factum est sub Constantino auctoris memoria Principe; qui nullas leges ante praemisit, sed liberos dedit iudicium Sacerdotibus. Theodosius junior Candidatus nunt Comitem Synodo Ephesinae interesse iussit; ea lege & conditione, ut cum quaestibus & controversiis, quae circa fidei dogmata incidunt; nihil quidquam concernere habeat. Nefas enim est eum qui sanctissimorum Episcoporum catalogo adscriptus non est, ecclesiasticis negotiis & consulationibus sese immiscere.*

Quamvis autem de fide nihil decernant Principes; artamen in exemplo Constantini Magni, Concilium adesse possunt ubi de fide tractatur; quae communis est aequè laetis & Clericis. Hoc praesertim Marcianus Imper-

ator in oratione sua ad Synodum Chalcedonensem Aët. iv. *Nos enim, inquit, ad fidem confirmandam, non ad potentiam aliquam exercendam, exemplo religiosi Principi Constantiniano synodo interesse volumus, ne ulterius populi pravus sensus nobis separetur. Quare Patricius Florentinus mandato Imperatoris Theodosij Synodo Ephesinae habitæ sub Flaviano contra Eurychem interfuit, quia tractabatur de fide, ut ait disertè Imperator in rescripto. Quæ non sunt accipienda eo sensu, quasi de fide tractare Florentino fuerit liberum, sed ut ostendatur cur adversus regulas, quæ laicos à Conciliis arceat, licuerit Florentio interesse tractationibus illius synodi, nempe quia de fide agebatur. Sanè cum legerentur Aëtia istius synodi, & interlocutio Florentij recitaretur his verbis, *Qui non dicit ex duobus naturis & duas naturas, non dicit resse*, retulit ille se nihil tale interlocutum. nefas enim sibi esse de dogmatibus decernere. Nicolaus I. in epistola ad Michaelem rationem aperuit cur laici synodis interesse possint, ubi de fide tractatur; nempe *quia fides universalis est, & omnium communis, quæ non solum ad Clericos, verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos*. Vnde Synodus VII. can. XII. hærens vestigijs Nicolai, fatetur Principibus liberum Synodis Oecumenicis interesse, quando de fide agitur, quamvis illos à ceteris Conciliis arceat, & ab ipsa fidei definitione, quam à Principibus omnino alienam esse debemus.*

Si agatur de disciplina canonica, ejus cognitio synodis debetur, non autem magistratibus, vel etiam ipsis Principibus. Vnde Athanasius Concilium Tyrium graviter exagitat ex eo capite quod univèrsæ Ecclesiæ erat notissimum, scilicet in judicia ecclesiastica nihil Imperatori licere: *Si istud iudicium Episcoporum, inquit, quid commune cum eo habet Imperator?* Hæc est sententia ejus rescripti à Valentiniano editi, cujus verba superius ex Ambrosio retulimus, in causâ fidei vel ecclesiastici ordinis iudicium competere Sacerdotibus, id est, in fidei & disciplinæ negotiis. Cause enim ecclesiastici ordinis ad eas questiones pertinent quæ canonice dicuntur, ut constat ex Hincmaro, qui locum Leonis I. ubi eadem verba usurpantur egregiè interpretatus est in opusculo quinquaginta quinque capitum capite decimo. Hæc sunt ecclesiasticæ consultationes à quarum cognitione laicos submovit Theodosius I. I. in epistola ad Synodum Ephesinam superius laudata. Sententia ista quam tuemur, in Concilio Chalcedonensi explicata est à Cecropio uno è tribus Episcopis missis ad vocandum Dioscorum Episcopum Alexandri-

num, qui iudicio synodi stare volebat, nisi cognitioni interessent iudices à Principe delegati. Inanem verò hominis spem his verbis repulit Cecropius: *Quando canonica questiones examinantur, neque iudices neque alii laicos interesse oportet*. Quod ipse quoque Iustinianus disertè fatetur Novella lxxxij. Et Basilius Imperator in allocutione ad Octavam Synodum Aët. x. *Laicos cuicunque inquit, nulla ratione de ecclesiasticis causis disputandi fas esse dico*. Quibus præverat Marcianus Imperator, qui exemplo suo docuit quid sequi debeant in posterum Principes, quando Clericorum & monachorum disciplina constituenda est. Etenim cum monachorum erga Episcopos cultum & obedientiam, monasteriorum cum consensu Episcopi ædificationem, Clericorum à secularibus negotiis secessionem, & in sibi assignatis Ecclesiis assiduam & sedulam administrationem Marcianus constitui vellet, quia planè hæc capita ecclesiasticos ordines attingunt, à quibus publicam auctoritatem Valentinianus senior submoverat, de his noluit legem ferre, sed fatius esse putavit ut synodi decreto statuerentur. Protulit hæc capita Marcianus, quæ relecta publicè à Beroniciano, in canones Concilij usdem verbis relata sunt, Aët. vi. *Divinissimus & piissimus Dominus noster ad sanctam Synodum dixit: Quædam Capitula sunt, quæ ad honorem vestrae reverentia vobis servavimus, decernam esse iudicandas à vobis hæc regulariter potius formari per synodum, quam nostra lege sanciri*. Hinc est quoddam de ritibus, ceremoniis, sacramentis, Cleri functione, conditionibus, censura, & disciplina canones à Conciliis, & Decreta à Pontificibus Romanis, tanquam de materia sibi subjecta frequentissimè edantur, & vix ulla proferri possit constitutio veterum Principum, quæ hac de re lata fuerit ex mero potestatis secularis imperio.

Secutas quidem hac in parte leges publicas videmus, sed non antecessisse, juxta mentem Iustiniani, qui Novella LXXXIII. ait ipsas leges post canones & ad illos fovendos edi. Quod discrimen si accuratè expendissent necoterici quidam, non adeo se absurdus opinionibus implicuissent, quibus auctoritatem Principum ultra limites à Deo præscriptos porrigunt. Sanè etsi leges ecclesiasticæ & spiritualibus rebus indicare non contineatur intra fines regis potestatis, at tamen canonicas constitutiones suis etiam legibus tueri ex officio Principes tenentur, ut docet Augustinus ep. I. CLXIV. CLXVI. & alibi. Vnde Sixtus in epistola ad Ioannem Antiochenum ait eleganter cœlestem Regem fœderatos habere Reges terrarum. Lco

I. epist. lxxxii. ad Leonem Imperatorem in eam sententiam: *Debes incunctanter advertere*, inquit, *regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimē, sed etiam maximè ad Ecclesiæ præsidium esse collatam, ut ausus nefarius comprimere, & quæ bene sunt sacra defendas, & veram pacem quæ sua iurata vestitus. Alibi idem Pontifex prolixiter (nempe epist. xxxiii.) res humanas aliter tutas esse non posse, nisi quæ ad divinam confessionem pervenerint, & regia & sacerdotali defendat auctoritate. Hinc factum ut singula quoque Concilia Oecumenica: decretis imperatoris confirmata sint, ad tuendam canonum executionem publicam, & compescendo auctoritate Principis, quando opus erit, eos qui rebus semel decisus se contumaces exhibuerint.*

Sed quò proposito leges illæ de confirmandis Conciliorum decretis ab Imperatoribus ferrentur, Facundus Hermianensis in Africa Episcopus accuratè expressit. Florebat sub Iustiniano, à quo Trinum Capitulum causam discuti ægerimè ferebat, ideòque multis verbis Principum audaciam exagitat qui canonicas quæstiones ad suum iudicium revocare tentant, eosque ad exemplum Marciani Principis provocat, de quo hæc sunt ejus verba lib. xi. cap. 111. *Sciens igitur ille modestissimus Princeps Ozia Regi non imponere cessisse quia sacrificare præsumpsit, quod licitum est singulis cuique etiam secundæ ordinis Sacerdoti, multo magis imponere cedere non posse cognovit, vel quæ iam de fide Christiana rite fuerant constituta discurrere, quod nullatenus licet, vel novas conscribere canones, quod non nisi multis & in unam congregatis primi ordinis Sacerdotibus licet. Ob hoc itaque virtemperans, & suo contentus officio, ecclesiasticorum canonum executor esse voluit, non cavitor, non exalter. Hic est certus limes quem regis auctoritati in his negotiis præfixere oportet; ne inconsulto trahamur ad eam adulationem, qua Principibus suis rotas ecclesiasticæ disciplinæ summam Græci deserebant, ut patet ex verbis Demetrii Bulgariæ Archiepiscopi ad Cabasilam: Imperator, inquit, ut communis Ecclesiarum Episcopimarcha existens, & dictus, synodalibus præcell decretis, & robur tribuit, ecclesiasticos ordines componit, & legem dat vixit potestatem eorum qui altari serviunt, hoc amplius, & iudicium Episcoporum & Clericorum, & vacationum Ecclesiarum electionibus. Quæ verba petita ex libro v. Juris Græco-Romani ideo retuli, ut pateret quantum infirma illa ætate abesset Græcorum servitus à constantia veterum. Quamvis, ut verum fatear, non omnes ea tempestate Orientis Episcopi in libertatis ecclesiasticæ perniciem conspirarent. Extrat enim in Regis Christianissimi*

Bibliotheca manuscriptus liber, temporibus Palæologorum publicatus, quo provinciarum aliquot Episcopi graviter expostulant de retractato ab Imperatore iudicio synodali, quo Patriarcha Constantinopolitanus, quia erat *trifepiscopus*, quod vitium olim obiectum Gregorio Nazianzeno, dignitate sua dejectus fuerat. Constante autem *Episcopimarchia* potestatem ad quæstiones canonicas dirimendas non porrigi, permissumque Principibus canonum præsidium, non autem tunc dominium. Vnde Pragmatici quoque nostri id colligent, frustra si iis ambitiosa Demetrii verba in testimonium adduci, cum à Græcis quoque deservit videntur extraordinariæ illius auctoritatis propugnationem. Retulissimè Græcis verbis elegantissimum illud testimonium, quemadmodum & ceteros quos protuli locos, nisi carcerat Græcis characteribus civitatis istius typographi.

Tuio autem illa, quam Principes canonicis impertuntur, ut *tutores & vindicæ vestitus*, quemadmodum loquitur Iustinianus alicubi, canonum sententiam aliquo pacto egredi non debet. Alioqui irritum est & inane quodcumque Principis Edictum adversus canones in rebus ecclesiasticis latum. Hæc est libera illa vox Synodi Chalcedonenis, in quam patres à iudicibus interpellati simul omnes eruperunt: *Contra regulas Pragmaticam nihil valebit. Regula patrum tenent. Quod synodi decretum Marcianum Edicto suo firmavit anno c. dliv. in l. Privilegia. C. de sacros. Eccl. Omnes pragmaticas sanctiones, quæ contra canones ecclesiasticos interveniunt gratia & ambitionis elicitæ sunt, robore suo & firmitate vacuatas cessare precipimus. Ita ut sententia ista in dubium adduci non possit, in quam Principum æquè ac Synodorum vota conspiciant, nempe soli ecclesiasticæ jurisdictioni subditas esse tum fidei tum disciplinæ ecclesiasticæ controversias, ad Principum officium id unum pertinere, ut legibus suis Canonum & Decretorum pontificiorum executionem tueantur & foveant, ea conditione, ut si quid adversum Canonicos & Decretis constituerint, nullum sortiatur effectum.*

Harum regularum adeo constans est atque certa definitio, ut regij Consistorij in Gallia proceres Pragmaticorum cavillationibus se circumscribi non patiantur, atque adeo, si quando à regis magistratibus aliquid à constitutionibus ecclesiasticis alienum tentatum fuerit, cura & sollicitudine vici Superillustris PETRI SEQUIERTJ FRANCIAE CANCELLARIJ pro sua erga Ecclesiam & Regem fide, proque ea,

qua pollet, divina ingenij vi & solertia, eruditionis præstantia, atque rerum usu, regij Consistorij decreto in integrum restituitur. Sanè dissimulandum non est in variis causarum figuris cognitionem adversus Clericos à regis magistratibus suscipi, lites de possessione beneficiorum & jurium ecclesiasticorum motas ab iisdem dirimi, & alia quædam nonnulla in foro disceptari, quæ jure communi ad jurisdictionem ecclesiasticam pertinent. Sed eam potestatem usurpant, tum ex privilegio atque ex indulgentia sedis apostolicæ, tum ex pactis cum eadem sede initis, quam alioqui, quatenus Decretis & Canonibus esset contraria, sine dubio abjicerent.

Sed istam nobilem controversiam, ceterisque hujus generis, in quibus inspicendis me versari oportet, diligentius & cum otio tractabo, quando per regiam majestatem licebit solum à severioribus ordinandæ Cataloniae curis, quibus ex ejus mandatis adstringor, ab hac provincia discedere. Interim à pristino colendæ Romanæ Ecclesiæ studio non destiti, publicata elegante illa Vigiliæ Summi Pontificis epistola decretali hæcenus inedita, imò verò etiam incognita, pro confirmatione Quintæ Synodi, de qua tantopere eruditi laborabant. Eam verò epistolam non solum ex arcanis Bibliothecæ regie penetrabilibus erutam in lucem edidi, sed descriptione quoque satis accurata, & illius epistolæ fidem ex vetustissimo codice Græco descripsit, & Vigiliæ insinuat in perplexa Trium Capitulorum disputatione asserta, incautamque Eminentissimi Cardinalis Baronij narrationem, quæ Romanæ Ecclesiæ po-

restatem pessumdabat, ex genuino Actorum Quintæ Synodi sensu disjunxi; gratiam à pijs tanti viri manibus consecuturus, ob pietatem, ejus exemplo, à me omnium fidei-um matri hac in parte studiosè exhibitam. Sanè explicari non potest quantum hujus epistolæ publicatio profuerit ad firmendam apostolicæ sedis auctoritatem erga Concilia generalia, quæ apud Gallicanos Academia-rum Magistros, majorum suorum Decretis inhaerentes, valde nutabat.

Accessit altera quoque à me confecta lucubratio *De primatu Lugdunensi & ceteris Ecclesiæ primatum*: in qua hovis ex mera antiquitate petitis observationibus, passim Romani Pontificis dignitas amplificatur, ejusque in Metropolitanos per Occidentem & Orientem, explicatis Concilij Chalcedonensis canonibus nondum, ut puto, intellectis, antiquissima primi judicij cognitio demonstratur. Ut autem perpetuum esset hæc erga sedem apostolicam observantia monumentum, duas illas quas retuli dissertationes in elegantissimum Conciliorum corpus, quod è typographia regia Parisiis nuper prodit in lucem, excudi curavi, adornatis quoque specialibus singularum Exercitationum editionibus, ut earum lectio antiquitatis ecclesiasticæ studiosis facilius pateret, neminemque lateret omnia mea consilia ad reverentiam parenti & magistræ omnium Romanæ Ecclesiæ exhibendam destinari: cujus cognitioni supremoque judicio, ut dixi, atque Innocentij X. Beatitudini, qui hodie divini numinis auspiciis Ecclesiæ unitatem regit, quascunque publicavi lucubrationes devotissimè submitto.

BARCINONE XIX. MARTII MDCXLVI.

SCHEDULA

ILLVSTRISSIMI VIRI,

PORRECTA ROMANIS.

EDITA BARCINONE ANNO MDCXLVI.



ETRVS DE MARCA ordinarius in sacro Regis Christianissimi Consistorio Consiliarius, in supremo Navarrae Parlamento Præses, ad episcopatum Conforanensem nominatus fuit à Rege immortalis me-

moræ Ludovico XIII. die xxviii. Decembris MDCXLII.

Superiori hinc anno publicaverat Librum *De Concordia Sacerdotij & Imperij*: de quo controversia mota fuit Romæ, ac si libertati ecclesiasticæ in quibusdam capitibus adversaretur.

Post nominationem suam, Eminentiſſimi Cardinalis Barberini auctoritatem interpellavit, ut ejus ope sibi episcopatus à Summo Pontifice conferretur. In quo operam suam Eminentiſſimus Cardinalis spondit, dummodo ratione aliqua, offensæ quorundam ex libri illius editione contractæ Marce satisfaceret. Rescripsit ille juxta Eminentie suæ sententiam. Interim Episcopus Marinoneus, vir in Curia Romana magni nominis, ad discutiendum librum delegatus, retulit scripto nihil in eo contineri quod esset nota inurendum, imò verò lucubrationi illi episcopatum deberi.

Hac relatione facta, postulavit Eminentiſſimus Cardinalis à P. de Marca ut sententiam suam de cura Principum in rebus ecclesiasticis iniquò promeret, eosque legibus Ecclesiæ subdi, non præstare, in iis rebus, doceret. Quod ille abundè impleverat. Sed fato intercepti felicitis memoriæ Urbani VIII. obitus negotij illius lineam interrupit.

INNOCENTIO X. in pontificatum electo, Eminentiſſimus Cardinalis Bichi de nominatione illa egit in facto Consistorio die x. Decembris MDCXLIV. Sed fugerente Illustrissimo & Reverendissimo Alesſandro S. Officij querelam factam adversus librum *De Concordia*, sua Sanctitas libri discussionem commisit Eminentiſſimis Cardinalibus Spadæ, Barberino, Pancirolo, & Rapaciolo. Relatio negotij Cardinali Barberino mandata: qui illo penè momento, quo de libro acturus erat in Congregatione Cardinalium delegatorum, in Galliam se contulit.

Enimvero quoniam libri nova discussio negotium istud protractura erat in diuturnum tempus, ut omnem scrupulum amoveret ab animis judicum delegatorum, *Libellus* Barchinense Marce publicavit, quo editionis suæ consilium explicat, quod in colenda & augenda Ecclesiæ Romanæ dignitate præcipuè versatur: deinde opus integrum ejusdem Ecclesiæ & Innocentij X. Summi Pontificis censuræ submittit; & Principes custodes Canonum esse docet, non autem auctores. Quidquid verò præter Canonum & Decretalium mentem in Gallia circa res

ecclesiasticas agitur, id fieri ex privilegiis apostolicis, non autem mere jure regio, ut quidam autumabant Marce persuasum esse. Hunc libellum eo proposito typis mandari curavit, ut publica esset doctrinæ quam in hac parte sequitur profectio; ita ut si quem Dissertationum ejus editio lætaret, hujus libelli editione curaretur.

Is qui apertas hæreses scriptis suis inspergunt venia datur, dummodo se Summi Pontificis censuræ submittant. Imò verò hæreticis post publicam sacrilegæ impietatis professionem respicientibus indultus in Gallia episcopatus fuisse notissimum est. Quid ergo est quod non expectare debeat P. de Marca à Summi Pontificis clementia, cum non solum Romanæ Ecclesiæ auctoritatem libro illo priore amplificaverit, sed etiam *Libello* nupero Reges à rebus ecclesiasticis regendis diserte arcuerit, & in omnem eventum quicquid peccavit in libri editione censuræ Pontificis Maximi subjiciat.

Nihil ampliùs ex jure Decretalium ab hæreticis redeuntibus ad fidem catholicam exigitur, quam ut suæ perseverantiæ fidei iussores præsentent. Quam juris severitatem implet in hac causa. Profert enim attestationem quatuor Archiepiscoporum & octo Episcoporum Ecclesiæ Gallicanæ, qui constantiæ & pietatis ejus erga Ecclesiam illiusque jurisdictionem se sponsores Marce perhibent, aiuntque habendam esse rationem ejus temporis quo librum edidit, quia tunc Præsidis munereungebatur, atque addunt nullum à suæ professionis hominibus editum fuisse tractatum qui tantopere Ecclesiæ juribus faveret.

Quod reliquum est, expectat ut Eminentiſſimi Cardinales delegati tandem aliquando cognitionem ea de re instituunt, Ecclesiæ vacanti & viri clarissimi famæ prospiciant, imò verò & Ecclesiæ dignitati, urpoet quæ cum illius fama aliquo pacto conjuncta sit, præsertim cum de ea, quemadmodum & de vita ipsa, aliquoties periclitatus fuerit, cum adversus sectarios de fide disceptaret, & Edicti regij in Benearno pro catholice religionis tuitione lati executionem, juxta munus sibi à Rege impositum, olim urgeret.

ILLVSTRISSIMI VIRI
PETRI DE MARCA
 • **EPISTOLÆ DVÆ**
 Nunc primùm editæ.

*Eminentissimo & Reverendissimo Cardinali
 Francisco Barberino.*



Eminentissime Cardinalis,

ETS in literis ad me datis benignam tuam in me benevolentiam propensionem expertus, qua ratione debitas tanto beneficio gratias rependere possim vix dispicio, eò maxime quòd Eminentie tue studium per spatium longioris temporis in difficillimo negotio promerendi mei causa confidetur. A sedem mensibus, an mihi conferenda sit episcopatus dignitas, Romæ controvertitur, ex eo solum capite, quòd liber à me editus *De Concordia Sacerdotij & Imperij* publica censura notatus sit, ac si jurisdictioni ecclesiasticæ esset iniquior, ac proinde alienum videatur à dignitate sedis apostolicæ eum pontificio muneri præficere quæ de auctoritate ecclesiastica sit male meritis, nisi novis officiis prioris culpæ veniam provocet. In eam sententiam conceptæ erant Eminentie tue litteræ mense Aprilis anni superioris ad Eminentissimum Cardinalem Grimaldum Nuntium apostolicum scriptæ: quibus tamen copia mihi fiebat qua vellem ratione huic difficultati occurrerem. Arripui hanc occasionem testandi mei erga Eminentiam tuam obsequij prolixioris epistola ad te scripta, qua institui mei in eo conscribendo libro rationes exposui, simulque docui præcipuas regulas, numero quatuordecim, quas ad tuendas Ecclesiæ Gallicanæ Libertates Pragmatici in foro usurpare solent, à me sedulo prospectas fuisse, ut sedi apostolicæ contume-

liosæ, & contrarias definitiones novis & illustribus argumentis propugnatas, ita ut grati animi potius quam commotionis significatione excipiendo mihi viderer. Præterea verò disertis verbis quæcunq; de controversis illis canonicis scripseram summo sedis apostolicæ judicio commisi, ex solenni formula, quæ soli etiam hæreticos labes libris publicatis inspersa dilui solet. Placuit Eminentie tue devoti Ecclesiæ filij professio. Artamen ne qua mihi suspicio superesset sine causæ cognitione librum damnatum fuisse. Notas ab eruditissimo viro in eum librum accuratè scriptas ad me transmisisti; quibus tria vel quatuor capita indicabantur, in quibus dignitatem sedis apostolicæ videbar injuriosus, licet, quemadmodum vir eruditus præfabatur, tantum esset operis artificium, ut quamvis noceret, vix patere posset qua ex parte. Respondi Notis illis copiosè, & ostendi me tantum abfuisse à sede apostolica minus colenda, ut etiam in capitibus adnotatis ejus dignitatem maximopere foverim. Non dubitabam quin petitionis meæ tandem ratio aliqua haberetur, cum successit Eminentie tue mandatam, quo Blondelli ante omnia refutandi onus mihi injectum est. Non deprecatus sum laborem: in quem potius illum ultro amplexus sum, & futuri operis veluti pignus quoddam, recens à me editam *De Primitibus* dissertationem tibi tradendam cura-

Invigila Kelson -
 forum ad hunc
 hinc, que su-
 pià edia ad pag.
 15.

Præterea illud
 dicitur per ed.
 quæ, qua hinc
 hinc vultu con-
 serva quibus si-
 pià videtur con-
 ceptam esse hinc
 non Unica Re-
 pondit & hinc.

vi, id unum enixè petens, ne per unum & alterum annum confutando Blondello infumendum, negotium meum distraheretur. Benignè postulationem meam excepit Eminèntia tua, & literis Februarii mense ad me datis studiosam mei operam pollicita est. Has secutæ sunt literæ ad me quoque datæ 1. v. Idus Martias, quibus, ex consilio graviorum virorum, ad priorem culpam diluendam damnor; duplici modo demonstrato, quo huic officio satisfacere possim. Primum sic assignant, ut scripto sententiam meam in questionibus juris à me consultò prætermis- sis exponam, & *ratum aquisque esse ostendam* (hæc sunt epistolæ verba petita ex epistola Felicis), *ubi de causis Dei & Ecclesie agit, ut Principes voluntatem Sacerdotibus Christi studeant subdere, non præferre, Ecclesie formam sequi, non huic humanitas sequenda iura præferre, neque ejus sanctionibus velle dominari, cui Deum veluis ipsos pia devotionis ocella submittere.* Alterum benemerendi argumentum in refellendo Blondello constituunt, ita tamen *ut satis sit ad optimi Pontificis gratiam præmerendum, si aliqui inchoati operis specimen paginas editas quantumvis transmisserim, ex quibus appareat primi illius operis hallucinationes non tam meo commissas fuisse arbitrio, quam importuna alienæ ambitionis imperio expressas.* Primum satisfaciendi modum penitus amplector, exorta hæc de re epistola, quam ad te scribo, petito ejus dandæ colore ex administratione Cataloniae mihi super à Rege Christianissimo collata. Quare cum bona fide exsolvam quod à me nunc exigitur, nihil causæ superesse videò. euc velut ex compacto votorum meorum compos fieri quanticus non pos- sim; præcipuè si graves illi & eruditi viri publicatam à me Vigilij epistolam unâ cum mea Dissertatione contemplantur, quæ labantem in Academia Parisiensis pontificiam auctoritatem erga Concilia generalia fulcivit, inspiciantque postremam à me editam *De Primatibus* Dissertationem, ubi novis argu- mentis ex mera antiquitate petitis eadem sedis apostolicæ auctoritas illustratur. Qui duo Tractatus cum in lucem prodierint post- latam Censuram, satis benignam præbent Eminèntiæ tuæ causam ad partes meas tuo præsidio fovendas absque ulla dignitatis ec- clesiasticæ læsione, adjecta præsertim nova de jure Principum in rebus ecclesiasticis Dis- sertatione, quæ epistolâ alterâ continetur, quam huic adjungo. Alterum scribendi mo- dum, nisi sum immodestus, planè mihi repu- diandum duco. Dura enim, alienaque ab ingenio viro, ac proinde impossibilis condi- tio mihi imponitur; scilicet ut Blondelli confutationi proludens apertè profitear, vel

saltem suspicioso dicendi genere significem, mihi vim illatam, ut veritati facum facerem. Atque à servitute absum tantopere, ut eo ipso libro novi patriarchatus instituendi spem omnem ademerim, de quo rumor erat prin- cipes viros seriò cogitasse nostramque ad- habitam operam ut ejus dignitatis novæ fun- damenta jacerentur. Mitto quòd à majestate Regis Christianissimi ad ordinandam provin- ciam Cataloniae missò neque otium sup- petit, neque libri sunt ad manum, quibus instructum esse oportet cum qui de Blondello refellendo vel tantillum cogitet. Quare ab Eminèntia tua summopere efflagito ut quanticus meæ petitionis rationem haberi curet; ne tantis dilationibus pudor meus oneretur, quæ graviore esse solent ipsa res- pulsa, quæ uno saltem ictu hominem con- lict.

Eminèntiæ tuæ

Additissimus & devotissimus
MARCA Episcopus Confe-
ranensis nominatus.

Bartholæus de v. Maly
anno MDCCLXX.

BEATISSIMO PATRI
INNOCENTIO X.
PONTIFICI MAXIMO.

BEATISSIME PATER,

Dubitavisse profectò supplicibus hisce li- teris apostolicam purpuram adorare, nisi necum reputavisse ideo dignitatem Sancti- tatis vestræ ad fastigium orbis evectam, ut conspicua omnibus esset ejus singularis ele- mentia, quæ universos ad sui aditum huma- nissimè invitat. Accedo itaque Christi fanu- lus ad patrem, ovis ad pastorem, & quod præsens ipse officij genus explere cuperem, Beatitudinis vestræ pedibus advolutus hac charta devotionis meæ interprete, quam demisse fieri potest exolvere. Non solum in Ecclesie universalis apice constitutum, ut custodem & rectorem unitatis veneror, sed præterea eximias animi dotes, partem per indeffesos ad Ecclesie incrementum suscep- tos labores illustrem famam splendorem - que nominis in Innocentio X. unus inter ceteros laudum ejus præcones sanctissimè colo. Imò verò illud quoque sincerè pro- fiteor, me nescio quibus pietatis illicebis ad venerationem Innocentij nominis benigna præpensione trahi. A primo ejus nominis summo Pontifice præcipuorum disciplinæ

vetere capitum-cognitioni intus admotus, tanti muneris vicem variis observationibus suis ad magna explanationem adhibitis pendere curavi. Illius autem, quemadmodum & Innocentij I l. III. & IV. juris divini, ac humani regendaeque Republicae callentissimorum Pontificum laboribus, & assiduis pro fidei & disciplinae custodia curis, quantum debeat orbis Christianus, ab illis edita Decreta & Annalium monumenta testantur. Quae omnia, ut me illorum observantiae jampridem addiderunt, ita in uno Innocentio X. decessorum suorum hujus nominis Pontificum virtutes, quas in unum veluti corpus adinvicem compactas solus complectiar, continuatis reverentiae meae studiis deinceps venerari pergam. Quod ut feliciter exequi pergam, in partem sollicitudinis adfeci, & episcopatu Conforanensi, ad quem regia nominatione designatus sum, à Sanctitate vestra adnoveri omnibus votis exopto. Non opes, quae mihi abundè ex patrimonio meo suppetunt, nec decus, quod, ut seruat tempora, ex toga mihi potius est quam futurum sit ex saeula, nec desidiam, à qua semper averfus fui, sed opus ex Apostoli monito flagrantissimè desidero, sperans fore ut hoc meum studium in Ecclesiae amplificationem cedere possit. Editus ex mandato regio à me tunc Curiae Parlamenti Praefide Dissertationum *De Concordia Sacrorum & Imperij* Tomus primus, ac si minus ecclesiasticae libertati faveret, petitionem meam hucusque retardavit. Fateor eo in libro Principis partes pro muneris mei ratione fovisse; Praesidemque potius implevisse quam Episcopum. Enimvero illud asserere fas est, eo in opere me, licet nondum Sa-

cerdotem, tamen pro sacerdotali gessisse, ut loquar cum Sidonio, & regulas quamplurimas, quae in Galliarum tribunabus calent, sedi apostolicae contumeliosas, contrarias definitionibus profligasse. Sed nullas mihi ex eo gratias haberi velim, quemadmodum nec ex iis quae plerumque incurrit vitae periculis in tuendis, exemplo majorum meorum, Romanae Ecclesiae adversus haereticos privilegis. A sola Sanctitatis vestrae benignitate, illis fortasse pietatis erga Ecclesiam meae testimonis provocata, orandi mei consilium expeho. Ex ne libri publicati invidiam desideras mores obestet, libello altero Barcinone edito, quem haec chartae adjuncta, hallucinationes meas deprecatus sum, opus censurae Beatitudinis vestrae submissi, quam prona mente amplecturum voveo, & assertorem vindictae quoque libertatis ecclesiasticae futurum, quod mecum quatuor Archiepiscopi & octo Galliarum celebratissimi nominis Episcopi Sanctitati vestrae spondent. Quare suppliciter iterum Beatitudinem vestram anxie rogo, ut caninem meam à repulsi injuria, & quae generosis animis accerbior esse solet, dilatoriam contumelia vindicet, & ad Episcoporum cathedram è subfessis magistratum devotissimum sui orationem traducat: qui & in mystica nominationum recitatione, tanti benefici memor, & in Tomorum qui publicandi super sunt editione non ingratum aget. Deus incolumem servet Beatitudinem vestram, cuius pedes humillimè doosculatur.

Adhucissimus & obsequentissimus

ejus famulus

MAURICA Episcopus

Conforanensis nominatus





DE
CONCORDIA
 SACERDOTII ET IMPERII
 SEU
DE LIBERTATIBVS
 ECCLESIAE GALLICANÆ

Dissertationum Liber primus.

CAPVT PRIMVM.

Synopsis.

I. Ex editione voluminum De Libertatibus Ecclesie Gallicanae, calumnia schismatis impalla est Gallicis famosa quodam libello. & Liber, uti contumelia offensa. Inde nata octavo huius Dissertationum.

II. Resoluitur calumnia ex illis qua gesta sunt post eorum voluminum editionem: qua damnata sacri Censuræ decreto, & Episcoporum sententia: Libertatibus inserta.

III. Quia Libertates illas religiose expendit, viam schismatibus praecidit, non recludit. Frequenter intentiones ab invasam iurisdictionem; unde bella, & schismata.

IV. Schisma Graecorum originem trahit ex usurpatione Diaconum. Leo Isaacus et imaginis damnatas excommunicatus, Ilyrici Diaconum à Romanæ Ecclesiae anallam Constantinopolitana tribuit.

V. Hadrianus I. hanc frustra repetit in vii. Synodo. Minus excommunicationem. Nicotianæ petitione excidit, & à Bulgarica Diaconum depulsus est.

VI. Ignatius, post Photium, resistens ope Hadriani II. Bulgarum sibi addici curavit in altera Synodo. Hadrianus minus excommunicationis inuenit.

Photius, post obitum Ignatii recepta sede, Joannis VIII. consensum extorsit, ea lege, ut Bulgaria restitueretur. Joannis ipse artibus Graecorum elusa. Photius est anathemati antiquo redditus. Inde schisma, quod nullum est per controversias dogmatum.

VII. Dissidium Gregorii VII. & Henrici, et iura investiturarum, & Libertatem Ecclesiae.

VIII. Ex eadem Libertate laeso fluxit schisma Friderici I. Hadriani IV. & Alexandri III.

IX. Ex Dissidio Friderici II. Gregorius Noni. Schisma quoque Ludovici Bavari.

X. Gallicanæ cum Ecclesia & iura sua retinebant; à dissidio quandoque non alieni, futuribus saltim inveni fuissent, ex posse.

XI. Bonifacii VIII. & Philippi Paleri dissidium ab iurisdictionem.

XII. Laudandi qui laborant in constituendis utriusque potestatis finibus ex magna possessione.

PRODIT nuper è tenebris inauspicatus libellus, quo famam sibi comparare celestissimè conatur infans scriptor, id

præcipuè cutans, ut Regni Gallici dignitate verbis atrocibus violata, hanc etiam nefandi schismatis labem inurat Ecclesiæ Gallicanæ, tanquam in eo sit ut propediem erumpente diffidio, novus Patriarcha, velut caput infitium jam lacero corpori & detruncato imponatur. Hujus facinoris calumniam vir clarissimus, & nominis æquè ac eruditionis celebritate conspicuus, Isaacius Habertus, elegantissima & fortissima oratione dispulit. Enimvero quia perfidus ille artifex imaginarij schismatis, inter cetera deploratæ causæ argumenta, malè conceptam opinionem veluti tibicine quodam fulcire videtur editione duorum voluminum quæ sub Libertatum Ecclesiæ Gallicanæ titulo prostant, eoque nomine in invisiã omnes Regni ordines trahere nititur, ac si eo proposito publicatum esset illud opus, ut sacrosanctæ sedis apostolicæ auctoritas veluti ludibrio quodam traduceretur, Episcoporum jura profligarentur, & his artibus omnium animi ad meditarum diffidium provocarentur, necesse est ut in isto etiam capite calumnia illa studiose proteratur, quò & calumniatoris supinitas in assignando crimine pateat, & Libertas Ecclesiæ Gallicanæ asseratur, quæ veluti per insidias hoc dicendi genere contra fas omne impudentissimè petitur. Cùm autem sacra quoque Imperij Gallici jura & fori quotidianam trituram hæc quæstio complectatur, in eam sagaci cura incumbendum est, & deinde sollicitè perspicendum, an volumina illa debitam sedi apostolicæ pietatem lædant, an verò operis illius à viro pacis & tranquillitatis publicæ studiosissimo compositi suggillatio, Impositoris illius Pseudo-Galli audaciæ sit adscribenda. Tantum onus sicut ulro suscipere temerarium foret, ita impositum detractare religiosum, ei potissimum, cujus omnis in obsequio virtus sita est, maximè verò cùm ea sit Ecclesiæ Gallicanæ causâ, quæ nullis adjumentis egeat, & rationibus probè subductis, paria semper cum æquitate faciat. Fiducia igitur juris atque imperio fretus, provinciam mihi demandatam suscipio; sperans neque me apud æquos bonosque gratiam desideraturum, neque causæ, tenuerit ingenij mei obtuturam.

II. Poterat sanè hoc argumento hario-lus noster superfedere, nisi eum animi ægri impotentia in calumnias præcipitem daret. Nullum namque ab horum voluminum editione discrimen in Ecclesiam derivari poterat, cùm & auctoritate publica destituerentur, & Nuntij Pontificij querelis hæc de re apud Regem delatis optimè cautum

esset. Titulus ille Libertatum Ecclesiæ Gallicanæ Pontificis Apocrisiarum omnia etiam tuta timentem commovit, suspicantem scilicet aliqua nova dogmata in detrimentum apostolicæ sedis his libris procedi. Auxit metum importunè aliquibus locis ingesta Tomo primo aliquot impiarum sententiarum mentio, nempe, *Nihil juris in Gallicanas Ecclesias Romano Pontifici sex primis seculis competitivisse. Clodovei temporibus Regem summam in terris & primam à Christo Caput Ecclesiæ Gallicanæ fuisse, non autem Papam. Non licere Papa extra diocesim suam excommunicationes ferre.* & ejus generis alia. Eximia illa quæ in Gallia semper viguit ad Summum Pontificem colendum propensio, & impensa Eminentissimi Cardinalis Ducis Richelij cura ad retinendam Regni & Ecclesiæ pacem, Sanctioris Consistorij Decretum statim provocavit, quò Librorum istorum commercio est interdictum, Quod non ita interpretari oportet, ac si Libertates Ecclesiæ Gallicanæ Regis Decretum profligatæ essent. Tot enim illi tantique labores, quos ad focios juvendos, ad fines Regni tuendos profunderòque Rex Christianissimus impendit, id suspicari neminem patiuntur, ut pro desertore eorum jurium habeatur, quæ ab invictissimis Regibus Clodoveo & Carolo Magno & à sanctissimo & immortalis memoris Rege Ludovico IX. sub Libertatis Ecclesiæ Gallicanæ nomine, Coronæ Regiæ asserta sunt. Eo consilio tantum interdictio decreta est, ut omnibus constaret justis Nuntij petitionibus locum esse, & alienas à Gallorum sententia & moribus opiniones apud nos non foveri. Ejusdem Eminentissimi Cardinalis operâ cogitur Episcoporum, qui erant in comitatu, cætus satis frequens: qui profanas vocum novitates exosi, diris totum opus extemplo devoverunt, non scrupulosa inquisitione solertiam, sed celeritate studium suum probare satagentes. Quod tamen per temporis angustias non licebat, in gravissimos aliquot Theologos discutendi operis laborem refuderunt: qui mandata potestate, & quasi vicaria, distringendarum impiarum sententiarum, & publicè, si quæ inter legendum incidenter, proscribendarum munere desungerentur. Ex ordine rei gestæ satis se prodir impacta calumnia, ira ut legis Remmiæ reum pœne subducere nullo rhetorum colore fas sit. Scilicet ex eorum voluminum editione schisma rimendum erat, quorum corpus auctoritate publica proscriptum est, eò solum prætextu, ut dixi, quòd cruda quædam & minus decocta verba quibusdam

scriptoribus abhinc quinquaginta annis exciderant; cùm labentibus patriæ rebus, & regno in partes scisso, Principis caput colore pietatis quæsitò petebatur.

III. Sed nolo in ea hæzere responsione, quæ argumentis imbecillitatem prodit, & mentem averfam impostoris. Majus aliquid molendum est. Docendum nempe, editio- ne illorum voluminum, quibus Libertates Ecclesiæ Gallicanæ continentur, schismaticis viam præcludi, non recludi. Absit autem ut sacri Concilij Decretum imminuere velim, aut Episcoporum sententiam infringere, qui justis suffragiis pietatem adversus profanas aliquot voces ulci sunt. Hoc unum duntaxat assero, eum qui religioso & sincero animo expendendarum Ecclesiæ Gallicanæ Libertatum partes in se recipit, rem iam inire viam quam persequi oporteat ad averendam Ecclesiæ & Regni dissensionem. Atque adeo si intra hæc fines coerceri possit editio Syntagmatis illius politici, consilium editoris ita interpretari par erit, ut procuratum ab eo fuisse dicamus duarum potestatum consortium, potius quàm earum dissidium ab homine privato tentatum. Quotidie in iis negotiis versamur quæ in confinio jurisdictionis ecclesiasticæ & regni posita sunt. Nihil frequentius apud summa Curiarum tribunalia quæ vice sacra judicant, iis litibus quæ fori præscriptionibus continentur. Itaque non malè merentur de re publica qui sacrorum finium regundorum arcanam disciplinam in lucem emittunt; ut neminem lateat quæ ratio iis tenenda sit quibus propositum est offensiones ob confusos jurisdictionum fines plerumque accensas præcavere. Non aliunde enim uberior contentionum leges & proventus in societatem humani generis redundare solent; quæ in aperum aliquando bellum apud Reges erumpunt, & schismaticam divisionem velut aliquod bellum factum (in quo de finibus disceptabatur olim) in Ecclesiam important.

IV. Lugendum illud schisma, & omnibus sæculis deplorandum, quod florentissimas Orientis Ecclesias à Capite suo avulsit, non in aliam causam conjiciendum est, quàm in contentionem quæ ob Dioceses malo more usurpatas exarsit. Non enim in eam hæzefim, quæ de Processione Sancti Spiritus dimicantes Ecclesias postea colli- sit, referenda est hujus dissidij causa, sed in eam, de qua dixi, Dioceseon usurpationem, undè nata est Græculis occasio de summis Christianæ religionis capitibus, & certis quibusdam Disciplinæ articulis, litis movendæ adversus Romanam Ecclesiam,

ut secessionem suam necessariam omnibus comprobarent. Rem certam narrabo, ctti fortasse non omnibus obviam qui mediæ ætatis scriptores terunt. Leo Illaurs per omnes Imperij Constantinopolitani provincias usum Imaginum in templis Edicto abrogavit, & confringi jussit. Gregorius II. & III. coactis Romæ Conciliis tantum nefas damnarunt, & contumacis anathemate defixerunt. Hinc qui Ravennæ & in ceteris Italix provinciis excubabat exercitus, conjunctis populorum studiis in rebellionem adeo præfractè erupit, ut de novo Imperatore constituendo cogitaret, nisi Gregorius Pontifex summa auctoritate intercessisset, in eo sistendum ratus, ut communione Ecclesiæ, non Imperij dignitate, Leoni esset interdictum. Quoniam tamcñ à Pontifice non sanè nominatum, sed per consequentiam quandam, absentem erat Ecclesiæ communionem, atque inde rebellionis occasio erat profecta, dolore sumi ita ultus est, ut supra patrimoniorum & latifundiorum capionem quæ in Sicilia & Calabria sita erant, earum omnium provinciarum quæ à Sicilia usque ad Thraciam per Illyricum, Epirum, Achaiam, & Macedoniam porrigebatur, administrationem ab Ecclesia Romana avelleret, & Constantinopolitanæ tribueret.

V. Post quinquaginta exinde annos, occasione septimæ Synodi Nicenæ captata, quò Legatos suos misit Hadrianus I. ut Ecclesiæ laboranti in Oriente & ob Imagines contraditas discissæ opitularetur, restitutionem Dioceseos abscissæ tanto justius peti- vir, quòd Ecclesia Romana per summum scelus hanc vim passa erat ab ea hæzefi quæ tum in Synodo profcribatur. Sed nihil promovit Legatorum conatus, ut bac de re graviter apud Carolum Magnum Franco- rum Regem conquiretur Hadrianus; adeo ut animo fixum sibi esse profiteatur Græcos illos tot monitionibus rebelles, & alienæ Dioceseos peravosores pettinacissimos, nisi quantoeyus tam Ecclesiæ Romanæ resti- tuant, inter hæzeticos censere. *De Diocesi,* inquit ille, *s. nostra Romana Ecclesia tam Archiepiscoporum quàm Episcoporum, seu de Patri- moniis, iterum increpantes commoneamus, ut si noluerit ea sancta nostra Romana Ecclesia restituere, hæzeticum eam pro hujusmodi erroru per- severantia esse decernemus.* Primò fortasse omnium in mentem venit Hadriano, ut quæ à Canonibus excommunicatione tantùm plectitur alienorum Bonorum injusta detentio, in hæzefis censum veniret, ob destinatum & defixum in errore illo propo- situm. Quæ anathematis comminatio effe-

vide lib. 1. ep. 11. §. 1.

Amplificatio in via Cœlogy.

Orig. Martin. lib. 1. ad Tit. 24. tom. 1. pag. 20. pag. 21. pag. 22. pag. 23. pag. 24. pag. 25. pag. 26. pag. 27. pag. 28. pag. 29. pag. 30. pag. 31. pag. 32. pag. 33. pag. 34. pag. 35. pag. 36. pag. 37. pag. 38. pag. 39. pag. 40. pag. 41. pag. 42. pag. 43. pag. 44. pag. 45. pag. 46. pag. 47. pag. 48. pag. 49. pag. 50. pag. 51. pag. 52. pag. 53. pag. 54. pag. 55. pag. 56. pag. 57. pag. 58. pag. 59. pag. 60. pag. 61. pag. 62. pag. 63. pag. 64. pag. 65. pag. 66. pag. 67. pag. 68. pag. 69. pag. 70. pag. 71. pag. 72. pag. 73. pag. 74. pag. 75. pag. 76. pag. 77. pag. 78. pag. 79. pag. 80. pag. 81. pag. 82. pag. 83. pag. 84. pag. 85. pag. 86. pag. 87. pag. 88. pag. 89. pag. 90. pag. 91. pag. 92. pag. 93. pag. 94. pag. 95. pag. 96. pag. 97. pag. 98. pag. 99. pag. 100.

In Apolog. lib. ad Carolum pro Imaginibus, lib. 1. tom. 1. pag. 20. pag. 21. pag. 22. pag. 23. pag. 24. pag. 25. pag. 26. pag. 27. pag. 28. pag. 29. pag. 30. pag. 31. pag. 32. pag. 33. pag. 34. pag. 35. pag. 36. pag. 37. pag. 38. pag. 39. pag. 40. pag. 41. pag. 42. pag. 43. pag. 44. pag. 45. pag. 46. pag. 47. pag. 48. pag. 49. pag. 50. pag. 51. pag. 52. pag. 53. pag. 54. pag. 55. pag. 56. pag. 57. pag. 58. pag. 59. pag. 60. pag. 61. pag. 62. pag. 63. pag. 64. pag. 65. pag. 66. pag. 67. pag. 68. pag. 69. pag. 70. pag. 71. pag. 72. pag. 73. pag. 74. pag. 75. pag. 76. pag. 77. pag. 78. pag. 79. pag. 80. pag. 81. pag. 82. pag. 83. pag. 84. pag. 85. pag. 86. pag. 87. pag. 88. pag. 89. pag. 90. pag. 91. pag. 92. pag. 93. pag. 94. pag. 95. pag. 96. pag. 97. pag. 98. pag. 99. pag. 100.

cum tandem sortita est, postquam Romanorum patientiam morose Constantino- politanorum iudificationes exhauserunt. Etenim cum à Nicolao I. Michael Imperator Legatos imperasset, in eum finem, ut unà cum Synodo in Oriente cogenda, Ignatij Patriarchæ exauctorationem, & adule- rium Photij, id est, Constantinopolitanæ sedis incubationem, consensu suo firmarent, Nicolaus non insuperhabuit sedis suæ jura, quin potius provinciærum Illyrici, Macedoniæ, Thessaliæ, Achaïæ, Epiœ, & Sici- liæ petitionem renovavit. Verùm nulla tam honestæ expostulationis habita ratione, à Bulgaria (quæ erat Illyricum non contem- nenda portio, & recens ad fidem converso Rege Michaele ad Romanæ Ecclesiæ dis- positionem accesserat) per vim à Constani- nopolitanis fuit deturbatus.

VI. Succellit huic injuriæ Ignatij vitium, qui licet Romanæ sedis beneficio & aucto- ritate in octava Synodo, detruo Photio, Ecclesiam suam receperit, tamen à Legatis Hadriani II. rogatus ut vicem Ecclesiæ Romanæ rependere restitutâ Bulgariâ, (ceteras enim provincias Pagani & Sarra- ceni miserè lacerabant) adeo se alienum præstare, ut suburbanis Vicariis trium sedi- um Patriarchalium Alexandria, Antio- chiæ, & Hierosolymorum, eam Diœcesim sibi ab iis addici curaverit, reclamantibus licet Romanæ sedis Legatis, qui de hac re secum agi non posse, utpote mandato des- titutus, contendebant, & per summam injuriam antiquissimæ Ecclesiæ Romanæ jura & recentem possessionem convelli. Qui motus animi fuerit Hadriano II. ipse ostendit epistola ad Basilium Macedonem Impera- torem, qua Ignatio abstentionem imita- tur, nisi à Bulgaria discesserit. Ignatij obitus Orientis itacum immutavit. Photius anathemate toties ictus, & ab octava Syno- do totius orbis suffragijs discinctus, Con- stantinopolitanam sedem per gratiam Prin- cipis repetit, accedente Sacerdotum con- sensu. Interpellatur Ioannes VIII. ut De- creto suo omnium votis pro pace illius Ec- clesiæ suffragetur. Annuit ille, non rescis- sit quidem tot iudicij à Nicolao & ab octava Synodo adversus Photium redditus, sed earum damnationem indulgentiâ con- cedi, ea tamen lege, ut Bulgariam Ecclē- sia Romana reciperet, alioqui Photium excommunicationis poena constringeret. Photius conditionem adjectam adeo non implevit, ut in ea Synodo quæ ad ejus res- titutionem faciendam coacta est Constanti- nopolî, confidentibus apostolicæ sedis Legatis, Bulgaricæ Diœceseos questio,

quasi de finibus Imperij ageretur, ad Im- peratorem sit remissa, & insuper sanctus canon, ne absenti à Photio in communio- nem susciperetur à Romano Pontifice. Basilius Imperator Græca fraude Ioanni os sublinere se posse putavit, & suo officio des- fungi, si literis suis testaretur per se liberum esse Pontifici ut Bulgariam retineret. Interim tamen nec revocati sunt Episcopi quos sedes Constantinopolitana ijs provin- cijs præfecerat, & summisus est Michael Rex Bulgarorum, qui eorum ministerio Ec- clesias suas procurandas Ioanni contesta- retur, adeo ut & voti reatum, & schisma- tis crimen, Michaeli Pontifex exprobran- dum duxerit. Itaque & Bulgaricæ Diœce- ses restitutum denegata, & suæ communio- nis impertientiæ absentis à Photio ar- bitrium præcūm, adeo Ioannem commo- vit, ut Photium anathemate fereret, quem- admodum docet Formosi Pontificis episto- la ad Sythianum. Ex eo tempore ininterrupta sunt communionis confortia, & Leo Im- perator, Basilij filius, velut opimis quibusdam spolijs de Ecclesia Romana relatis, Noritiani episcopatum qui ordinationi Constantinopolitanæ Ecclesiæ subiacent, ijs provinciis auxit quæ, ut ipse loquitur, à Romana Diœcesi avulsa sunt.

OBSERVATIO STEPHANI BALUZII.

IN QUO PROBUS HOLSTENIO VISUM EST, quod in hoc Capite adnotatum est schisma Orientalium illius ex controversia que inter Summos Pontifices & Orientalem Ecclesiam exarsit ob Diœceses in toto more usurpatas, & Episcopo Romano per vim ablatas. istam quidem criminatorem fortiter repul- lit illustrissimus Archiepiscopus. adeo ut ope nostre nequaquam indigeat, lætissime sit innotuisse lectorem ut adeat Responzionem ejus ad Noæ Holstēni, quæ edita est inter Prolegomena. Quod si vir præfici moris sanctissimus, majorum nostrorum qui regnante S. Ludovico vixerunt exemplum fecerit, omnia illius schismatici impudenter avaritiæ superbiq;ue Romanorum? Tunc videlicet data fuisset bella occasio invenendi iis hominem, Avo namque sancti Ludovici Francorum Regis, Caputula provinciærum Remensis, Senoensis, & Rothomagensis, scriptis ad Clementem IV. Summum Pontificem gravissimis literis anno m ccc lxxvij. adversis exactionibus Curie Romanæ, non dubitaverunt palmam obicere, tanquam rem certam & caudis notam, hinc ortum esse schisma Ecclesiæ Orientalis: Ceterum quod propter hujusmodi exco- muniōnes, inquit, Orientalis Ecclesia ab obedientia Romana Ecclesie receverit, pascit caudis. Eandem inter alias causam atulere Fratres Prædicatores, dum anno m ccc lxxi. adversus Græcorum errores scribe- rent. Estabat eorum liber manuscriptus in bibliotheca Bazarica, unde editus est Ingulstadij à Petro Stev- varno in Tomo singulari anno m dccc lvi. & hinc tran-

Nicolaus I. ep. 1.
Anast. in vita
Hadri. II. in sa
Paulo. ep. 117.

Hadriano II. in
ep. ad Basilium
quæ ante sub lu-
min. Concilio II.
adnotata sunt.
Innot. vestra
scito de capite
Ipsius in Epistola
ad Basilium
viam in quibus
solent per se
Epistola ad Iosephum
papa. 117.
quæ in Epistola
ad Basilium
solent per se
Epistola ad Iosephum
papa. 117.
quæ in Epistola
ad Basilium
solent per se
Epistola ad Iosephum
papa. 117.

Ioannes VIII.
107. ad Michael.
ep. de Ap-
pensiis ep.

Formosus ad
Sythianum I. Fran-
co. anathemate
Photium anno
100. quædam ille
schisma exponens
de rivalibus, quæ
per reus Engene-
rum venimus.
Frotis. Leonis
papa. 1. a. Boris
Cæsar Romanus
sententiavit
1045. Pragmatis
Sententia.

Epistola hinc ven-
it in Chronico. Itaq;
notatur, quod
scripsit 118.
1180. etc.

flatus in tomum quantum Bibliothecæ Patrum. *Tertia occasio fuit, inquam Prædicatores, quam ipsi aliquando nobis in familiaribus colloquiis assignaveram, scilicet superba nimis exaltio Legatorum Papa. Dicebant namque referentes, quod quando Legati summi Pontificis ab ipsa sede apostolica amantur Constantinopolim christiana describam, nisi illaginta libra auri à Clero & urbis populo, præter alia dona & munuscula, eisdem impenderentur, non recedebant. Tactu age, aiebant, ac pompa & superbia quam ipsi ostendebant. Vide epistolas Germani Patriarchæ Constantinopolitani ad Papam Gregorium IX. & Cardinales, quæ exstant apud Mathæum Parisium. Claudian verò hanc observationem meam illustriloco Gulielmi Durandi Episcopi Mimatensis, cujus hæc sunt verba ex libro secundo de modo generalis Concilij celebrandi cap. vii. *Proverbia vulgare est: Qui totum vult, totum perdit. Ecclesia Romana sibi vendicatas universa. XCIII. di. Diaconi sunt. Unde timendum est quid universa perdat. Nam (sicut Salomon ait Proverbia xxx.) qui multum emungit, sanguinem elicit, &c. dist. Deuicque. Sicut habetur exemplum de Ecclesia Græcorum, quæ ex hoc ab Ecclesia Romana obedientia dicitur recessisse.**

feudorum servitutem demitti, exaudire, hæcque ratione *Præmissam scindi, inter Regnum & Sacerdotium schisma fieri*, Edicto testatus est. Egrem animum & faucium curare conatus est Hadrianus; sed crudum vulnus, quod Fridericus toto corpore exceperat, tam levi remedio obduci non potuit. quoniam cum Hadrianus Imperij hostes in Italia sublevasset, pestis illa recruduit; & in Alexandrum successorem propagata, schisma te corpus Ecclesiæ laceravit.

IX. Quid loquar de funeste illa dissensione quæ Fridericum II. & Gregorium IX. inter se collisit? Calamitatem illam accepto ferendam docet fides annalium, violatæ à Friderico Clericorum & Ecclesiarum immunitati: quam Honorius III. cum excommunicatione vindicasset, inde luctuosissimi belli & schismatis sub Gregorio IX. licet aliis coloribus quæsitus, occasio nata est. Mitto Ludovicum Bavarum; qui jura Imperij Romani cum afferere tentaret adversus Joannem XXII. horrida belli tempestate & misero schismate Italiam & Germaniam concussit.

X. Quod ad Gallos attinet, ita se in his discriminibus semper gesserunt, ut constantia prudentiæque sua & jura sua retinuerint, & pietatem erga Romanam Ecclesiam non læserint: quæ etiam omne studium suum in id contulit, ut de Francorum Regibus optime mereretur. Sanè tacendum non est Gallos quandoque ita comparatos, ut si præfractè cum illis actum fuisset, in dissidium abissent potius quam Ecclesiam Gallicanam veluti capite minui sustinuisset, ut fidem faciunt litteræ ab Ivone Episcopo Carnotensi ad Paschalem II. datæ, quibus Pontificem seriò monet, ne Noviomensis Ecclesiæ divisione tentata, Tornaci Episcopum instituat, contra veterem consuetudinem. *Novis, inquit ille, paternitas vestra quia Regnum Francorum præ ceteris regni sedis apostolica semper fuit obnoxium: & idcirco quantum ad ipsas regias personas pertinet, nulla fuit divisio inter Regnum & Sacerdotium. Quod ergo hætenus cum pace & unitate Ecclesiæ observatum est, humiliter petimus ut de cetero observetur, & Regni Francorum pax & summi Sacerdotij nulla subreptione dissolvatur. Quod idcirco prælibamus, quia audivimus Clericos Novomenses apud apostolicam sedem venisse, petituros ut apostolica præceptione propriam possint habere Episcopum, & Noviomensis Ecclesiæ frustrare privilegium. Quod ne fiat, sicut filij & fideles regum & consulumus: ut statum Ecclesiarum, qui quadringentis ferme annis duravit, inconsummum manere concedatur; ne hac occasione schisma, quod est in Germanico regno ad-*

Fridericus II. & Gregorius IX.

Joan. Villan. l. 6. c. 12. Vinc. Belloc. l. 19. c. 110.

Joan. Esch. l. 1. c. 110.

Joan. Vill. l. 6. c. 12. Vinc. Belloc. l. 19. c. 110.

Ann. 1155.

Ann. 1155.

Falsida Testis ad Episcopum de Pueris & c.

VII. Eadem strages Occidentem aliquando fœdavit, dissidio inter Ecclesiam & Imperium è variis de jurisdictione contentioneibus orto, quod Gregorium VII. & Henricum IV. inter se commisit, nec potuit incendum, quo Europa flagrabat, extingui, donec pax Ecclesiæ reddita fuisset, us conditionibus quibus depacti sunt Callistus secundus & Henricus V. Contentio illa, quæ corpus Ecclesiæ in duas veluti factiones divisit, & verum schisma conflat, non aliunde sumpsit originem, quam ex episcopatum Investituris, quæ per anululum & virgam concedebantur: quas quidem Gregorius & eum secuti Pontifices Urbanus II. & Paschalis II. libertati ecclesiasticæ adversas afferebant: è contra Henricus ambo, pater, & filius, eas in eorum jurium censum referrebat quæ à Carolo Magno quæsitæ Imperio, per longissimi temporis usum vim constituti habere profitebantur; à quibus excidere illis fas non esset, quando Imperium retinerent, atque adeo, si ob assertam Regni libertatem aliqua excommunicatione necerentur, eam nullius momenti fururam.

VIII. Dissensionem verò illam quæ inter Fridericum primum & Hadrianum IV. Alexandrinoque III. exarsit, quæque tot luctuosis cladibus celebratur apud auctores, sola hinc Imperij asserendi, hinc Ecclesiæ in libertatem vindicandæ cupido excitavit. Hadrianus ab hominij sacramento liberos Episcopos contendebat, & Imperium Romanum suo beneficio Friderico collatum. Fridericus verò hoc telo peti dignitatem suam ratus, & Imperij jura ad

verius sedem apostolicam, in Galliarum regno subsistet. Tunc scilicet in Germania vigeat schisma illud quod Investiturarum prohibitio excitarat. de quo superius locuti sumus.

XI. Piget referre famosam illam Bonifacij VIII. & Philippi IV. Francorum Regis concertationem: quæ adeo exarsit, ut Pontificis Regisque dissidio, etsi nullo cum sede apostolica factò divortio, sit debonestata. Sed si quis penitus mali causas introspicere velit, inde labem illam profectam sentiet, quòd Summus Pontifex majestatem Regis & Regni imminuere vellet, & ecclesiasticæ jurisdictionis ultra quàm par esset pomeria proferre. Cessatum est ab hac divisione, cura & studio Summorum Pontificum, qui constitutionibus illis, quæ juribus regni vim quandam inferebant, ita derogarunt, ut restitutione utrinque facta, res eo loco positæ essent, quo erant ante Bonifacij præjudicatam sententiam.

XII. Itaque non abs re mihi præfatus esse videor, iis hominibus cumularissimas laudes deberi à probis cordatisque viris, & pacis ecclesiasticæ amantibus, qui in id unum omnem laborem suum & diligentiam impendunt, ut fines utriusque jurisdictionis ecclesiasticæ & regis ex mutua utriusque possessione constituant. Enimvero quia uno idu & lato petitur Libertatum Gallicanarum, & consilium ejus qui duo illa volumina, quæ Libertates illas complectuntur, summo studio & indefesso labore collegit, necesse est ut in remissam descendamus, & fundamenta quibus moles Libertatis Ecclesiæ Gallicanæ innititur, diligentissimè periclitemur, simulque in illud inquiremus, an iis Libertatibus apostolicæ sedis reverentia labefacetur, an potius foveatur. Quo peracto, tum demum aliquot capita expendemus, quorum usus est in foro quoridianus, & testimoniis à Collectore nostro assertus. Vnde planum unicuique fiet, an consilio promovendi schismatis, an verò avertendi dissidij, tot sudores huic collectioni ab auctore suo impensis fuerint.

CAPVT II.

Synopsis.

I. Divisa operis in tres partes.

II. Primum Libertatum Ecclesiæ Gallicanæ fundamentum, supra sedem apostolicam antleris, usque communio.

III. Necessitas communionis breviter attingitur, ad rescribendam imperis coloniam.

IV. Origo communionis & unitatis in Ecclesiâ Romana, ex Cypriano, & Optato, quorum geminus sensus expenditur.

V. Quis secuti Hieronymus & Gelasius.

VI. Hanc communionem ut necessariam Galli re-
sponderunt, ex Irenæo, & Avino.

VII. Duplici vinculo astricti: tam quia Summus Pontifex est Caput Univerſalis Ecclesiæ, ex Concilio Aquileiensi & Chalcedonensi; tam quia Patriarcha Occidentis.

I. **T**RIA sunt potissimum quæ in istis Dissertationibus demonstranda mihi proposui. Primum est, Ecclesiæ Gallicanæ Libertatem eo præcipuè fundamenti, ut supremam apostolicæ sedis auctoritatem & profecturæ & omnibus officiis colat. Alterum, auctoritatis illius usum à Pontificibus apud nos ita semper temperatum fuisse, ut & de summa Pontificis auctoritate nihil decesserit, & jura Regni Ecclesiæque Gallicanæ vim suam obtinuerint, in id semper adnitentibus Regibus, ut in disciplina ecclesiasticæ & sacris Coronæ Regiæ juribus conservandis paria facerent. Postea verò, quæ adhuc generalius paulò & magis præsertim fuerint asserta, adeo vera esse docebimus, ut Ecclesiæ Gallicanæ deinceps suggillandæ nullus omnino relinquatur locus.

II. Hostes Ecclesiæ, & Gallici Imperij æmuli, atque etiam quamplurimi homines minime mali, sed in usu rerum parum versati, & antiquitatis ecclesiasticæ imperici, nomen ipsum Libertatum Ecclesiæ Gallicanæ detestantur, quasi apertam ab Ecclesiâ Romana defectionem, blasphemiam proximam, inducat. Hi ex equo & Romanæ Ecclesiæ injuriosi sunt, ac si Libertatem omnem averſata, despótica quadam vel potius tyrannica potestate jura omnia infringeret, & Ecclesiæ Gallicanæ pudorem oncrant, quasi Libertatis cujusdam retinens esse non possit, & simul pietate debita matrem suam prosequi. Itaque ut omnibus fiat satis, liquidò & secundum sententiam meam omniumque Gallorum assero, præcipuum primūque libertatis ecclesiasticæ fundamentum apud nos hoc esse, ut principatus apostolicæ sedis suum locum semper obtineat. Etenim eòdem Ecclesiâ Gallicanâ inter præcipua & illustriora Ecclesiæ Univerſalis membra censetur, totius verò corporis Caput in Ecclesiâ Romana sit constitutum, fieri non potest ut verè Ecclesiæ Libertatibus fruatur, nisi Capitis hujus communioni inserta sit. Retineri autem communio illa non potest, nisi officiis illis Caput excolatur quæ principatui apostolicæ sedis nemo sanus unquam negaverit. Docendum itaque est, Gallos ab ipsis Ecclesiæ primordiis usque ad nostram ætatem & communionis ec-

clesiasticæ originem in Cathedra Petri constituisse, & supremam Ecclesiæ auctoritatem huic sedi collatam semper coluisse, juxta varios illos gradus quibus eam pro bono publicæ disciplinæ, temporis ratione habitâ, Pontifices Romani explicare con- fuerunt.

III. Prima illa hujus capituli pars, quæ communionis cum Romana Ecclesia necessitatem attingit, posset à me hoc loco prætermitti, nisi famosus ille Libellus, qui huic scriptioni ansam præbet, hoc nomine Galliarum Magistratus in criminem adduceret, quasi de hac intervendenda vel conservanda communionem parum solliciti essent. Quamvis itaque articulus iste tam copiosa lucubratione à viro clarissimo sit explicatus ut mea opera non indigeat, ne tamen aliqua suspicio superfit possessorem è Magistratu numero ad communionem illam dissolvendam, ut minus sibi perspetam, præmissis invitari, (quod tentatum fuisse, per summam impudentiam, & calumniam, Impostor suadere nititur) pauca verba hac de re faciam, eoque libentius, quòd inde gradus struitur ad explicandam asserendamque Ecclesiæ Romanæ per Gallias auctoritatem.

IV. Sanè communi omnium Ecclesiarum consensu fuisse receptum ut ad Cathedram Petri, tanquam in descriptione circulari lineæ ad centrum, respicerent, non solum nos docuit Leo Primus, sed etiam omnes Africani Patres: quorum testimonio hac quidem in causâ fatens est uti quàm ceterorum, quippe qui nullius gratiæ aut adulationis apud ipsos hæreticos hac in re suspecti sint, cum Libertatis Ecclesiæ Africanæ semper acerrimos vindices se præstiterint. Cypriani itaque docet, Ecclesiam Romanam esse Petri Cathedram, & Ecclesiam principalem, unde Unitas Sacerdotalis exorta est. Optatus verò Milevitanus Episcopus sacrilegi schismatis à Donatistis in Africa conflati scelestam divisionem inde damnare & evertere conatur, quòd ab Ecclesia Romana discessissent, ubi est origo & radix Unitatis. *Igitur negare non potes scire te, in Urbe Roma Petro primo episcopalem cathedram esse collatam, in qua sedetis omnium Apostolorum caput Petrus, unde & Cephas appellatus est: In qua una cathedra unitas ab omnibus servaretur, ne ceteri Apostoli singulis sibi quisque defendèrent; ut jam schismatici & peccator esset qui contra singularem cathedram, alteram collocaret.* Hunc autem verborum Cypriani & Optati germanum sensum esse existimo, licet aliorum à plerisque tor- queantur, Nempe, cum Ecclesia quæ in-

star corporis, nexu quodam mystico, Christo ut Capiti cohereret) nihil aliud sit quàm *plebs ab Episcopo collecta*, unum tantum episcopatum unamque Cathedram in illo corpore constitui oportere. Cujus Cathedræ dignitas summâ Christi liberalitate Ecclesiæ collata est iis verbis quibus Petro administrandarum clavium & pascendi gregis curam demandavit. Porro Petrum solum à Christo interpellatum, ut Unitas Ecclesiæ demonstraretur, & Petro dignitas illa trihueretur qua *totius Ecclesiæ representaret figurate generalitate personam*, ut cum Augustino loquar, atque hoc pacto & hac verborum formula de industria ad eum finem à Christo concepta unus episcopatus instrueretur, cujus quidem pars à singulis Episcopis in solidum possideretur, ita ramen ut ejus fons & origo ab uno inciperet, à Principe videlicet Apostolorum Petro, atque adeo nulli liceret, neque ipsi etiam Apostolis, episcopatum tenere alienum à communionem & consortio Unitatis, quæ viget in Cathedra Petri.

V. Quapropter eleganter veritatis ille assertor Hieronymus ita efformatum fuisse corpus Ecclesiæ docuit, ut Capite constituto schismatis tolleretur occasio, ejusque Capitis rationem in Cathedra Petri collocatam, ex quo proinde sequatur, eum qui alienus sit ab Ecclesiæ Romanæ communionem, à compage totius corporis avulsam, in peregrinitatem quandam redigi. Quam sententiam exemplo suo testatus est, cum per varias factiones Oriente discepto, Antiochena Ecclesia trium Patriarcharum schismate vexaretur: *Ego, inquit ille, nullam primam nisi Christum sequens, beatitudinis tue, id est, Cathedra Petri, communionem confiteor. super illam Petram Ecclesiam edificatam scio. Quicumque extra hanc domum agnam comederit, profanus est. Si quis in Arca Noë non fuerit, peribit regnante diluvio.* Iuxta Cypriani, Optati, & Hieronymi sensum, Gelasius Ecclesiæ Romanæ principatum arcessit ab Unitate Ecclesiæ, quam Christus sermone ad Petrum directo instituit. Etenim in Tractatu adversus Græcos ait invito Patrum Nicenæ Synodi iudicio veritissimè Romanæ sedis honore fuisse judicatum. *Vt ipse qui Domini recordabantur sententiâ, Tu es Petrus, &c. & rursus, Ecce ego rogo &c. & illud, Pascite oves meas. Quare igitur ad Petrum eam frequens Domini sermo dirigitur? Numquidnam reliqui sancti & beati Apostoli non erant simili virtute succincti? Quis hoc audeat affirmare? Sed ut capite constituto, schismate tolleretur occasio, & una monstraretur compago corporis Christi, quæ ad unum caput gloriosissima dilectionis*

Vide Libellum de Vita Mevæ.

Hieronymus l. 4. contra Iovin.

Idem Hieronymus ep. ad Damasum.

Cyprian epist. 11.

Optatus l. 1. contra Praxem.

Gelasius l. 2. Tract. adversus Græcos c. 20. & l. 7. Item.

facietate concurretes, & una esse Ecclesia cui fideliter credetis, undique domus natus Domini & animi redemptoris, in qua de uno pane & de uno calice nutritis.

VI. Commune hoc officium communionis cum Ecclesia Romana, cui impendendum ceteris provinciis Gallia astringitur, cognoverat ante omnes vetustissimus ille Lugdunensium antistes Irenaeus, qui unius scripsit quod omnes sentiebant: *Ad Romanam Ecclesiam, inquit, propter potentioris principalitatem necesse est omnem convenire Ecclesiam, quasi diceret, juxta sinceriores illorum verborum interpretationem, eam esse vim Vnitatis, quae principium & originem à Petri sede trahit, ut cum ea sentiendi necessitatem ceteris imponat.* Propagata in frequentes aetates apud Gallos hujus veritatis à perita professione docet Avitus Episcopus Viennensis: qui ad Hormisdam cum sollicitius scriberet ut à Græcorum caliditate sibi caveret, qui concordiam verbis pollicentis, dolo fortasse agebant, ait: *Quia secularis, non dicam de Viennensi, sed de totius Gallia devotione pollicor omnes super statum fidei vestram captare sententiam; erte, ne sic nos perditorem professi fueritis non fallat, sicut ab Unitate quam regitâ veritas comperita non separat.*

VII. Sanè duplici nomine ad retinendam cum Ecclesia Romana communionem Galli oblegantur, quia in Romana sede tum Univerſalis Ecclesiae Caput, tum Occidentalis Ecclesiae Patriarchatum suspiciunt. Constat enim illos, æquè ac Concilium Aquileiense, (cui præerat Ambrosius) Titum orbis Romani Caput Romanam Ecclesiam agnoscere, unde in omnes venerandæ communionis jura dimittant. Adeo ut à Concilio Chalcedonensis societate alienos se esse putarent, nisi juxta sexcentorum illorum Patrum sententiam, non solum singularum Ecclesiarum, sed etiam Univerſalis Ecclesiae Caput Romanum Pontificem profiterentur.

Lucius I. p. c. p.
Præter præterita
tunc ad ep. par
tam de præter
originem. de quo
si Romanam loci
præter præterita

Avitus ep. vi. ad
Hormisdam anno
119.

Epil. Conc. A
qual. ad Quin
tum: Tunc ubi
Zymerus Epus
Romanus Epi
scopis admo
stravit illam
sententiam A
pofitolica firmè
de omni fœderè
abferenda fuit
clarior veritas,
tunc cum in com
muni Convocato
Communionis ju
ra dimittant.
(Quibus leges
Communionis, j
Epil. tomica
Concili Chalced.
ad Lucium: ad
mod. de Kyprian
quod è p. 119
etc.

CAPVT III.

Synopsis.

- I. De Patriarchata Occidentis agitur, ac auctoritas Romana Ecclesia per Gallias firmiter expenditur.
- II. Ecclesiarum divisio per provincias ad exemplum Imperij, ab Apostatis. Probatur à Petro & à variis locis Pauli ubi de Cræta.
- III. De Asia, cujus etiam mentio apud Ioannem, de Arabia, & Macedonia.
- IV. Huc alluse Tertullianus.
- V. Origene triam præcipuarum Metropoles, Romanam, Alexandrinam, Antiochenam, earum Sacerdotes, Archiepiscopi, & xarbi, & Patriarcha tandem dicit.

De Patriarchis Indanum in Oriente. Emeadus lex Codicis Inſiniani. Jhu deleri, Patriarchatum nomen cessit Archiepiscopo Christianorum.

VI. Canonis sexti Niziceni interpretationis breviter recensetur.

VII. De jure Patriarchis triam Episcoporum hic agi probatur, præsertim aliorum argumenta. ex Hieronymo, Innocentio, & Theodoro.

VIII. Esti ceterarum quoque Metropolicarum jura hoc canone firmantur, Ex collatione canonis secundi Conſt. cum Niceno colligitur hic etiam agi de Diocesiſibus Asiae, Pontica, & Thracica, earum mentio sub Constantino.

IX. Explicitus inferè Sacerdotii locum de Diocesiſibus & de Patriarchis, Diocesiſes limites non violandas sanctum canone secunda Synodi. Legi Theodosij tertii Episcopi deſignati ad communionis confirmationem. Emeadate & illustrata lex 3. Cod. Theodof. de ſide catholica. De jura dætaxatione per Theodiam.

X. Error Sacerdotii, qui Nestorio Episcopo Constantinopolitano hoc tribuuntur. Et Sacramenti, ad artem regia ceteris. Jure illi collatum indefinitè, ad exemplum Romani Pontificis, Altera Sacramenti hallucinatione, qui sententiam canonis secunda Synodi & Theodosij miseri. Patriarcha apud Sacramenti idem cum Episcopis delictis à Theodosio ad ſidei cauſationem.

XI. Asia Diocesiſ ecclesiastica ex undecim provinciis, quarum una est Asia Proconſularis. Ejus Metropoliſ, & totius Asiae, Ephesus, Pontica Diocesiſes fines. Vicary fides, Caesarea in Cappadocia. Unde dignitas Episcopi qui Pontica præerat. De Thracia & ejus Exarcho, Explicatur conſueſſus Concilij Chalcedonenſis, Thracia ſub Episcopo Constantinopolitano. Dna reliqua Diocesiſ in qua ditantem tranſierant decreta Concilij Chalcedonenſis.

XII. Obijciatur avo agi de Patriarchis jure in canone Niceno, ex jure ordinationum, quod Episcopo Alexandrino concepit per Ægyptum, quale Romano Pontifici non competeat, nisi in Metropoli Romana. Fines antiqui Metropoles Romana.

NON aliena erit à proposito nostro de Patriarchatu Occidentis accuratior disceptatio; imò verò prorsus necessaria, si Ecclesiae Gallicanæ cum Romano Pontifice communionis vinculum perfectè cognoscere, ejusque quam per Gallias & ceteras Græculorum schismaticorum commentum esse putant tributionem illam omnium Dioceseon quæ Occidentem Romano Pontifici veluti Patriarchatum limitibus suis circumscriptum assignat. Faetore equidem id à Zonara & Balsamone observatum in commentariis quos ad sextum canonem Concilij Niziceni ediderunt. Sed non ideo veterum menti hanc commentationem adferari censendum est, quòd Græcis sit approbata. Quia verò dignitas Romanæ sedis augeatur ex hac tractatione, quæ alioqui densis tenebris est obsæpta, lucent

Intimus: ep. h
de m. d. r. q
p. 119. de
Episcopo, de
Episcopo, in
p. 119.

cem a liquam illi foenerari conabor: quam, ut major fit, in contractum velut orbem cogam.

I. Ecclesias ad exemplum Romani Imperij per provincias ab Apostolis tribu-
 tibus fuisse, ut inter fratres, ejus Episcopi
 prima sententia haberetur cui metropolita-
 nœ urbis Episcopatus concreditus fuisset,
 absque alio negotio probari potest. Inde est
 quod epistola Petri canonica, Christianos, ad
 quos est data, provinciarum Romana-
 rum limibus circumscribat, *Pontu, Galatia,
 Cappadocia, & Asia*. Quæ ratio provincia-
 rum in ecclesiastica dispositione semper vi-
 guit; adeo ut Nicomedia Bithyniæ, Cæsæ-
 rea Cappadociæ, Amasea Ponti, Ephesus
 Asiæ Proconsularis, primum metropolita-
 nicum præ ceteris provinciarum illarum ci-
 vitatibus obrinuert. Idem jus Ancyræ apud
 Galatas sibi semper vindicavit; ita ut Ancy-
 rana Ecclesia inter apostolicas eo nomine à
 Julio I. apud Athanasium recensetur, quod
 Ecclesiæ Galatiæ provinciæ, ejus metropo-
 litim Ancyræ teneret, Paulus epistolam
 suam direxerit. Hoc Apostolorum fuisse
 propositum illustrius sane ostendi non po-
 test quàm ex demandata Tito Cretæ insu-
 læ sollicitudine, ut Presbyteros (seu mavis
 Episcopos, ut ipsemet Paulus sequenti ver-
 siculo interpretatur) oppidatim constituere-
 ret. Manus imponitur Episcopis à synodo
 provinciæ, cui saltem tres Episcopi præ-
 sentes interfuit, ceteris scripto consensum
 præbentibus; sed ea lege, ut Metropolitano
 rō xipis, decretum, & totius negotij
 auctoritas ferretur, juxta canones Nice-
 nos. Hanc formam non aliunde profectam
 censere par est quàm ex Apostolorum in-
 stitute, quæ à Paulo hîc delineatur. Or-
 dinatio equidem fit à collegio & cœtu Epi-
 scoporum, *per impositionem manuum Presbyte-
 rj*; sed ea conditione, ut unus aliquis po-
 tiori jure decretum interponat ad vicem Ti-
 ti, qui disponendam & ordinandam provin-
 ciam à Paulo suscepit. Vnde fluxit ut Cre-
 tæ provinciæ ecclesiasticæ, & Gortyna ci-
 vitas metropolitancum privilegium illius in-
 sulæ eximium semper habuerit.

III. Asiæ Proconsularis, Atrali Regis
 legato ad Romanos delata, Ephesum ur-
 bem tanquam provinciæ metropolim cole-
 bat, ut testatur Antonini Imp. rescriptum;
 qui ad desideria Asianorum rescriptis, Pro-
 consulem ad eam urbem ea de causa appel-
 lare debere, cum ingrederetur provinciam.
 Asiæ verò ita constituta fuit, ut septem
 Episcopis, quos Ioannes recenset, commis-
 sa fuerit; eo tamen ordine, ut ab Ephesi
 dignitate nihil decederet. atque ideo in ea

civitate Paulus lares quodammodo fixit,
 cum Asiæ fidem erudiret, ut conquiritur
 Demetrius in Actis, & Ioannes Ephe-
 sum Cathedra sua cohonestavit. Cui non
 erit ignota Achaïa in provinciæ formulam à
 Romanis redacta, (cujus metropolis erat
 Corinthus, ut docet Annaeus Florus) est
 consilium Pauli perspectum habebit, cur
 literas suas non solum ad Corinthios, ve-
 rum etiam ad omnes *qui sunt in Achaïa fra-
 tres*, perscribat. Nempe Achaïa & Corinthus
 nexu metropoleo & provinciæ adin-
 vicem continebantur, ut & Thessalonica,
 & Macedonia. quæ ratio eundem Paulum
 impulit ut suis literis & Thessaloniceasus,
 & ceteros *qui erant in Macedonia fratres* ad-
 moneret.

I V. Sanè apud veteres summa ratio ha-
 bita fuit earum Ecclesiarum quæ ab ipsis
 Apostolis institutæ sinceris fidei traditio-
 nes conservasse censentur. Verùm non
 immoror huic privilegio. In id enim dunta-
 xat impræsentiarum elaboro, ut pateat ve-
 terum testimonio, Ecclesiæ per provin-
 cias divisionem ab Apostolis fluxisse. Huic
 sententiæ innititur Tertullianus, cum hæ-
 reticorum præscriptionibus elisis, eos ad
 apostolicarum Eccllesiarum traditiones
 provocat, *Proximè est tibi Achaïa, habes Co-
 rinthum Si non longè à Macedonia, habes Phi-
 lippos, habes Thessaloniceus. Si potes in Asiæ
 tendere, habes Ephesum. Si autem Italia adja-
 ces, habes Roman.*

V. Verùm etsi forma dividendarum provin-
 ciarum & metropoleon ab Apostolis
 manaverit, hæc tamen divisio ab Episcopis
 qui erant in majoribus urbibus constitui
 per incrementa variorum temporum aucta,
 tandem ultimam dispositionem consecuta
 est. Vnde profectum ut celebriorum civita-
 tum Episcopi jus quoddam eximium in
 ceteras Ecclesias adepti fuerint: quod ei
 privilegio respondet, quo ratione originis
 poriuntur erga colonias à se deductas ex ur-
 bes quæ inde *Mætres* appellantur à veneribus.
 Ius autem illud officus quibusdam contine-
 batur; quæ validiora erant vel remissiora
 inter Ecclesias, prout usu & consuetudine
 invaluerant. Iuris istius quasi possessione in
 plerisque provinciis conspiciæ erant tres
 illæ Imperij Romani Civitates, Roma or-
 bis Domina, Alexandria Ægyptiaci regni
 Princeps, & Antiochia regina Orientis:
 quarum civitatum Episcopi eximius privile-
 gius gaudebant; quæ consuetudine & mori-
 bus firmata primùm, postea Nicœnæ Syno-
 di decreto sancita sunt. Sanè dissimulan-
 dum non est, eo canone tres illos antistes
 Episcoporum tantùm vel ad summum Me-

Ad. c. 19 & 20. Ceteros metropo-
litanos apud
Philonem memo-
ratur 2. A.
Immort. c. 2. 171.

Florus lib. 2. c. 14.

2. Cor. c. 1.
Ecclesia dicitur
quæ ex ceteris cum
omnibus similes
quæ sunt in
veteri Achaïa.
1. Thessal. c. 4.

Pidiasius c. 2.
1. 167. c. 4. f. 7.
c. 4. f. 1. c. 2.
Ephesus, Nicæa ad
Apostolos p. 2.
111.

Terrent. de Pres-
cript. c. 24.

Die. Chryc. Orac.
11. Hieronymus,
Epistola de Robo-
104. l. 1. c. 1.

1. Pet. 1.

Paulus ad Gal-
las. c. 1. & 2. Cor.
c. 16. meminit
collektionem esse
inter metropolita-
nos.

Ep. ad Tit. c. 1.
Religionem in Cre-
ta constitutam per
aliquos Presby-
teros, sine d. ep.
assensu esse.

Keyd ubi.

2. c. 8. de offic.
Procon.

Apoclypsis.

Libyam, quæ regno Cyrenæorum auctæ Ægypto accesserat; cùmque Antiochiæ privilegia per Orientem canone Nicæno sancirentur, quorsum solius metropoleos Romanæ ratio habitæ fuisset, relictò Patriarchatus per Occidentem privilegio, si quod Romanus Pontifex obtinebat? Aliorum argumentis addam Hieronymi & Innocentij Primi auctoritatem, qui dubitare non sinit de jure Patriarchico Antiocheni Episcopi canone Nicæno decretum fuisse. Ille enim conceptis verbis affirmat Antiochiam, secundùm canones Nicænos, esse metropolim Orientis. Hic verò scribit Antiochenæ Ecclesiæ delatam fuisse à Nicæna Synodo, non unius tantùm provincie sive metropoleos administrationem, sed totius Dioceseos administratio, id est, quindecim provinciarum quæ Oriente continebantur. *Βροχίαντες itaque*, inquit, *αυτορισητην Νικαναν Συνοδου, quæ unam omnium per orbem terrarum explicat mentem Sacerdotum, quæ censuit de Antiochena Ecclesia sancti fideles, ne dicam Sacerdotes, esse necessarium custodire, quæ super Diocesim suam, non super aliquam provinciam, recognoscimus constitutam.* Idem ergo defendendum est de Episcopis Romæ, & Alexandriæ: ad quorum exemplum, ut docet canon, Antiochenæ Ecclesiæ jura constituuntur, ut non solius metropoleos privilegia, sed etiam Patriarchica, canone illo firmata fuerint. Accedit Theodoretî testimonium: qui Titulo primo Collectionis Canonum, quæ extat in codice manuscripto Bibliothecæ Regiæ, docet de dignitate & juribus Patriarcharum hoc canone Nicæno agi. *Ἐπι τῆς ἐκείνου τοῦ μαρτυροῦντος ἐν τῷ κειμένῳ κειμένου. Καὶ ἐπι τῷ μὴ ἐξῆρται τῆς αὐτῆς ὑπαρχίας ἐν τῷ ὁμοιωσέντα, ὅτι χωριστὰ ἐ διὰ τῆς ἐκείνου ἐ τῆς ὑπαρχίας ἴδη τοῦ ἀδελφίου ὡς ἐπι τῆς ἐκείνου. Τὸ ἐ Νικαία (ὡς ἐκείνου καὶ ἐ, ἡ τῆς ἐ Κωνσταντινουπόλεως καὶ ἐ, δ. Τὸ ἐ ἐπίου ὡς ἐκείνου καὶ ἐ. De tributa per canones Patriarchi haurire. Et non licere eorum alicui provinciam alteri competens invadere, pro ordinatione, aut administratione, sed eas quæ jam in usæ sunt, iis quibus injuria facta est restituendas. Nicæna Synodi canon vi. Eiusdem Syn. canon vii. Synodi Constantinopolitana canon 111. Eiusdem canon iv. Synodi Ephesina canon vii.*

VIII. Neque verò obstat quòd eodem canone Concilij Nicæni ceterorum Metropolitanarum privilegia confirmantur. Quippe nihil vetat parte prima canonis trium præcipuorum Episcoporum seu Metropolitanarum, Romani, Alexandrini, & Antiocheni, jura consuetudine inducta sanciri, & deinde generalibus verbis cetero-

rum omnium privilegijs caveri. Enimvero præter generalem illam juris metropolitici confirmationem, videtur canon Nicænus insignem quandam provinciarum administrationem insinuare, quæ tribus illis Patriarchis non competere. Consulto namque jure Alexandrinæ Ecclesiæ ad exemplum Romani Episcopi, simile jus, *ἐπι τῆς ἐκείνου ἐ τῆς ἑκείνου ὑπαρχίας*. Ergo in quibusdam aliis provincijs præter Antiochenam, Alexandrinam, & Romanam, erant similia administrationis *ἐπι τῆς ἐκείνου*. Earum nomen edic canon secundus Constantinopolitanus; quo, *Ἀἰγυπτῷ commissæ Episcopo Alexandriæ, & Oriente concedito Antiochiæ Episcopo, Asiæ, Ponticæ, & Thracicæ Dioceseos suis synodis administrandæ juxta Concilium Nicænum demandantur.* Trium istarum Dioceseon ab Orientali distinctarum meminit Theodosius senior apud Theodoretum. Et ante illum Constantius, qui ad Seleuciense Concilium frequenter adesse iussit Episcopos Orientis, & Asiæ, Ponticæque Dioceseos. Ipsæque adeo Constantinus Imperator meminit Episcoporum Asiæ, & Ponticæ, in Paschæ celebratione consentientium.

IX. Quare non est quòd aliquis sibi persuadeat tres illas Dioceses & Ecclesiæ etiam *μαρτυροῦντες* à Synodo Constantinopolitana institutas fuisse, ut colligi videtur è Socrate, cujus sententiam, nondum satis expensam, illustrare non alienum ab hoc loco esse duxi. Cùm Orientales Ecclesiæ per quadraginta annos variis hæresibus vexatæ, sub Theodosio liberius respirare cœpissent, Secunda Synodus ab illo Principe Constantinopoli coacta, Arrianorum, Macedonianorum, & ceterorum ejusmodi blasphemias anathemate defixit. Tum postquam dei prospexisset, disciplinam quoque attigit, constituta Ecclesiarum administratione secundùm canones Nicænos; eo adjecto, ne Dioceseon Exarchi positas extra fines suos Ecclesias invaderent, sed Ægyptus, ut dixi, Alexandrino Episcopo, Oriens Antiocheno, Asiæ, Ponticæ, & Thracicæ Dioceseos suis synodis committerentur. Hæc quidem disertis verbis in canonibus Secundæ Synodi continentur. Ceterùm quia religio intererat ut Episcopi hæretici ab Ecclesijs pellerentur, hæc regula præscripta est à Theodosio, de synodi sententia, ut ij soli Episcopi inter orthodoxos censentur qui communionis vinculo cum certis quibusdam Episcopis per unamquamque Diocesim à lege designatis necerentur quos ideo præ ceteris Imperator delegit,

Hieronymus ad Antiochiam. Constantinopolitana de cap. 10. f. 1.

Innocentius ad Alex. Antioch.

Cap. Nic. vi. f. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Tit. I. f. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Cap. vi. Nic. II. minor ante de epist. Antiochiam. Constantinopolitana de cap. 10. f. 1.

Theod. I. c. 11. de La. c. 17.

Leob. I. 1. de vna Const. c. 11.

Socrus l. 1. c. 8.

quod cum emendare vitæ fama religioſe ſuis Eccleſiis præſent. Itaque datum eſt, non præcipue ſedum dignitati, ſed perſonarum gravitati, ut ab iſis Episcopis, tanquam à quibuſdam Capribus, communionis jura manerent per unamquamque Diœceſim. Eò reſult Episcoporum illorum designationem Sozomenus: *Hæc enim*, inquit, & Imperator quoque viſes & coram allocutus approbavit: *de quibus & integra conſtabat fama, quod ſuis Eccleſiis religioſe præſent.* Exar Theodoſij conſtitutio in Codice Theodoſiano, quæ præcipit Episcopos ad Eccleſias obtinendas admitti, ex communionem & conſortio *probabiliſimum Sacerdotum*. Scilicet quos communicare conſtitit Neſtario Episcopo Conſtantinopolitana civitatis, Timotheo Alexandrino in Ægypto; in Oriente, Pelagio Laodicenſi, & Diodoro Tarſenſi; in Aſia Præconſulari & Aſiana Diœceſi, Amphilochio Iconienſi, & Optimo Episcopo Antiochiæ in Piſidia, in Pontica Diœceſi, Helladio Czfareæ, Otreio Miltentz, & Gregorio Nyſiæ. In Thracica, cum Terentio Scythiæ, & Martyrio Episcopo Martianoſoleos. Abſunt à Codice Theodoſiano verba illa, *in Thracia*. Sed lacunam illam è Sozomeno explevi, ut ſententia non hiaret. Etenim Ægyptiaca, Orientali, Aſiana, & Pontica Diœceſibus enumeratis, ſola fuereſt Thracia, cui æque ac ceteris proſpiciendum erat. Id factum designata communionem duorum Episcoporum, ſcilicet Terentij Scythiæ, & Martyrij Episcopi Martianoſoleos. *Martyrium* enim legendum è Sozomeno, non *Martyrij*, ut habet lex Codicis Theodoſiani. Thracia Diœceſis ſex provinciis conſtabat, Europa, Thracia, Hæmimonto, Rhodope, Mæſia ſecunda, Scythia. Episcopus Tomorum omnibus Eccleſiis Scythiæ præerat, ut reſtantur alibi Sozomenus & Theodoretus. Vnde Terentius Scythiæ Episcopus eleganter dicitur in dicta lege, & reſtè à Sozomeno Tomorum Episcopus. Martyrij Martianoſoleos Concilio Conſtantinopolitano ſubſcripſit, ut Mæſiæ Metropolitæ, quæ eſt Mæſia ſecunda, una è ſex provinciis Thraciæ Diœceſis.

X. Inde patet error inſignis Socratis, qui jura communionis per Thraciam decreta fuiſſe Neſtario à Synodo & à Principe affirmat; cum ex Sozomeno & legis Theodoſianæ ſenſe à nobis reſtituta conſtet jus communionem per Thraciam indultum Terentio Tomenſi & Martyrio Martianoſolitana, Neſtario verò in urbe Conſtantinopolitana, ut quidem Sozomenus exiſtimavit: *Νεſτῆριος ὁ Καππαδοκικῆς*. Cete-

rùm è verbis legis indefinitè jus illi tribuitur: *Quos conſtituit*, inquit lex, *in communionem Neſtario Episcopo Conſtantinopolitana Eccleſia, Timotheo necnon intra Ægyptum Alexandrina urbi Episcopo eſſe ſociatis*. Potèſt dandæ communionis delata Timotheo Alexandrino coërcetur intra Ægyptum. Sed jus Neſtarij Episcopi CP. nullis limitibus circumſcribitur. Ratio eſt in promptu. Quia in eodem Concilio primatus honoris poſt Romanum Episcopum illi collatus eſt. Vnde colligere licet quanta eſſet in hoc communionis jure Romani Pontificis auctoritas, cum ad illius exemplum regiæ urbis Episcopus, tunc ad ſecundum gradum evectus, privilegio illo per ſolidum Orientem fruereſt, non autem per ſolam Thraciam, eſt ſpeciali quodam jure in ea Diœceſi auctus eſſet. Expuncto errore illo Socratis, advertenda eſt altera ejus haſucinario, in eo quòd ſententiam canonis ſecundi cum lege Theodoſij permiſcuit, cum tamen multum inter ſe diſtent. Limites Diœceſion à Synodo Nicæna præſcriptos violandos non eſſe, canone conſtituitur, Theodoſij verò lege, in Diœceſibus Episcopi deliguntur ad conſortium communionis, non autem ad juridiſtictionem Patriarchalem exercendam. Quo d patet ex ipſo legis contextu, ex eoque præcipue, quòd in Orientali Diœceſi, ſeu in Patriarchatu Antiocheno, Pelagus Laodicenſis & Diodorus Tarſenſis designantur ad communionis vinculum; cum tamen ſupremus auctoritatis apex in Orientali Diœceſi ad Patriarcham Antiochenum pertineat ex canone Nicæno, & ex canone ſecundo Concilij Conſtantinopolitani. Eſt verò hic Socrates aberraverit; non utique in pudendum errorem, qui à plerisque illi attingitur, prolapſus eſt, quaſi ſcripſerit Patriarchatus inſtitutus fuiſſe à ſecunda Synodo. quo ſenſu, paulò poſt Socratem, Patriarchatum nomen apud auctores eccleſiaſticos invaluit. Etenim cum Secunda Synodus auctoritatem eccleſiaſticam per Diœceſes diſtinctam à Nicæno Concilio repetiverit, & Socrates Diœceſion institutionem non tribuerit Secundæ Synodo, ſed Patriarcharum designationem per unamquamque Diœceſim, evidenter patet de illis Episcopis egiſſe Socratem, à quibus communionis conſortium penderet; præcipue cum Episcoporum delectum lege Principis confirmatum ſcribat. Paulò poſt ætatem Socratis, Patriarcharum nomen inditum eſt Episcopis qui communionis & auctoritatis principatum in ſuis Diœceſibus tenebant.

XI. Porro tres illæ Diœceſes, quas ſu-

Sozomen. l. v. c. 7.
de quibus & integra
conſtabat fama
quod ſuis Eccleſiis
religioſe præſent.

l. c. 7. de ſide
Cathol.

Sozomen. l. c. d. 11.
ut dicitur in
legibus
et.

Sozomen. l. v. c. 10.
& 11. Theod. l. 4.
c. 10.

præ recensui, Patriarchis Alexandrino vel Antiocheno non suberant. Aſiana Diœceſis, in Notitia Imperij, decem provinciis conſtat, quæ Vicario Præfecti prætorio Orientis parebant, ſcilicet Pamphilia, Lydia, Helleſponto, Piſidia, Lycœonia, Phrygia utraq;e, Lycia, Caria, & Inſulis. Attamen in politia eccleſiaſtica ratione, Aſiana Diœceſis undecim provincias complectebatur, teſte Theodoro. Quod explicandum eſt à Theodoſij lege, quæ Aſiam Proconſularem ab Aſiana diſtinguit, licêt eas in unum corpus, quoad ſtatum & omniunionem eccleſiaſticam, cogat. Itaque Aſia Proconſulari adjecta ad decem provincias Aſianæ Diœceſeos, conſtituitur numerus undecim provinciarum eccleſiaſticarum à Theodoro deſignatus. Aſia, ſtriſtiſſimè ſumpto vocabulo, à Romaniſimo nomen accepit: qui regnum Attali Pergamœni ſibi teſtamento delatum cernentes, diſtinctionem illam in provinciæ formam redegerunt; Aſiamque de continentis nomine appellaverunt, teſte Strabone. Ejus adminiſtrationi Proconſulem præfecerunt. quimagiſtratus continuatus eſt ſub Imperio, quamvis ſtatim Aſiæ Proconſularis Conſtantinus Magnus immutaverit, ab ea recuſis Lydia, Caria, Helleſponto, & Cycladibus, quæ in ſpeciale provinciarum nomen tranſierunt. Unde factum ut Euanapius, cum Aſiæ recentioris Proconſulatum deſcriberet, à Pergamo & ora maritima in continentem Caria tenuit, & ad Timolum montem ex parte Lytiæ porrexit. Sub Arcadio Helleſponto & Inſulæ reddita ſunt Proconſulatu, ut patet ex Notitia Imperij. Solidæ Proconſularis Aſiæ metropolis erat Ephēſus, quæ in politia eccleſiaſtica in Aſianam Diœceſim eandem dignitatem retinuit, teſte Chryſoſtomo: Adeo ut ei jus Patriarchicum tribuat Evagrius, cum ſcribit Timotheum Aeluro Eccleſiæ Ephēſinæ jus Patriarchicum reſtituiſſe, quod ei Synodus Chalcedonenſis ademerat.

Pontica Diœceſis totum tractum à Bithynia uſque ad Armeniam, adjecta Galatia, & Cappadocia, complectebatur, & Vicario parebat, quem Gregorius Nazianzenus *μεταρχὸς Ανατολίων ἡμετέρων* vocat. In ratione Imperij à provinciis decem conſtata erat, ſed in diſpoſitione eccleſiaſtica undecim provinciis conſtabat, teſte Theodoro. ejus diſcrimines rationem reddimus alibi. Sed præcipua Vicarij Ponticæ Diœceſeos conſtituta eſt Cæſaræ in Cappadocia, qua in urbe, quæ olim Mazaca, Reges Cappadocum læres fixerant, ut obſer-

vat Strabo. Hinc Episcopii Cæſaræ dignitas, qui ſolidæ Diœceſi Ponticæ præerat, teſte Nazianzeno. Unde Baſilio conciliarum Archiepiscopii Cæſaræ nomen, & Alypion apud Phorium. Quare Ponticæ Diœceſeos ſynodus Tyaniſis ſub Euſebio Episcopio Cæſaræ celebrata referri Sozomenus, & Gerontium Nicomedienſem Metropolitanum in Bithynia ordinatum iuſſit Baſilio Helladio Cæſaræ Episcopio. Literæ etiam Baſilij extant invitantis ad Synodum Cæſaræ habendam *très très vénérables évêques Evêques d'Antiochie*.

Diœceſis Thracica ſex provinciis in laterculo Imperij & in Eccleſiæ noticia conſtabat: in qua, poſt deletum à Severo Byzantium, præcipuum dignitatem urbs Heracleæ ſive Perinthi obtinuit, ut teſtatur Herodianus & Procopius. Iude queſtus ejus Episcopio Exarchi Thraciæ titulus, quamvis deinde viſus hujus adminiſtrationis in urbem regiam uberiores privilegiiſ paulatim tranſcripta ſit.

Quare non fruſtra monui canone Nicæno ſignificari Diœceſes Aſianam, Ponticam, & Thracicam, quæ à tribus Patriarchis non penderent, ſed ſynodis ſuis commiſſæ, Exarchos ſuos comiter colerent: Aſiana Ephēſinum, Pontica Cæſarēſem, Thracica Heracleēſem, deinde Conſtantinopolitanum. Unde proſectum ut hi tres Exarchi potiorem locum in ſubſcriptionibus & ſeſſionibus Generalium Conciliorum obtinerent. Quod videre eſt in Concilij Chalcedonenſis conſeſſu: qui ſic diſpoſitus erat, ut ante cancellos altaris in medio ſederent Glorioſiſſimi Iudices, & ampliſſimus Senatus. Ab eorum læva, ſedebant Legati Romani Pontificis, Anatolius Archiepiſcopos Conſtantinopoleos, Maximus Antiochiæ, Thalaffius Cæſaræ, Stephanus Ephēſi, & ceteri Episcopii Orientaliſ, Ponticæ, Aſianæ, & Thracicæ Diœceſeos, exceptiſ Paſtinaſ. Ex quo loco patet Exarchos Diœceſeos fuiſſe, Maximum quidem Antiochenum Orientaliſ, Thalaffium Cæſarēſem Ponticæ, Srephanum Ephēſinum Aſianæ, & Anatolium Conſtantinopolitanum Thracicæ. A parte dextra Iudicum conſidebant Dioſcorus Archiepiſcopus Alexandriæ, Juvencius Hieroſolymorum, Quintillus Heracleæ primæ Macedonia, vices agens Anaſtaſij Theſſaloniensis Episcopii, cum reliquis Episcopis Ægyptiacæ Diœceſeos, quæ ſuberat Alexandrino, & Ilhricianæ, quæ à Theſſalonicenſi Vicario Romani Pontificis regebatur. Ad hunc enim Anaſtaſium elegantem illam epistolam decretalem dedit Leo Primus, quæ

Theod. l. c. 8. de Aſiana Diœceſi, & de Cæſaræ Episcopio. l. c. 8. Theod. l. c. 8.

Theod. l. c. 8. de Aſiana Diœceſi, & de Cæſaræ Episcopio. l. c. 8. Theod. l. c. 8.

Chryſoſt. l. c. 8. ad Ephēſios. l. c. 8. Theod. l. c. 8. de Aſiana Diœceſi, & de Cæſaræ Episcopio. l. c. 8. Theod. l. c. 8.

Gregor. Naz. de Incarnatione Baſilij.

l. c. 8. c. 8.

Sabel. l. 1.

Menſio. l. 2. Tit. 1. l. c. 8.

Baſilio. ep. vii. l. c. 8.

Herod. in Strabo. l. c. 8. de Adam. l. c. 8.

Act. 2. Concil. Chalced. l. c. 8. de Anatolius & Maximus. l. c. 8. de Thalaffius & Stephanus.

toties laudatur. Aderant præterea in hoc latere Palæstini Episcopi, quos ab Orientali Diœcesi distractos Episcopus Hierosolymorum sibi asserbat. Ceterùm Thracica Diœcesis jam tum à Constantinopolitano Episcopo pendebat, depulso Heracleensi. Quod per consequentiam è privilegio Primatus in ea Diœcesi facile invaluit, ad cuius synodum Constantinopolitana Ecclesia pertinebat. Quod in fraudem impulit Socratem, cùm jura communionis per Thraciam Nestario tributa fuisse scripsit. Huc alludit epistola Marciani Imperatoris, qua præcipit Anatholio, ut accedat ad Concilium Chalcedonense nà cum Episcopis sub sacerdotij sui cura constitutis, id est, cum Episcopis Thraciæ Diœceseos. quod ideo monui, ut ab inquisitione horum Episcoporum viri eruditi cessarent.

Idem sessionum ordo in superioribus Conciliis obtinuerat. Etenim in Synodo Ephesina, cui præfuit Cyrillus, post Iuvenalem Hierosolymorum sedent Memnon Ephesi, Flavianus Philipporum vicarius Rufsi Theffalonicensis Episcopi, Firmus Cæsareæ Cappadociæ, & Theodotus Ancyræ. quamvis alibi, per errorem scriptoris, Theodotus antecedit. sed sententia læta contra Nestorium post Firmum subscripsit. In Ephesino Concilio sub Dioscoro, post priores Patriarchas sedent, & censent, Scephanus Ephesi, & Thalassius Episcopus Cæsareæ Cappadociæ. Quare videtur dubitandum non esse quin Diœcesion Exarchi canone 11. CP. commemorati Episcopos Ephesi, Cæsareæ, & CP. adjecto Heracleensi, complectantur. Id ex eo valde jure, quod in Concilio Chalcedonensi Iudices unicuique Diœcesi Orientalis Imperij suum Patriarcham assignant. Non eorum inficias quin potiori jure in Diœceses suas tres illi eximij Patriarchæ uterentur, ita ut sola synodorum universæ Diœceseos indictio, & Concilij *œcumenici*, Exarchis ceteris competitivè videatur. Quæ ratio componendæ contentiois quæ viros eruditissimos etiam in hoc capite colliit, non aliena à vero mihi esse videtur, atque adeo novis quibusdam argumentis hanc disputationem illustrandam censui. Ceterùm transcripto Heracleensi Episcopi jure in Constantinopolitanum, duo reliqui Exarchi ab auctoritate sua dejecti sunt, cùm sedes Constantinopolitana in Patriarchicam dignitatem evecctæ, trium istarum Diœcesion administrationem liberam decreto Concilij Chalcedonenfis obtinuit. Quæ immutatio effecit ut Orientales Ecclesiæ, quæ per quinque Diœceses porre-

ctæ erant, Ægypti, Orientis, Ponticæ, Asiæ, & Thraciæ, ad tres redactæ fuerint, scilicet Ægypti, Orientis, & Bosphori seu Thraciæ, id est, Constantinopoleos, apud Theodoretum, qui post Concilium Chalcedonense historiam scripsit.

XII. Sed ut repetam quæstionem initio propositam, non dissimulanda est insignis difficultas, quæ nostram sententiam videtur impugnare, in eo quod tres illos præcipuos Orbis Episcopos, Romæ, Alexandriæ, & Antiochiæ, quoad jus Patriarchicum inter se componi caoone Nicæno contendit. Nodus in eo versatur, quod Alexandrini Episcopi auctoritas in ordinandis omnibus Ægypti Episcopis adversus Meteltianos hoc canone coollitura sit, ut faterentur omnes eruditi, & egregie probatur ex epistola synodica Concilij. Porro jure illo ordinandum Episcoporum usum non fuisse Romanum Pontificem per omnes Occidentis provincias adeo certum est ut nec ipsorum Metropolitanarum ordinationem in plerisque provinciis sibi vindicaret. Ut explicatio sit hujus quæstionis enodatio, constituendi prius sunt Romæ metropoleos fines. Neque enim existimo Rufini ætate regionibus illis suburbicariis ad cœlestinum usque lapidem fuisse circumscriptos. Verat namque Notitia illa Vaticana vetus, quæ sexaginta novem episcopatus, ex quibus Romana provincia conflata erat, nobis exhibet, qui quidem ooo solum Latinam regionem, seu Campaniam recentiore ad Sinuessam, Marfos seu Valeriam, Picenum, & Tusciam suburbicariam complectebantur, sed etiam Tusciam annonariam, Vmbriam, & Picenum annonarium; quas regiones Notitia illa vetus, barbara voce Marchiam Vmbriæ indiget, Marchiæ nomine utrumque Picenum comprehendendo. Fundus hujus mex sententia est insignis locus epistolæ synodice Concilij Sardicensis, & alter Athanasij, ubi earum provinciaram Episcopi, qui Athanasio communicabant, recententur, scilicet Romæ, Italiæ, Campaniæ, Calabriæ, Apuliæ, & ceterarum per Occidentem & Orientem provinciarum. Non poterant liquidius Romæ provinciæ limites circumferri, qui ei à Vaticana Notitia tribuuntur. Italia hinc eam coerct, inde Campania felix, & Capuana. Porro Italia, cujus metropolis erat civitas Mediolani, complectebatur eas provincias quæ Vicario Italiæ parebant, & porrigebantur usque ad Tusciæ annonariæ, Vmbriæ, & Piceni fines, ut docuit vir eruditissimus Pater Simonius, Campania verò, cujus metropolis

Theod. lib. c. 14.
Episcopi Orientis
in sua prælo comm
Episcopi ad Egyp
tu, de Orientis
de Thraciæ, de
Thraciæ commu
nitate videtur.

Sub 65. c. 10.
c. 11.

Sim. apud Cord
Baron. 1017.

A. laus. op. ad
Socin. v. 1. apud
m.

Part. 1. Conc.
Chalced. c. 17. 18.
c. 19. 20. 21. 22.
c. 23. 24. 25. 26.
c. 27. 28. 29. 30.

Syn. Episc. T. 1.
c. 1. editio Pal.
1800 T. 1. c. 1.
T. 1. c. 10. & 11.

Concil. Chæd.
A. 6. 1.

Locus laudatus est
J. J. beyr. cap.
11.

*ma Africa sub sua potestate constituitur; id est, Præfecturas Italiz, sub qua continebatur Africa, Galliarum, & Illyrici. Hos Imperiorum limites Ammianus Marcellinus, qui sub Iuliano floruit, in confinio Illyrici & Thraciz, in ipsis Succorum montium angustis locat. Conferta, inquit, cesarum montium summities Ilami & Rhodopes, quorum alter ex ipsis Illyri marginibus, alter ab Axij fluminis citeriori parte conjungit, in angustias tamulzar collibus desinentes, Illyrios interficiunt & Thracas. In iisdem Succorum angustis Occidentalium Ecclesiarum fines constituit Concilij Aquileiensis epistola ad Theodosium, si locus illuistris, qui cubat in mendo, nitori suo restituatur. Equidem, inquit Patres, per Occidentales partes duobus in angulis tantum, hoc est, in latorum Dacia Ripensis ac Mesia, fidei obstrepi videbatur. Quibus tamen nunc, post Concilij sententiam, vestre favore clementia opinamur illico consulendum. Per omnes orientales atque regiones athenicorum claustris usque ad Oceanum menses inseruata fides. In Orientalibus autem partibus cognovimus quidem & quoz sequuntur. Legendum prorsus est, à Succorum claustris, non athenicorum. In eam sententiam adnotavit Socrates dissidio Sardicenis Concilij, Orientalium & Occidentalium abruptam communionem, utriusque autem Ecclesiz confinium in Succorum montium angustis, quæ Illyrios dividunt à Thracibus, positum fuisse, quos ille montes *montes vocat*, ita ut *epos fuerit epos rns novarum*, ut inquit eleganter Socrates. Ad solutionem illam communionis, quæ ob Maximi Cynici ordinationem inter Orientales & Occidentales intercesserat, & cui resarciendæ operam dabat Concilium Constantinopolitanum, Gregorius Nazianzenus respicit, cum Occiduz & Orientalis oræ velut nodum Constantinopolim esse Patribus congregatez pronuntiabat, quò hinc & inde extrema provinciarum capita pertingerent, & inde velut à communi fidei emporio refunderebantur. Etenim Thraciam Diocesim huius scriptor velut appendicem Constantinopoleos intuebatur, & communionis interversæ fideique afflicte restitutionem hinc expectandam præ se ferebat.*

approbatur, his verbis: *De Tomo Occidentalium. Nos etiam Antiochenos suscepimus, qui unam confitentem Patris & Filij & Spiritus sancti divinitatem.* Scio in controversiam adduci Tomum istum Occidentalium. Repudiata etenim Zonaræ & Balsamonis interpretatione, qui de canone fidei in Sardiceni Concilio promulgato verba illa accipiunt, Illustrissimus Card. Baronius de Damasi epistola synodica scripta ad Paulinum Antiochenum, quæ refertur à Theodoro, hunc canonem accipiendum existimat. Quod viro erudito displicuit, qui exferet adferit locum esse mendosum: quoniam verba isto de Tomo Occidentalium, qua tituli vicem præstant, significare videntur canonem agere de nescio quo Occidentalium libello. At verò canon, inquit ille, nihil minus exsequitur; sed tantum approbat ea quæ definitant Antiocheni, unam confitentem Patris & Filij & Spiritus sancti divinitatem. Vnde animum sumpsit antiquam lectionem movendi, ita ut Antiochenus substituerit Occidentalibus, id est, *Δι' αὐτῶν*, ut ille quidem legit, *τοῖς ὁμοῦν*. In quo dupliciter peccatur, tum in sententia detorta & inconcinna, quam antiquæ lectioni hujus canonis affigit; tum in nova omnino voce & omnibus scriptoribus incognita, quam ille commisit, cum afferit Antiochenis voce hybrida, & à Syriaca deducta, *Diabicos* appellat, quasi diceret *lucis confites*, à lucò Daphnensi, quo ornabatur Antiochia. Tenebras illas discutiet vera & sincera mens illius canonis, quæ ita constitui & enarrari paucis verbis potest. Quod attinet ad epistolam Occidentalium, qua docent fe communionem Antiochenorum amplecti, quia rectam fidem profitentur, etiam Meletij & Paulini schismate laborent, nos etiam eosdem Antiochenos jam antea suscepisse testamur, quia nobis constitit eos unam Patris & Filij & Spiritus sancti confiteri divinitatem. Vnde sequitur alium esse Tomum Occidentalium, qui commemoratur in hoc canone, ab epistola synodica Damasi ad Paulinum Antiochenum, vel saltem cum illa epistola aliam adjunctam fuisse ad Orientales Episcopos Constantinopoli congregatos. Nihil enim vetat quin eodem tempore & eodem exemplo perscripta & missa fuerit ad Paulinum & ad Synodum Constantinopolitanam. Inde etiam sequitur veterem omnium codicum lectionem non esse sollicitandam, quæ *Δι' αὐτῶν* seu *maius Occidentales* huic synodo cognitos exhibet. Nec est quòd vit eruditissimus conjecturam suam fulciat ex emendatione tentata in Libello oblato contra Ibasem Edef-

de quibusdam... Zonaræ & Balsamonis... Baronius de Damasi epistola... Prius Vn. Lib. l. i. c. 4.

Ammianus Marcellinus... Epistola ad Paulinum...

Epistola ad Paulinum... Theod. pag. 74.

Socrates, lib. 4... Carol. Balzæ...

Gregorius Nazianzenus... Constantinopolim...

Can. v. ubi dicitur... de Antiochia...

senum in synodo Berytensi, ubi synodi Antiochena & Tyria, in ejus Episcopi causa habitæ, ἀντιοχεια dicuntur, & δὴνὰ: quam ille in Ἀντιοχεια immutat, ut Antiochena eo vocabulo significetur. Sanè alia mens est Libelli, ubi Antiochena Synodus ἀνατολικὰ dicitur, sive Orientalis, quia urbs Antiochia est metropolis Orientis. Tyria autem dicitur δὴνὰ, seu Occidentalis, ratione habita situs quem Tyras obtinet in Diocesi Orientis. Phœnicia enim, ubi sita est Colonia Tyri, porrigitur ad partes occidentales Dioceseseos Orientalis.

CAPVT V.

Synopsis.

I. Singula Orientis Dioceses suis Patriarchis & Exarchis commissa: Soli Occidentis Dioceses esse, Romanis Episcopo. Eo sensu explicata: Majores Dioceses in Concilio Arelatensi prima.

II. Romanus Pontifex capus Occidentis, à Basilio, & Augustino, cujus locus explicatur. ex Hieronymo. Cyrillo Alexandrino. Concilio Ephesino.

III. Innocentius refert originem hujus institutionis. Ilyricum sibi æque ac cetera Dioceses vindicat.

IV. Romanus Pontifex Patriarcha dicitur, etiam Occidentis, à Iustiniano: cujus locus explicatur.

V. Romani Episcopi Patriarchæ nomen non sumpserunt. ex Gregorio: quomodo iure Patriarchicæ videntur. & ab aliis dicuntur Patriarchæ. Quingenas numeros Patriarcharum in Synodis sexta & octava.

CONSTITUTA Ecclesiarum in Orientales & Occidentales divisione, necesse est ut statim cordato lectori veniat in mentem, aliquo disciplinæ ordine earum administrationem constituisse. Quod si curiosius rimetur, statim inveniet, eodem modo quo quinque illæ Orientis Dioceses ita suis Primatibus erant commissæ ut Ægypto præflet Alexandrinus Patriarcha, Orienti Antiochenus, Asiæ Diocesi Ephesinus Exarchus, Ponticæ verò, Cæsareæ in Cappadocia Episcopus, & Thracicæ Constantinopolitanus, qui tandem, ut dixi, tres istas Dioceses, Asiaticam, Ponticam, & Thracicam decreto Concilij Chalcedonenfis suæ sedis asseruit, ita Diocesese Occidentis ea ratione Metropolitanis suis conceditæ fuerunt ut Romano Episcopo tanquam totius Occidentis Patriarchæ subessent: qui tantum à ceteris Patriarchis administratione distabat, quantum dignitate & auctoritate. Cujusque enim illorum potestas unius Dioceseseos finibus coerceretur, integræ autem & solidæ totius Occidentis Diocesese Romanæ Episcopi auctoritate gubernabantur.

Hoc discrimen fortasse respiciebant Concilij Arelatensis Sacerdotes, cum epistola sua ad Silvestrum testantur eum *Majores Dioceses* tenere, quia scilicet septemvel octo Occidentis diocesese obtinebat, nempe in Italia duas, Illyricum solidum, quod ex una Diocesi in duas postea est discerptum, Gallias, Britannias, Hispanias, & Africanam.

II. Sanè ne effusam illam Romani Pontificis administrationem commentus fuisse videar, laudabo testes omni exceptione videar, hinc Basilium ab Oriente, qui conceptis verbis Episcopum Romanum, *Occidentalium Coryphaum* esse scribebat, id est, illius Ecclesie principem; hinc verò, Augustinum ab Africa. Hic cum adversus Iulianum Pelagianum testimonia Cypriani ex Africa, Irenæi, Rhetici, Olympij, Hilarij & Galliis, & Ambrosij ex Italia protulisset, ista verba subjungit: *An ideo contemnedos putas, quia Occidentalis Ecclesia sumus omnes, nec ullus in eâ est commemoratus à nobis Orientis Episcopus? Quid ergo faciemus, cum isti Græci sint, nos Latini? Puto tibi eam partem orbis sufficere debere in qua primam Apostolorum suorum voluit Dominus gloriosissimo martyrio coronare. cui Ecclesie præsidentem beatum Innocentium si audire voluisses, jam tunc periculosam juventutem tuam Pelagianis laqueis exuisses.* Ecclesie qui præsidebat Innocentius, nulla est alia quam Occidentalis, cujus solius hoc in loco mentionem facit Augustinus. ut frustra sint Novatores, qui ad Romanam hæc verba referunt, cujus ne meminit quidem. Certum quidem est ab Augustino Occidentalem Ecclesiam ex eo capite illustriorem reddi quòd Occidens ea sit orbis pars in qua Princeps Apostolorum martyrio coronatus sit, ac proinde compositus cum Oriente primas partes dignitatis ferre debeat, unde sequatur, maximi ponderis esse debere adversus Pelagianos Innocentij sententiam, qui Occidentali Ecclesie præsideret. Basilio & Augustino addamus Hieronymum, qui epistola ad Marcum, *Hæreticum me*, inquit, *cum Occidente, hæreticum me cum Ægypto, hoc est, cum Damaso Petrique condempnent.* Quid apertius? Ut Ægyptum, tanquam specialem Alexandrini Patriarchæ Diocesem, Petro Alexandria Episcopo tribuit Hieronymus, ita & Damaso Episcopo Romæ solidum Occidentem. In eam sententiam idem auctor, cum cœlibatum sacerdotum adversus hæreticos assereret, totiusque Ecclesie consuetudinem, ad comprimendam novitatem testimonij pondere, advocaret; trium Patriarchatum limites describit. *Quid faciunt*, inquit, *Orientis Ecclesie, quid Ægypti,*

Epistola ad Silvestrum

Aug. l. 1. contra Iul. c. 1.

Hieronymus ad Marcum

De Concordia Sacerdotij

Synod. anat. de
fide.

modum vetus illa, Occidentalis nomine designatur. Τὸς ἰσως Πόλις ἔ' ἰσσησίας οὐδ' αὐτοὺς ἀλλ' ἴσ' ἰσσησίας ἔσσησθη.

V. Tamen hic diffimulandum non est, etsi jure Patriarchico in Occidente fruerentur Episcopi Romani, sese Patriarcharum nomine jaquare non consuevissent, sed auctoritatem suam sola sedis apostolicæ appellatione explicuissent. Quod eruitur è laudabili quodam loco petito è S. Gregorij Magni Regesto, sequitur è mandato quod Joanni Defensori Hispaniam adveni dederat, ut Episcoporum Hispanorum conatum infringeret, qui Stephani Episcopi à provinciali synodo dejecti appellationem alienam à Canonibus & à more Ecclesiarum contendebant. Contra hac si dictum fueris, inquit, quia nec Metropolitanum habuit, nec Patriarcham, dicendum est quia è sede apostolica, quæ omnium Ecclesiarum caput est, causa hac audienda ac dirimenda fuerat; sicut & predictus Episcopus (scilicet Stephanus) petiisse dignoscitur, qui Episcopos alieni Concilij judices habuit omnia suscepit. Ex eo consilio profectum est quò idem Gregorius quatuor Patriarcharum tantum mentionem facit in epistola ad Brunehildem Reginam Francorum, quæ eorum ignorantiam percellit qui à Decretis Synodi Chalcedonensis discedebant: Sed ita illos erroribus imbibit, ut ignorantia sua credentes, non-versam Ecclesiam, atque omnes quatuor Patriarchas, non ratione, sed malitiosa mente tantummodo refugiant. Nempe quia sedis apostolicæ principatus eximium aliquod jus, non solum in Occidentis provincias, quæ jure Patriarchico solius Episcopi Romani sollicitudini paterunt, sed etiam in ceteras Orientis Ecclesias, quæ illi ut supremo Capiti per Patriarchas suos connectebantur, obinebat. Noluit ergo Patriarcha audire Gregorius; sed etiam non alienum à se duxit, jure Patriarchico uti per Occidentis provincias. Quem morem secutus est Innocentius III. qui quatuor Patriarchas numerando, Romanam Ecclesiam intra dignitatis illius limites non cogit. Ceterum in Concilijs, Romana inter Patriarchales sedes recensebatur; ut patet ex synodica epistola Concilij sexti: quæ Constantinum Pogonatum Patres rogant, ut Adorum Synodi exemplaria ad quinque Patriarchales sedes mittantur, ἡς ἀδελφοὶ τοῖς πρῶτον κειταμένοις ἕσσησι. Inde Theodorus Studita ecclēsiasticum corpus πᾶσι κειταμένοις vocat; Quinque Patriarchis ad unus capitis formam reductis, ut explicuit Balsamo: quem admodum Gregorius B. Petri sedem, unius in Tribus locū esse scripsit. Oitava etiam

Synodus Quinariam sedium Patriarchalium numerum agnovit, & Nicolaus I. in Responsis ad Bulgaros Romanam Ecclesiam inter Patriarchales recensuit, licet ceteris dignitate & auctoritate præcellat.

Nicod. Concordia
Bulg. c. 14.

ADDITIO.

STEPHANI BALUZII.

ADDERE verò visum est insignem locum ex libro secundo Anselmi Episcopi Lucensis adversus Guibertum: in quo Nicolaum secundum Papam redarguens ob innotata Patrum decreta, auctoritatis ejus opponit decreta sanctorum quinque Patriarcharum, in quibus Romanum primo loco ponit. Sed ut tandem, inquit, invincibili gladio feriatur, profertur Nicolaus, scilicet Patriarcha, cum quolibet Episcoporum Concilio non potest abstrahere, inò nec mutare, non obviansi sedis præstita decreta sanctorum quinque Patriarcharum, scilicet Romani, Alexandrini, Antiocheni, Hierosolymitani, Constantinopolitani. Sequenti dein statim visum est servandam esse Romano Pontifici suam prærogativam etiam inter loquendum & scribendum, adhibe- que Romanum Pontificem non esse commutandum cum ceteris quatuor Patriarchis, cum eorum caput sapientum esset. Itaque Innocentius III. Romanum Pontificem in scribendo distinguit à Patriarchis. In historia verò Concilij quod apud Lugdunum habuit Innocentius hujus nominis quartus, cùm Aquileiensi Patriarchæ datas esset locus post Antiochenum, Constantinopolitanum & Antiochenum, qui astant, gavitur & iniquo animo idtulere, ac ledem ejus evertereunt, dicentes illum non esse de quatuor Patriarchis. Ita enim legitur in historia illa, prout edita est in tomis Conciliorum. In veteri codice manuscripto Bibliothecæ Regiæ, in quo eadem historia extat, numerus Patriarcharum non exprimitur, atque tantum auctor alios Patriarchas dixisse Aquileiensem federe non debere iusta eos, cùm non esset Patriarcha, id est, cùm non esset Patriarcha. Sanè hanc ultimam lectionem adjuvat quod legitur apud Valsalcum in Narratione de controversijs inter Hermannum Episcopum Augustanum & Egimoneum Abbatem sancti Valsalci, ubi ista habentur in capite xv. Ab Episcopo Aquileiensi, qui abusus Patriarcha vocatur, sub pallio Fidei verri Hierarchia, promissis duobus juramentis ordinatus.

CAPVT VI.

Synopsis.

I. Agitur de comparatione Alexandrini Episcopi cum Romano. Jus Patriarchatus frequentius exercitatum in Diocesi Phœnicia, & in Italia, quàm in ceteris Occidentis provinciis.

II. Synodorum inditibus, Episcoporum ordinario, & iudicium de multis causis, sunt partes juris Patriarchici, Concilium Romanum ex Episcopo Italia; ut patet ex Iulio, epistola Orientalium, & Synodica Concilij Sardicensis, quæ explicatur, & ex Libertia.

C. Graec. de prob.
de dign. c. An.
de de p. 1. 1. Es
concord. sacra Ro
mana de theol. ec
concord.
Ath. de cons. Syn.
Theodorus Stud.
apud Barro. ano.
p. 9. ff. de
Religione de P. 1.
p. 10. ff. de ap.
sent. ut non possit
sententia. 1. 1. 1.
de de p. 1. 1. 1.
de de p. 1. 1. 1.
de de p. 1. 1. 1.
de de p. 1. 1. 1.
de de p. 1. 1. 1.
de de p. 1. 1. 1.
de de p. 1. 1. 1.
de de p. 1. 1. 1.

III. Concilium istud auctoritate Romani Pontificis evocatum. probatur ex epistola Gallo Augusti, & Synodi Romani sub Felice & sub Symmacho.

IV. Hæc Synodus generalis Italie videtur originem traxisse ex conventu habito in castra Pauli Samosateni. Antè Synodus Italica & Romana dicebantur. Postea Concilium Romanum utramque complexam est.

I. RESTAT ut asserto Occidentis Patriarchatu, in eam rationem sollicitius inquiramus, qua ad exemplum Romani Episcopi, jura Alexandrinæ sedis per Ægyptum, Libyam, & Pentapolim Nicæna Synodus meriebatur. Hic distinctio quædam adhibenda est, qua non animadvertenda, de componendo jure Patriarchico duarum istarum sedium desuperandum est, dicendumque cum viris eruditissimis, de sola metropolitica auctoritate hoc canone comparationem iniiri. Occidentis Ecclesiæ per plures Dioceses porrectæ erant, ut superius monui, quæ suis quæque synodis constabant, ut ostendere esset in proclivi de Africana, Illyriciana, & Gallicana, imò & de Hispanica. Italia in duas Dioceses divisa, Italianam nempe, & Vrbicariam, cum à sede apostolica non longè abesset, frequentioribus beneficiis ab ea fovebatur, adeo ut jus illud omne præcipuum, quo Patriarchæ in suis Diocesisbus potiebantur, Episcopus Romanus in sua Diocesi Vrbicaria, & fortean in Italica, exerceret. In cæteris verò Occidentalibus provinciis summam auctoritatis vim & dignitatis apicem conservabat quidem, sed non eam in omnibus rerum articulis, æquè ac in Italici provincie, explicabat.

II. Ius Patriarchæ in eo versatur, ut Episcopos sibi subditos ad Concilium evocet, ordinationes Episcoporum celebret, & de majoribus causis iudicium ferat. Romanus Episcopus synodum omnium Italici Episcoporum, ut proprium & ordinarium Romanæ sedis conventum, coegebat, & per omnes Italici provincias, vel saltem per Vrbicariam Diocesim, Episcoporum ordinandorum jure fruebatur. Concilium Romanum ex Episcopis Italici confilium fuisse docet Iulius I. Pontifex in epistola ad Orientales, quæ extat apud Athanasium. Nam tametsi solus sim, inquit, qui scripsi, non meam tamen solius sententiam, sed omnium Italianorum, & omnium in his regionibus Episcoporum scripsi. Certe ad constitutum tempus convenere Episcopi, & ejus sententiæ fructu, quam vobis iterum significo. Quare Orientales Episcopi Athanasio communionem restitutam à Iulio & à solis Episcopis Italis observarunt in synodica sua epistola, quam Concilij Sar-

dicens nomine ediderunt: Ad Iulium Romanum perrexeris, sed & ad Italiam quosdam ipsius peris Episcopos, quos seducere per epistoliarum falsitatem, ab eisdem perfacile in communionem esse receptos. Ex eo autem quòd Italici Episcoporum conventus ordinarius Romæ haberetur, profectum est ut eis impensius Romanus Pontifex immineret, curamque suam ad illos frequentiorè extenderet, arque illo proinde nomine Synodus Sardicensis, relatione facta eorum omnium quæ gesta erant Sardicæ ad Iulium Pontificem, ab eo petierit ut omnes Siciliæ, Sardinie, & reliquæ Italici provincias scriptis suis eorum rerum certiores redderet. Quod quidem munus ad Metropolitanos in singulis provinciis pertinebat, sed in duabus Italici Diocesisbus ad Romanum Episcopum jure Patriarchico. Tua autem excellens prudentia, inquit Concilium, disponere debet ut per tua scripseris, qui in Sicilia, qui in Sardinia, & in Italia sunt fratres nostri, quæ acta sunt, & quæ definita, cognoscant, & ne ignorantem eorum recipiant litteras communicatorias quos extra Episcopatum iusta sententiæ declaravit. Libertus verò in epistola ad Constantium Imperatorem, se literas Orientalium de causa Athanasij legisse Concilio, id est, Episcopis Italis, profiteretur.

III. Enimvero ne quis cavilletur, cætus quidem Episcoporum Italici habitos, sed literis Romani Pontificis non fuisse coactos, necesse est ut Gallæ Placidie Augustinæ epistola, quam ad Theodosium Imperatorem dedit, rem totam conficiamus. Testatur religiofa mulier, se, cum ad altare B. Petri accessisset, cultum Apostolo exhibitura, à Leone Episcopo exoratum ut à Theodosio convocandum Generale Concilium impetraret, quo vulneri mederetur, quod fides ab Ephesino latrocinio erat passâ. Leo autem erat Episcoporum multitudine circumseptus, quos ex innumerabilibus civitatibus Italie pro principatu proprii loci seu dignitate collegis, inquit Gallæ Augusta. In hanc sententiam Synodus Romæ coacta circa annum C D L X X X I V. scripsit Constantinopolitanos hæc verba: Quoties intra Italiam propter ecclesiasticos causas, principis fidei, colliguntur Domini sacerdotes, confuetudo retinetur, ut successores præsolam sedis apostolice ex persona concilio totius Italie sacerdotum, iuxta sollicitudinem sibi Ecclesiarum omnium competentem, cuncta constituant, qui caput est omnium. atque ideo addunt inferiori loco ejusdem epistolæ: Beatissimus vir Felix, Caput nostrum, Papa, & Archiepiscopus. Sanè de Siciliæ Episcopis, licet freto ab Italia secretis, testatur abundè Leo tet-

Epistola apud Iulianum in Epistolâ in parte 1.

Epistola Synodica Concilio Sardicæ in caput Iulianum.

Libertus ep. ad Constantium.

Epistola Gallæ parte I. Concilii. Uniceph. cap. 14. ubi dicitur quod Leo ad altare B. Petri accessisset, cultum Apostolo exhibitura, & quod Theodosium Imperatorem ad hoc Concilium convocandum impetraret.

Synodus Constantinopolitana sub Felice.

Leo I. Decret. cap. 71.

Iulianus ep. ad Constantium. Iulianus. April. 1.

nos ex eorum synodo quotannis Romam fraterno sociandos Concilio indiffimulante occurrere debere. Hinc profectum ut in Synodo Romana sub Symmacho, quam Rex Theodoricus ex omnibus Italiae provinciis coegerat, rectè observatum fuerit, hanc synodum ab ipso Papà convocari debuisset: cujus voluntatem intercessisse scripto docuit Theodoricus.

IV. Vnus tantùm superest, quem eximere oportet à lectoris animo, scrupulus, unde ortum habuerit hæc Synodus Romana Italiae finibus circumscripta. Possem veteri consuetudine me tueri, quæ sanè huic institutioni, ut & ceteris ecclesiasticæ disciplinæ articulis, incrementum dedit. Sed fortassis non ineptè hujus conventus originem inde repetere possumus, quòd ad profligandam Pauli Samosatani hæresim ab Aureliano Imperatore constitutum fuit ut Italiae Episcopi Romam de hac questione tractaturi se conferrent. Etsi enim evocandorum Episcoporum jus Romanæ sedi concedamus, nemo tamen inficiabitur quin cætas frequens Romæ haberi vix posset sub paganorum Principum imperio, nisi cogendi Concilij gratiam Imperatores facerent. Quod cum ab Aureliano imperatratum occasione unius causæ fuisset, præjudicio suo synodum ex Romana & Italica permixtam constituit, ante Nicæni Concilij tempora. Cum enim Paulus Samosatenus Antiochia Episcopus, duplici synodo Antiochena damnatus, domo episcopali abcedere noller, Aurelianus interpellatus hac de re præcepit ut domus Ecclesiæ illis tribueretur quibus Christiani Italia & Prætorum Episcopi per litteras tribuendam præscribebant, teite Eusebio. Sanè ante hoc tempus (quod incidit in annum CCXIII.) Italiae Episcopi seorsim à Romanis conveniebant, ut factum est cum damnatus est Novatianus anno CCLV. à synodo Romana, Italica, & Africana, quamvis deinde ab iis Relatio missa fuerit ad Cornelium Romanum Episcopum, qui hac de re suis litteris monuit Fabium Antiochenum. Sanè si extaret integra Cornelij epistola, cujus nobiliora fragmenta protulit Eusebius, fines utriusque synodo Romanæ & Italicæ, quos tunc temporis obrinebant, sine ullis ambiguis assignaremus. In extrema enim epistola (ut testatur Eusebius) Episcopos, qui Romam profecti, Novatiani demeritiam condemnabant, & Ecclesias, quibus singuli præerant, Cornelius recentebat. At tamen nemo est qui sibi persuadere non possit Romanam synodum iis Episcopis constituisse qui non solum sub metropoli

degebant, sed etiam ceteris quibusdam, qui per Campaniæ oras, Brutios, & Apuliam erant constituti, Italicam verò ex iis conflata Episcopis qui provincias Italiae Transpadanas incolerent. Sanè ad Italicam synodum è pluribus provinciis convenerant Episcopi, ut ipsa docet nominis significatio, quod uni Italiae provincie tribui non solet. Cùm autem urbis aliqujus celebritas tot Episcopos variarum provinciarum in unam synodum Italicam coegerit, par est etiam credere Romanæ civitatis dignitatem, imò & ipsius Pontificis, non adeo neglectam, quin è pluribus etiam Italiae provinciis synodo Romanæ frequentes adessent Episcopi. Et ut appetitum promam quod sentio, planè mihi persuadeo ipsius Cornelij tempore, in ecclesiasticæ disciplinæ ordine, duas veluti Diocesces apud Italiam constitutas fuisse, è quibus Italica & Romana synodus constarent: quæ liquidius patuerunt, cùm Italia lege Constantini duobus Vicariis Præfecti prætorio est assignata, quorum alteri sedes esset Mediolani, alteri verò Romæ.

CAPVT VII.

Synopsis.

I. Ordinatio Episcoporum pertinet ad Patriarcham. Restricta ad Metropolim in Patriarchatu Constantinopolitani institutione. Antiqui Patriarchi omnium Episcoporum ordinatio competebat, ut Antiochæ, ex Innocentio.

II. Ex Alexandria in solida Diocesi Ægyptia. Quæ Metropolitaram iura non omnia trahat, ex Concilio Nicæno, & Synodo.

III. Idem ius competebat Romano in provincia Prætoriana. Antiqua regula, qui pertinent ad synodum, pertinent ad consecrationem, probatur ex Novella Iustiniani, quæ emendatur. Dubitatur de Italica Diocesis Episcopo, & de ipsi Metropolitano Mediolanensi & Aquileiensi.

IV. Prætoriana autem Diocesis Episcopo ordinatus ab Episcopo Rom. docetur è Celestino. Metropolitani in Prætoriana Diocesi.

V. Eorum iura servata in ordinationibus Episcoporum, ad exemplum Alexandrini Episcopi, & Theodosianensis, quærat Vicarius Romani in Ægypto.

VI. Brevis & nova interpretatio canonis facti Nicæni, ex Rufino. Idem jus Alexandrino in Ægyptica Diocesi competit, quod Romano in Prætoriana. In ceteris non componuntur iusticia. Novatorum arguta refellitur nova responsio.

VII. Patriarchicum jus Romani Pontificis in reliquis provinciis Occidentis versabatur præcipue in maioribus causis. Concilia Dioceses Occidentales conjuncta cum Romano per Relationes & Legatos.

VIII. Gallicanam Ecclesiam jus illud Patriarchicum semper complexam esse docetur aliquo testimonio selectis. Quod obtinuit in prima, secunda, & tertia Regni Dynastia.

Epist. lib. 7.
108. c. 1. & c. 2.
ubi dicitur quod
Episcopi per litteras
tribuendam præscribe-
bant, teite Eusebio.
Sanè ante hoc tempus
(quod incidit in annum
CCXIII.) Italiae
Episcopi seorsim à
Romanis conveniebant,
ut factum est cum
damnatus est Novatianus
anno CCLV. à synodo
Romana, Italica, &
Africana, quamvis
deinde ab iis Relatio
missa fuerit ad
Cornelium Romanum
Episcopum, qui hac
de re suis litteris
monuit Fabium
Antiochenum.

I. **N**VNC de jure ordinationum tractandum est, quod Patriarchis adeo competit, singulari quodam privilegio, ut cum ad honorem Primatus, quo fruebatur Episcopus Constantinopolitanus, facta est auctoritatis illius Patriarchicæ accessio ex Decreto Concilij Chalcedonenfis, saltem Metropolitanorum omnium, qui præserant viginti septem provinciis trium Diocceson Thracicæ, Asianæ, & Ponticæ, ordinationes illi addiditæ fuerint; aut celebrandæ ab ipso Patriarcha in urbe regia, aut ejus mandato in provinciis, ut docet canon xviii. Concilij Chalcedonenfis, & Magistratum interlocutio, quæ extat inter Acta Concilij. Recisa est tunc aliquo pacto plena illa, quæ ad Patriarchas spectat, ordinandorum Episcoporum potestas, ut novæ auctoritati fovendæ faciles se præberent provinciarum Metropolitanorum. Alioqui certum est antiquis illis & majorum gentium Patriarchis ordinationes omnium Episcoporum, non tantum Metropolitanarum, competitivisse. Id aperte docet Innocentius primus, qui Alexandro Antiocheno Episcopo, hac de re consultus, ita rescripsit: *Itaque arbitramur, frater carissime, ut sicut Metropolitanos auctoritate ordinas singulari, sic & ceteros non sine permisso consentientique tua sinas Episcopos præcreari. In quibus hanc modum rectè servabis, ut longè potius literis datis ordinari consueas ab his qui nunc estis, suo tantum ordinant arbitratu. Vicinas autem, si asistas, ad manus impositionem tua gratia statuas pervenire. Quorum enim te maxima expellat cura, precipue tantum debent mereri judicium.* Non novum jus aliquod constituit Innocentius, etsi Metropolitanos Dioccesis Antiochenæ à quasi possessione ordinationum episcopopalium depellat, sed jus quæsitum sedis Antiochenæ à synodo Nicæna, & temporis injuria quodammodo interruptum restituit. Præfatur enim Innocentius, Antiochenam Ecclesiam non super aliquam provinciam, sed super Dioccesim suam à Nicæno Concilio constitutam. Vnde sibi argumentum parat ad ordinationes Episcoporum totius Diocceseos, Antiochenæ sedis adducendas.

I. Quod attinet ad Alexandrinum Episcopum, ex synodi epistola patet, omnes Episcopos Ægypti, ejus decreto ordinatos. Sed illustrior erit hujus rei probatio, si testimonia Synyfi expendantur. Pentapolitana regio Cyrenensium, urbi Prolemaidi suberat, ut totius provinciæ metropolitani. Metropolitanam illam Ecclesiam Synesius obtinebat, & jure suo provincialium

Episcoporum curam gerebat, adeo ut & in eorum mores & ordinationum vitia inquireret. Ius tamen constituendum Episcoporum suæ provinciæ non sibi arrogat, sed Alexandrinæ sedis ex antiquis moribus, ea tamen lege, ut ordinandus Episcopus suffragio Cleri & populi electus, à Metropolitanano primùm sit approbatus, deinde Alexandrini Episcopi decreto manus impositionem suscipiat. Vnde patet summa Episcopi Alexandrini auctoritas, ita tamen, contrà quàm plerifque videatur, ut Metropolitanus dignitas non sit omnino neglecta, cui sollicitudo totius provinciæ imminet; adeo ut & synodum provinciæ cogere possit, quemadmodum à Synesio factum sæpissime: etsi omnia majoris momenti ad Patriarcham sint referenda. Quæ dixi, perspecta erunt è duobus Synesij locis. Alter est de Palæsticæ in Pentapolitana provincia Episcopo: *Quamobrem unum illum & saltem Palæsticæ Episcopatum creatum, sed neque legitimum, contra jura verò omnia, quantum de sensoribus accepi, cum neque sit Alexandria constitutus, neque à tribus hic ut maximè ordinandi signum datum.* Alter est de Olbiatis Episcopo in Pentapoli; cuius electionem Synesius suffragio suo probavit, sed decreto Theophili Alexandrini eam confirmari necesse esse docet: *Meo quoque illum suffragio renuntio; ac peccatum quidem mihi erit, si illum in episcopatu collegam & socium habeam. Vnum adhuc superest, sacra tua scilicet manus. Hoc nunc Olbiatis opus est, mihi verò precibus.*

III. Sanè ex comparatione Alexandriae & Antiochenæ sedis cum Ecclesia Romana, (quæ inita est, ut initio monui, in iis quæ ad jura Patriarchica pertinent) nulli dubium esse poterit quin Episcoporum ordinationes, non solum in provincia Romana, quo jure quamplures Metropolitanorum potiebantur, sed etiam in vicinis quibusdam provinciis obtineret. De provinciis Vrbicaris, id est, de provinciis illis decem quæ Vicario urbis parebant, & per Campaniam, Brutios, Apuliam, Calabriam, ad Siciliam usque protendebantur, non est aliquis dubitandi locus. Ve enim Dioccesis Orientalis addidit fuit Antiocheno Episcopo à Nicæna synodo, unde jura ordinationum sequebantur, quemadmodum nos docuit Innocentius; ita etiam Dioccesis Vrbicaria saltem Vrbis Episcopo concessa fuit à synodo Nicæna, unde etiam ordinationum jura per decem illas provincias constituuntur. Hoc etiam alio argumento conficietur, quod nobilioribus ingenijs gratum futurum existimo. Veteris disciplinæ hoc erat præcipuum

Canon 18. Concilij Chalcedonensis. An. 451. c. 18. §. 1. §. 2. §. 3. §. 4. §. 5. §. 6. §. 7. §. 8. §. 9. §. 10. §. 11. §. 12. §. 13. §. 14. §. 15. §. 16. §. 17. §. 18. §. 19. §. 20. §. 21. §. 22. §. 23. §. 24. §. 25. §. 26. §. 27. §. 28. §. 29. §. 30. §. 31. §. 32. §. 33. §. 34. §. 35. §. 36. §. 37. §. 38. §. 39. §. 40. §. 41. §. 42. §. 43. §. 44. §. 45. §. 46. §. 47. §. 48. §. 49. §. 50. §. 51. §. 52. §. 53. §. 54. §. 55. §. 56. §. 57. §. 58. §. 59. §. 60. §. 61. §. 62. §. 63. §. 64. §. 65. §. 66. §. 67. §. 68. §. 69. §. 70. §. 71. §. 72. §. 73. §. 74. §. 75. §. 76. §. 77. §. 78. §. 79. §. 80. §. 81. §. 82. §. 83. §. 84. §. 85. §. 86. §. 87. §. 88. §. 89. §. 90. §. 91. §. 92. §. 93. §. 94. §. 95. §. 96. §. 97. §. 98. §. 99. §. 100.

Innoc. in Decretis cap. 44.

Synesius ep. c. 1. ad Theoph.

Synesius ep. c. 2. ad Theoph.

Provinciæ vrbicariæ in esse cap. Decretis Prolepti pariter de vrbicariis c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.

Epistola Nicæni Concilij ad Ale. c. 1. §. 1. §. 2. §. 3. §. 4. §. 5. §. 6. §. 7. §. 8. §. 9. §. 10. §. 11. §. 12. §. 13. §. 14. §. 15. §. 16. §. 17. §. 18. §. 19. §. 20. §. 21. §. 22. §. 23. §. 24. §. 25. §. 26. §. 27. §. 28. §. 29. §. 30. §. 31. §. 32. §. 33. §. 34. §. 35. §. 36. §. 37. §. 38. §. 39. §. 40. §. 41. §. 42. §. 43. §. 44. §. 45. §. 46. §. 47. §. 48. §. 49. §. 50. §. 51. §. 52. §. 53. §. 54. §. 55. §. 56. §. 57. §. 58. §. 59. §. 60. §. 61. §. 62. §. 63. §. 64. §. 65. §. 66. §. 67. §. 68. §. 69. §. 70. §. 71. §. 72. §. 73. §. 74. §. 75. §. 76. §. 77. §. 78. §. 79. §. 80. §. 81. §. 82. §. 83. §. 84. §. 85. §. 86. §. 87. §. 88. §. 89. §. 90. §. 91. §. 92. §. 93. §. 94. §. 95. §. 96. §. 97. §. 98. §. 99. §. 100.

caput, ut synodus sic sisterent Episcopi apud eum cujus arbitratu ordinati erant. Vnde profectum est ut *pertinere ad alieujus Concilium, vel ad consecrationem, promiscuè & passim dicantur Episcopi qui à Primatibus suis pendunt.* Hinc est quod Iustinianus Novella sua secundum Canones statuat *convenire apud beatissimos Patriarchas illos qui ab ipso ordinati sunt, & qui non habent jus alios Episcopos ordinandi: ut apud sanctissimos Metropolitanos cujusque provincia eos qui ab eis sunt ordinati.* Quam Constitutionem ita Photius in Nomocanone interpretatur, ut Metropolitanorum synodus apud Patriarchas, & Episcoporum apud Metropolitanos cogendas esse dicat. Ex qua Photij explicatione colligitur elegans restitutio in contextu Novellæ Iustinianæ, deletâ particula *quæ*, ut descripti sint Metropolitanis his verbis: *It qui à Patriarchis ordinati sunt, & habent jus alios ordinandi.* Alioqui si negationem retineas, nullus erit verborum illorum sensus. Non enim moror Balsamonis explicationem, qui de Archiepiscopis & Metropolitanis, quibus nulli subsunt Episcopi, Iustiniani Novellam interpretatur. Nondum enim invaluerat nupera illa & à posterioribus Principibus Græcorum excogitata Archiepiscoporum dignitas, qui à Metropolitanis synodo resecti, nullis Episcopis præterant. qua de re alibi. Porro cum superioris synodorum conventum tam Vrbicaræ Diocæseos, quam Italicæ, specialiter jure antiqua consuetudine Romæ sæpe habitum demonstraverimus, quid aliud inde consequi potest, quam Episcopos earum provinciarum ab Episcopo Romano, aut ejus decreto, ordinatos fuisse? Hæreo in Episcopis Italicæ Diocæseos, quibus manum impositam in Mediolanensibus provinciâ ab Ambrosio docent ejus epistolæ, & idem ab Aquileensibus usurpatum. Nec mirum, cum Italica illa synodus ad Romanam Aureliani Principis tempore accessisset, ut antè dicebamus, idcircoque par erat jus integrum servari Metropolitanis in suos Episcopos. Sanè de ipsi Metropolitanorum sedium Episcopos in Italica Diocæsi, decreto Romani Pontificis ad manus impositionem venisse tentari posset à Pelagio & Gregorij Regesto, qui auctoritatem ordinandæ Mediolanensibus & Aquileensibus Ecclesiæ suæ sedi ex antiqua consuetudine vindicant, quamvis non ut lateat quid possit in contrarium dici.

IV. De Vrbicaræ autem Diocæseos Episcopis, qui ab ipsa nascentis Ecclesiæ origine in Urbis synodo sistedebant, dubitare non sinit Celestinus Pontifex, qui Apulicæ & Calabriz ordinationes sibi arrogat: *At-*

divimus quædam propriis desinitas rectoribus civitates, Episcopos sibi petere velle de laicis, tantumque fastidium tam vile credere, ut hoc his, qui non Deo, sed seculo militaverunt, asserimus nos posse conferre, non solum male de suis Clericis, in quorum contemptum hoc faciunt, judicantes, sed de nobis pestem, que credunt hoc posse facere, sentientes. Itaque non solum Metropolitanis Episcopis, sed omnium Episcoporum per illas provincias constitutorum ordinationes sibi asserit. Metropolitanis Episcopi mentionem feci: quia viris eruditus assentiri non possum, qui provincias istas Metropolitanis desinitas fuisse putant, quæ vera ratio in contrariam sententiam impellere debeat. Etenim cuique provinciæ suus præesse debet Metropolitanus, ut decreverit Nicæna Synodus, & Innocentius atque Leo suis Decretis sanxerunt. Si ergo in provinciarum censum Campaniam, Calabriam, Apuliam, Brutios, Siciliam, & Sardiniam alciverimus, confecta erit probatio. Atqui Athanasius Campaniam, Apuliam, & Calabriam his provinciis annumerat quæ ejus communionem retinuerant. De Apulia liquiddò Innocentius his verbis: *Innocentius Acapeto, Macedonio, & Mariano Episcopo Apulis.* Multa in provincia vestra contra canones ecclesiasticos decretaque majorum usurpari à pleurimis, & relationes diversorum & suggestiones falsissima viderant. Idem Episcopus per Brutios licteras suas dedit. Calabriz, Siciliz, Sardinie Metropolitanos videre est in Gregorij regestis, & provinciarum Campaniæ, Calabriz, Brutiorum, & Siciliz Episcopos in subscriptionibus epistolæ synodicæ illius Concilij quod ab Agathone habitum est Romæ. Non me lateat quin objici possit non fuisse perpetuum ut singulis provinciis civilibus, quæ aliquando angustissimis limitibus sinebantur, sui præessent Metropolitanis; imò verò in dicta Concilij Romani synodica epistola Picennam & Fusciam inter provincias Italiæ describi, quarum tamen maxima portio in ordine ecclesiastico à Romana metropoli penderet. Sed illud non impedit quin extra Romanam metropolim, cujus fines ex veteri Notitia & ex Athanasio descriptissimus, necessarîo assignandæ singulari metropoles. Restant enim in Italiæ continenti quatuor provincie, Campana scilicet, quæ à Consulari, Samnium, quod à Præfide regeratur; Apulia, cum adjuucta Calabria, quæ Correctione suberat; & Bruttia, cum Lucania, quæ alteri Correctionari parebat. Ex Insulis, Sicilia erat sub Consulari; Sardinia, & Corfica, sub suis singulari Præfidiis; Quin Sicilia administrationem ecclesiasticam

Episcopi universi
Apuliam & Calabriam
constituit.

Nic. Decr. c. 9. In
not. in Decr. c. 9.
Leo in Decr. c.
1. in ep. 18. c.
4.

Athan. in ep. ad
sibi.

Innoc. in ep. ad
Apulis.

Memad Brutios.

Gregor. in regeste
Ep. 10. c. 1. c. 2.
Not. in Acta
Concilij Romani.

Nov. 119. c. 4.
Iustinianus
Novella sua
secundum
Canones
statuat
convenire
apud
beatissimos
Patriarchas
illos qui
ab ipso
ordinati
sunt, &
qui non
habent
jus alios
Episcopos
ordinandi:
ut apud
sanctissimos
Metropolitanos
cujusque
provincia
eos qui
ab eis
sunt
ordinati.

Balsamon
Synod. in Tradit.

Ambrosius
ep. ad
Gergon. lib. 4. ep.
16.

Gregor. lib. 1.
ep. 11.
c. 1. ad
c. 11. q. 2.
c. 1. ad
c. 11. q. 2.
c. 1. ad
c. 11. q. 2.
c. 1. ad
c. 11. q. 2.

cam obtineret Metropolita Syracusarum, dubitare non sinit epistola Constantini Imperatoris ad Chrestum Syracusanum, apud Eusebium, neque de Calaritano Episcopo Sardinie Metropolita Theodoretus. Capium verò Campanie metropolim fuisse discretis verbis testatur Athanasius; quæ tamen minuta capite pristinam dignitatem circa annum DCCCCLXXX. recuperavit, beneficio Ioannis Papæ. Urbem autem Rhegium, quæ in Brutia sita est, metropoles dignitate ornatam fuisse discimus ex Notitia veteri Ecclesie Constantinopolitane; quæ inter metropoles avulsas à Romana Diocesi, Syracusas recenset, atque Rhegium, ex Italie provinciis. Non est tamen dissimulandum, in eadem Diatyposi seu laterculo provinciarum, Metropolitam Rhegij collocatum esse in ordine trigesimo secundo Metropolitatum qui à sede Constantinopolitana pendet, inscriptumque Calabriae Metropolitam; cum tamen, ut dixi, Rhegij civitas sita sit in provincia Brutiæ. Unde nolim aliquis colligat mendam irrepisse in textum, sed innovationem factam fuisse in provinciarum Italie inferioris appellatione & tributione. Perseverabat adhuc, Agathonis Papæ temporibus, provinciarum Calabriae & Brutiæ antiqua distinctio. Etenim in subscriptionibus epistolæ synodice Concilij Romani recensentur inter Episcopos provincie Calabriae, Locrensis, Tarentinus, Thurinus, Taurianus, Tropeianus, Vibonensis, & Hydruntinus in contextu Græco mltiùs quàm in contextu Latino, ubi provincie Brutorum adscribitur. Inter Episcopos verò provincie Brutorum annumerantur Consentinus, Crotonensis, Scyllacensis, & Tempianus. Sed quadraginta sex posthac annis, pars illa Italie quæ ab Imperatoribus Constantinopolitanis retenta est, Calabriae nomen est indepra. Quod probatur eximie duobus testimoniis Hadriani, & Eginhardi. Hic enim ait Carolum Magnum obtinuisse *Italiam totam, quæ ab Augusti Prætoris, usque in Calabriae inferiorem, in qua Græcorum & Beneventanorum gentes esse consuevit.* Beneventum est urbs primaria Samnij, cujus Ducatus portio quædam Apulie & Lucanie fortasse erat adjuncta. Ceterum Calabriae nomine tunc Brutia, Lucania, Apulia, & Calabria specialiter dicta, significabantur. Similis huic locus apud Hadrianum I. qui ad Carolum scripsit, Adalgisum Ducem accessisse ad Missos Imperatoris (scilicet Græci) in partibus Calabria, juxta confinium Ducatus Beneventani. Hinc factum ut in Diatyposi Græca, Rhegium dicatur Metropolis

Calabriae, quamvis pertineat ad provinciam Brutiæ, non autem ad Calabriam specialiter dictam. Duodecim autem episcopatus huic metropoli adscripti in illa Diatyposi, partim siti sunt in Brutia, ut Consentie, Crotonæ, Scyllacij, qui provincie Brutiæ ascensentur in synodica Concilij Romani sub Agathone, partim siti sunt in Calabria, ut Locrensis, Vibonensis, Taurianus, & Tropeianus, qui inter Episcopos Calabriae describuntur in dicta epistola. In Calabria antiqua, & in Apulia, duæ metropoles excitatæ videntur à Græcis post tempora Leonis Ilauri, Hydruntina scilicet, & Sanctæ Stervinae. Earum meminuit Diatyposi Leonis Philosophi, quæ nupero Græcorum invento nullum episcopatum Hydruntinæ subijcit; sanctæ Stervinae verò Metropoli, quæ Calabriae quoque dicitur, quatuor episcopatus submittit, quorum unus est Acherontinus in Apulia. Ea tempestate ceteri episcopatus, ut Barenfis, Brundusinus, alique in Apulia, distracti erant ab Imperio CP. per Ludovicum II. Imperatorem, Lotharij filium Si Notitia vetus provinciarum Italie in manus nostras incidisset, certiore antiquæ dispositionis ecclesiasticæ descriptionem dedissemus. Interim quod ad præsens institutum attinet, certum est comparationem Alexandrini Episcopi cum Romano non ruituram, etsi pauciores Metropolitanos in Diocesi Vrbciana constitueremus, cum ea comparatio in eo præcipue versetur, quòd utrique Dioceses suas pleno jure administrarent.

V. Ordinationes verò eo modo ab Episcopo Romano in his provinciis celebratas, quem sequebatur Alexandrina Ecclesia, necesse est, nempe ut electus Cleri & populi consensu Episcopi, Metropolitani primùm accederet auctoritas, deinde ad ejus Relationem Decretum apostolicæ sedis interponeretur. Eo jure usos fuisse Metropolitanos Ægyptiacæ Dioceseos docebat Synesius. Et hunc morem servatum in Diocesi Illyricana Occidentalis Ecclesie docet Leo Pontifex in epistola ad Anastasium Thessalonicensem Episcopum, illius Dioceseos præfectum, cui vices suas Leo delegarat, ut sedis Thessalonicensis dignitas, apostolicæ auctoritate augetur: *De persona autem consecrandi Episcopi, & de Cleri plebisque consensu, Metropolitanus Episcopus ad fraternitatem tuam referat, quòdque in provincia bene placuit scire te facias, ut ordinationem rite celebrandam tua quoque firmex auctoritas, qua rectis dispositionibus nihil mora aut difficultatis debetis asserre, ne gregibus Domini diti*

Epist. l. x. c. v. Theod. lib. 1. c. 9.

Athanas. ep. ad sol. l. vii. c. lxxv.

Epist. l. x. c. v. Theod. lib. 1. c. 9.

Ann. 876. In synodica epist. Concilij Rom. sub Agathone. Act. 17. decess. 96.

Ann. 774.

Epist. in Vita Caroli.

Not. 1091. ep. 10. ad Carol. Co. nino.

Leo in epist. ad Anast. Thesal. in Univers. c. 34.

desit cura pastorum. Vnde colligitur eundem ordinem observatum in Diocesi Vrbicaria, seu in decem provinciis suburbicariis.

V I. Quare, ut explicatio canonis sexti in paucis contrahatur, rectissime & ex usu recepto Rufinus componi inter se Alexandrinum & Romanum Episcopum in eo scripsit, quod ille Ægyptiacæ Dioceseos Ægyptias habere debeat, eodem jure quo Episcopus Romanus utebatur in Diocesi Vrbicaria, seu ut Rufinus elegantissime loquitur, in *Ecclesijs suburbicariis*, id est, in iis Ecclesijs quæ decem provinciis suburbicariis continebantur. Earum enim provinciarum & synodus, & ordinatio, & plena liberique administratio ad Episcopum Romanum pertinebat, ut Episcopo Alexandrino in Ægyptiaca Diocesi, & Anriocheno in Orientali. Sapienter autem Rufinus comparisonem his finibus coarctavit, quia scilicet uberiori jure fruebatur Romanus Pontifex quam ceteri Dioceseon singularum Exarchi. Et enim & plures majoreque Dioceseos tenebat, ut cum Synodo Arelatensi loquar, & principatum totius Ecclesiæ gerebat: in quibus duobus capitibus, duos illos Patriarchas cum Romano non componi, Rufinus censuit, sed tantum ratione habita Ecclesiarum suburbicariarum.

Vnus est hac voce Rufinus insuper habito discrimine quod inter *suburbicarias* & *urbicarias* regiones à viris eruditissimis animadvertum: qui suburbicarias dici eas quæ non longè abesse ab urbe, adnotarunt; Urbicarias verò, quæ Vicario Urbis parebant. Ceterum hanc *καταβολήν* anxie & scrupulose observavit ille Canonum Interpreter Dionysio antiquior, qui sexti canonis Nicæni sententiam his verbis expressit: *De primatu Ecclesiæ Romanæ, & aliarum civitatum Episcoporum. Antiqui moris est ut Episcopus urbis Romæ habeat principatum, ut suburbicaria loca & omnem provinciam sua sollicitudine gubernet.* His verbis, in quibus explicandis frustra viri eruditi laborarunt, metropolim & Diocesim Romani Episcopi designavit. Per loca suburbicaria, regiones illas quatuor intellexit quæ aliquot civitatibus adjectis, integram metropolim Romanam à sexaginta novem episcopatibus constatam construunt, ut dixi superius. Per provinciam autem, more suo Diocesim significat, nempe Urbicariam. Solet enim Interpreter ille *διωχέσιον* vocem, quæ in Concilij Constantinopolitani canone 11. & in c. ix. & xvii. Concilij Chalcedonenfis extat, provincie vocabulo explicare, ut vidimus in veteri MS. codice. Itaque ex sententia hujus interpretis, nostra opinio, Rufiniquæ com-

paratio, omni ex parte confirmatur.

Hæc distinctio, quæ nondum, ut existimo, observata fuit, Novatorum argutias refellit, qui comparisonem trium Patriarcharum ca conditione institutam putant à Concilio Nicæno, ut primas quidem partes Romanus obtineret, ceterum in sua Diocesi quisque summo jure cum sua synodo uteretur. Perspicere enim debuerant mores antiquos hoc canone firmari, atque adeo totam, quantacunque erat, Romani Pontificis auctoritatem. Quare prudenter Rufinus non in omnibus articulis, sed in eo jure Patriarchico quod obtinebat in Diocesi Vrbicaria, Romanum Pontificem cum Alexandrino Episcopo conferri adnotavit.

V II. Si quis autem jus præcipuum Romani Pontificis in ceteras Occidentis provincias curiosius expendat, summum quidem illud esse reperiet, sed non ita explicatum, ut synodos ordinationisque Episcoporum sibi ascisceret, quemadmodum in suburbicariis provinciis.

In majoribus tantum causis, in legibus ferendis, in Relationibus discutiendis, ad conservandam unitatem Ecclesiæ, auctoritas illa Patriarchica versabatur. Hac ratione Concilia Gallicanæ, Africanæ, & ceterarum Dioceseon cum Romanis Conciliis connectebantur: ita ut plena synodus Occidentalium à Synodo Romana constaret, conjunctis ceterarum Dioceseon synodis; quæ, si de causa communi ageretur, per Legatos decreta sua referebant. Hæc est sententia Concilij illius Romani quod sub Agathone habitum est adversus hæresim Monothelitarum; cuius epistola synodica ad Constantinum Pogonatarum Imperatorem missa, & Actis sextæ Synodi inserta, testatur omnes illas synodos quæ per Occidentis & Septentrionis provincias ad Oceanum usque porrectas ad Episcopos coguntur qui apud Longobardos, Scavos, Francos, Gothos, atque Britannos degunt, ad synodum apostolicæ sedis pertinere. Cum enim moram Legatorum excusaret, quos à synodo Romana Constantinus expectabat, *Numerosa multitudo nostrorum, inquit, usque ad Oceani regiones extenditur, cujus itineris longinquitas in multi temporis cursum protelatur. Sperabamus deinde de Britannia Theodericum consensulum & cæpiscopum nostram magnæ insulæ Britannia Archiepiscopum & Philosophum, cum aliis qui ibidem usque hætenus demorantur, exinde ad nostram humilitatem conjungere, atque diversos hujus Concilij Episcopos in diversis regionibus constitutos, ut à generalitate totius Concilij servilis*

Epistola Agathonicae Synodi Romane AG. 6. Concilij VI. quod vocatur tertium generalis ad diversos in diversis regionibus constitutos Episcopos hujus Concilij servilis

Rufinus lib. 10. cap. 8. Ut apud Alexan. dicitur. Et in Tit. de Roma. ubi dicitur. quod synodus formatur, ut dicitur in 117. m. ut dicitur in 117. m. ut dicitur in 117. m. ut dicitur in 117. m.

Antiquioribus Canon. 11.

In illis Cod. Eusebium Diocesim esse metropolim & 17. Concilij Chal. Vnde ille interpretis videtur. Et dicitur in 117. m. ut dicitur in 117. m.

nostra suggestio fieret, ne si pars tantum quod agebatur cognosceret, partem lateret. Et maxime quia in medio gentium tam Langobardorum, quamque Sclavorum, necnon Francorum, & Gothorum, atque Britannorum, plurimi censu- malium nostrorum esse nesciant, & qui de hoc curiose satagere non desistant, ut cognoscant quid in causa apostolica fidei peragatur.

VIII. Inter ceteras autem Occidentis provincias, quæ sedis apostolicæ principatum & jus illud Patriarchicum ad Ecclesiarum dilitarum rationes accommodatum colebant, illustriorem semper locum obtinuerunt Ecclesiæ Gallicanæ. Gallias enim recenset Innocentius, cum de Ecclesiâ à Romana sede institutis verba facit. Cui adscriptularum Episcopi Gallicani in epistola ad Leonem, cum inde religionis fontem & originem manasse in Gallias prouidentur. Idem ille Innocentius testatur etiam Galliarum Episcopos de maioribus causis ex veteri consuetudine ad Romanam Ecclesiam retulisse. Imò verò & Legatos suos ad Concilium Romanum misisse, cum fidei causâ aduersus hæreticos esset statuen- da, docet Synodus Romana habita sub Damaso apud Theodoretum: Et Occidentali- um Synodus sub Agathone, cui tres Legati Galliarum interfuerunt. Quare, ut antea dicebam, apud Gallos Ecclesiæ Romanæ reuerentia eo semper nomine floruit, quòd esset communio ecclesiasticæ: capur per uniuersam Ecclesiam, & speciali quodam iure per omnes Occidentis provin- cias. Ea de causâ in synodo Galliarum à Pippino & Carolomanno Ducibus coacta anno DCCLXXIII. Galli professi sunt, ut testatur Bonifacius Moguntinus, *Vni- tatem & subiectionem Romanæ Ecclesiæ sine ten- uita uelle seruare, sancto Petro & ejus Vicario uelle subijci*. Non desceuerunt pos- teri à tam laudabili & necessario propo- sito; quin potius omnibus seculis Reges Christianissimi, ipsúmque Ecclesiæ Gal- licanæ corpus, egregijs facinoribus scriptis- que monumentis testatum fecerunt nihil esse sibi antiquius quàm ut antiquam consue- tudinem à jure diuino manantem, quæ re- uerentiam apostolicæ sedis ipsiúsque com- munionem exigit, frequentissimis officiis renouarent.

CAPVT VIII.

Synopsis.

I. *Auctoritas Romani Pontificis in condendis legibus ecclesiasticis. Dilata Gregorij VII. Regula Basily. Canones non condendi ab uno Episcopo. Et In-*

ly. *Romanum Episcopum esse præcipuum, non solum.* II. *Quidquid sedes apostolica sanxit, pro lege habendum, ex constitutione Valentiniani. Vnde Co- dicitur Theodosiani in Gallia in rebus civilibus & ec- clesiasticis. Illustramus Agathin.*

III. *Valentiniani non tribuit eam auctoritatem Romanis Pontificibus, sed sedit. Atque generalia de- creta edebant. Vnde Liberius in controversia de baptismo Arrianorum. In ista decreti nihil detrahitis de aucto- ritate decretorum.*

IV. *Siricius aliquos decretis disciplinam inuit. Superiores Clericus ab ipso uerum abstineret iussit consuetudinem legem uereri, panâ adhiberi, aucto- ritate sedis suæ.*

V. *Decreta Innocentij per Occidentem, etiam in Antiochenam Ecclesiam. Vnde illustratur Concilij Ephesini locus, & Romana Ecclesiæ iure in Antio- chenam.*

VI. *Leximi Decreta aduersus monachorum & licentium ambitum per provincias missa. De intemp- tibus Neophytorum ordinationibus, quibus panam addidit, & prohibitionem extendit. Qui decreuerunt Neophyti. Celsitiani decreta ante Valentiniani legem. Postiores Pontifices potius iure in id incubuerunt.*

I. **A**MANA Ecclesia necessitate ad eam auctoritatem inspiciendam accedamus qua per Gallias, ac per uniuersas, potissimum Occidentis, ac etiam aliquando per Orientis provincias, non reluctantis Episcopis, aut Imperatoribus, potita est. Hoc in tribus articulis præcipue uersatur, qui summæ jurisdictioni competere solent, nempe in legibus ferendis, in iudicijs sine provocacione reddendis, & in ea dignitate Principis, ut à nemine iudicetur.

Primum illud condendarum legum pri- uilegium in negotijs ecclesiasticis, quod Romano Pontifici asserimus, ab adulatione profectum illi existimabunt qui postre- mus Ecclesiæ seculis potestatem illam ad se Pontifices reuocasse putant, ut se Conci- liorum auctoritati uel æquarent uel præ- ferrent, quique jus illud à Gregorio VII. Romano sedi iudicatum sibi perferunt, his uerbis, quæ in illius Dicitatis habentur: *Quid illi soli licet pro temporis necessitate novas leges condere*. Alienum à ueteris Ecclesiæ disciplina dicent ut canones Ecclesius con- dantur ab uno tantum Episcopo; cum id Episcoporum cætui competat, ut è Basilio obseruauit Photius in Nomocanone. Addeat contendisse Iulium cum Ori- entalibus, Ecclesiæ Uniuersæ regulas consti- tui non posse, Romano Episcopo inconsulto. Vnde Socrates & Sozomenus hau- serunt, Ecclesiæ Romanæ hoc esse pri- uilegium, ut sine illius sententia canones Ec- clesius non præfigantur. Sed ex eo tantum confici, in consortium legum ferendarum adscitum Episcopum Romanum, imò &

D ij

Innoc. in ep. ad Decretum.

Innoc. ad Vili- dum Romag.

Theodor. s. d. in synodo de unitate ecclesie. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.

Emiliae epist. 101.

Dicitur Greg. VII. in ep. ad Basily.

Photius in No- mocanone. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.

Vide lib. 1. c. 7.

primum illi suffragium delatum, (quod prerogativam suffragij dixere veteres, cum de principibus Romanis loquerentur) non autem factum ut solus illi jura illa vindicaret. Potiorem cum fuisse, non solum.

II. Tamen dicere non possum ab eo privilegio quod tributum fuisse Romanæ sedi veteres Imperatores agnoscunt; præcipuè cum antiquæ regulæ Basilij & Julij non adverteret. Hilarius Episcopus Arelatensis metropolitana dignitate cognitione Leonis I. Summi Pontificis in Concilio Romano habitæ dejectus est anno CCCCXLV. Quam sententiam Valentini Imperator rescritto munit, ut illius executio nulla cavillatione impediretur, Leo facillè impetravit. Sed illius Constitutionis expendenda sunt verba, quæ Novatoribus hujus seculi sanguinem suffundere possunt: *Cum iugiter, inquit, sedis apostolicæ primatum S. Petri meritum, qui est princeps sacerdotalis curiæ, & Romani dignitatis civitatis, sacra etiam synodi firmiter aucteritas.* Ex eo scilicet primatu comparat argumentum, quo sulciantur ea quæ deinceps statuit de jure ferendarum legum, his verbis: *Verum ne levis saltem inter Ecclesias turbanasatur, vel in aliquo minni religionis disciplina videatur, hoc perenni sanctione decernimus ne quid tam Episcopis Gallicanis quam aliarum provinciarum contra consuetudinem veterem liceat sine viri venerabilis Papa verbis aeterna tentare: sed illis omnibusque pro lege sit quidquid sanxerit vel sanxerit apostolica sedis auctoritas.* Hæc novella Valentini

III. Constitutio Codici Theodosiano adjuncta est, cujus Codicis usus apud Gallos, Romanæ Legis nomine, in rebus ecclesiasticis invaluit. Id docent & canon primus Concilij Aurelianensis congregati anno DXXI. & canon XX. & XXI. Synodi Turonensis II. anno D XLV II. & Hincmarus Remensis Archiepiscopus. Imò etiam ex Clotarij Regis edicto, Romanis legibus Codice Theodosiano comprehensis, Romanorum, id est, Gallorum, qui à Francis non trahebant originem, contentiones dirimebantur. Vnde illustrari debet insignis Athagæ locus, qui ait Francopolitia Romana ut plurimum uti, & Legibus iisdem. Itaque profiteri possumus Valentini Constitutionem per Gallias vim legis, etiam post deletum Imperium Romanum, consensu & edicto Regum obtinuisse.

III. Nolim tamen quod è Valentiniانو protuli, eo sensu accipi, ac si tum primùm legis ferendæ auctoritas sedi apostolicæ à Principe collata esset, cum tantùm eo rescritto fota sit & confirmata. Etenim ante

hujus Constitutionis promulgationem, decreta quedam generalia à Romanis Pontificibus edebantur, quæ missa per provincias, discipline ecclesiasticæ ordinem ubique sancirent. Quæ à Liberio profecta sunt, ejus sunt generis, ut dignitate primum locum sibi facillè vindicent. Trecentis à toto Occidente, per literas Constantij Principis, evocatis Ariminum Italæ urbem Episcopis, & dolo aut minis eò adactis ut *Consubstantialis* vocem è formula fidei Nicææ edita delerent, Liberius, qui Concilio Ariminensi non interfuerat, Concilij illius profanam sententiam, utpote fidei & Nicææ formulæ adversam, decretis suis infregit; hoc insuper addito, in quo à plurimis peccabatur, ne baptizati ab Arrianis ad denuo suscipiendum baptismum redigerentur, decretaque sua hac de re edita per provincias emisit, ut testatur Siricius Pontifex his verbis: *Quod non licet, (id est, Baptismum ab Arrianis collatum iterari) cum hoc fieri & Apostolus vetes, & Canones contradicant, & post cassatum Ariminense Concilium, missa ad provincias à veneranda memoria prædecessore meo Liberio generalia decreta prohibeant.* Damnatio à Liberio de Synodi Romanæ sententia in Concilio Ariminensi prolata, omnes Occidentis Episcopos, qui se Arrianos esse mirabantur, ut loquar cum Hieronymo, eò adiegit, ut per provincias frequentibus synodis habitis, quam in Generali Concilio perfidiam amplexi erant, saniori monte damarent, & Liberij communioni, à qua exciderant, hoc pacto restituerentur. Hoc testatur Orientibus Episcopis ipse Liberius: *Omnes illi serè Episcopi, qui Arimini convenerant, quique vel fallacibus insensati illecebris, vel vi compulsi, à fide tum quidem desciverant, nunc tamen ad sanam mentem reversi, fidei formula ab Episcopis Arimini convocatis edita anathema denuntiaverunt, & fidei catholica & apostolica Nicæa confirmata subscripserunt, & nobiscum jam unè communicant.* Quòd autem sincera fides & Canonum disciplina his decretis confirmatur, eorum quidem iustitiam commendat, nihil autem de auctoritate Pontificis detrahit: quæ in eo viget, quòd Decreta illa generalia sint, & per provincias mittantur, ad exemplum edictorum & principum constitutionum, nec circumscripta sint sinitibus Romanæ Dioceseos, ut ceterorum Patriarcharum Decreta, quæ suis cujusque Dioceseos continentur.

IV. Qui fecuti sunt Liberium Pontifices, Constitutis generalibus, fidei & discipline caveant, ante Valentini Imperium. Siricius (cujus tempus confertur

Siricius in Decretis lib. I.

Liberius ep. ad Orientales.

Cap. 1. Conc. Arim.
De hominibus
adversis. & fa-
miliæ ad Eusebium
confiterentur ut
aliquandam de
curiam quod
necesse est ut
inter decem
miles, & sic de
marcha confiterentur.
c. 25. In. Tur.
De iis qui in
Romana consi-
derant. c. 25. In
tra finem in-
gno. Idem
Clemens non
160. Intra Roma-
norum consi-
derant Romanam
legem præcipue
removerent.
Agathus Hillis.
L. 1.

in annum cccxcv. statim ab obitu Damasi consultatione Himerij Tarraconensis Episcopi ea relapsit quæ ab omnibus custodiri jubet. Sanè totius epistolæ contextus id unum spirat, ut non solum Episcopi quinque provinciarum Hispaniæ suis Decretis parent, sed omnes in noverfium Sacerdotes & Clerici. Enimvero quibusdam in locis vis illa præcipiendi sese prodit, ut capite viii. quo caveatur ne inexplorata vitæ homines, quibus etiam fuerint numerosa conjugia, ad Cleri dignitates promoveantur. Hanc definitionem verbis istis claudit: *Quid ab universis post hæc Ecclesiis sequendum sit, quid vitandum, generali pronuntiatione decernimus. Quin & decreta sua cautionibus exæquat, his verbis: Quamquam statuta sedis apostolica, vel Canonum venerabilia definita, nulli ignorare si liberam.* In nullo autem capite illustris emicat eximia illa sedis apostolicæ auctoritas quam in ea Constitutione Siricij quæ Sacerdotibus, Presbyteris, & Ministris sibiulam imposuit, & usu conjugum, quas duxerant ante ordinationem, leverè interdixit. Scio equidem tres illos gradus Universalis Ecclesiæ consuetudine (cujus testes sunt locupletissimi Eusebius, Hieronymus, Ambrosius, & Epiphanius) ad eam temperantiam restrictos fuisse. Sed multum interest inter Consuetudinem & Legem. Consuetudo violata, pudore contempitur, Lex verò contumaces gradibus suis mulctat. Paphnucius, cum de hac lege in Nicæno Concilio faciendia ageretur, scilicet ut superioris gradus Clerici ab uxoribus suis abstinere, ab ea promulganda Patres avertit, relinquendisque consilio suo Clericos hac in parte suasit, cum satis cælibatui prospectum videretur canone Neocæsariensi, quo cautum est ne Presbyter uxorem ducat, alioqui gradu suo pellatur, ut docent Socrates, Sozomenus, & Gelasius Cyzicenus; quorum narratio apud me nulla suspicione laborat, licet viris celeberrimis aliud videatur. Sed quod in Concilio Nicæno tenratum fuerat, ratione temporum suadente Siricius in necessitate vertit, & consuetudini vites legis addidit, pœnis in contemptores inflidit, sedis suæ auctoritate. *Hi verò, inquit, qui illiciti privilegij excusatione nituntur, & sibi afferunt veteri hoc lege cancellum, noverint se ab omni ecclesiastico honore, quo indignè usi sunt, apostolica sedis auctoritate dejectos.* His verbis planum facit pœnam illam è veteri consuetudine non esse profectam, sed nunc primùm à se ex privilegio sedis suæ sancitam. Quod etiam eleganter colligitur cx Innocentio, qui aliquot an-

nis post Siricij constitutum veniam legis facit iis quibus nondum fuerat nota. *Si ad aliquos, inquit, forma illa ecclesiastica vitæ pariter & disciplina, qua ab Episcopo Siricio ad provincias commoveris, non probatur pervenisse, his ignorantium veniam remittetur, ita ut de cetero penitus incipiant abstinere.* Subdit verò: *Si qui autem fuisse formam vivendi missam à Siricio deteguntur, neque statim cupiditates libidinis abjecisse, illi sunt modis omnibus abjiciendi, qui post admonitionem cognitam, præponendam arbitrati sunt voluptatem.* Hæc juris ignorantia locum habet ratione pœnæ novo quodam jure, quod nondum satis cognitum est, decretæ; non verò si qua legibus antiquis pœna indicta esset, à quibus se tueri ignorantia juris nemo potest, ut docent Iuriconsulti.

Porro isthæc Siricij constitutio non solum Urbicariæ Diœceseos vel etiam Italicæ finibus conclusa est, sed etiam ad Africanas provincias commeaivit. Africani nulla certa lege scripta ad continentiam illam Clericorum obstringebantur ante Concilium quod Synodum Carthagenensem sub Genetlio habitam antecessit. Etenim secundo canone hujus synodi (quæ coacta est anno cccxc.) refertur, in Concilio præterito, cum de continentia & castitate moderatione tractaretur, tres gradus Episcoporum, Presbyterorum, & Diaconarum, conscripsisse quendam, castitati per concessiones annexos fuisse. Vnde conitat tunc primùm, in Concilio præterito, id est, ad summum anno cccclxxxviii. ea de re scriptam fuisse legem apud Africanos. Atqui Siricij epistola ad eodem decreta fuerat in synodo Romana anno cccclxxv. ut necesse sit, post tempora Siriciani constituti, ante annum cccxc. de hac continentia tractasse Concilium Africanum. Cujus definitio, ob quorundam refragationes, renovanda fuit canone secundo dictæ synodi Carthagenensis habitæ sub Genetlio. Porro ut proniores redderentur Clerici ad ejus continentie observationem, Patres, exemplo Siricij, eam ab Apostolis & ab ipso antiquitatis usu arcessunt. Continentiam enim & pudicitiam, quam Episcopi præscribit Apostolus, ad hanc speciem, interpretatione sua ex usu petita, non ineleganter trahunt; etsi prima hujus discipline necessitas à Siricij constitutione & à priore Concilio Africano initium sumpsit. Quare non absque ratione in Concilio Carthagenensi V. habito anno cccxcviii. cum de incontinentia Clericorum referretur, placuit Patribus Episcopos, Presbyteros, & Diaconos ab

Sicilis in Decretis c. 21.

Enchiridion. 2. Decret. 2. cap. 2. Epiph. hæres. 15. Ambros. de Offic. 1. 2. cap. 16. Hieron. lib. 1. ad verba Jeron. & Greg. 166.

Conc. Neocaes. cap. 1. quod continentia dicitur esse sine continentiam Africanam. Sicut scribitur 1. cap. 2. Sozomen. lib. 2. c. 11. Gelasius Cyzicenus.

Sicilis in Decretis c. 21.

Innoc. in Decretis c. 21.

Conc. Carth. 2. c. 2.

Conc. Carth. 5. c. 2.

lentiniani rescriptum, decretorum suorum per provincias mittendum tenuisse. Quod à Leone, Hilario, Gelasio, & ceteris Pontificibus tanò robustius usurpatum fuit, quòd existimarent *caecovelli non posse quæ & sacerdotali ecclesiastica præceptione fulcirentur & regia*; ut Hilarius Papa loquitur in epistola sua ad Galliarum Episcopos.

& ex ordine Liberius Constantio Imperatori, qui ejus in tuendis Concilij Romani Decretis pervicacia lædebat, rescripsit in hæc verba: *Namquam mea statuta, sed apostolica ut essent semper firmata & castiditate perfecti, secutus ordinem meritoque majorem, nihil addi episcopatum Urbis Roma, mihi minus passus sum.* Maximus ille Pontifex Leo, qui Valentiniани rescriptum impetravit, quis sui animi motus esset, quàmque rationem in condendis Decretis lequeretur, satis explicavit, cum omnia Decretalia Constituta tam beata recordationis Innocentij, quam omnium decessorum suorum, quæ de ecclesiasticis ordinibus & de Canonum promulgata sunt disciplinis, custodiri mandat.

II. Quare frustra sunt hujus seculi Novatores, cum odio in Romanam sedem perciti, & Leonem ambitionis teum faciunt; & remissioris animi nimixque facilitatis Valentinianum damnant, quòd perenni Edicto apostolicæ sedis auctoritatem tam effuso sermone amplificaverit, ut quidquid illa sanxerit, omnibus Episcopis pro lege habeatur, atque ideo illi ecclesiastica disciplina prædæ cuidam exposita esse videatur, unus hominis arbitrio, qui studio rei augendæ, aut privatis odiis, abripi se in transversum patiatur. Etenim Leo Pontifex auctoritatem apostolicæ sedis non alio inflectendam putat, quàm ut disciplinæ & fidei per eam prospiciatur: *Non nova in illis tenent, sed vetera renovantes; ut in illius consuetudine, quæ à nostris Patribus nobis est tradita, perduramus*, inquit ille in epistola ad Episcopos provincie Viennensis. Imò verò nec ipse Valentinianus aliud cogitavit peremptoris illis verbis, quibus jussit ut pro lege sit omnibus Episcopis quidquid sanxit vel sanxerit apostolicæ sedis auctoritas. Etenim quò illa tendere debeant satis explicuit superioribus verbis: *Ne levis saltem inter Ecclesiarum turba nascatur, vel in aliquo minni religionis disciplina videatur.* Quid dicam amplius? Nempe Hilarius Papam in eam omnino sententiam discretissimis verbis Edictum Valentiniani interpretatum fuisse in epistola ad Galliarum Episcopos: *Quia*, inquit, *Christianorum quoque Principum lege decretam est ut quidquid Ecclesiæ corumpere velletibus pro quære omnium Domini Sacerdotum, atque ipsius observantia disciplina, in auferendis confessionibus, apostolica sedis antistes suo pronuntiafferet examine, veneranter accipi tenaciterque servari cum suis plebibus caritas velle cognosceret; nec unquam possent convelli quæ & sacerdotali ecclesiastica præceptione fulcirentur & regia.*

III. Quæ Decreta eò maturius perpenfa

CAPVT IX.

Synopsis.

I. Hic decretis fides & disciplina constituta. & novitas exclusa. Forma antiqua Romana Ecclesiæ ceteris præscripta. ex Innocentio, Liberio, & Leone.

II. Lex Valentiniани astricta adversus Novatores: Quæ Leges eundem à Romano Pontifice pro bono disciplina sanis; ut docent Leo & Hilarius Papa.

III. Decreta discussa in Concilio Romano, à Leone. Sed solius Pontificis nomine edebantur.

IV. Sincera Decreta collecta Dionysius Exiguus. Recepta forte in Gallia. à Concilio Turonensi. E Codice Dionysij. dono sibi ab Hadriano dato, varia capita in Capitularium libri Carolus M. transcripsit. Et decretis parendum sancivit.

V. Quæque Pontificis decreta condere possunt, ut docet Concilium Papiense.

VI. Quod admissum à posteris in Gallia, decem Decretalium volumina.

VII. Decretales editæ de assensu Cardinalium. Eorum auctoritas, à Damiano, Bernardo, Orbano Frisigensi, Othone, & Turresematæ.

VIII. Hæc eorum assensus non censentur necessarii.

DECRETA quidem ista generalia non de nullius momenti rebus edebantur, sed ad constituendam canonum Nicænorum executionem, ad veteris discipline mores novis pœnis sciendos, & ut via præcluderetur novitati, quæ fidei sinceritatem aut disciplinæ tenorem corrumpere possent; in id præcipue incumbendo, ut Ecclesiæ Romanæ norma velut ab optimo institutionum capite per omnes provincias diffunderetur. Variis in locis Innocentius hanc sententiam testatur, sed maximè in epistola ad Victricium Rotomagensem, his verbis: *Propter eos igitur qui vel ignorantia vel insidia non tenent ecclesiasticam disciplinam, & multa non presumenda presumunt, rellè postulasti ut in illis partibus, istiusmodi quam tenes Ecclesiæ Romanæ, forma servetur. Non quò nova præcepta aliqua imperentur, sed ea quæ per discretum aliquorum neglecta sunt, ab omnibus observari cupimus; quæ tamen apostolica & patrum traditione sunt constituta.* Quæ verba Innocentij transcripta videntur ex epistola Siricij ad Africanos. Rectè itaque

Leo's Decretis Tit. 2.

Verba Valentin.

Hilarius ep. ad Episcopos Galliarum.

erant, quod non impetu quodam cæco, & nulla habita cum Concilio colloctione, sed rebus diligenter & sollicito examine in Concilio Romanæ Diœceseos discussis, ferrentur. Quod Leo docuit in epistola Decretali: *Quoniam adjuvante gratia Dei facilis patris provideri ut in Ecclesiis Christi nulla scandala, nulli nascantur errores; cum coram beatissimo Petro Apostolo id semper in comune stralaudum sit, ut omnia ipsius Constituta canonumque Decreta apud omnes Domini Sacerdotes inviolata permanent.* Et si enim solus Romani Pontificis nomen præferrent, non inde sequitur nullos adhibitos fuisse in consilium Episcopos. Sed dignitati sedis id collatum fuit, quia apud æmærat τὸ ἄρτος rerum agendarum, ut profector Iulius, & Synodus Romana sub Felice, iis locis qui à me relati sunt capite v. 1. §. 2. & 3.

IV. Sincera Summorum Pontificum Decreta in unum corpus redegit Dionysius Exiguus Abbas, qui ante annum quingentesimum floruit, æsque Canonum Collectioni adjunxit, Causpicatur Collectionem à Siricio, ad Hormisdam, quæ ducentis & quinque articulis continetur: quibus deinde addita fuerunt Gregorij II. constituta, decem & septem capitibus comprehensa. Hoc Canonum & Decretorum Corpus apud omnes Occidentis provincias vim legis obtinuit, statim atque à Dionysio editum fuit. De Africa abundè testabitur Crescomus Africanus; qui in suo Canonum Breviario per Titulos digesto, Romanorum Pontificum à Siricio ad Gelasium Decreta laudat, distinctè istdem numeris qui habentur apud Dionysium. Quo autem cultu exciperentur ab Episcopis Gallicanis docet Concilium Turonense II. anno D L X V I I. habitum, quod de virginibus castitatem professis juxta Paulum & sententiam Innocentij Papæ decernit. qua relata, addit: *Quis Sacerdotum contra Decreta talia, quæ à sede apostolica processerunt, agere præsumat.* Intra: *Quorum auctoritas valere possit predicatio, nisi quos sedes apostolica semper antinomiserit, aut apocryphos fecerit, & patres nostri hoc semper cathediceamus, quod eorum præcepit auctoritas.* Hunc Codicem Canonum, (qui Moguntiz excusus est anno M D X X V. deinde Parisiis anno M D C I X.) ut in Occidentibus Ecclesiis disciplina canonica resisteretur, Hadrianus I. Carolo Magno Regi dono dedit circa annum D C C L X X V I I. Id enim declarant plurima quæ, teste V. Cl. R. P. Sirmondo, in Bibliothecis Galliz videntur Collectionis hujus exemplaria: quorum in fronte, velut oblati muneris dedicatio, præfixa est

Hadriani ad Carolum epistola, quæ primis singulorum versuum literas hunc titulum reddit, *Domino Excel. Filio Carolo Regi Hadrianus Papa.* Unde statim occasionem arripuit Carolus Episcopus admonendi E. dicto suo, ut Canonum & Decretorum executioni invigilaret: atque adeo ipsa Decretorum capita, quæ pro temporis ratione necessaria videbantur, in Capitulare Aquigranensè datum anno D C C L X X I X. ex hoc Codice transcripsit. Quinimo ut palmam faceret quæ in loco habentur illa Decreta, capite L V I I I. docuit: *Si quis Sacerdotum contra Constituta Decretalia præsumptiorè agat, & corrigi nolens, ab officio suo submovetur.* Quod in Capitularium libros ab Anselmo relatum est. Vt autem apertius sententiam suam promerret, Constitutorum apostolicæ sedis reverentiam faciendam putavit lege quidem sua, sed usum verbis quæ in Capitulis ab Hadriano Pontificè Angiltanno Episcopo Metensi datis continebantur: *Constitutiones contra Canones & Decreta Præfatum Romanorum, vel bene meres, nullius sunt momenti.*

Non eandem verò apud Gallos vim obtinent Decretales illæ epistolæ quæ antiquorum Pontificum Clementis & ceterorum nomine usque ad Siricum circumferuntur, quas Isidori Collectio est complexa: de quibus inter Nicolaum primum & Hincmarum non levis controversia mota est, de qua dicitur uberius libro III.

V. Porrò cum Hincmarus de epistolarum illarum Decretalium viribus disputaret, non ea fuit Gallorum sententia quin Pontificibus Romanis liberum esset, quemadmodum & eorum decessoribus fuerat olim, Decreta condere ad faciendam disciplinam, cum bono publico id profuturum existimarent. Quod illustriori testimonio comprobare non possum quàm eò canonem qui decretus fuit à plenario totius Galliz Concilio, id est, ab Episcopis & Proceribus regni à Carolo Calvo Rege Pontigone coactis, ubi inter ceteros aderat Hincmarus Remensis anno D C C C L X X V I. *Vt honor damno & spiritali Patri nostro Joanni Summo Pontifici, & venerabili Universali Papæ, ab omnibus conservetur: & qua secundum sacrum suum ministerium auctoritate apostolica decreverit, cum summa veneratione ab omnibus suscipiantur, & debita illi obedientia in omnibus conservetur.*

VI. Quam Decretis generalibus sedis apostolicæ Francorum Reges, quos secundæ Dynastiz Principes vocamus, reverentiam detulerunt, eandem in posterum Hugonis

Leo in Decret. c. 11.

Cyrcillus in Bas. Vat. Can.

Greg. Turon. II. cap. 49.

Codez Canonum Ecclesie Romanæ.

V. Cl. Leob. 1. tit. Turon. 23. c. 49. Gall. ad. ann. 737.

Capitular. 2. 4. 12. c. 18.

Cap. III. c. 15.

2. Capitular. Hadri. c. 12. lib. 7. Cap. 6. c. 101.

Conc. Pontif. cap. 14.

Hugonis Regis, qui felicibus auspiciis regnum Francorum indeptus est, propagatum fuisse, nemini dubium esse poterit qui immensum illud Decretalium corpus ab Alexandro III. & Innocentio ceterisque Pontificibus editarum respiciet. Eæ enim ecclesiasticarum legum vires in iudiciis & magistratuum regionum tribunalibus obtinent; si paucas quasdam epistolas Decretales demas, quæ usu receptæ non sunt, ob eas rationes quas alibi expendimus.

VII. Olim quidem unâ cum synodorum tractatu negotia universalis Ecclesiæ procurabant Summi Pontifices. Sed posterioribus temporibus in consilium adhiberentur Cardinales, postquam jurassent, tempore inaugurationis, (juxta veterem formulam, quæ extat in Collectione Canonum Cardinalis Deusdedit, & in libro Diurno Bibliothecæ Vaticanæ.) se ministerium suum cum consilio Cardinalium gesturos. Vnde factum ut quamplurimæ Constitutiones de consensu Cardinalium factæ dicantur. Jam inde à Petri Damiani temporibus, id est, anno M L X I. Episcopi Cardinales eum locum tenebant, ut de illis Damianus dixerit: *Patriarcharum & Primate jura transcendunt, & super ipsos quoque Pontifices authenticam prævalent præferre consuevit.* Vnde Coadjutores & Collaterales Papæ dicuntur à Bernardo, qui addit in eorum commendationem: *Annon eligendi de toto orbe, orbem judicaturi.* Eo tempore jus illud sibi vindicabant Cardinales, ut unum essent cum Papa corpus ad universalem Ecclesiæ ordinandam. Commoti enim contra Episcopos Gallicanos, & beatum Bernardum, quod aliqua de fidei negotio desinivissent, ait Eugenio: *Per nos tanquam per cardines universali Ecclesiæ voluitur axis; ut observavit Otho Frisingensis, qui alia eorum verba ad Eugenium subdit: Ecce Galli ibi etiam faciem nostram convenientes, super capitulis qua his diebus, nobis assidentibus, agitate sunt, tanquam finitivæ sententiæ ultimam manum imponendo, nobis inconsultis fidem suam scribere præsumpserunt. Certè sin Oriente, utpote Alexandria, vel Antiochia, coram omnibus Patriarchis hujusmodi tractaretur negotium, nihil firma stabilitate solidam sine nostra desiniri videret auctoritate.* Quare mirandum non est quod Ostiensis Cardinalis docet, *Cardinalem locum universali Ecclesiæ suum habere officium.* Ioannis de Turrecremata in eandem sententiam hæc sunt verba: *Dominorum Cardinalium consilio & assensu Summus Pontifex regit, disponit, atque gubernat universalem Ecclesiam.*

VIII. Hodie tamen eo jure utitur Ro-

manus Pontifex, ut eos quidem in consilium adhibeat, sed eorum assensu non indigeat, te sibus Illust. Card. Bellarmino, Azorio, & ceteris scriptoribus.

C A P V T X.
Synopsis.

I. *Judicia Romani Pontificis in causis à provinciis Actus. Probatio difficultis, si jure appellatum nitatur, ante Concilium Sardicense.*

II. *Novatio aperta, per Relationes, & Consultationes. Quibus Principum Romanorum cognitio constabat.*

III. *Eorum usus in Ecclesiâ, in dubiis fidei & disciplina. In Relationis suscipienda Metropolitæ & Patriarchis debetur, ex Hieronymo. Sed præcipue Romano Pontifici ex Oriente & Occidente; ut probatur ex Hieronymo, & Cyrillo Alexandrino.*

IV. *In Occidente Relatio de dubiis fidei Romano missa à Concilio Africano, ut gesta firmarentur. Innocentius hæc Relationes sedis suæ vindicavit ex consuetudine, & ex ratione.*

V. *De dubia disciplina reserbarat ad sedem apostolicam, à Siricio & Innocentio. Responsiones pro jure consuetudinis habita.*

VI. *Ante Concilium Nicanum, causa dubia relata ad sedem apostolicam ex consuetudine, qua confirmata est canone Concilii Nicanæ. ut probatur ex Innocentio, nova interpretatione adhibita. Majoræ causa, id est, ambigua.*

VII. *Hincmarus explicite resellitur, quæ aliud putat ad Sardicense Concilium.*

VIII. *Exemplum venustissimum Relationis à Cypriano. Marcianus Arelatensis Episcopus deponitur decreto Romani Pontificis, ad relationem Episcoporum Gallicanorum, ex sententia Cypriani.*

IX. *Ante Concilium Sardicense Galii usi Relationibus, & postea Appellationibus ad sedem apostolicam.*

X. *De Relatione Conciliorum Generalium ad Summam Pontificem.*

VT legis ferendæ jus, ita & ultima judicia penes Imperatores olim fuere, qui aut ipsi cognitionem suscipiebant, aut concessa jurisdictione Præfectis prætorio, vel ceteris magistratibus, vice sacra judicandi potestatem præbebant, appellandi ab eorum sententiis facultate interdicta. Nunc inspicendum est, an Romani Pontificis iudicium nulli essent appellationi obnoxia, & in eo conferri possent cum Cognitionibus Principis. Iudicia autem illa exercebantur, aut ratione habita eorum negotiorum quæ ad provinciam Romanæ metropolim pertinebant, aut eorum quæ in ceteris provinciis oriebantur. Vtroque casu, ab ipsius Ecclesiæ cunabulis, Pontifices suprema & principali in iudiciis reddendis auctoritate viguerunt. Quod ad Romanam metropolim attinet, non est quod diu in eo capite probando

Cap. Appellat. de re judic. cap. 1. de schism. cap. licet. cap. Te. de de lib. cap. 1. de reproc. in 4. sup. cum in. de consensu. C. cum. in. Rom. si. cum. in. Rom. que. de linc. & p. in. in. h. h. h.

Yennel. de Con. G. l. 1. c. 4.

Constitutio. lib. 1. de Gal. lib. 1. c. 17.

Joan. de Tur. cons. lib. 1. de. l. c. 1. c. 10.

De Concordia Sacerdotij

hæream, cum nemo unquam cogitarit eam provinciam aliis Patriarchæ præcep- tis paruisse, imò verò qui sententiæ no- stræ refragantur, non alio nitantur argu- mento, quam rerum ecclesiasticarum ultima judicia uniuersis synodo commissâ fuisse. Sed articulus secundus magna contentione vexatur hodie à Novatoribus hujus seculi, & à viris quibusdam antiquitatis ec- clesiasticæ periculosis, qui Nicæno Con- cilio adeo sanctiam synodorum provincia- lium auctoritatem putant, ut neque ipis etiam Episcopus gradu suo dejectis appel- landi facultas superesset. Vnde conficiatur nullam occasionem relictam, in qua se su- prema illa in judiciis reddendis Romani Pontificis potestas explicaret. Sanè dubitan- dum non est quin magnis difficultatibus impedita sit hujus speciei probatio, si jure appellationum nitamur, quarum usus, ante Concilium Sardicense, est omnino controversus.

II. Sed alia via nobis aperienda est, quæ eertum jus certis argumentis constituat. Duo ergo tempora expendenda sunt, unum, quod antenus est Concilio Sar- dicensi; alterum, quod est posterius. Si pri- morum temporum ratio habeatur, supra- quam quidem auctoritas cognitionum, etiam per Gallias, Pontifici asseretur, sed eo more qui in Consistorio Principis serua- tur, non illo ordine qui apud tribunalia magistrarum invaluerat. Negotia ista non Appellationibus, sed Relationibus, vel Consultationibus ad sedem apostolicam missis expediebantur. Relatio & Consultatio promiscuè accipiuntur in Digestis, Codice Theodosiano, & Iustiniani, quas ad Principem mittebant Præfides provincia- rum, & ipsi Præfedi prætorio, quando dubiæ litis occasio id exigebat. Quem ratio- num morem à Plinio secundo, eum ad ordi- nandam Bithyniam & Pontum à Trajano Principe missus esset, frequenter usurpatum fuisse legitimus.

III. In Ecclesia duorum generum causis, Relationum vel Consultationum usus erat accommodatus, aut in iis quæ fidei controversæ, aut in iis quæ dubiæ disciplinæ capita respiciebant. Sanè in uniuersum hoc dicere liceat, Relationum recipiendarum jus in Ecclesia, summarum sedium antistitibus competuisse; ne quis, eum de Romana Ecclesia agitur, existimet me no- vam quandam auctoritatem in eo genere commentum fuisse. Id docet egregiè Hieronymus, ex quo dices Episcopos aut Metro- politanos suos, aut Patriarchas, si de fide ageretur, referre debuisse. Etenim cum

Ioanne Hierosolymorum Episcopo, qui quidem de Origenis erroribus, quos pluri- mi velut rediuis amplectebantur in Pala- stina, ad Theopbilum Alexandria Archie- piscopum scriperat, Hieronymus graviter expostulavit, eo solum nomine, quod ad Cafaræ Metropolitano, vel Antiochiæ, quæ secundum Nicænos canones Metro- polis erat Orientis, ac proinde Palæstinæ, re- ferre debuisset. Itaque ex eo colligitur e- identissimè, jura Relationum deberi Pa- triarchis. Ceterùm quia præ aliis Romana sedes principatu quodam vigeat, hinc factum ut Orientis & Occidentis synodicæ Consultationes ad Romanum Pontificem mitterentur, teste locupletissimo Hierony- mo, qui se apud Damalium iis respondendis operam navasse profetur in epistola ad Ageruchiam. Hinc est quod Cyrillus Alex- andrinus, cum Nestorium crebrioribus literis ad saniores mentem hortatus esset, perfidia hæretici illius in dies erumpente, rem omnem ad Celestinaum ex parte Ecclesia- rum retulerit; ut ipse tanto morbo, qui in Ecclesia grassabatur, conjunctis viribus pro dignitate loci sui mederetur. Hoc testatur ipse Cyrillus Celestino: *Longa Ecclesia- rum consuetudo suadet ut ejusmodi res san- ctitati sue communicentur*. Relatione facta, Celestinus synodo Romæ coacta non solum de fidei capitibus decernit, sed etiam ipsum Nestorium hæreses auctorem à commu- nione sua & ab Ecclesia Constantinopolita- na dejicit, nisi intra decem dies nefarium doctrinam conceptis verbis anathematizet, & Cyrillo dat in mandatis ut Romanæ sedis auctoritate adscita, & Celestini vice & loco cum potestate usos, sententiam istam exe- quatur, & illi Ecclesie prospiciat. Hoc Celestini iudicium probatum est à Concilio Ephésino, quod damnationis sententiam in Nestorium trinis literis evocatum ad syn- odum, & judicio se sistere recusantem, protulit quidem; sed ad eam sententiam sen- dendam eoactos se fatentur Patres in sum- sententiæ periculo, & à sacris Canonibus, (scilicet ob contumaciam Nestorij, quæ Canonibus plectitur) & ab epistola sanctissi- mi Episcopi Celestini, qui Nestorium fa- cerdotio privavit ad Relationem Cyrilli. Quare Iustinianus legitimè & ex ordine lo- quitur, cum omnia que ad statum & unitatem Ecclesiarum pertinent, referri à se ad Beatitudinem Papæ Veteris Romæ scrip- sit, quod sit Caput omnium Domini Sa- cerdotum.

IV. Sed misso Oriente, Occidenti hæ- rendum est, ne longius à destinatione mea aberrem. In Occidentis provinciis Relatio-

Hieronymus ep. ad Theopbilum Alex. p. 262. Hieronimus episcopo Alexandriae scripsit, quod ad Casares Metropolitano, vel Antiochie, quæ secundum Nicænos canones Metropolis erat Orientis, ac proinde Palæstinæ, referre debuisset.

Celest. ep. ad Cy- rillum.

synodus Conc. Eph. ad Nestorem. Nestorij synodus. Nestorij synodus. Nestorij synodus. Nestorij synodus. Nestorij synodus. Nestorij synodus.

l. y. C. de l. c. l. v. l. y. C. de l. c. l. v. l. y. C. de l. c. l. v. l. y. C. de l. c. l. v. l. y. C. de l. c. l. v. l. y. C. de l. c. l. v.

De Relat. & Con- sult. Uti. C. Th. Iustin. & Nestorij.

Plinius l. 2. ep.

nes ad sedem apostolicam in causis fidei mittebantur, ut de integro cognitione habita, quod à synodo iudicatum erat, illius sedis decreto firmaretur. Damna Pelagij & Celestij hæresi, Concilium Milevitanum & Carthaginense ad Innocentium retulerunt. Sed quo sine, ex eorum verbis addiscimus: *Hoc itaque gestum, Domine frater, summa caritati tue intimum duximus; ut statim nostra mediocritatis, etiam apostolica sedis adhaeretur auctoritas, inquit Milevitanum Concilij Patres, De Relationibus utriusque Concilij, & Carthaginensis, & Milevitanæ, cognitio habita est in Synodo Romana ab Innocentio: qui Iulium Episcopum Aurelio Episcopo Carthaginensi rebitur, cum apostolicæ sedis ad Relationem duplicis synodi iudicatis. Rectè & ex ordine iudiciorum Relationem vocat synodicam epistolam ad se missam. Qua dictione etiam utitur in epistola ad Aurelium & Augustinum. Vestris Relationibus respondentibus rescriptimus: Et in literis ad Concilium Milevitanum datus: Fiant enim necesse est cariores, cum invocantes malorum ad duplicis relationem synodi, sententia nostra statim videmus ab ecclesiastica communiione secessisse. Ius istud Relationum sedi apostolicæ & ex antiqua consuetudine, & à Canonibus sibi vindicavit Innocentius, cæ epistolâ, quam iis verbis conceptam observavit Augustinus, quæ sedis apostolicæ Sacerdotem decedebat. Cujus epistolæ ad Concilium Milevitanum datæ sententia eò tendit, ut doceat antiquam esse regulam, & canonem, ut de rebus dubis, præsertim si de fide agatur, ex omnibus provinciis ad Romanam Ecclesiam referatur, ut quæ sequenda sint, omnibus Ecclesiis pronantur: Diligenter, inquit, & congruè apostolicis consulis honoris arcana, honoris inquam illius: quem, præter illa quæ sunt extrinsecus, sollicitudo manes omnium Ecclesiarum, super auxiliis rebus quæ sit teneanda sententia; antiquam scilicet regulam secuti, quam tota semper orbe mecum nostris esse servatam. Neque enim hoc veitram credo latere prudentiam, qui id etiam actione formalis, scientes quod per omnes provincias à apostolice fidei potentibus responsa semper emanent. Præsertim quoniam fidei ratio veniunt, arbitror omnes fratres & Episcopos vestros non nisi ad Petrum, id est, sui nominis & honoris auctoritatem, referre debere; velut nunc retulit dilectio vestra, quod per totum mundum præsit Ecclesiis omnibus. Inter: Gemina igitur bono veritas vestra fangetur. Nam & Cathonem potèmini gratia servatorem, & beneficium vestro totus orbis inahitur. Quinam sint illi canones, à quibus Relationum ordinem profectum scribit Innocen-*

tius, statim discutiemus, si tamen mihi per lectorem liceat alterum Innocentij locum laudare, quo jus istud Relationum ab antiqua traditione, ab ecclesiasticâ disciplina, & à patrum institutis divina sententia decretis apertissimè repent, eâ nempe epistolâ qua ad Concilium Carthaginense scripsit: *Antiqua traditionis exemplis servantes, & ecclesiastica memores disciplinæ, nostræ religionis vigorem non minus nunc in consulendo, quam antea cum pronantaretis, veneratione firmatis, qui ad nostrum referendum approbatis esse iudicium, scientes quod apostolicæ sedi debeatur, cum omnes hoc loco positis ipsam sequi desideremus Apostolum, à quo episcopatus & tota auctoritas nominis hujus emerit. Quem sequentes, tem mala jam damnare urvinum, quàm probare laudanda; vel id verò quod parum instituta sacerdotali officio custodientes non censuris esse colenda; quod illi non humana sed divina decernere sententia; ut quidquid quomvis de disjunctis provinciis prævinciis ageretur, non prius duceremur sinendum, nisi ad sedis hujus notitiam perveniret, ut tota hujus auctoritate, iusta quæ fuerit pronantatio firmaretur Verba illa inducta, Quisquid quomvis de remotis provinciis ageretur, non prius duceremur sinendum, quàm ad sedis hujus notitiam perveniret, ad materiam, de qua agitur, coerceri debent atque restringi, juxta vulgatam Iuris definitionem, scilicet eam de rebus dubiis & anxius queritur, ut idem Innocentius superiori epistola adnotavit.*

V. Præter controversias fidei, de rebus dubis disciplinæ ad sedem apostolicam referrebat: quia cum Ecclesiæ Occidentis nondum aliquo canone scripto tenerentur, sed tota ratio disciplinæ, consuetudine & usu quodam constaret, qui sincerius in Ecclesia Romana servabatur, inde sacre politix forma velut à capite institutionum erat omnino repetendâ. Quare cum Himerus Tarraconensis Episcopus de quibusdam disciplinæ articulis, qui Baptismum, Penitentiam, & Clericorum Monachorumque officia contingebant, Siricium Pontificem consulisset, ad Romanam Ecclesiam, inquit ille, ut nunc ad Caput sui Corporis retulisti. Quibus verbis debitam ex officio relationem esse significat. Responsa verò non antè dedit Consultationi Himerij, quàm in conventu fratrum sollicitus Relatio lecta fuisset, ut omnis diligentiùs tractarentur. Frequentissimus erat istarum Consultationum usus sub Damaso, ut nos docuit Hieronymus; & tempore Innocentij, qui Relationibus ab Episcopo Italix, Hispaniarum, & Illyrici missis respondit, & Consultationibus Episcoporum Gallicanorum; ut patet ex

non enim ad epistolam referatur de iudicando, cum eo se Ciriacum canonem Concilij memorem. De iudicando Epistol. Conc. Milevitan. ad Innoc. I.

Innoc. in ep. ad Aurelium.

Epistol. p. 1. & 10. in ep. ad Augustinum.

August. epistol. 106.

Innoc. ep. ad Ciriacum. ad. ad. quod ad. Innoc. ep. Aug.

Siricius in ep. ad Himerum. Titm.

literis datis ad Exuperium Tolosanum Episcopum: *Dilectio tua*, inquit, *infirmum sequitur prudentem, ad sedem apostolicam referre maluit quid de rebus dubiis custodire deberet, quam usurpatione presumpta, quae sibi videretur, de singulis obtinere.* Porro Relationes istae ad eum neminem tangebant, ut synodis provinciarum pateret quid in re illa dubia & controversa post responsum apostolicæ sedis sequendum esset, tum in negotio de quo emerferat quaestio, tum in similibus speciebus. Unde profectum est ut Decreta Pontificum, quæ in Collectio- ne Dionysij continentur, ad Relationes Episcoporum, nunc generaliter de re dubia, nunc de specie quadam proposita, constituta sint. Qui mos etiam sequentibus temporibus invaluit; adeo ut magna illa Decretalium moles è rescriptis Pontificum ad varias Episcoporum consultationes ferè tota confleret.

VI. Sed ut orationem meam in eam quaestionem contraham quam inspicendam initio hujus capituli proposui, eam invaluisse consuetudinem ante Nicænum Concilium assero, ut si in dirimendis Clericorum contentionibus dubitaretur de aliquo ecclesiasticæ regulæ capite, vel ratione habita personarum, vel rerum, synodus provinciae ante vel post judicium redditum, Relationem ad sedem apostolicam mitteret, ut iusta sententia illius sedis auctoritate firmaretur, vel executio injusta suspenderetur. quæ consuetudo canone sexto Nicæni Concilij confirmata est. Scio quantum laborem in me recipiam, ut sententiam meam probem, quæ apud multos quasi nova periclitabitur. Sed cum summam in judicium reddendis apostolicæ sedis auctoritatem evincat, sine ullo Appellationum adjumento, viris eruditissimis acceptiorem fore non vano prorsus augurio mihi persuasi. Non longè arcessenda est hujus rei probatio. Prodit lecte, si verba illa Innocentij sincerè expendantur, quæ viros eruditissimos molestè habuerunt. Edamus verba, deinde ad interpretationem nos accingemus. *Si qua autem causa vel contentiones inter Clericos tam superiorum ordinis, quàm etiam inferiorum fuerint exortæ; ut secundum Synodum Nicænam congregatis ejusdem provincia Episcopis iurgium terminetur, nec alicui liceat, (sine præjudicio tamen Romana Ecclesia, cui debet in omnibus causis reverentia custodiri) relinqui hæ sacerdotibus qui in eadem provincia Dei Ecclesiam nam divino gubernant, ad alias convolare provincias. Si autem majores causa in medio fuerint devolutæ, ad sedem apostolicam, sicut Synodus statuit, & veteris consuetudo exigit, post judicium episto-*

pale referantur. Ex hac epistola quis esset ante Concilium Nicænum ecclesiasticæ disciplinæ status, licet alioqui quamplurimis difficultatibus involutus sit, aliquo pacto expediri potest. Canone sexto Concilij præcipitur ut mores antiqui obtineant, tam ij qui Alexandrinæ Ecclesiæ jura, quàm illi qui Romanæ privilegia & ceterarum Ecclesiarum respiciant. Consuetudo illa Romanæ Ecclesiæ ferè nos latet; quia posterioribus Decretis in multis capitibus est amplificata. Attamen ex hoc Innocentij loco discimus eam fuisse mentem Synodi, cum de judiciis Episcoporum & reliquorum Clericorum decerneret, ut nullum fieret præjudicium Romanæ Ecclesiæ, & ei reverentiæ quæ illi in omnibus causis debetur. Reverentiæ porro illam in majorum causarum Relatione versari. Si quis verò hanc Innocentij locum componat cum altero qui ex epistola ad Concilium Mileitanum jam prolatus est, inveniet hos esse canones, & hæc antiquam regulam toto orbe servatam, ut de rebus anxius quæ sit sequenda sententia, sedes Romana consulatur; id est, in majoribus causis, ex præscripto Nicæni Synodi, & veteris consuetudinis, ad eam referatur. Itaque ex Innocentio duorum canonum Nicæni Synodi sinceram sententiam constitutæ possunt, quinti scilicet, & sexti. Quinti hanc esse mentem Innocentius equè ac Synodus Africana testatur, ut Clericorum causæ suis synodis finiendæ committantur; Clericorum scilicet tam superioris quàm inferioris ordinis. Quod ita intelligendum est, ut juxta veterem consuetudinem, quæ sexto canone sancita est, privilegium Romanæ sedis in omnibus causis tam Episcoporum, quàm Clericorum, custodiatur, & reverentia debita sedi apostolicæ servetur. Nempe ut ad eam fiat relatio, si in earum contentionum examine de rebus majoribus quaeratur, id est, de iis quæ controversa & dubia erunt, seu fidem respiciant, seu disciplinam. Equidem è duobus Innocentij locis inter se comparatis confectum puto ut majores causæ pro anxii & dubis sint accipiendæ. Sed nihil vetat quia ea interpretatio Pelagij Papæ quodam loco adjuvetur, qui in epistola ad Ioannem Constantinoopolitanum Episcopum, majores causas eas esse apud Innocentium interpretatur, quæ sint difficiles: *Majores verò & difficiles quaestiones, ut sancta synodus statuit, & beata consuetudo exigit, ad sedem apostolicam semper referantur.* Itaque non ad omnes causas se Romanæ Ecclesiæ cura demittebat. Synodis provinciarum liberum erat causarum judicandarum arbitrium, si aperte

essent & liquidæ. Sed si res quædam dubia & dignis vindicæ nodus incideret, Relatione à Synodo facta, sedes apostolica consultebatur. Quod vicem appellationis subibat, sed formulis legum & disceptationum forensium angustius reos non atterebat.

VII. Non metaret Hincmaro Remensi vifum, de Synodo Sardiensi, & de Appellationibus Episcoporum gradum suo dejectorum, agi apud Innocentium: *B. quoque Innocentius*, inquit, *ad Viftricium Rotomagensem Episcopum, duo capitula magni Concilij Nicani, & capitulum Sardiensis Concilij de Episcoporum ad sedem apostolicam appellatione, uno capitulo sagaciter atque patenter explicat.* Sed multa me ab ejus sententia discedere cogunt. Primum est, injecta Nicenæ Synodi mentio prima parte capituli, quæ verat ut aliam synodum statim verbis generalibus lectori incauto & non monito intrusisse videatur. Secundum est, majores causas non cotroceri solis Episcoporum appellationibus, sed ad omnes causas porrigi tam Clericorum quàm laicorum, in quibus reverentiam Romanæ sedis custodiendam docet Innocentius, scilicet, si ejus generis sint, ut inter dubias referri debeant. Quo solo casu ipsas Episcoporum cognitiones ad sedem apostolicam referendas aliquando censuit idem Hincmarus. Posset addi, à Siricio & Innocentio solos canones Nicænos in judicium reddendis prolatos, ut frustra videatur Innocentius hoc loco ad Concilium Sardiense respexisse.

VIII. Clarissimum & verustissimum extat hujus Relationis exemplum apud Cyprianum: enjus testimonium ed lubentius usurpo, quòd ad vestras appellationes à quibusdam in partes trahatur. Per me licet dicant illi, Cyprianum eo nomine graviter commotum, quòd Episcopi quidam in Africa damnati, Romam se contulissent, *cum statutum sit omnibus Episcopis, ut ipse loquitur, & æquum sit pariter ac justum, ut nunquam sine causa illic audiantur, ubi est crimen admissum, & singulis pastoribus portio gregis sui adscribit, quem regas unusquisque & gubernet, rationem sui actus Domino redditurus; nec oportet Episcoporum concordiam coherentem subdola & fallaci temeritate collidere, sed agere illic causam suam, ubi & accusatores habere & sui criminis testes possint; nisi si paucis desperatis & perditis minor esse videtur auctoritas Episcoporum in Africa constitutorum, qui jam de illis judicaverunt.* Proferant ejusdem Cypriani judicium de Basilde & Martiale Episcopis à synodo Bæticæ provinciæ in Hispania depositis, & à Stephano Pontifi-

ce nimis propter in communionem suam receptis. Qui appellationum usum tumentur, facile se his difficultatibus expedient. Mihi verò planior & sincerior videtur esse respondendi ratio, si Cyprianum cum Cypriano conciliemus, & concedamus ingratis quidem illi fuisse judiciorum in provinciis redditorum retractationes, quamvis Summis Pontificibus non passim, sed aliquo casu, essent acceptæ; summum tamen jus Romanæ, in sententia de rebus ad se relatione ferenda, disertissimis verbis Cyprianum agnovisse. Quod evidentissimè patet in causa Marciani Arelatenfis Episcopi, qui se Novatianis à Sacerdotibus Dei per totum orbem absenti partibus adjunxerat, & à Catholica Ecclesiæ unitate atque à sacerdotij confessione discesserat. Faustinus Episcopus Lugdunensis, & suæ provinciæ coepiscopi, (qui Marcianum sacerdotio dejicere non poterant, quòd alterius provinciæ, nempe Narbonensis, esset Episcopus, hac de re Stephanum Papam Relatione sua monuerunt, eamque Cypriano literis suis significarunt. De hæresi agebatur. Quo casu ex usu veteris discipline subvenire poterant ceteri Episcopi, nulla habita ratione discriminis provincialium, cum idcirco copiosum corpus Sacerdotum concordie mutua glitino atque unitaris vinculo copulatum esset, ut si quis ex collegio Episcoporum hæreticum facere & gregem Christi lacerare & vastare tentaret, impiis conatibus obstitere ceteri. Vnde infert deponendum esse Marcianum, qui jam ab omnibus Episcopis in damnatione Novatianorum fuerat prædamnat. *Ex quibus, inquit, cum Marcianus esse caperis, & se Novatiano conjungens, adversarius misericordiam & pietatis existerit, sententiam non dicas, sed accipias; nec sic agat quasi ipse judicaverit de collegio Sacerdotum, cum ipse sit ab universis Sacerdotibus judicatur.* Licet verò in consilium deponendi Marciani Cyprianus unà cum collegio ceterorum Episcoporum confentiar, ramen quia Romanam Ecclesiam, & Petri Cathedram, & principale esse profitebatur, unde unitas sacerdotalis exorta sit, totò usque rei judicatz & summam illam pronuntiandi auctoritatem in eam Ecclesiam confert, in re communi, quæ unitatem respiciebat, & de qua Relatio ad eam missa fuerat. *Quapropter, inquit Cyprianus, Stephanum Papam alloquens, facere se oportet plenissimas literas ad coepiscopos nostros in Gallia constitutos, ne inimicum collegio nostro insultare patiantur.* Sed illustriora sunt verba quæ sequuntur, quibus decernendi & pronuntiandi de re proposita, juxta senten-

Hincmarus ep. p. cap. 11. R. 111.

Hincmarus in ep. ad Nicænos apud Frodoardum. R. 111. ep. 1. R. 1. R. 111. ep. 1. R. 1. R. 111. ep. 1. R. 1. R. 111. ep. 1. R. 1.

Cyprianus 4. ep. 11.

Cyprianus lib. 1. ep. 41. R. 111.

V. 111. 111. 111.

Cyprianus lib. 1. ep. 11. R. 111.

riam Gallicanorum & Africanorum Episcoporum, potestas Romanæ Ecclesiæ asseritur, etque plenissima executionis cura demandatur: *Diriguntur in Provinciam & ad plebem Arelatensem ad te litteræ, quibus absente Marciano, alius in locum ejus substituantur.* Nulla industria Novatotes hoc testimonium Cypriani elevare possunt. Futilis est enim illa responsio, non deponi à Stephano Marcianum, sed deponendum declarari. Quintimo conceptis verbis Cyprianus exigit à Stephano, ut suis literis Marcianum damnet, atque adeo alium substituendum decernat.

IX. Veteri consuetudini à Concilio Nicæno firmatæ successit Concilij Sardicensis Decretum, quo appellationibus ad Romanam Ecclesiam modus quidam est præscriptus. Galliarum Episcopi ut Relationibus suis debitum officium apostolicæ sedis ante vicennum Concilium impenderunt, ita & appellationibus damnatorum post Concilium Sardicense non obstituerunt. Id docet Leo I. in epistola ad Episcopos provincie Vienensis: *Nobiscum itaque fraternitas vestra recognoscit, apostolicam sedem pro sui reverentia à vestra etiam provincia Sacerdotibus innumeris Relationibus esse consuevit, & per diversarum, quemadmodum veteris consuetudo prescribit, appellationem consuevit antea retractatam confirmata fuisse iudicia. Quæ apud Gallias à primis Ecclesiæ temporibus viguit hac in parte Romanæ Ecclesiæ auctoritas, locum suum etiam hodie apud nos obtinet, redintegrato aliqua ex parte usu Concilij Sardicensis, ut alibi dicitur.*

X. Alia est Relationis species, qua Synodi Generales utebantur, ut rerum gestarum seriem apostolicæ sedis per literas insinuarent; quibus Romani Pontificis consensum & exequendi curam petebant. Extant in eo genere officij, Synodi Arelatensis ad Silvestrum, & Sardicensis ad Iulium epistolæ; item secundæ Synodi, & sequentium Conciliorum, unde patet eo proposito missas, ut debita sedis apostolicæ reverentia servaretur. Quare Concilij Sardicensis Patres Relationem illam ex officio debere satis significant, his verbis: *Hoc enim optimum & valde congruentissimum esse videbitur, si ad Caput, id est, ad Petri Apostoli sedem, de singulis quibusque provinciis Domini referant Sacerdotes.* Orientalium quoque Episcoporum relationem synodicam de Apollinaris hæresi ad se missam ita Damasus excepit ac si debitum sedis apostolicæ munus exsolvisset. Quod testantur epistolæ Damasii ad Orientales prima verba apud Theodoretum: *Quid vestra charitas debitam*

sedis apostolicæ reverentiam tribuit, vobis ipsi quoque maxime honorari est. Sed de consensu Romani Pontificis, qui reddè etiam apud veteres Confirmatio dicitur, quatenus necessarius esse censeretur, alibi accuratè dicendum est, & de more mittendorum fidei Decretorum ab Occidente in Orientem, & vice versâ, quem Synodus Chalcedonenfis commendat in Prophanetico sermone ad Marcianum Augustum.

Thom. 13. c. 10. de Symmacho. 117. 122. 123. de Symmacho. 122. 123. 124.

CAPVT XI.

Synopsis.

I. Persona Pontificis à nemine indicatur, ex Synodo Romana sub Symmacho, & ex Ennodio. Quia Romanus Episcopus est Caput omnium Sacerdotum.

II. Eadem Ecclesia Gallicana reverentia in causa Symmachi, imò pietas major quàm Romana Synodi, ex Avito.

III. Antiqua regula, majorem sedem à minore non judicari, ex Cyrille, Concilio Ephesino, & Chalcedonensi, & Pelagio.

IV. Inde fluxit vulgatum illud, *Primum sedem à nemine judicari, in Albi datus Sincesiana Synodi, et in Casimiro Silvestri, regis ab Hincmaro.*

V. Discussus locus epistolæ Concilij Romani de Damaso apud Concilium aut Consistorium Principis judicando.

VI. Romanus Pontifex à nemine judicandum professus est Carolus M. & ceteri Galli in Synodo Romana, Furgatio Leonis Papa, & Paschalis.

VII. Privilegium illud Romana sedis confirmatum ab Ottava Synodo, Joannis XII. excommunicatione reprobata, Incausibus hæreticis & schismaticis esset privilegium.

VIII. Ecclesia Gallicana canones Basiliensis Concilij suscepit; sed Eugenij Pontificis depositioni & electioni Felicii non adhefit.

IX. Pontifex ab Episcopis numerari potest, & satisfacere tenetur, Ex Ottava Synodo, & Petro Damiani.

I. PRINCIPEM legibus solutum esse, eo sensu, ut etiam in leges impingat, pœnis legum coerceri non possit, communis est Theologorum & Iuriconsultorum sententia; ita ut subditi, qui de Principis statu aliquid decernere sibi liberum esse putaverint, lege Julia majestatis teneantur. In hunc quoque dignitatis gradum adscitum fuisse Romanum Pontificem, Galliarum Reges & Episcopi unâ cum ceteris sæpissime censuerunt. Symmacho à Clericis Ecclesiæ Romanæ de criminibus atrocissimis accusato, & ab episcopatu per vim depulso, Theodoricus Rex Italicæ cogit plenariam synodum omnium regni sui Sacerdotum, accedente ipsius Symmachi consensu, Ligaræ, Æmiliz, & Venetiarum Episcopi

* Nimirum nec Hieronymus hujus opinio.

Prædicitur epist. Concilij Sardic.

litteris Regis evocati cum se Romam conferrent, Theodoricum Ravennae commorantem invisiunt, & Romanæ sedis Sacerdotem à minoribus Episcopis judicari non posse significant: *Nec antedicta sedis auctoritatem minorem subjacuisse iudicio, in propositione simili, facile sermo aliqua reserretur;* ut docet Romana Synodus III. habita anno quingentesimo secundo. In eam sententiam concessit ipsa Synodus: quæ ita Decretum suum temperavit, ut liberum & immunem à criminibus Symmachum pronuntiaret, *quantum ad homines respicit;* sed totius negotij examen arbitrio divino dimisit, cum legatione sua priùs monuisset Senatam Romanam, qui discussionem accusationis urgebat, auctoritate sedis injustis illis desiderijs obstrare. Etenim tunc ab omnibus publicè asserbatur, *sedis apostolica Præfulem minime nunquam subjacuisse arbitrio, ut è Libello accuatorum refert Ennodius Ticinensis in Apologetico;* qui robustissimis verbis eam assercionem firmavit, quæ & à Synodo quinta Romana probata est cum integro Apologetico libello, & deinde à Collegioribus in corpus Canonum relata. *Aliorum, inquit, forsè hominum causas Deus vult homines terminare; sed sedis istius Præsules suo sine questione reservatis arbitrio, Voluit S. Petri Apostoli successores celo deberentiam innocentiam, & subtilissimi diffusoris indagini involatam exhibere conscientiam.* Hujus autem privilegij ratio inde peritur ab Ennodio, quòd Romanus Episcopus sit Caput omnium Sacerdotum: *Sanctorum voce patet, Pontificum dignitatem sedis ejus solam toto orbe venerabilem, dum illi quidquid fidelium est ubique submititur, dum totius Corporis Caput esse designatur.*

II. Dum hæc Romæ geruntur, Galliani Episcopi nutare statum suum in lacessito vertice sentientes, & se in criminatione Principis peti, formulam Decreti receperunt, quam de Papa Symmacho apud Urbem Synodus Romana ediderat, ut testatur Avitus Viennensis, qui ex mandato Galliz Episcoporum ad Senatores Urbis, ipse Senator Romanus & Christianus Episcopus, quæ mens esset omnium, unus perscripsit. Nolo in invidiam trahi Episcopos Italiz. Sed si verum amamus, non est dissimulanda pietas Ecclesiz Gallicanz, quæ Synodo Romanæ velut vitio vertit, quòd iudicium aliquod adversùs Symmachum suscepisset: *Quia non facile datur intelligi, quæ vel ratione, vel lege, ab inferioribus emittitur iudicetur* ut loquitur Avitus. Et licet Dei cognitioni Synodus rem ipsam servaverit, Episcopi tamen Gallicani concoquere

non possunt qua ratione in illam causam ne leviter quidem potuerit inquirere. *Quod Synodus ipsa venerabilis, inquit Avitus, laudabili constitutione proficiens, causam quam, quod salva ejus reverentia dictum sit, penè temerè susceperat inquirendam, divino patris servavit examini; perstringens tamen proci breviter panis, nihil vel sibi vel gloriosissimo viro Theodorico Regi de his qua Papa dicebantur obijcta potuisse.* Nolo epistolam integram transcribere, quæ abundè mentem omnium Gallicanorum Sacerdotum explicat: qui concedunt quidem in ceteris Episcopis, si quid mutaverit, posse reformari: *At si Papa Urbis vocatur in dubium, episcopatus jam videbatur, non Episcopatus, vocillare.*

III. Sanè non omnino aliena videtur à veterum disciplina, Synodi Romanæ, Ennodij Diaconi, & Aviti Viennensis assertio, scilicet ex eo capite inscriptum adversùs Romanum Episcopum crimen non subjacere synodorum iudicio, quòd major à minore judicari non debeat. Hoc fundamentum enim inest cetera, nititur Cyrillus Patriarcha Alexandrinus, cum in vitium Ephesino de temeraria & præcipiti adversùs se & Memnonem Ephesinum à Joanne Patriarcha Antiocheno lata depositionis sententia conqueritur, nempe, quòd adversùs *Majorem Thranam* pronuntiaret. Sedes enim Alexandrina superiorem locum præ Antiochena juxta Nicenam Synodum obtinebat. Rationem istam non contempnit Synodus Ephesina; quinimò ut vitium hujus sententiz Celestino Pontifici probaret, hinc oritura discordiarum semina proficitur, si *Majores sedes* injuria afficiendi facultas detur. Concilium Chalcedonense in eandem conspirat sententiam, cum inter præcipuos damnati Dioscorig causas hanc recenser in Relatione ad Leonem, quòd excommunicationem adversùs eum designasset cui vinez custodia à Domino credita est, quique indefessam uniendæ Ecclesiz curam gerit, id est, adversùs Leonem. Non enim de injusta excommunicatione conqueritur, sed de Dioscorig auidacia, qui contumaciam animo superiorem Pontificem excommunicatione meditatz contumelia læsit, quam depositione Dioscorigulti sunt Patres, adeo ut Anatolius Episcopus Constantinopolitanus dixerit: *Propter fidem non est damnatus Dioscorus, sed quia excommunicationem fecit Domino Archiepiscopo Leoni, & ter vocatus, non accessit.* Ceterùm excommunicatio illa in Leonem à Dioscorigo destinata, non decreta fuit in Concilio Ephesino II. ut multi suspicantur, sed

Quia Synod. G. l. viii. Hæc Libellus interpositus Synodorum ab invidiam ostendit, & sic sem. hanc Synodum cum decess. habentem.

Procedit in Apol. c. Alionem. v. 1. apud Gm.

Avitus Episc. Vienn. epist. 11.

Epistola Cyril. ad Const. Act. 1. c. 1. ad Avit. & Memnonem.

De Synod. Eph. ad Const. Act. 1. c. 1. ad Avit. & Memnonem.

Epistola Anatolij ad Leonem: & excommunicatione quædam inter alios in hoc loco.

in conventu furtivo & clandestino alii quot Episcoporum Nicaeae habitio, ut docet Libellus Theodori Diaconi Alexandrini, Act. III. Concilij Chalcedonenfis. Ex eo Pelagius I. Childeberto Regi scripsit anno D L V I I. adversum esse ecclesiasticæ legi quod ipse iusserat, ut Sapaudus Arelatensis Episcopus, *cujus Ecclesia in Gallicanis regionibus primatus privilegio & sedis apostolica vicibus decoratur*, ad petitionem Episcopi ab ipso ordinati in iudicium sequentis civitatis Episcopi iudicandus occurreret.

I V. Ex eo colligere possumus, secundum veteris disciplinae ordinem Romanam sedem, quæ major est & prima, à ceteris Episcopis iudicari non posse. Vnde fluxit decantatum illud verbum, quod extat in Actis Sinuesænzæ Synodi in causa Marcelim Pontificis coactæ anno ccc l i i. *Prima sedes non iudicabitur à quoviam*. Scio quidem à viris eruditissimis hæc Acta revocari in dubium, quasi à Donatistis conficta. Sed fatendum est; antiquitatem quandam redolere, licet quamplurimum mendis sca-teant. Pronuntiatum istud, primam sedem à nemine iudicari, repetum est in Synodo Romana sub Silvestro, canone ultimo; cum illa adjectione, *ne neque ab Augusto, neque ab annis Clero, neque à Regibus, neque à populo iudicetur*. Sed viri emunctioris iudicij hunc factum ut adulterium damnant, & inter ceteras Isidor Mercatoris quisquilias proponit. Moverant bilem Hinmaro canones istius Romane synodi sub Silvestro, adeo ut nullam illis fidem in iudicij haberi velit; quia scilicet omnes ferè istiusmodi definitiones antiquis canonibus repugnent. Prætermitto discussionem ceterorum articulorum, dum mihi veniã lectoris liceat canonem ultimum dispungere. Scilicet hariolos esse oportuit Episcopos, qui non solum ab Augustorum Consistorio, qui Romæ, tempore Silvestri, imperabant, sed à Regum iudicij Romanum Pontificem imminuere esse decreverunt, cum Reges Romanam non tenerent, nisi ducentis ferè post hæc annis elapsis, imò verò in contrarium Silvester ipse exemplo suo statuerit.

V. Etiam, ut loquitur Romanum Concilium in epistola ad Gratianum, *Silvester Papa à sacrilegis accusatus, apud parentem vestrum Constantinum causam propriam profectus est*. Occasio hujus epistolæ scribendæ inde orta est, quòd Vrsinus toties à Principibus & à Damaso Pontifice damnatus, dolos composuisset, quibus sancti Pontificis caput petebatur; adeo ut accusatores subornaret, qui crimina Damaso intenderent, ea fraude videlicet, *ut dam causam dicit qui in*

omnes iudex fuerat constitutus, nemo esset qui de lapsis vel de schismaticis posset episcopatus innovari iudicare. Iudicio Imperatoris Alexan-dri quidem innocentia Damasi, sed post sententiam, à Principe flagitandum paravit Concilium, ut Damasi, qui ceteris Episcopis cum esset æqualis munere, prerogativa tamen apostolicæ sedis excelebat, non esset iis inferior qui iudicij publicis beneficio legis à Gratiano late non erant subiecti. Petunt ergo, ut causa Damasi, si quæ incidit, in Concilio iudicetur, quemadmodum in ceterorum Episcoporum causis fieri solebat, aut saltem in Consistorio Principis causam suam defendat, non apud magistratus. Ad quaestionem quam discuto valde confert ut severius examinentur verba hujus epistolæ: quæ ita castigata sunt, ut nihil de dignitate Pontificis Romani remittant, licet ad rationes temporum sint accommodata. Cognitionem illam Principibus à Damaso arrogari, Damasum severioribus Episcoporum iudicij se ipsum dedere pronuntiant, non autem cognitionem illam in arbitrio Principis aut Episcoporum esse positam; ita ut privilegium illud primæ sedis in mente habuisse patres illos non absurdum mihi videatur. Severioribus se deus ipse iudicij sacerdotum, inquit illi. Subjungunt verò: *Accipite aliud quoque, quod vir sanctus vestra magis conferre pietati quàm sibi præstare desiderat, nec derogare cuiquam, sed Principibus adrogare. Quoniam non novum aliquid petis, sed sequitur exempla majorum, ut Episcopus Romanus, si Concilio ejus causa non creditur, apud Consilium si Imperiale defendat.*

V I. In causa Symmachi quanta fuerit Gallicanæ Ecclesiæ pietas, docuit Avitus, cum majorem & eminentiorem Pontificem ab inferioribus iudicari non posse contenderet. Iisdem vestigiis hæserunt Episcopi & Proceres Francorum, unà cum Romanis, in causa Leonis III. qui variorum criminum accusatione petebatur. Etenim cum frequenter adessent in Concilio Romano, præfente ipso Carolo Francorum Rege, in has voces eruperunt, quas retulit Anastasius: *Nos sedem Apostolorum, qua est caput omnium Dei Ecclesiarum, iudicare non audeamus. Nam & ab ipsa nos omnes & ab ejus Vicario iudicamur. ipsa autem à nemine iudicatur; quemadmodum antiquitus nos fuit. Sed sicut ipse Summus Pontifex censurari, canonicè obedimus, Leo tamen Pontifex, ne ulla suspicio penes Ecclesiam reliqua esset, etsi nemo accusationem illatam peragere vellet, adhibitis Evangelij & aliquot testibus suæ famæ ad-stipulatoribus, ambonem ascendens, ob-*

Anastasio de vita Leonis III. m. lxxv.

Ad ista Conc. Chalcedonenfis de Theodoro diacono Alex. Act. III. Concilij Chalcedonenfis. Pelagius I. Childeberto Regi scripsit anno D L V I I. adversum esse ecclesiasticæ legi quod ipse iusserat, ut Sapaudus Arelatensis Episcopus, cuius Ecclesia in Gallicanis regionibus primatus privilegio & sedis apostolica vicibus decoratur, ad petitionem Episcopi ab ipso ordinati in iudicium sequentis civitatis Episcopi iudicandus occurreret.

Synodus Romana sub Silvestro. ult.

Hinmaro ep. p. sup. l. 6. de temp. etc. M. g. l. m. non quæsit an illud sit profectus Constantini. Episcopus Romanus Damaso Pontificis causam propriam profectus est. Concilium Chalcedonenfis. Act. III. Concilij Chalcedonenfis. Pelagius I. Childeberto Regi scripsit anno D L V I I. adversum esse ecclesiasticæ legi quod ipse iusserat, ut Sapaudus Arelatensis Episcopus, cuius Ecclesia in Gallicanis regionibus primatus privilegio & sedis apostolica vicibus decoratur, ad petitionem Episcopi ab ipso ordinati in iudicium sequentis civitatis Episcopi iudicandus occurreret.

Epistola Romanæ Concilij ad Gratianum. Act. III. Concilij Chalcedonenfis. Pelagius I. Childeberto Regi scripsit anno D L V I I. adversum esse ecclesiasticæ legi quod ipse iusserat, ut Sapaudus Arelatensis Episcopus, cuius Ecclesia in Gallicanis regionibus primatus privilegio & sedis apostolica vicibus decoratur, ad petitionem Episcopi ab ipso ordinati in iudicium sequentis civitatis Episcopi iudicandus occurreret.

tanquam solus ipse ad faciendam fidem non sufficeret, etiam testes adhibuit. Venerunt, inquit, mecum & sex fratres isti. Plura vir ille infra-cti animi in eandem sententiam congerit, ut probet titulum profanatum non esse opponendum quò minus Ecclesie sibi, qui se gravatius affecit, aequo iudicio respondeatur.

CAPVT X I. I.

Synopsis.

I. Romana sedis auctoritatem tueri tenetur Rex Christianissimus iure Protectionis, quod Francorum Regibus competit. Quid sit ius Protectionis, ordinarium, extraordinarium, & reale passim constitutum.

II. Protectio Romana sedis est ius reale quæsitum Corone Francicæ. A Deo designata, ex Prælato.

III. Initium huius Protectionis à Carolo Duca Francorum, & Gregorio, ob motus Longobardorum. Novis conditionibus aucta à Pippino Rege, & Stephano. Exarchatus Ravennæ donatus Ecclesie Romanæ à Pippino, bulque Patriciatus Romanus collatus. Consuetudo de Protectione non personalis, sed perpetua cum Rege & Regno.

IV. Patriciatus datus sibi Pippino, qui diceretur Patricius, Primi nuda dignitas, Patriciatus; dein, de ti adiunctum Imperium. Titulus Ecclesiarum & inquam Patricii competit, ex Paulo Diacono. Patriciatus collatus Regibus Francorum, Imperium & Tutientem complectebatur.

V. Carolo Magno in Augustum electo, Patricij nomen cessavit. Sed ius Protectionis Regibus Francorum quæsitum, extinguit non est. Ius illud in solidum in filios Reges testamentis suis partitus est Carolus Magnus.

VI. Et sibi suis ex æquo commisit Ludovicus Pius, Carolus Calvus hanc ad se una cum regno Francorum transfusionem agnovit; ita tamen ut à Romana sede honor debitus sibi reddatur. Is hanc explentis de Protectione Patriciorum.

VII. Auxilia sua Joanni VIII. Paphali II. Gelafo II. Innocentio II. Alexandro III. docuit propagatam à secunda in tertiam Regem stirpem Protectionis auxilium.

VIII. Gregorius IX. Tutientem ecclesiastica libertatis regno Francorum assignavit. Pius Paulus I. Hanc Tutientem imploravit Innocentius IV. & Urbanus IV.

IX. Ceteri Reges novis officiis ius Protecionis confirmarunt. Et præ ceteris reverentissimum Ludovicus XIII. consilio & opera Eminentiſſ. Card. Ducis Richely.

I. **A**B UNDE satis probatum est, apud Gallos sedis apostolicæ principatum omnibus officiis per omnes ætates ex cultum fuisse, seu in ea communionis suæ Caput iure divino constitutum, seu supremam in Ecclesiis auctoritatem venerantur; ut meritò à me dictum fuerit, Primum Liberraris Ecclesie Gallicanæ fundamentum in Primatu Romani Pontificis esse positum. Addam verò hoc capite, pluribus nominibus ad eos Ecclesie dignitatem tuendam & ornandam Reges Christianissimos obstringi quàm ceteros totius Europæ

Reges & Principes, scilicet eximio illo Iure Patrocini, seu Protectionis Regæ, erga Romanam sedem, quod Francorum regno quæsitum est. Illud autem non sic accipi velim, quasi rhetorum more ambitiosus verbis à me dictum, sed ut ad normam legum & fori consultò propositum. Principes quidem Ecclesiis in regnis suis constitutas ex officio tueri tenentur. quod ius Protectionis ordinarium est, & à jurisdictione pendet. Sed aliud est ius quoddam Protectionis extraordinarium, quod Ecclesiis sibi non subditis adversus potentiorum vim publicam, aut privatam, impertiri solent illi qui aliis ex munere suo ad id non obligantur. Hæc Tutio vel Protectio ex eo profecta est, quòd Summi Pontifices, aut ipsi etiam Imperatores, Proceribus viris aliquando demandarint ut ab iniuriis Ecclesiis sibi creditas eorum ordinem defenderent, Vel etiam quòd Ecclesiarum Episcopi, aut Abbates, cum assensu Capitulorum & Monasteriorum, se in defensionem Procerum certis legibus tradiderint, mercedis annuæ & pensionis perpetuæ ut plurimum stipulatione adhibita. Harum conventionum octingentis abhinc annis initarum exempla creberima apud scriptores & vetera tabularia videntur, & in diversis mediæ ætatis canonibus, bellorum privatorum infando usu in id Episcopos & monasteriorum præfectos sapientissime compellente, ut sibi *Patrones, Defensores, Protectores, & Advocatos* quos vocabant, adicerent, qui Protectionem & Defensionem singularem Ecclesiis impenderent, præter eam quæ à Regibus ex ordine disciplinæ publicæ expectabatur. Iure isto Protectionis, Defensionis, vel *Advocatiæ*, hereditate ad se transmissis, potiuntur etiamnum quamplurimi Principes in Germania, quod etiam quatuor abhinc seculis in Gallis consuetis obtinebat, multis Nobilium familiis se *Advocatorum & Vicedominorum* nomine jactantibus, donec jura illa Protectionum ecclesiasticarum Rex Christianissimus ad se solum in regno revocavit. De hoc Protectionis iure reali & hereditario amplissimos commentarios viri eruditi ex processu ediderunt.

II. Quod ad meum institutum attinet, necesse est ut probem ejus generis esse Protectionem illam Ecclesie Romanæ, cui impetendæ quemadmodum hereditario iure Rex Christianissimus adstringitur, ita vice versa sedes Romana, in nulla parte suæ auctoritatis dignitate imminuta, Reges Francorum ut Prorectores suis officiis ornate tenetur. Cùm autem Protectionem istam aut mandatis Principum aut conventionibus quæri monuerim, non est quòd aliquis

Advide, Vide.

Commentarius de Advocatiæ in ma.

expectet ut Regibus Francorum delegaram ab aliquo Principe Defensionem probem, præsertim cum jus illud eis ex æquo vindicaturus sim, si conventionibus inter Pontifices & Reges initis constare ostendam. Enimvero si altius origo rerum repetenda sit, non frustra afferetur Tuitionem Romanæ Ecclesiæ, Dei Optimi Maximi providentissimo consilio, Francorum Regibus fuisse concediram. quod vicem mandati & delegationis præstabit, si quis exuat ut protectio nostrâ illo etiam jure sulciatur. Hujus rei illustrior probatio aliunde peti non potest quam à Pelagio II. qui anno D L X X I I. cum à Longobardis Arrianis Ecclesiæ Romana & bello & hæresi vexaretur, auxiliâque Imperatorum Orientis lenta essent & invalida, nullam Tiberio Principi sicut injuriam censuit, si à Regibus Francorum in his angustiis constitutus subsidium peteret, & Aunacharij Episcopi Antisiodorensis gratiam, qua flagrabat apud Chilpericum Regem, ad impetrandum sollicitaret: *Nec enim, inquit Pelagius, sine magna providentia divina admiratione dispositam, quod vestri Reges Romano Imperio in orthodoxa fidei confessione sunt similes; nisi ut huic urbi, ex qua fuerat oriunda, vel universa Italia finitimos adjutarisque præstaret. Cavete igitur, carissime frater, ne dum Regibus nostris jurandi nos virtus data sit divinitus, caritatis vestre circa nos levitas arguatur, qui illis & in fide & in consiliis vestro sacerdotio sic devotis suadere talia nos negligitis aut differtis.* Idem consilium inierat Vigilus Papa anno D L X I X. cum Gothis Roman tenentibus, Aureliano Episcopo Arclateni dat in mandatis ut Childebertum Regem, qui Christianitatis studio venerationem integram sedi apostolicæ exhibebat, precibus suis exoraret ut sollicitudine sua Gothorum Regem ab injuria Romanæ Ecclesiæ inferranda revocaret.

III. Initium verò pactorum de Protectione cum Ecclesiâ Romana conventorum in ea tempora conferendum est quibus eam Regum Longobardorum impetus ad auxilia extraordinaria imploranda penè profugatam coegit. Annus D C C X X I X. huic consilio originem dedit. Etenim Luitprandus & Hilprandus Reges Longobardorum, cum in Ravennæ Exarchatus provinciis adversus Imperij Constantinopolitani copias bellum gererent, Ecclesiæ Romanæ patrimonia perinde ac ceteros provincialium agros depopulati sunt, deinde translato in ducatum & episcopatum Romanum exercitum, omnia cædibus & vastatione terruerunt, nulla habita ratione quod pagus ille Romanus *parochia* B. Petri con-

stitueret, ac proinde peculiaris cujusdam immunitatis privilegium illi deberetur. Quare Gregorius III. Pontifex se suamque Ecclesiâ Tuitioni Caroli Francorum Ducis commisit, literis illis quas lacrymis perfusus ad Carolum Subregulum magno cum animi sensu dedit: *Ad te post Deum confugium facimus, inquit. Conjuro te per Deum vivum & verum, & per ipsas sacratissimas Claves Confessionis beati Petri, quas vobis ad regnum direximus, ut non præcipuas amicitiam Regum Longobardorum amoris Principis Apostolorum; sed velocius sub nimia festinatione sentiamus, post Deum, tuam consulationem ad nostram defensionem.* Protectio ista novis quibusdam legibus firmata fuit à Pippino Rege Francorum & Stephano II. Pontifice. Hic enim dum Aistulphi Longobardorum Regis armis nondum premeretur, (qui quidem post Exarchatus & provincie Romanæ civitates, depulsis inde Constantinopolitanorum præsidibus, valido exercitum occupatas, patrimonia Ecclesiæ Romanæ usurpaverat) ad Gallias magno Procerum Romanorum comitatu stipatus accessit; ubi sædus cum Pippino Rege pepigit, his conditionibus, ut Rex ejusque filij Patricij Romanorum dicerentur, & Ravennæ Exarchatus à Longobardis armorum vi repetitus, donatione Pippini in Romanam Ecclesiâ transferretur. Hæc conventa liquidius ostendi non possunt quam ipsismet Stephani verbis: qui cum de iis ab Aistulfo lædibus infra hæc Romæ obfidionem pateretur, pacta illa Pippino refricavit: *Dum vestris mediis oblationibus præsentati sumus, omnes causas Principis Apostolorum in vestris manibus commendavimus. Quoniam quidem inspirati à Deo eorum petitionibus nostris accommodare dignati estis, & vos beate Petro polliciti estis ejus justitiam exigere, & defensionem sanctæ Dei Ecclesiæ procurare.* Ne quis verò existimet Protectionem istam, de qua convenerat Stephanus, personalem esse, & Pippino tantum concessam, sequentis epistolæ ab eodem Stephano ad Pippinum data verba velim diligenter expendat; unde manifestum fiet contractam fuisse non solum cum Rege, sed etiam cum ejus filiis, imò etiam cum ipso regno Francorum. *Quoniam, inquit, nulli alio nisi tantummodo tue amantissima Excellentie, vel dulcissimis filiis, & cuncta genti Francorum, per Dei præceptionem & B. Petri, sanctam Dei Ecclesiâ & nostram Romanorum Reipublice populum commissimus protegendam.*

IV. Patricij verò dignitatem, ut antè monebam, Stephanum & Romanos Proceres Pippino Regi & ejus filiis contulisse fidem facit epistola Stephani tertia, cujus inscriptio hæc est: *Dominis Excellentissimis*

Pelagius II. in ep. ad Aunacharij. Episc. Antisiod.

Er. Vigil. ad Aunach.

Prohibita 2. P. omni dicitur à Pippino.

Epistola Greg. 3.

Steph. ep. 1. ad Pippinum.

Steph. ep. 4. ad Pippinum.

*filij Pippino Regi & nostro spiritali compatri, & Carlemano item Regibus, & utriusque Patri-
ciii Romanorum, Stephanus Papa. Retinuit
hunc Patricij titulum Carolus Magnus: cu-
jus frequentissima habetur mentio in epi-
stolis Stephani Tertij, Hadriani Primi, &
in Edictis hujus Principis. Imò etiam Leo
III. Pontifex, quò beneficij recens à Caro-
lo accepti monumentum aliquod pone-
ret, in camera Palatij Lateranensis Petrum
Apostolum depingi curavit, Carolo Patri-
ciii insignia & Leoni Pallium Pontri-
ficii tradentem. Patricij nomen duo quor-
dam complectebatur, & jurisdictionem,
qua Reges in Vrbe ex consensu Pontificis
& populi Romani potiebantur; & Prote-
ctionem, seu Defensionem, quam Roma-
næ Ecclesiæ polliciti erant. Patriciorum
autem tanta erat dignitas, ut à Constanti-
ni tempore, qui ejus auctor fuit, eminenti-
ssimos magistratus loco præcelleret, ita
ut Theodoricus & Athalaricus Italiz Reges
non alienam à regni majestate Patri-
ciii dignitatem, quæ illis ab Anastasio
collata fuerat, esse censuerint. Jurisdictio
cum Patriciatu conjuncta non erat, etsi
frequentissimè qui validissimis provinciis
aut exercitiis erant præfecti, dignitate
ista cobonestarentur. Inde profectum est
ut Italiz Exarchi, qui ab Imperatoribus
Constantinopolitanis Ravennam cum sum-
mo imperio ad Italiz administrationem
mittebantur, hujus etiam honoris essent
participes. Vnde Patricij Italiz à scriptori-
bus aliquando dicuntur. Hoc exemplo Reges
Francorum in Gallia etiam Patricios
suos instituerunt: qui ob provincias sibi
concreditas, Patricij & Duces audiebant,
ut Dynamius Patricius Galliarum apud
Gregorium Magnum, & Mummolus Dux
& Patricius, aliique, apud Gregorium Tu-
ronensem. Sed propositi mei non est ea
nunc exequi quæ Patriciorum auctoritate
ultimis illis seculis continebantur. Id unum
satis erit observasse, Patriciatu collato,
Ecclesiæ & inopes tuendi adversus vim po-
tentiorum præbiram fuisse facultatem.
Hoc patet ex ea formula qua Princeps Pa-
tricius renuntiabat, quæ relata est à Paulo
Diacono. Sistebat se coram Principe
hujus dignitatis candidatus: qui cum prius
Imperatoris pedes, deinde genu, atque os
ipsam, & ceteros magistratus deoscularus
esset, his verbis à Principe excipiebatur:
*Nobis nimium laboriosum esse videtur, concessum
nobis à Deo ministerium, solum procurare.
Quocirca nobis adjutorem facimus: & hunc ho-
norem tibi concedimus, ut Ecclesiis Dei & pau-
peribus legem facias, & inde apud altissimum
judicem rationem reddas. Tunc induat eum**

*Imperatorem tantum, & ponat ei in dextro indice
annulam, & det ei bombacium propria manu
scriptum: Esto Patricius misericors & justus.
Tunc ponat ei in caput aureum circulum, & di-
mittat. Patriciatus itaque Romanorum,
præter imperium in Vrbe & Ducatum
Romanum, Defensionem illam comple-
ctebatur, quæ pactis cum Romanis Ponti-
ficibus initis erat constituta. Quare Caro-
lus Magnus sibi nunc Patricij Romanorum
titulum, nunc *Devoti sanctæ Ecclesiæ Defen-
soris atque Adjutoris*, in Edictis suis adscri-
bebat.*

V. Hanc Patriciatu dignitatem ab anno
DCCCXXXIX. Reges nostri magno
studio conservarunt usque ad annum octi-
ngentesimum. Tunc enim, desinente octa-
vo seculo, Carolus Magnus acclamatione
populi Romani & consensu Leonis cum
Imperium receperet, *omnis Patricij nomine,
Imperator & Angustus est appellatus*; ut testa-
tur Eginhardus. Etsi verò novus Imperij
splendor Patriciatu lucem extinxisset, at-
tamen Protectio Ecclesiæ Romanæ, Co-
ronæ Francorum antè quæsitæ, per con-
fusionem Patriciatu cum Imperio sublata
non est. Imperio accessit Tutiois impend-
endæ officium, sed de pristino protectio-
nis jure, quod regno Francorum compete-
bat, nihil imminutum fuit. Potestas qui-
dem illa, qua jure Patriciarum in urbe Ro-
mana potiebantur Reges Francorum,
(quæ ab illis in solidum unâ cum Pontifi-
cibus exercebatur, ut dicam alibi) confusa
fuit, & Imperio consolidata. Sed Defen-
sio Ecclesiæ Romanæ inter cetera Do-
mus regis jura à Principibus recensita fuit,
ut in Caroli Magni filios transmittetur,
nec præcipuo jure ab eo possideretur qui
Imperium retineret, sed ad omnes heredes
pertineret; ea lege, ut illis non liceret à
communione hujus Protectionis, familiæ
erciscundæ judicio discedere. Ita enim con-
stituit Carolus Magnus tabulis testamenti
sui; quibus inter filios regna Franciæ, Ita-
liæ, & Aquitanæ distribuit, sed in solidum
Ecclesiæ Romanæ Defensionem reliquit,
eadem conditione qua à patre suo Pippino
& avo Carolo fuerat suscepta. *Super omnia
autem jubemus*, inquit, *ut ipsi tres fratres
curam & defensionem Ecclesiarum S. Petri
simul suscipiant; sicut quondam ab avo nostro
Carolo, & beata memoria genitore nostro Pippi-
no Rege, & à nobis postea suscepta est; ut cum
cum Dei adjutorio ab hostibus defendere ni-
tantur, & justitiam suam, quantum ad ipsos
pertinet, & ratio postulare verit, habere faciant.*
Hujus divisionis rabule à Proceribus Fran-
corum jurejurando & à Leone Pontifice
subscriptio firmatæ sunt anno DCCCVI.

Nicolao Alamano
in Pappi's Later-
ra. editus.

Capit. L. p. c. 92.

Eginh. in Annal.
c. 91.

Testamentum Ca-
rol. 91.

Paulo Diacono
Hist. Longob.

ut docuit Eginhardus in Annalibus. Vnde primò colligimus eam fuisse sententiam & Caroli, cùm susciperet Imperium, & Pontificis, Senatus, Populique Romani, cùm illud ei detulerunt, ut à patris pristinae Protectionis non discederet, præterea jus istud inter ceteras res hereditarias recenseri, & ab antiquis illis passionibus à Carolo repeti, huiusque legato assensisse Leonem.

VI. Nolo mihi fidem haberi, nisi hoc sensu à Carolo Magni filius & nepotibus legatum istud exceptum fuerit, ut sibi quisque portionem regni Francorum cum hoc onere vel potiùs jure relictam fuisse censuerit. Ludovicus Pius, Carolus filius, cùm divisionem regni in tres filios ex consilio Procerum instituisset, iussit iisdem planè verbis è testamento Caroli transcripsi, ut tres fratres, quos in consortium regni Francorum ascriberat, defensionem Ecclesie sancti Petri simul suscipere. Hinc est quòd Ludovici filij Carolus Calvus Rex Francorum, & Ludovicus Rex Germanie, conventionibus illis quas in Metensi conventu existentia Hincmari Archiepiscopi Remensis & aliorum quorundam procerum inierunt anno DCCCXV. sibi quisque defensionem Ecclesie Romanæ servavit, ea lege tamen, ut sibi à Romano Pontifice debitus honor impendatur. Mandeburdem autem & defensionem sancte Romane Ecclesie pariter conservabimus, in hoc ut Romani Pontifices nobis debitum honorem conservent, sicut eorum antecessores nostris antecessoribus conservaverunt. Duo hic observanda sunt. Vnum est, defensionem istam à Principibus mandeburdem vocari, qua voce significatur tutela quæ jure regio Ecclesie à sacro Palatio concedi solebat, cujus varie formulæ extant apud Marculfum. Alterum est, Principes istos originem huius defensionis ab antiquis conventionibus repetere, licèt eas ipsi non renovassent, & Imperio non potuerunt, sed tantùm regno Francorum. Quod attinet ad eum bonorem quem sibi Reges impendi cupiunt, is est qui Protectioni debetur ab eo qui in defensionem susceptus est, quem Canones patrono in Ecclesiis tribuunt, & protectionis aditum vocant. Nempe iisdem solennibus eademque pompa excipi volunt, qua Carolum profecturi sunt Romani, antequam Imperio potiretur. Etenim cùm Ticinum Carolus obfisione cingeret, Romam se contulit. Quid tum egerit Hadrianus Papa, malo verbis Anastasij quàm meis referre: *Dixisti in ejus occursum universos Iudices adferè triginta milia ab hac Romana Urbe, ubi cum eum Bandera susceperunt.* Subjungit idem Anastasius in vita Hadriani: *Obviam illi ejus sanctitas di-*

rigens veneranda cruce, id est, signa, sicut mos est ad Exarchum seu Patricium suscipiendam, cum cum ingenti honore suscipi fecit.

VII. Temporis progressus nihil de hoc jure protectionis detruit, imò verò magna accessio illi facta est, frequentibus & validis auxiliis, quibus Reges Francorum, pristinarum conventionum memores, Romanam Ecclesiam juverunt. Ioannes VIII. recessit in Gallias, ut suppetias adversus Lambertum Ducem Spoletanum impetraret à Rege Ludovico Balbo Caroli Calvi filio, cujus animum blandissimis literis antè demulserat, ita ut ab illius consilio pendere velle profiteretur in omnibus negotiis quæ in Synodo Trecenti, quam cogebar, discutienda occurrerent. Sed in ipso Concilio ea oratione erga Regem usus est, ut omnes intelligerent hereditarium esse ius istud Protectionis in regno Francorum: *Vos, carissime filii Ludovici, precor in defensionem, liberationem, atque exaltationem sancte Romane Ecclesie, sicut prædecessores vestri fecerunt, & vobis sub attestatione sacre mandaverunt, sine procrastinatione & ulla dilatione succurrite.* Paschalis II. ab Italia armis Henrici V. Imperatoris depulsus, in Galliam se contulit, ut Regis auxilio se adversus hostes tueretur. quod auxilium ut impetraret, consuetudinem antiquam in sui patrocinium protulit, teste Sugerio: *Blondè demulcens Regem, & Petro sibique ejus Vicario supplicat opem ferre, Ecclesiam manuteneri, & sicut suorum antecessorum Regum Francorum Caroli Magni & aliorum mos inolevit, tyrannum & Ecclesie hostibus audacter resistere.* In eam sententiam Guibertus, huius temporis scriptor, Pontificibus in more positum fuisse adnotavit, ut in rebus afflictis opem à Regibus Francorum implorarent. Gelasius II. sede & Vrbe ab eodem Henrico pulsus, (qui Burdinum Archiepiscopum Braacensem, natione Hispanum, Romanæ Ecclesie intruserat) *admetam, inquit Sugerius, & protectionem Serenissimi Regis Ludovici, & Gallicane Ecclesie compassionem, sicut antiquitus consueverunt, confugit.* nempe ut clypeo Gallici nominis & Germanie vires & Hispanie ambitum infringeret. Quid memorem Innocentium II. qui factione Petri Leonis à sede deturbatus, succedit in Gallias, *instans, Sugerio teste, & approbatum Ecclesie assilum: nuntisque suis ad Regem Ludovicum desinat, & persona & Ecclesie optulari efflagitat.* Quid Alexandrum III. qui suam dignitatem, in Gallias cùm se recepisset, adversus Fridericum Imperatorem asseruit: quia, ut observavit Arnulfus, *quos devotio Gallicana suscepit, victoriam semper cantulit & triumphum.* Cùm itaque mos ille Ponti-

1200 pp. 87.
in ferto suo arde
procurat interve
dit columnam de
de mura infra
formule charac
dura apere.

Adlocor's Pontif
ficus ad Regem in
Synodo Trecenti
1200

Sugerius in vita
Ludovici Grandi
1200. 1107.

Guibertus. h.
1200. 1100.
Archiepiscopus sibi
Procuratorum con
suetudinem
fuit. si quem 1200
fuit à Francorum
antea semper
superioris à
Francorum.

Sugerius in vita
Ludovici Grandi
anno 1108.

Sugerius in vita
1200. 1107.

Arnellus Consi.
L. 1. c. 14.

Arnulfus Latio.
in op. Arch. in
op. Angli.

Dirigo Ludovic
c. 24.

In Capitulo Caro
li Calvi quod i.
Arnulfus.

1200. in 1200.
L.

ficum auxilia petendi, & Regum Gallie supplicat ferendi, post pristinas illas conventiones perduraverit; quis non perspicit in Tertiam stirpem propagatum. jus Protectionis, quod in Secunda: stupis exordio initium sumperat.

VIII. Planè videtur Gregorius IX. eam induisse curam ut federa ista aliquo pacto renovaret bullas litteras quas ad S. Ludovicum Regem Gallorum dedit anno MCCXXXIX. ut Fridericum Romanæ Ecclesie imminentem repelleret. Etenim cum regi Gallicani gloriam præ ceteris regnis, & in fide armis propaganda constantiam, magnificis verbis prædicasset, eodem que gradu dignitatis præcellere dixisset quo Tribus Iuda reliquis tribus exsuperabat:

Ex quibus, inquit, evidenti ratione perpendimus quod regnum Francia prædictum, benedictum à Domino, Redemptor noster quasi specialem divinarum voluntatum executionem eligens, & ipsum sibi sicut pharetram circa femur accingens, ex ipsi seipsum signatæ celsæ extrahit, & ea in tuitionem ecclesiæ: scilicet libertatis & fidei, in contritionem impiorum, & defensionem iustitia,

in arcu brachij potentis emittit. Iisdem laudibus Gallos ornaverant antea Paulus I. quas novis beneficiis à Gregorio deinde sunt promeriti. Ex his testimoniiis patet Pontifices Romanos non in Regis Galliarum unius vel alterius studio peculiari, sed in ipsius regis dignitatis nomine præsidium suum collocasse; ita volentibus divinæ providentiæ factis, ut regnum Francorum sedis apostolicæ defensionis devotum consecratumque esset. Cui officio cum Reges cumulativè satisfacerent, jus istud protectionis, consuetudinis antiquissimæ præscriptione quævisse, non sine ratione dici potest. Hunc morem obestabatur Innocentius IV. cum à Conventu Patrum Cisterciensis ordinis peteret ut Ludovicum IX. suis precibus exorarent ne à pristina & receptissima Gallie consuetudine discederet; sed avorum vestigia premendo, Romanum Pontificem ab iniuriis Friderici vindicaret. Hoc jus protectionis provocabat Vrbanus IV. cum ad eundem Regem Ludovicum, tanquam ad defensionis suæ dexteram, teste Nangio, se contulit, ut à Manfredi Sicilie Regis impetu se immunem præstaret.

IX. Neque verò huic officio desere Reges qui illos exeperunt. Non defecit in posteris innata majoribus erga Summos Pontifices singularis propensio; sed quasi hereditario jure ad omnes successores transmissa, ad nostram usque ætatem integra atque illibata pervenit; adeo ut tot ferè possit sedes apostolicas laudare vindices, quot Reges Gallia. Quare non immorabor in re-

cedendis per quos Summorum Pontificum res steterit, cum satis superque mihi sit hoc unum duntaxat monuisse, Galliam nullum Regem agnoscere, qui Ecclesie laboranti solenne patrocinium denegaret, cuique antiquius quidquam fuerit quam Protectoris insigne, longa & iusta possessione questum, novorum beneficiorum cumulo sibi confirmare. Quamvis autem inter Summos Pontifices Regesque Gallie quædamque simulatas intercesserint, nihil tamen de Protectionis jure eis decessisse certum est. Quos enim privatæ res aliquando abalienaverant, in commune totius Ecclesie bonum conspirantia studia ita perfectè sacrosanctæ sedi concularunt, ut felici dissidio disjuncti videantur, quos ardentiora deinceps amicitie vincula constrinxerunt. Ceterum præ aliis retro Gallie Regibus, Augustissimum Principi nostro potissimum Albertoris Titulum deberi, consumptæ in præsidium sedis apostolicæ regi vires, exhaustum æranam abundè restantur. Elanguerit in plerisque regi provincie Christiana fides, Religio prostrata jacebat, vixque Ecclesie Romanæ inane nomen in ludibrium supererat. Lugubrem Matris fortem miseris Ludovicus, ut afflictae piæ vices exhiberet, in propria viscera arma convertit; subiectioque sibi populos ultore ferro profecurus est, ut parenti tuus splendor conflaret, pristinaque dignitas restitueretur. Nondum apostolicæ sedis conjurati hostes spiritus deposuerant, quantumcumque amissis aliquot uribus debilitati, adversisque præliis imminuti; artibus scilicet & sociorum auxiliis confisi, atque Arce feroces. Accessit invidiosissimi Principis virtuti ad fortunæ Grande Incrementum Eminentissimi Cardinalis Ducis Richelij prudentia, fortitudo, fides; cujus ministerio, cadente Romanæ Ecclesie æmula, elusisque factiosorum artibus, atque auxiliariis classibus dissipatis, fracti rebellium animi tandem ceciderunt, & debita sedi apostolicæ auctoritas rediit. Summi hujus viri, rerum divinarum atque humanarum dignissimum, solerti etiam prudentiæ debemus, quod Ecclesie & Regni jura æquis ponderibus librando, (ut Ecclesie Romanæ Principem purpuratum, & Ducis corona Regis beneficio insignitum decebat) unicuique sua præstet intacta atque inviolata. Nec alius eventus expectandum erat sapientissimo Principi, cum religiosissimum Sacerdotem interioribus consiliis admoveret; B. Remigio florentissimum imperium jam olim Regibus nostris prænantiantem, quando Epicoporum operam in administrando regno adhiberet.

Episcopus Cardine-
lus Richelij.

Episcopus Remigius
ad Clodovum:
Sacrosanctæ
Iustitiam debet
deservire, quod
non vestigia
sunt
recurre,
Et ad si non bene
conside considerat,
provincia sua
nobis parat con-
suet.

T. v. Uben, Ec-
clie Gall. cap. 4.
N. 1. & c. N. 1.
et N. 4.

Pactus v. ep ad
Francos. Vire
sua aliam est
non una gema
Ista super multos
generosum na-
tione, & regnum
Francorum cu-
brato omnia in
confecta drom
quæ talibus tem-
perum ecclesiæ,
& apostolica fan-
ta Ista ecclesiæ
liberantem gra-
vaturæ Regem
Ista. Pro quo-
dem, certum,
græ facta, re-
gæ iustitiam,
papa occupat-
tione, in fidei-
tas Ista. Man-
fridi. Paris
et. Ista.
Istam an-
quam & iustit-
iam Francij con-
servatione & li-
beratione, Roma-
nam Pontificem
sua iustitia
Istamque de-
fensionem & ius-
tissimam capta-
tione, cum in
regis iustitiam,
Ista hujus om-
nia Alexander
Papa emittit, &
Ista iustitiam
in fidei par-
ticipat.



LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Synopsis.

I. Secundum fundamentum Libertatis Ecclesie Gallicanae est supremum Regis imperium. A tempore Clodovei in unam societatem coierunt in Gallia Christiana fides & Regum imperium.

II. Ecclesiasticum curam & Clericis & Laicis constitutum, religionem respicit. Civilis ex isdem constitutum, statum politicum. Ex utroque componitur Respublica Christiana, sub duobus summis Praefectis, quorum unus spiritualium, alter secularium praest. ex Concilio Parisiensi, & ad Theodosiopolim, & Bernardo.

III. Duorum potestatum consocium, Ecclesia Gallicana nunc apud nos continetur.

IV. Fines utriusque potestatis notissimi. Pontificis spiritualis curam. Regis secularia. Quod probatur iis testimoniis veterum ubi potestates iunctas commemorant. Ex Oso apud Athenasiam.

V. E Gregorio Nazianzeno; qui terrenam corpori, spiritalem animae comparat. Qui locus explicatur. Ex Isidoro Pelusota. Synesio, & Chrysostomo.

VI. E Gelasio, & Symmacho.

VII. E Gregorio II. & Nicolao I. Pontificatus & Regnum consociatis in Haeremitarum familia.

VIII. Innocentius III. harum potestatum officia distincte comparatione doctus à Sale & Luna. Explicata eius sententia. Et illustrata à Berengario Abbate.

IX. Patriarcha comparati Soli & Luna in Ollava Synodo, & Imperator cuidam splendens, quo ipsi Patriarcha illustratur.

X. Distinctio duorum potestatum probatur quoque testimoniis Principum Valentiniiani, Insimiani, & Ludovici Py.

P LURIBUS fortasse quam par sit executi sumus eam partem quae primum Libertatum Ecclesiae Gallicanae fundamentum in supræma Romanae Ecclesiae auctoritate constituit, cujus tuendae cura Christianissimis Regibus est concedita. Sed in eo argumento diutius haerendum erat, ut praefacti ingenij viris, imò & ipsis hujus seculi Novatoribus, comprobaretur apud nos sinceram de principatu sedis apostolicae sententiam eodem gradu stare quo viguit apud antiquioris Ecclesiae Episcopos. Superest ut alterum non minoris momenti fundamentum, quo Libertas Ecclesiae Gallicanae constat, aggrediamur: quod in supræma Regis Christianissimi per Gallias auctoritate situm est. Jam ab ipso Clodoveo, regni istius florentissimi amplificandi auctore, in unam veluti societatem coierunt Christiana fides & Regum imperium, nullo partium detrimento; adeo ut de regni summo jure nihil per Christianam professionem decesserit, quamvis Ecclesiae magna & dignitatis & potentiae facta fue-

rit accessio. Conjunctae quidem fuerunt in hoc regno duae illae potestates, ecclesiastica, & civilis; sed sine confusione personarum & munerum. Quod sincerè explicandum est, ut à disputatione quae hac de re instituenda est, absint cavillationum fraudes, & sophismatum involucre.

II. Ecclesiastica potestas, seu Respublica Christiana, quae sub nomine Ecclesiae sepius explicatur, eam significat Clericorum & laicorum collectionem, qui in unum corpus adunati, ecclesiasticis legibus se subjiciunt; non quidem quatenus homines civilem Rempublicam componentes, sed quatenus in spiritualem caetum admitti. Eadem ratione civilis Respublica dici potest, quae vel ex infidelibus Principibus & rebus publicis constat; vel quae ex Christianis hominibus quidem, sed nullo ad religionem respectu habito, componitur. Quin & propter caritatis sanctos nexum, & fidei communionem, dicimus Rempublicam politicam accedentem ad Christum, ita jungi spirituali & ecclesiasticae

Reipublicæ, ut jam ex utraque dici possit unam Rempublicam Christianam componi; in qua sicut duo præfecti præcipui, quorum ille omnibus spiritualibus, hic verò omnino temporalibus præsit. In huic sensum Concilium Parisiense sub Ludovico Pio habitum anno DCCCXXI. X. Principaliter itaque totius sanctæ Dei Ecclesiæ corpus in duas proximæ personas, in sacerdotalem videlicet & regalem, sicut à sanctis Patribus traditum accepimus, divisum esse novimus. Et Concilium ad Theodosi-villam anno DCCCXLI. V. Quia bene nostis ab illo qui solus misericors & Rex & Sacerdos fieri potuit, ita Ecclesiam dispositam esse, ut pontificali auctoritate & regali potestate gubernetur Eleganter quoque Bernardus hoc argumento utitur, ut Conrado Regi Romanorum conjunctionem animorum cum Pontifice persuadeat: *Nec dulcius, & amabilius, sed nec utilius omnino regnum sacerdotiumque conjungi seu implantari poterunt, quam ut in persona Domini ambo patiter hoc conveniant, utpote qui factus est nobis ex utraque tribu secundum carnem summus & Sacerdos & Rex. Non solum anticus, sed & confederatus in suo corpore, quod est populus Christianus, ipse caput illius, ita ut hoc genus hominum apostolica voce genus electum, regale sacerdotium appelletur. Ergo quod Deus conjunxit, homo non separet. Injungens se animis qui juncti sunt insipientis; invicem se fovemus, invicem se defendant, invicem onera sua portent.*

III. Istud duarum potestatum consortium, Ecclesiæ Gallicanz nomine apud nos continetur; ita ut Libertates Ecclesiæ Gallicanz, munera potestatis utriusque, tam ecclesiasticæ, quam civilis, certis quibusdam hinc inde sibi circumscripta complectatur. Quare longè à proposito aberrant qui Ecclesiam Gallicanam Clero cœrent. Latior est illius significatio, quæ laicos ipsamque Regem comprehendit. Diserte in hanc sententiam Philippus IV. Francorum Rex Bonifacio VIII. ante disidium suggestit: *Sancta Mater Ecclesia, sponsa Christi, non solum est ex Clericis, sed etiam ex laicis.* Et post pauca addit: *Quia Clerici in Ecclesia sunt auctoritate & munere potiores, non debent nec possunt, nisi sacris perabusum, sibi appropriare, quasi alios excludendo, ecclesiasticam libertatem, loquendo de libertate qua Christus nos sua gratia liberavit.* Sed de libertate ista dicemus libro tertio. Sed interim moneendus est lector, ne in eam sententiam se abripitatur quam ex hac observatione nostra se colligere docuit vir eruditus in Commentario de Libertatibus Ecclesiæ Gallicanz, nempe ad regiam potestatem

pertinere jus statuendi de rebus ecclesiasticis; cum ois id unum asseruerimus, majores nostros Ecclesiæ Gallicanz omnino utramque potestatem complexos fuisse, quoniam (ut docuit Concilium Parisense laudatum hoc capite §. 11.) Ecclesiæ corpus in duas præcipuas personas, sacerdotalem scilicet, & regiam, divisum est, quod ex fidelium omnium compage constituitur. Arque adeo sicut Christus Ecclesiam tum à peccato, tum à Mosaicæ Legis oere, sua gratia liberavit, ita si novis Decretorum inutilium sarcinis non solum Clerici, sed etiam laici, onerarentur, aut si justæ regis majestatis lizeretur, de violatâ Ecclesiæ Gallicanz Libertate conquiri fas esset. Quare illud tantum adnotari volumus, licet Ecclesiæ Gallicanz Libertas specialiter sumpta ad solos viros ecclesiasticos Ecclesiasticæ jura pertineat, de quibus late sunt pleræque tum caonice tum civiles Constitutiones, Libertatis istius significationem non ita ad Clericos referri, quin etiam ad Regem, & alios, si fortè, laicos trahi possit, ex mente Regis Philippi IV. ut uberius explicui lib. 111. cap. 1. §. VII. quemadmodum libro secundo integro docui, de rebus ecclesiasticis decernendi potestatem penes solam Ecclesiam esse, jura verò constituta tuendi, penes Principes.

IV. Quibus autem sibi regi debeant supremæ illæ potestates, satis antiqui Patres nobis præaverunt, ut difficile non sit tritissimâ viâ eorum vestigia sedari, ois quis malit consulto & data opera in errores impingere. Regium imperium quietem publicam, Episcoporum sollicitudo felicitatem æream hominibus procurat, testante Apostolo. Reges secularibus, Pontifices spiritualibus ordinandis se impendunt. Quamvis neutra potestatum in alienos limites insiliet, murâ concordiaz Christiana amplificabitur. Equidem hodie satis perspecta esse reor isthæc quæ protuli axiomata, non solum juris humani atque divini callentibus, sed etiam cuilibet è trivio. Verum ne temerè arrepta esse videantur, veterum testimonia advocanda sunt, qui potestatis utriusque ex professo comparationem instituunt. Constantius Imperator adeo se ecclesiasticis distractionibus immiscebat, ut Ammiano Marcelino ea de causâ vapulet. Sed gravioribus verbis officij sui ab Ofio Cordubensis Episcopo admoetur, quæ relata sunt ab Athanasio: *Tibi Deus, inquit, Imperium commisit, nobis qua sunt Ecclesia concedidit. Et quemadmodum qui tantum Imperium malignis oculis capip, contradicit ordinationi divine; ita & tu*

Concilium Paris.
L. 1. c. 11.

Conciliū ad Theodosi-villam.
L. 1. c. 11.

Bernard. ep. ad Conradum Romanum.
Ep. 11.

In Additione Bonifacii ad Philippum.
Ep. 11.

Vide epistolam Bonifacii ad Philippum.
Ep. 11.

P. PERRAULT.

1. Tit. 1. P.
11. Tit. 1. P.
11. Tit. 1. P.
11. Tit. 1. P.
11. Tit. 1. P.
11. Tit. 1. P.

Apud Athanasium.
Ep. ad Constantium.
Ep. 11. Tit. 1. P.
11. Tit. 1. P.
11. Tit. 1. P.
11. Tit. 1. P.

ecce ne qua sunt Ecclesia adstrabens, magno crimini obnoxia fiat. Date, scriptum est, que sunt Casari, Casari, & qua Dei, Deo. Neque igitur fas est nobis in terra imperium tenere; neque tu thymiamatum & sacramentum possidentem habes, Imperator. His verbis soli Principi potestas in hæc terrena & temporalia imperandi assentit; ut Ecclesie, sacra & spiritalia procurandi.

V. Elegantissimè versatur in hoc argumento Gregorius Nazianzenus: cujus oratio, licet salè Christiano condita, venustate dictionum & sententiarum ornatur. Magistratus denuntiat quo velut imperia constituta fuisset à Christo in Ecclesia, unum, quod sublimioribus potestatibus creditur est, quibus ut beniservi, maritis uxores, & Ecclesie Christo, parere debent omnes, & tributa pendere, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam; alterum verò Episcopis commissum, quod priori dignitate præstat, ut anima corpori, & cælestia terrenis. Unde patet parèem esse utramque potestatem in imperandi jure, sed imparèem in mandatorum dignitate, duo esse & distincta imperia, sed nobilitare imparia; quia huic vitæ tranquillitas, illi animarum salus commissa; neutrius verò libertatem ab altera infringendam.

Isidorus Pelusiota ad hunc Nazianzeni locum videtur respexisse, cum sacerdotij & regni discrimen, animæ & corporis differentia meretur: *Ex sacerdotio & regno, inquit, rerum administratio constat est. Quoniam enim permagna utriusque differentia sit, illud enim velut anima est, hoc velut corpus ad unum tamen & eandem finem tendunt, hoc est, ad hominum salutem.* Olim quidem imperium cum sacerdotum administratione apud Hebræos & Aegyptios conjunctum fuisse scripsit Synecius; sed deinde à Deo distincta fuisse hæc munera, ita ut rebus sacris unum, alterum imperio tenendo additum esset. Illi in negotiis, nos in oratione collocati sumus; ut ille loquitur.

Chrysostrabus imperia Principum cum administratione rerum sacrarum ita confert, ut duo principatum genera esse decernat; quorum unum commendat Apostolus, cum sublimioribus potestatibus omnes animas subdi præcipit, alterum verò, cum præpositis obediendum esse fuit. *Hæc autem principatus, inquit ille, civilis tantò melior est, quanto terra cælum, imò & multò magis; & non multa illi cura est de seculari vita, omnia autem de cælestibus rebus pronuntiat.*

VI. Enimvero ne superfluo labore me onerem in citandis ad testimonium auctoribus, consulendus est Gelasius Pontifex, &

ejus Decreto constituendi sunt fines utriusque potestatis. Imperatorem prædicere humano generi dignitate, sed in perceptione sacramentorum Sacerdotibus subdi; legibus Principis, quantum attinet ad ordinem publicæ disciplinæ, parère religionis antistites; sed in erogandis mysteriis, & in cælestibus sacramentis, Principem ordine religionis à Sacerdotum judicio pendere, epistola ad Anastasium Imperatorem definiit Gelasius. Hanc definitionem amplexi sunt Rex, Episcopi, & Proceres Ecclesie Gallicanæ in Concilio Parisiensi, & in libris Capitularium, eamque Gratianus in Collectione sua retulit. *Duo sunt, inquit, Imperator Auguste, quibus principaliter mandas hic regitur, auctoritas sacra Pontificum, & Regalis potestas. In quibus tanto gravius est pondus Sacerdotum, quanto etiam pro ipsis Regibus hominum in divino reddituri sunt examine rationem. Nulli enim, sili clementissime, quod licet prædicar humano generi dignitate, rerum tamen præsulibus divinarum devotus colla submitis, atque ab eis causæ tuæ salutis expetis, inque sumendis cælestibus sacramentis, visque, ac competit, disponendis, subdi te debere cognoscis religiois ordine potius quam præfice. Nosti itaque inter hæc (id est, inter hæc sacramentalia & spiritalia, ne quis hoc loco adversus mentem auctoris abutatur) ex illorum te pendere judicio, non illos ad tuam velle redigi voluntatem. Symmacho certandum fuit cum eodem Anastasio Imperatore, quem communionem excluderat ob Acacii causam. Videamus quo discrimine potestatem utramque distinguat in Apologetico: *Conferamus autem honorem Imperatoris cum honore Pontificis: inter quos tantum distat, quantum ille rerum humanarum curam gerit, iste divinorum. Tu, Imperator, à Pontifice baptismum accipis, sacramenta sumis, orationum possess, benedictionem speras, penitentiam rogas. Postremo tu humana adminittras; ille tibi divina dispensat. Ita que non dicam superior, certe æqualis honor est.**

VII. Succedat Gelasio & Symmacho Gregorius II. qui ut sedis apostolicæ ira & doctrinæ heres, ecclesiasticæ & civilis potestatis limites apertissimis verbis definit in epistola ad Leonem Iaurum Imperatorem. *Scis, Imperator, sanctæ Ecclesie dogmata non Imperatorum esse, sed Pontificum, que totò debent predicari. Idcirco Ecclesie prescripti sunt Pontifices, & Republicæ negotiis abstinentes, ut Imperatores similiter ab ecclesiasticis abstinereant, & qua sibi commissi sunt, capessant.* Hoc uberius sequitur in epistola secunda ad eundem Leonem: ubi profitetur, se Patrij & Ecclesie, Principum & Pontificum discrimen descripturum. Tum Principi ne-

Vide Libellum Martini pro detractione libri de concordia sac. & imp.

Concl. Part. 1b. c. 1. lib. 1. Capitulum 107. cap. Duo sunt. diti. 22.

By consuet. in Apollin. ad Leonem Anast.

Greg. II. ep. ad Leonem, anno 729. Epistola ad Leonem Iaurum, Imperatorem, c. 1. & c. 2. Epistola ad Leonem Iaurum, Imperatorem, c. 1. & c. 2.

1541. 1542. 1543. 1544. 1545. 1546. 1547. 1548. 1549. 1550. 1551. 1552. 1553. 1554. 1555. 1556. 1557. 1558. 1559. 1560. 1561. 1562. 1563. 1564. 1565. 1566. 1567. 1568. 1569. 1570.

Gregor. Nazianz. orat. 14.

Isidorus Pelusiota ad hunc Nazianzeni locum videtur respexisse, cum sacerdotij & regni discrimen, animæ & corporis differentia meretur: Ex sacerdotio & regno, inquit, rerum administratio constat est.

Synecius apud Gregor. Nazianzenum.

Chrysostrabus in oratione ad Constantinum.

gotia palatina & ornamenta regia assignat, à quibus temperare debeat Pontifex, ut etiam vice verâ Imperator abstinere à sollicitudine Ecclesiârum; adeo ut neque ordinationibus Clericorum se immisceat, nec sacramenta conficiat, nec Eucharistiam sibi vel aliis ministrat. Quod discrimen perseverat in genere pœnarum quæ ab utraque potestate infliguntur. Etenim lætæ majestatis reus pœnas capite luit, vel etiam deportatione, aut relegatione, Divini verò numinis injuriis, abstinentia, jejunii, & precibus Episcopi ulciscuntur, & purgarum pœnitentia reum, Deo conciliant. Non potest liquidius ostendere potestatis utriusque limites. Leo IV. complexus est sententiam illam duobus verbis apud Gratianum; *Sicut Reges præ se in cunctis seculi, ita Sacerdotes in causis Dei.*

Nicolaus I. qui de Romanæ Ecclesiæ privilegio nihil demi passus est, vestigia decessorum premens, olim sacerdotium cum imperio conjunctum fuisse & apud Regem illum Salem Melchisedecum & apud Cæsares docet, sed veri Regis & Pontificis adventu factam fuisse & dignitatem & munus divisionem, non verò subjectionem, aut subordinationem; *Sed cum ad verum ventum esset eandem Regem atque Sacerdotem, ultra sibi nec Imperator jura pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen in cœteris usurpavit. Quoniam idem mediator Dei & hominum homo Christus Jesus, sic actibus propriis & dignitatibus distinctis, officia potestatis utriusque discrevit, ut & Christiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro casu temporalium tantummodo r. tam imperiis legibus uterentur, quatenus spiritalis actio carnalibus dilaret incursibus.* Antequam discedam à Nicolao prætermittendum non est in familia Hafamonzorum apud Iudeos, usque ad Herodis Regis tempora, perpetuam regi & pontificis conjunctionem fuisse. Sed frustra sunt plerique veterum, qui à reditu ex captivitate Babylonica ad seculum quo natus est Christus, toto illo intervallo genti Hebræorum Pontifices præfuisse exhibent. Vt enim de Iaddua Summo Pontifice, cum quo Alexander Macedo fecus pepigit apud Iosephum, hoc affirmari possit, & de Iafone, quem Antiochus Epiphanes Rex Syriæ Pontificem atque Ethnarcham Iudeis præfecit, de ceteris Pontificibus in univèrsum hoc dici non potest. Non moror Iustinum, & Diodorum, qui ab ipso Mose hunc morem Iudeis fuisse putant ut eosdem Reges & Sacerdotes haberent, quam iustitia religione permitta, incredibile quantum coadunare, ut Iustini verbis utar. Quo-

rum error inde excusari potest, quòd ad Hebræorum politiam respicietur, quæ sub Hafamonzis viguit: a pud quos *hæc sacerdotij firmitatem potentia assumebatur*, ut monuit Tacitus lib. v. Historiarum.

VIII. Non desitit à ceterorum Pontificum doctrina Innocentius III. qui Solis radiis, si liceat cum Tertulliano loqui, veritatem istam descripsit. Etenim comparatione ducta à Solis & Lunæ officiis, quæ duo illa sidera per diem & noctem mortalibus impendunt, ecclesiasticam potestatem Soli, regiam verò Lunæ contulit, ut significaret tanta dignitate res spirituales præstare temporalibus, quanta Sol Lunæ, & dies nocti præcellit, imò etiam ad bene beatè que vivendum Reges ab Episcopis, ut Lunam à Sole, velut radiis quibusdam illustrari. Quod tamen sic intelligendum est, ut quemadmodum duo illa sidera invicem non committuntur, nec in ipsa corporum substantia, nec in ordine quem sortita sunt ab omnium conditore Deo, sed Sol diei, Luna verò nocti præluet, sic utriusque potestatis impermixta discretio conservetur. Nec est quòd aliquis ingenio indulgens existimet, eo modo quo Luna alieno lumine, id est, à Sole accepto fulget, regiam potestatem auctoritatis suæ lucem ab ecclesiastica mutuari. Etenim quæ tam serò probavimus testimonii veterum adductis, de societate illa & libertate utriusque potestatis, hac una ludificatione subverterentur. Quin etiam si hoc argumentandi genere utiliceret, dissidium Regibus præ concordia esset optatus: quia scilicet Luna in coitu Solis caligat, & in maximo recessu fulget orbe pleno. Hanc comparationem Solis & Lunæ deprompsit Innocentius tertius, ut mihi videtur, è Berengio Abbate, qui sexcentis ab hinc annis prudenter explicuit quo pacto sit instituenda, ne ad perniciosam secularis potestatis trahi possit. *Sciendum est, inquit, quòd nec catholica fidei nec Christiana contrarium est legi, si ad honorem regni & sacerdotij Rex Pontifici & Pontifex obediat Regi. Illi sunt enim qui ex antiquo, divinitatis dispensatione bifaria, in firmamento Ecclesiæ quasi duo magna coconvenerunt luminaria, quatenus in his que sunt seculi, & in his que sunt Dei, luminare minus nocti, & luminare majus diei præesse diei. Et non immeritò duobus illis luminaribus poterant comparari, quæ ceteris sideribus videntur principari. Quia sicut in firmamento celi essetiam luminaria nulla scilicet creatura claritate videtur eximiri, sic in firmamento Ecclesiæ duobus his personis ordine & dignitate nulla potest esse sublimior. Eleganter Berengius vani comparationis in eo con-*

San. Solerum de
sacris in Pontif.
lib. cap. 13.

Cap. Soler de
magis de ubi
dicitur.

Cap. Nre fidei
compositi, 4.
q. 7.

Michiel. c. ap. ad
Michielum, que
refertur apud Gratianum d. 8. c. 1.
Cap. Cœm ad v.
m.

Ioseph. l. 11.
Idem in lib. de
Xerxes Imperio
cap. 4.

Iustin. lib. 1.
Diodori apud
Favonius.

Berengio Abbas
sermo de My-
stere Lucei Dan-
nici, in Bibliotheca
Pa. 110.

stituit, quod hæc duo sidera ceteris videantur principiari. Hoc est enim quod è placitis veterum Astrologorum docuerunt Prolemæus & Sextus Empiricus, Solem & Lunam, ut Principes ceterorum, imperium exercere. Quò tendit locutio Genesios, quæ in principatum seu dominium diei & noctis hæc sidera creata ostendit, *eis ægros ßpætes & noctis.*

posita a Iohanne Iordano, qui verbis Innocentij III. perperam detortis abusus erat aduersus sicciam Regum ac Principum auctoritatem, eos eximere cognatis iurisdictionum magistratus civilis, etiam in causa privilegiata. Si Pinnionij ista diligenter attendisset, eruditamque illustrissimam Archiepiscopi interpretationem auctoritatis Principum faveret intellexisset, abstinuisset, opinor, ab importuna illa eriminatione, gratèque pro concivis egisset. Gregorium Heimbuzgij iuriconsultum Germanum nemo dicit iniquam fuisse huic Principum causæ, & puto nec ipsium Pinnionium refragaturum. Et tamen hic Gregorius, ut auctoritatem Romani Pontificis in rebus temporalibus submoveret à capite Principum, etiam ista comparatione usus est, sed ita modificata ac inflexa, ut planè constet illum favere voluisse causæ Principum. Hæc sunt ejus verba ex Admonitione de usurpationibus Paparum Romanorum pag. cx i. *Ridicula est etiam probatio quam adduceres Paparum ad id consueverunt adducere ex cap. de major. & obed. de Luna & Sole. Nam quoniam Luna recipit lumen à Sole, non tamen motum & influentiam. Ita quoniam Reges & temporales Domini, per Lunam deserviunt. recipere & recipere debent lumen doctrina à Papa & suo Clero per Solem designari, non tamen ex eis hoc dominari concessum est. Imò similitudo bene intellecta efficit contrarium. Non ista duo luminaria, scilicet Sol & Luna, secretata sunt, ut Sol præsit diei, Luna nocti. Sic Papa & Clerus præsentis diei, id est, doctrina spiritali & orationi ad imperandum diviniam misericordiam, ut notatur ad Hebr. 11. Illa autem qua Deus sunt, lux & dies suæ, quibus præsit debet Papa sub metaphora Solis. Qua hæc notanda, tenebra & nox sunt, quibus præsit debet Imperator sub metaphora Lune. Sic ut igitur Sol, quoniam illuminat, nullam tamen dominium habet in eam: sic Papa & Clerus, est luce doctrina debeant Imperatorem & seculares illuminare, nullam tamen datam est eis dominium à Christi institutis in eos, sicut nec magistro in discipulis, Hæc tamen Gregorius. Sed ne quis hæc sit calcumandi ac cavillandi locus, admonendus est lector ea quæ Gregorius scribit in gratiam Imperatoris, intelligi debere de quovis Principe seculari, præsertim verò de Rege Francorum, qui non recognoscit superiorem in temporalibus, è quo Imperator in regno. Longè enim absumus à sententia Bonifacij VII. qui ita inflammatus aduersus Philippum IV. Francorum Regem. comparationem istam Solis ac Lunæ usupsum in oratione quam habuit anno MCCCLII. pro confirmando Rege Romanorum Alberto, primùm contendit terrenam potestatem accipere omnem suam auctoritatem ab ecclesiastica potestate, sicut Luna hunc suum accipit à Sole, deinde universos orbis Principes debere esse subiectos Imperatori Romanoque, qui est Imperator & Monarcha, ut ait Bonifacius, omnium Regum & Principum terrenorum; nominem verò, ut publicè iram ac indignationem suam testaretur, contendit Gallos, dum aiunt se non recognoscere superiorem, menci, quia de jure sunt, inquit, & esse debent sub Rege Romano & Imperatore. Longè, inquam, absumus à sententia Bonifacij, hostis tamen Gallicæ nominis, & qui ruinam Regis & regni meditabatur. Docuit enim nos illustrissimus Archiepiscopus in libro secundo capite secundo istius operis, Reges nostros esse Imperatores in regno, è quo competere imperialem potestatem; adeo ut nomen*

Papæ, Turrah. l. 1. c. 1. ubi dicitur quod Luna recipit lumen à Sole, non tamen motum & influentiam.

ADDITIO

STEPHANI BALUZII.

SISTAT hæc paululum. quæso, Lector, inserim dum illustrissimum Archiepiscopum vindicare conabor aduersus acrem ac vehementem Francisci Pinnionij Advocati Parisiensis eriminationem: qui pro sua aduersus Marcam vellitandis prurigiis, ne quid acerbius dicam, virum gravem ac valde prudentem, ejusmodi fuisse Marcam omnes norunt, imprudentiæ inficetæque securitatis arguendum exultavit, ob eam videlicet causam, quod post arreftum Parlamenti Parisiensis latum anno M D C X X V I. comparationem adbus Solis ac Lunæ usupaverit, addiditque ex hac comparatione colligi non debete sic regiam potestatem auctoritatis sue lucem ab ecclesiastica mutuari, quemadmodum Luna alieno lumine, id est, à Sole accepto, fulget, quippe si hoc argumentandi genere ut liceret, dissidium Regibus præ concordia fore optatus; quia scilicet Luna in caute Solis caligat, & in maximo recessu fulget arde plena. Insurgit Pinnionius aduersus postremum istud membrum orationis illustrissimam Archiepiscopi, censuræque feveritatis nota inurit; quòd videlicet de te feverissima jocatus sit, jocus etiam, ut ipsa Pinnionij verba posuimus, quoniam in disputatione feria, interferens, dum dissidium Regibus præ concordia fore dixit optatus, si illo quod proposuimus argumentandi genere uti liceret. Sed frigidæ huic valdeque levi eriminationi si responderet velim, ve reor ne in me concitem feveriora sapientium viro rum judicia. Itaque supersedeo, & ad alterum caput accusationis trahedo, ostensurus quàm vana ac fatuus sit tota illa Pinnionij argumentatio. Ait ergo, non licuisse inquam istem uti, adferam autem ipsa viri verba, quæ aduersus illustrissimum Archiepiscopum scripsit. *Verùm enim post damnata ab Augustissimo Senatu celebri decreto odiosa illa comparatione, istem uti non licuit, nec etiam qualicumque modificatione adhibita. vel devia expositione sanctionis separata & distincta verisus luminaria. Cum enim alterum, cui regiam potestatem assimilat, nocti præterea, alterum, cui spiritalium potestatem comparat, dici prævalere contendat; non potuit ex damnata colatione nisi aliqum infelicium in Regni delectu inferri, quod Augustissimæ Senatû in illa censura subiaceret. Damnata fuerit, etiam, comparatio illa Solis & Lunæ, non tamen damnata fuerit ob comparationem ipsam, sed propter argumenta & consequentia quæ inde peti ac deduci possunt; imò, si rectè loqui voluimus, comparatio illa damnata non fuit, sed Thesis in Aurelianensè Academia publicè pro-*

Pala Innoc. III. de l. c. 1. c. 1.

Philippus IV. Rex Franc. l. 1. c. 1. ubi dicitur quod Luna recipit lumen à Sole, non tamen motum & influentiam.

debium esse posse quin sicut Imperator iure supremo utitur in Germania & ceteris imperij districtibus, sic Rex Francorum iure supremo ac potiori auctoritate regat Galliam abique ulla potestatis interventione alterius conspiciam auctoritatis. Oracionem potero illam Bonifacii, de qua mox dicebamus, edemus in Additione ad caput tertium huius libri.

IX. Aliam viam institit Metrophanes Smyrnæ Metropolitæ in Octava Synodo; cùm Basilium Imperatorem coram Concilio alloquens, Patriarcharum auctoritatem commendavit, ex duobus illis sideribus comparatione ducta, abque injuria Imperatoris potestatis, quæ etiam nullum in ea similitudine locum obtineat, ipso etiam Lunæ fulgore Patriarchis tributo, tamen aliunde detrimentum illud cumulatifsimè compensatur, cùm novum jubar Princeps effuditur, cujus splendore cetera Patriarcharum sidera illustrentur. Hæc sunt verba Metrophanis: *Sol justitia, & immensa solus potentia & dominus noster, qui fecit duo luminaria magna; majus, ut præfesset diem; minus, ut præfesset noctem; utque in firmamento collocatu, posuit & alia quedam luminaria magna in firmamento Ecclesiæ; rectos nempe verberes Patriarcharum ad universum terrarum orbem illustrandam, ut præfesset diem & noctem, & lucem dividant ad tenebras; hoc est, dividant ac separent facientes opera lucis & tenebrarum. Hæc igitur magna luminaria, religiosissime Princeps, perinde ac in magna domo multas faces, in una urbe congregavit, utque ipsum clarius Johar, ac tum Imperium illustravit, & Christi Ecclesiam splendidiorum reddidit. Quinimo tua presentia veluti luminaria aliquod ingens sanctæ huic & Oecumenicæ Synodo exortum, dilata hac usqueque lamina multo fulgentiora effecisti. Quare non est quod hæc comparatio à Luca & Sole ducta, incautis lectoribus obtudatur, quasi mutuatia vel saltem obnoxia luce Principum potestatis fulgeret. Societate & mutuo obsequio, ut dixi, invicem connectuntur duæ potestates, non exerto alterius in alteram imperio; & ad subsidium Ecclesiæ præstandum æquali federe obstringuntur.*

X. Sed ne videamur in re, quæ Principibus communis est cum Episcopis, Ecclesiasticorum scriptorum testimonium tantùm inniti, necesse est ut doceamus etiam ipsos Principes pro hac sententia stare. Valentinianus senior, cùm Ambrosium, quem Lingunæ præfecerat, suffragiis Cleri & populi Ecclesiæ Mediolanensis Episcopum deletum fuisse intellexisset, *Gratia sit tibi, Domine omnipotens & servator noster*, inquit ille apud Theodoretum, *quod cum ipse corpora huic viro commisisset, tu etiam animas eodem commendasti.* Sed liquidus mentem omnium

Principum expressit Iustinianus, cujus hæc sunt verba in initio Novellæ vj. *Maxima quidem in hominibus sunt dona Dei à sperna collata clementia, Sacerdotium, & Imperium; & illud quidem divini ministrans; hoc autem humanum præficiens, ac diligentiam exhibens. Ex uno eademque principia utraqque procedentia, humanam exornans vitam.* Cui succedet Ludovicus Pius Imperator & Rex Francorum: qui Gelasij locum, quem superius protuli, in Capitularia transcripsit. adeo ut in Gallia hæc distinctio duarum potestatum, actibus & officiis impermixtis, constantissimè viguerit. Possim in banc sententiam plurimos Ecclesiæ Gallicanæ auctores laudare, Hincmarum, Ivonem, Bernardum, Petrum Blesensem. Sed satis esse duxi in re nota parere diligentem, quam nimia sedulitate fastidium movere lectori. Attamen à testimonio Lupi Abbatis Ferrariensis temperare non possum, cujus hæc sunt verba: *Rex Regum, idemque Sacerdos Sacerdotum, qui solus potest Ecclesiam regere quam redemis, possquam humanitatem suam in celum evertit, semper cum suis futuris divinitate, potestatem suam ad eandem gubernandam Ecclesiam in Sacerdotes divisi & Reges; ut quod sancti docerent Pontifices, & ipsi implerent & impleri sacrum devotissimi Reges.*

Idem, Nov. vt. ... Capitulum 1. c. 47.

Lupi Ferrar. ep. ... dom. ad an. 1109.

C A P V T II.

Synopsis.

- I. Non solum auctoritas regia manat à Deo, sed etiam specialiter regibus Regibus à Deo confertur immediatè.
- II. Populus Angustis suam contulit; sed Deus imperium Angustis dedit, ex Angustino & Tertulliano. In eoque Reges & Episcopi convocantur.
- III. Singuli Gallia Reges non à parentibus, sed à Deo, regnum obtinent, ex Concilio Parisiensi.
- IV. Regnum Francorum semper suis liberum ab alieno imperio. Clodovi dignitas & potestas aequalis Imperatrici, ex Aviro. Clodovi Angusti nomen assumptum.
- V. Inter cadenda aurea moneta Regibus Francorum. equè ac Imperatoribus Romanis, competebar. Verita conjungia Principum CP. cum peregrinis, præter Francos, Regnum Francorum ceteris regibus illustris, ex Gregorio Magno. Gallia Reges solius Dei arbitrio obtinere, ex Gregorio Turon. & Remigio.
- VI. In regni administratione ab ecclesiastica potestate non pendere. Quæ temporalia non attingit. Hoc jure utebantur Carolus Calvus & Proceres regni adversus Hadrianum II.
- VII. Rex Francorum, Imperator in regno vulgè dicitur. Unde manentis hoc loquendi generis, inquiretur. Quidem hoc tribuunt divotissimi regi à filio Ludovici Pij iustitia.
- VIII. Hæc opinio expeditur. Quæ provincias complectitur regnum Francorum ante Arelanum

Christi VIII. ad. ...

Theod. I. c. 1. ...

Carolo imperio. Novi namini dignitas Carola accessit & antioris in Romanis; sed nulla in Francis. Imperij & regni Francia distinctio.

I. X. Divisio Francorum decreta à Carolo. Deici à Ludovico. & à tribus ejus filiis.

X. Tres regni Francorum Reges aequo jure. Pares dicitur. Explicata epistola Ludovici II. ad Basilianum. Imperatoris titulus non est divisus. Quare petenda non est imperatoria potestas ex hoc capite.

I. ECOLLATIONE duarum potestatum egregie conficitur regiam eque à Deo institutam fuisse ac spiritali, & solidam humanarum rerum administrationem illi demandatam. Neque est quod aliquis ea opinione se implicet, quæ animos quamplurimorum invasit, nempe principatum politicum seu auctoritatem regiam à Deo per instam naturæ legem mansisse quidem, sed ita ut populo & universitati concederetur primum, & eorum deinde suffragiis in Reges conferretur, qui plenum imperij sui beneficium non Deo tantum sed populo accepto ferre debeant. Quæ sententia libertatem Regum aliquo pacto imminuit, dignitatem violat, factionibus vites subministrat, imò & in ipsas scripturas sacras peccare videtur, quæ Deo imperium uniuersumque Principis adscribunt. Sanè dubitandum non est quin Regum persona vel suffragiis populorum specialiter eligatur, vel generaliter translatò regnandi jure hereditario in aliquam generosam stirpem, natalium sorte in regium culmen assurgat. Sed præterquam quòd & morum animas eligentium Deus inspirat, quò in illa suffragiorum fortitione unum alteri præferant, certum & constantissimum esse debet apud pios & devotos Regum cultores, unicuique Regum potestatem regiam *immediatè* à divino numine conferri.

II. Non me latet vulgatum illud ex Vlpiano & Iustiniano petrum, scilicet Populum Romanum in seipsum omne jus & imperium Augusto lege regia dedisse. Quod ita accipiendum est, ut summam impetij, quæ penes populum erat, populus Augusto cederet: quia pacis intererat, fessâ bellis civilibus Republicâ, imperium uni deferri; ut unum corpus, unius spiritus regeretur. Cessit ergo populus juri suo, quod in Augustum transcripsit. Sed si verum amamus, & Pauli Apostoli potius quam Iureconsultorum aut Philosophorum verbis sinceræ opinioniones explicare malimus, pactionem illam Deum ratam habuit, jus vitæ & necis & liberam Reipublicæ administrationem Augusto commisit. *Qui Augusto imperium dedit*, inquit Augustinus, *ipse & Nero: qui P. Hispanis vel patri vel filio sua-*

visimis Imperatoribus, ipse & Domitiano crudelissimo. Eleganter itaque Tertullianus: Inde est Imperator, unde & homo, antequam Imperator, inde potestas illi, unde & spiritus. Nolo ire per omnia veterum scripta, ut rem apud illos certissimum probationibus inde haustis evincam adversus eas opinionones quæ in Aristotelis officina conflatæ, magno studio etiam à Christianis arreptæ sunt ut maximum discrimen ex eo capite constitueretur inter potestatem ecclesiasticam & regiam; cum illa ab ipso Christo per munus ordinationis conferatur Episcopis, qui antea suffragiis Cleti & populi sunt electi, hæc autem à populo per suffragia in Principem electum transcribi dicatur. Par enim utrique ex hoc capite reverentia debetur, et si spiritalis in se dignitate præcellat, & ejus origo conceptus verbis in Evangelio à Christo sancita sit: quia perinde in Reges singulos ac in Episcopos hæc auctoritas à Deo immediatè derivatur.

III. Ab hac sententia discedere Galli nostri grande nefas & piculum esse putabant, si venerationem debitam ex ejus professione apud populos Principibus conciliari pendendant, tamque apud majores nostros ex scripturis sacris haustam constantissimè retentam fuisse. Vnde Patres Concilij Parisiensis Ludovicum Imperatorem officij sui graviter admonent, & juris sui cuique reddendi perpetuum voluntatem ab eo exigunt, quòd Imperium suum Deo ipsi non autem decessoribus deberet: *Nemo Regum à progenitoribus regnum sibi administrari, sed à Deo veraciter atque humiliter credere debet dari, qui dicit: Memm est consilium & acquirit, mea est prudentia, mea est fortitudo: per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt: per me Principes imperant, & potentes iustitiam decernunt. Quòd autem non ab hominibus, sed à Deo, regnum terrenum tribuatur, Daniel propheta testatur. Tum adductis Danielis & Ieremix testimoniis, addunt: Hi verò qui à progenitoribus sibi succedere regnum terrenum, & non potius à Deo dari putant, illis aptantur quos Dominus per Prophetam improbat, dicens: Ipsi regnaverunt, & non ex me Principes existerunt, & non cognovi. Ignorare quippe Dei, præcuditibus reprobare est. Quapropter quisquis ceteris mortalibus temporaliter imperat, non ab hominibus sed à Deo sibi commissum regnum credat. Multi namque munere divino, multi etiam Dei permisso regnant.*

IV. Regni autem Galliarum amplissimi & florētissimi libertatem quicquid prolatis Iuris interpretum testimonij hodie probate contendit, (quo in genere se cuiusdam è nostris olim exercuit indolentia) non abest à

Tertullian. Apol. c. 24.
Vide Irenæum l. 4. ad hæc. c. 24.
Epph. hæc. c. 24.
Ibidem. Titul. l. 1. c. 19. ad. Chrift. homin. 19. sup. ad Rom.
Aristot. l. 1. Politic.

Vultellus de Bleth. de Pontif. Caroli n. 8. Dicit Reges non à jure divino & naturalitate profectum, sed à jure politico, aut politico ab hominibus Quodam de sa. prem. Rom. l. 1. c. 1. p. 1. 9. 1.

Cocle. Pref. ad. l. 1. c. 1. p. 1.

Rom. 11. Cap. 4.
Dicitur est à Deo, non per vim vel a. quæ per vim ab alijs. p. 1.

L. 1. ff. de Con. l. 1. ff. de Proc. l. 1. ff. de Pulp. l. 1. c. 1.

August. l. 1. de Civit. Dei. c. 11.

Thomas Ferris de privileg. Regni. l. 1. c. 1. p. 1.

ridendo conatu illius Sophistæ, qui lucere Solem magno laterum anhelitu demonstrare laborabat. Attamen quia delicatis quibusdam satisfaciendum est, quorum palato præsentia non sapiunt, nisi rerum antiquarum veluti gustu quodam recreentur, quique perfunctum apud se habent veteribus Francorum Principibus summi imperij rationem non constituisse, proferamus Avitum Viennensem Episcopum, Senatorem Romanum, & in Burgundionum regno constitutum, atque adeo à causis adulandi Regibus Francorum alienum. Ille non dubitat Clodoveum, Christianissimi regni fundatorem, recens ad fidem Christianam conversum, cum Romanorum Imperatore Anastasio componere, ejus literas principale oraculum, & Burgundionum Regem Clodovei Militem nuncupare. Respondetis proavis, inquit, quid regnatis in seculo, insituitis posteris, quid regnatis in celo. Gaudet ergo quidem Gracia habere se Principem legis nostræ: sed non jam quæ tanti muneris dona sola mereatur illustrari, quid non desit & religio orbi claritas sua. Siguidem & occiduis partibus in Rege non novo neci juberis lumen effulgeat. Infra: In apice rerum omnium gubernacula continente non minus eminet sanctitas quam potestas. Ex qua utique factum est ut dirigi ad vos servi vestri viri illustris Laurentij filium principali oraculo juberetis. Quod apud Dominum meum, sua quidem gentis Regem, sed Militem vestrum, obtinuisse me suggero. Quare mirum non est si & Anastasius veluti participem Imperij Clodoveum salutaverit, missis Consulatus codicillis, chlamyde, & diademate, ut solenne erat Principibus Romanis, cum Reges socios cohonestare vellent; & muneribus susceptis Clodoveus Augusti nomen sumpserit, non contumeliæ Anastasio inferendæ causâ, à quo foedere & amicitia ornatu erat, sed ut beneficio & communione sacratissimi nominis uteretur.

V. Inde profectum ut Reges Francorum aureum nummum, non Imperatoris Romani, sed sua imagine percussum constaverint, cum nec Regi Persarum, etsi ceteris Barbarorum Principibus præcelleret, & esset *χρυσῆ νόμισ*, liceret præter argenteos cudere, ut diserte scriptis Procopius. Quare Constantinopolitanis Imperatoribus in usu positum fuisse ut connubia non miscerent cum ceteris peregrinis præter Francos, idque vetitum Constantinii Magni sanctissima lege in altari sanctæ Sophiæ descripta, testatur Constantinus Porphyrogenneta. Sed maximè eorum dignitatem commendat Gregotius Magnus his verbis, in epistola

ad Childebertum Francorum Regem data: *Quanto ceteros homines regia dignitas antecedit, tanto ceterarum gentium regna regni vestri culmen excellit.* Ex superioribus patet quo fastigio auctoritatis æquæ ac dignitatis poterant Reges Francorum in ipsa regni incunabulis. Cujus tunc præterea fidem fecerit Gregorius Turonensis, qui solius Dei arbitrio obnoxius esse docet, cum ipsemet Regem Chilpericum alloquens, sic loquitur: *Si quis de nobis, à Rex, justitia tramites transcedere volueris, à te carripi potest.* Si verò in excesseris, quis te corripiet? Loquimur enim tibi, sed si volueris, audis. Si autem nolueris, quis te damnabit, nisi is qui se pronuntiat esse justitiam? Et eadem sententia Remigius Remensis Episcopus solius Dei auspicii regnum à Clodoveo Rege procurari scriptis literis ad eum Regem datis: *Manet vobis regnum administrandum, & Deo auspice procurandum. Populorum Caput estis, & regimen sustinetis.*

VI. De unoquoque Rege Francorum jactari posse quod Aurelianus ad Theodebertum scripsit, illi generis stemma fideum esse, eoque maxime majestatem illius niti, quòd sit *unicus sceptris, multiplex populis, gente varius, solidus regno, diffusus imperio.* Quare cum tanto dignitatis splendore & auctoritatis robore Francorum Reges in ipsa prima dynastia commendentur, superfluum videretur in eam quæstionem inquirere quam posterorum immodesta curiositas excitavit, an iuribus Imperij hodie Reges nostri in regno potiantur; præcipuè cum regij nominis ratio aliter constare non possit, quam si summum imperium illi tribuatur; adeo ut ad virandam invidiam Principes Romani nomen Imperatoris potius quam Regis olim usurpare maluerint, donec submissa tandem adulatione Reges salutati sunt. Attamen cum à Carolo VII. invictissimo Rege jactatum videam se in regno suo Imperatorem esse, idemque Juvenalis Vrñus ad commendandam Regum nostrorum auctoritatem temporibus Caroli VI. scriptum reliquerit, non alienum erit à proposito nostro hujus locutionis originem indagare. Eam autem à temporibus Philippi IV. Regis rectè mihi repetere videor, cum disputatione gravi de Clericorum privilegij accensa, eò processit contentio æstus, ut Clerici famosa illa Martini & Bulgari disputatione imbuti de supremo Imperatoris in orbem imperio, exciperent privilegia ordini suo ab Imperatoribus concessa, atque adeo à Principibus nulla ratione lædi posse, cum magnum discrimen intercederet inter Fran-

Gregor. Mag. lib. 4. c. 19.

Greg. Turon. l. 1. c. 19.

Vide Synodum de Regno.

Cursus Caroli VII.

Avianus. 41.

Greg. Thom. l. 1. c. 19. Ab eo de regno Constantij & Gregorij est appellatum.

Procopius l. 1. de bello Gotho. c. 2. de Persarum rebus. c. 2. de Ægypto. c. 2. de Ægypto. c. 2. de Ægypto. c. 2. de Ægypto. c. 2.

Constantin. Porphyrogen. de Adm. Imp.

corum Reges & Imperatores. Quare tunc discutienda fuit questio, an æqualis esset Imperatoris, Regis Francorum auctoritas. In eam incubuit auctor disputationis Clerici & Militis, cujus verba recitabo emendata juxta fidem Codicis MS. qui extat in Bibliotheca S. Victoris Parisiensis, ut pateat quænam esset majorum nostrorum sententia. *Imperatores ista saxeerunt, non Reges. Et ideo per vos etiam, è Miles, Imperator debet legum gubernacula moderari. Miles. Sacrilegè est responderi hoc, & blasphemè. Et quoniam, ut videtur, aut originem ignoratis regni, aut, quod videtur verius, illius altitudinis invidetis: si Caroli M. registram inspicitis, & historiam probatissimas revolvatis, invenietis quid regnum Francorum dignissima Imperij portio est, pari diversissime discretæ, & æqualis dignitate & auctoritate à quingentesimo annu circiter insignita. Quisquid igitur privilegij & dignitatis retinet Imperium, Imperij nomine, in parte una, hoc regnum Francia in alia. Cum enim fraterna divisione Francorum regnum à reliqua parte Imperij decessit, quidquid in parte decedente, & penitus ab Imperio existente, Imperium ipsum quandam obtinuit, aut ibidem jura altitudinis aut potestatis exerevit, hoc Principi seu Francorum Regi in eadem plenitudine cessit. Et ideo sicut omnia quæ infra terminos Imperij sunt, subjècta esse noscuntur Imperio: sic quæ infra terminos regni, regno. Et sicut Imperator supra totam Imperium suum habet leges condere, addere eis, vel demere: sic Rex Francorum aut leges Imperatoris repellere, aut quamlibet, cum placuerit, permutare, aut illis à toto regno suo prescriptis & aliois, novas, si placet, promulgare. Alioqui si aliquid novi, ut saepe accidit, visum fuerit statuendum: si Rex non possit hoc, qui est summus, tunc nullus poterit, quia ultra eum nullus est superior. Eodem fundamento nifus è Germanis Lupoldus Babenbetgenfis Imperialem potestatem Regibus Francorum vindicabat anno MCCCXL.*

VII. Ceterum hæc sententia in eo periclitari videtur, quòd Francorum regnum Imperij portionem fuisse contendat, & eam auctoritatem, quæ Imperatoribus competeat, ad Reges nostros pervenisse, cum inter se filij Ludovici Pij hereditatem patris, id est, Imperium & regnum dividerent. Quare liquèdè & ex fide veterum annalium difficultas ista explicanda est. Quod assequi non poterimus, nisi priùs nobis constet quas provincias tegnum Francorum complecteretur, cum Romanorum Imperium Catolo M. delatum est, quidve novæ auctoritatis tunc Regibus Francorum accesserit. Quo pacto factò, inspicienda erunt Divisionis verba, & Conventionium à fratribus initarum,

è quibus de hac quæstione statuendum erit. Regnum Francorum à Carolo Magno valde amplificatum est, adjectis quamplurimis provinciis ad eas quas hereditario jure à Pippino patre susceperat, scilicet eas omnes quæ intra Rhenum, Ligerim, Oceanum, & mare Bælicarum continebantur, & in Germaniæ parte quæ à Danubio ad Salam & Rbetum porrigitur. Huic amplo & vasto corpori, regni Francorum nomen indidit Eginhardus, etique victoris Caroli accessisse tradit Aquitaniam, Vasconiam, totumque Pyrenæi montis jugum usque ad Iberum amnem apud Hispanos, deinde Italiam, Saxoniam, & feras omnes nationes usque ad Vistulam fluvium & Oceanum. Quare si Eginhardum sequamur, Italia etiam ipsa tegno Francorum accessisse dicenda erit. Licet autem cum Hadriano Romano Pontifice & variis diplomatibus regijs, Caroli regium titulum duplicem agnoscamus, scilicet Regis Francorum, & Longobardorum, idem tamen Hadrianus in unum regnum Francorum illas nationes coaluisse docet antequam Carolus imperatoriam dignitatem susciperet. Ea quippe ornatus fuit à Leone III. Pontifice & à populo Romano anno DCCCII. Vnde effectum ut *omissa Patrij Romanorum nomine, Imperator & Augustus appellatus sit* quemadmodum observavit Eginhardus in Annalibus. Quæ verba, si rectè mentem auctoris allequot, eò tendunt, ut doceant Romanorum Patriciatum extinctum, & Imperatoris Romanorum nomen Catolo additum. Quare summum jus in Romanos illi delatum est, quod suis auspicijs exercere posset, cum antea Patricij Romanorum jurisdictione tantum frueretur. uno verbo, è magistratus tribunali evehctus est Romæ ad solium Principis. Nova ergo auctoritas coercita fuit intra fines Romani Ducatus, & ad summum, Catolo jus aliquod tribuit ad recipiendas Italiæ inferiores maritimas provincias, quarum possessio penes Græcos Principes remanserat: qui graviter exanderunt ob susceptum à Carolo Imperatoris nomen, veriti ne illo prætextu eis Imperij præcipere vellet, ut testatur Eginhardus, donec missis Legatis societatem cum illo pepigerunt. Quod autem attinet ad regnum Francorum, cum in eo Carolus supremo jure potiretur, nihil novi juris adeptus est ex illo Imperatoris titulo, præter solam opinionem novæ cujusdam dignitatis, qua ob assumptum Augusti nomen religiosior illi, ut ita dicam, reverentia conciliari videbatur. Ceterum discrimen quod observavi inter Imperium & regnum, ex iis di-

Disputatio Caroli & Militis.

Eginhardus in vita Caroli: Regnum Francorum, partem patrem Pippinum, magnam partem de fratre Pippino, cum antea solus imperator, et diplomata ad patrem.

Hadrianus in ep. ad Constant. Imp. An. 7. Nic. Syn. Titulo de Imperatoribus, in capitulo nostro Dominus Carolus Rex Francorum, & Augustus, etc. in Patricio Romanorum, cum non Hæretico Grego hæc verba parva sed non minime sub suo privilegio nomen imperatoris præbuit, ut in diplomate de suo Joh. videri Regis observari.

Lupold. de jur. Rhen. & Lignis c. 7. Regnum Francorum regnum est Imperium Francorum inspicitur, dicitur, & ut regnum regitur. Et quia videtur quod post hoc in Regibus solent Rex Germaniæ, & Galie Belgicæ, Italia, etc. Rex Græciæ Occidentalis seu Francia in eadem Galie, etc. ut alio promittitur, seu regna illa, post se committant, sicut in titulo de Imperio, etc. ut alio officio, etc. ut alio officio, etc. ut alio officio, etc.

Eginhardus in vita Caroli: Cum gentes præter solentiam a se accepissent, etc. hoc et quod qui imperatoris nomen præter solentiam a se accepissent, etc. ut alio officio, etc. ut alio officio, etc.

plomatis egregie probatur quæ annos regni Francorum & Italiz ab annis Imperij distinguunt. Extant tabule Caroli apud Eginhardum, quibus pecuniam suam distribuit anno Domini DCCCXI. anni verò regni in Francia XLIII. & in Italia XXXVI. Imperij autem XI. Attamen ratione habita dignitatis quæ ex nova illa appellatione manat, solo Imperatoris titulo conspellabatur à Conciliis Arelatenſi, Cabilonenſi, Moguntino, Remenſi, & Turonenſi. Ipſe verò Imperatoris & Regis Francorum nomen conjunctim uſurpabat.

VII I. Sed ad quæſtionem quam diſcutiendam propoſui, accuratè perpendenda ſunt Diſiſionis Imperij à Carolo inter filios decretæ verba: quæ licet effectu caruerit ob ereptum è vivis Carolum & Pippinum, animum ejus fatiſ indicavit. Totum Imperij ſeu regni corpus (ita enim loquitur in tres æquas partes diſiſit anno DCCCVI. ex ſententia & conſenſu Procerum ipſiſque Papæ Leonis, attribuitque Ludovico Aquitaniam, cum adiunctis quibusdam provinciis, Italiam, *quæ & Longobardia dicitur*, & Bajoanam, Pippino; Franciam autem, Burgundiz partem, & Germaniam, Carolo. Hæc tria regna optimo jure ab unoquoque filiorum ſuorum Regum adminiſtrari voluit, poſt obitum ſuum. Tuitionem Eccleſiæ Romanæ illis conceſſit in ſolidam. De imperatoria verò dignitate nihil omnino teſtamento ſuo cavet, quamvis Imperij nomine regnum Francorum cohoneſtarit. Sed anno DCCCXIII. extinctis Carolo & Pippino filiis, habito Aquigrani generali conventu Ludovicum Aquitaniz Regem ad ſe evocatum, imperatorij nominis conſortem fecit, & Bernardo nepoti ex filio Pippino, Italiz regnum detulit, ea lege, ut Ludovici majestate coleret. quæ læſa poſtea, oculis orbatus eſt. Ludovici filij Lotharius, Pippinus, & Ludovicus, & è ſecundis nuptis editus Carolus, poſt atritum funeſtiſſimis bellis regnum, diſiſionem illam regorum conſtituerunt quæ ad noſtram ulque ætatem, licet in varias diſcerpta dynaſtias, conſtanter perduravit; Gallia, Italia, & Germania ab invicem diſcretis. Ac primò quidem Ludovicus anno DCCCXVII. Lotharium majorem natu nominis atque Imperij ſui ſocium ſibi conſtituit; permiſſa illi internum Italiz adminiſtratione; Pippinum Aquitaniz, Ludovicum Bajoariz præfecit, regio nomine conceſſo. Sed edito è Iudithâ Carolo proſpiciendum fuit: cui conceſſa Alemannia & Rhetia, deinde verò Aquitania & Francia, inſanda bella civilia pepererunt, ſuperſtite Ludovi-

co. quæ poſt illius obitum recruduerunt, Lothario univerſum imperium Francorum, quod olim illi delatum fuerat, ad ſe trahere volente; ut teſtatur Nithardus. Tandem poſt multas clades diſiſio Regni ita inſtituta eſt anno DCCCXLIII. ut cuius fratrum pars regni obtigerit. Nempe Ludovico Germania omnis Tranſrhenana, cum paucis aliquot cis Rhenum urbibus & pagis, propter vini copiam. Carolo ad Occidentem, quidquid Galliz ab Oceano hinc ad Moſam & Scaldim, inde ad Rhodanum & Ararim porrigitur. Lotharius Imperator reliquas Galliz provincias, quæ inter Moſam & Rhenum, quæque inter Rhodanum, Ararim, & Alpes ſitæ ſunt, cum Italiz regno ſortitus eſt. Ita ex uno triplex Francorum regnum factum eſt. Omnes enim Francorum Reges appellabantur.

IX. Hic duo obſervanda ſunt. Vnom eſt, Lotharium ab eo jure depulſum quod in ceterorum fratrum regnis ex prima diſiſione ſibi quæſitum putabat. Itaque unuſque Regum partem ſuam optimo jure obtinuit; adeo ut in conventu apud Marſnam habito æqualitatem ſignificare voluerint, ſe *Pares* appellando, totumque corpus trium dynaſtarum, unius regni nuncupatione comprehenderint in Adnuntiationibus ſuis. Huc alludebat Ludovicus II. Imperator, Lotharij filius, in epiftola ad Baſilium CP. anno DCCCXXXI. *Perrò de eo quod dicitur nos in tota Francia non imperare; accipe, frater, breve reſponſum. In tota nempe imperamus: Francia: quia nos proculdubio retinemus: quod illi retinent cum quibus una caritè & ſanguis ſumus, & unus per Dominum ſpiritus.* Audiebatur quidem ille & nuncupabatur Rex Francorum, eſt ſolius Italici regni & adjectarum provinciarum poſſeſſionem retinere. Sed univerſam Franciam non obtinebat. Vnde nata occaſio Baſilio abdicandi à Ludovico II. imperatorij nominis, quod in Francorum Reges tranſlatum fuerat. Alterum quod obſervandum monui, hoc eſt, in diſiſione regni Francici, à fratribus inſtituta, imperatorij dignitatem Lothario ſoliceſſiſſe, nulla nominis illius communione fratribus Regibus facta. Qui titulus propagatus eſt in Ludovicum I. Lotharij filium, ſuperſtiteſque patris ſuis Carolo Calvo Galliarum Rege & Ludovico Rege Germaniz; qui hoc ſine moleſtia tulerunt, ut profiteretur Ludovicus in epiftola ſuperius laudata ad Baſilium. Graviter enim & iniquo animo ferebat Baſilium Imperatoris Romanorum nomen à Ludovico retentum, atque ab ejus uſu per Legatos eum dimovere fatagebat. Sed re-
preſſus

Nithardus lib. 4.
Adrianus Lothar.
vno p. 100. ſunt
diſiſſe, unuſque
magno alioque
poſſeſſum per ce-
ras Franciam;
inter, qui ſi non
nominis Imper-
rium quod olim
ſuavitibus darum
efficitur.
Hincacut ep. 1.
cap. 4. ubi. Mo-
gunt.

P. Nithard. in
vno ad Caput.
Carol. Cal. p. 100.
P. Nithard. in
vno ad Caput. p. 100.
Laps fuerat.

Conventus apud
Marſnam in Ca-
pa. Cal. cap.
1. P. Nithard. in
vno ad Caput.
Carol. Cal. p. 100.
P. Nithard. in
vno ad Caput. p. 100.

Ep. 10. in vita Ca-
roli M.

Imperator Paſſo
Caroli Martini
vno.

Ep. 10. in Annal.
ad annum 811.
Vide etiam An-
nalen Fuldenſis.

Nithardus lib. 4.
Ludovicum imper-
torum Imperium
inter filios sua di-
ſiſſe, ut Pippino
quidem Aquita-
niam, Ludovicum
autem Bajoariz
partem, & Ludovicum
vero proſpiciendum
fuit: cui conceſſa
ſunt Imperatoris
nomen habere cum
iſſe.
Ep. 10. in Annal.

pressus est ita literis à Ludovico datus quæ significacionem eandem verbis *Regis & Romanus* inesse ostendunt, id autem solum præ ceteris eximium habere Imperatorem, quod à Pontifice Romano unctus, nomen illud adipiscatur. Quare, si verum amamus, Reges illi qui Ludovici Pij hereditatem partiunt, ita existimant, regnum Francicum, Germanicum, & Italicum cum supremo regnandi jure se à parentibus traxisse; solum autem imperatorij nominis dignitatem, & in Romanam provinciam auctoritatem, ab unctiōe Romani Pontificis tunc pendisse. Quod a pertissimè confirmatur ex electiōe Caroli Calvi, quem statim ab obitu Ludovici II. Joannes VIII. Imperatoris titulo insignivit. Sed necessariæ sunt Episcoporum & Optimarum Italici regni electiō, ut illis provinciis præesset; & Gallicanorum Procurum consensus, ut in suo Franciæ regno, Imperatoris nomen assumeret, quemadmodum docent Acta Concilij Pontigonensis. Imperij Romani status deinde immutatus est, translata in Othones Germanos à Pontificibus successoris deligendi potestate. Ex quo factum est ut Imperium Italicum & Germanicum regni provincias complexum fuerit. Itaque, ut initio inveni, etsi Galliarum Reges eodem jure in regno utantur quod per leges Imperatoribus competit; ratio tamen petenda non est, ut visum auctori anonymo & Lupoldo Babenbergensi supra laudatis, ex divisiōe regni Francorum à filio Ludovici Pij instituta, sed ex ea auctoritate quam gloriosissimus Rex Clodoveus in se Coronamque Francicam felici armorum eventu transcripsit.

Vnde patet plenam & inegram Imperij auctoritatem, qualis in Theodosio ceterisque ejus ævi Romanis Principibus eminebat, in Reges Francorum, qui Gallias Codicis Theodosiani legibus ordinas occuparunt, semel translata, ad posteros cum eadem amplitudine propagatam fuisse. A quo jure longè recesserunt Imperatores Germanici: qui certis quibusdam conditionibus stricti, specie Imperij retenta, vim ejus atque majestatem in rebus gerendis ferè amiserunt. Itaque vulgatum illud quod jacetur à nostris, *Reges in regno Imperatores esse*, de prisci Imperatoribus intelligendum est, non autem de Germanicis. Fatendum quidem est Principes istos etiamnum quadam prerogativa frui, ob eam præcipuè causam, quæ ruentem olim Imperatorum Orientalium dignitatem in Occidente sustentavit. Augustiores enim ceteris Europæ regnis imperiale dignitatem

haberi, ob Petri Apostolorum principis sedem, quæ in provincia Imperij sita erat, testatur Concilium Romanum habitum sub Agathone in epistola synodica ad Constantinum Pragmatum. Par nominis Romani cultus (quod in titulis Imperatoris hodie fulget, B. Petri memoria, & Summi Pontificis unctiōe consecratur) apud ceteros Christianos Principes non invitos primum locum Imperatoribus Romano-Germanicis concilavit. Ceterum ea semper fuit hominum nostrorum persuasio, Reges Francorum etiam illis ipsi Imperatoribus præcellere, si Romani nominis dignitatem, ob eam quam dixi causam, excipias. Quod aperte professi sunt Legati à B. Ludovico Rege ad Fridericum II. missi, ut testentur à Rege, ex consilio procerum, repudiatum fuisse Imperium, quod Gregorius Papa post Friderici abdicacionem Roberto Comiti Regis fratri invadendum obtulerat. Sententiam ejus orationis quam ad Fridericum habuerunt, Marthæus Paris retulit his verbis: *Nec nos passis ambicio. Credimus enim Dominum nostrum Regem Gallie, quem linea regij sanguinis provexit ad sceptrum Francorum regendum, excellentiorem esse aliqua Imperatore, quem sola ecclesiæ provexit voluntaria. Sufficit Domino Comiti Roberto, fratrem esse tanti Regis. Quare ut Reges nostri maiestate & dignitate illis non cedunt, ita sine dubio potiores sunt auctoritate.*

X. Hæc auctoritas ita accipienda est, ut Reges in rebus humanis administrandis nec ipsius ecclesiasticæ potestatis consortium admittant: quæ ita rebus spiritualibus est addicta, ut sine injuria Regum res temporales attingere non possit. Quippe Magister edixit, regnum suum de hoc mundo non esse, se judicem aut diviorem terrenæ hereditatis non fuisse constitutum; docuitque Paulus Dei militem se non implicare negotiis secularibus, sed mysteriorum dispensationi, ut Christi ministrum. Quare eleganter Bernardus: *Non monstrabam, patre, ubi aliquando quisquam Apostolorum iudex sedisset hominum, aut divi fortissimorum, aut distributor terrarum. Stetit denique Apostolos iudicandos, sedisse iudicantes non lego. Infra: Ergo in criminibus, non in possessionibus, potestas vestra: quoniam propter illa, & non propter has, accepistis claves regni cælorum. Mox: Et abent hæc infirma & terrena iudices suos, Reges & Principes terra. Quid fines alios invaditis? Quid sacrum in alienam messem extenditis?* Huc referri possunt ea quæ ad discrimen utriusque potestatis explicandum superiore capite congesti. Quæ quidem cum vera sint in genere, ita & speciali modo in Gal-

Epist. Spirit. Concil. Romanæ celebratæ, lib. IV. titulus 14. In quo dicitur, Quod si quis Imperatoris nomen sine unctiōe Pontificis, et ceteris, non habet imperium, & cetera. Ita deus Imperatoribus, quod per se non datur, sed per unctiōem Pontificis datur, et cetera. Ita deus Imperatoribus, quod per se non datur, sed per unctiōem Pontificis datur, et cetera. Ita deus Imperatoribus, quod per se non datur, sed per unctiōem Pontificis datur, et cetera.

Tom. 19. Lib. 14.

1. Tim. 4. 1. Cor. 6.

Bernard. 1. r. d. 1. d. 1. c. 4.

lus observanda sunt; Regibus nostris ecclesiastica potestatis precepta in regni administratione non admittentibus. Cujus auctoritatis retinentissimum se præbuit Carolus Calvus, qui Reges Francorum ex regno genere natos, non Episcoporum Vice dominos, sed servatos Dominos, non Villicos & alios Episcoporum, sed veros Reges esse Hadriano II. graviter cum illo exostulans denuntiat. Et Proceres regni, ab antecessoribus Hadriani ecclesiasticum ordinem, quod suum est, non Republicam, quod Regum est, dispositum fuisse, Pontificis mandatis refragantes dicebant apud Hincmarum. Hæc Gallorum sententia manavit in posteros, ut docet auctor disputationis Clerici & Militis, his verbis: Clericus. *In voce Decreta & statuta Romanorum Pontificum. Miles. Quæ illi statuerit, vobis jura esse possunt, vobis verò non sunt. Nullus enim potest de illis statueret super qua constat ipsam dominium non habere. Sicut nec Rex Francorum potest statueret super Imperium, nec Imperator super Regnum Francie. Et quemadmodum terræ Principes non possunt aliquid statueret de vestris spiritualibus, super qua non acceperant potestatem; sic nec vos de temporalibus, super qua non habetis auctoritatem. Qua de re uberius dicemus libro quarto.*

CAPUT III.

Synopsis.

I. Rex Francorum superiorem non agnoscit in temporalibus, nec ipsam sedem apostolicam, ex Innocentio III. Species Decretalis Peti venerabilium. Spontanea Regis subjectione jure tribuit Innocentio, ut liberis Philippo Regis natalibus restitueret.

II. Quid sit libertio jurisdictionis in dicta Decretali. Explicatio jure seculari. quod Regi & Summo Pontifici in Magalonsensem Ecclesiam competebat. Quæ regem liberalitate dicat, & specialiter urbe Montispessulani. Hominiū ratione illius urbis præfinitum Regi ab Episcopo. Et ipsi Episcopo à Dominis Montispessulani.

III. De Comitibus Melgaris, qui beneficiario jure à sede apostolica Comitatus possidere professi sunt. Pålle dominium Comitatus pervenit ad Ecclesiam Romanam, donato Rainando Comite Tolosano. Quæ jura sua in Ecclesiam Magalonsensem transcripsit, servata pensione annua. B. Ludovicus superius imperium illius Comitatus ad se revocavit.

IV. Tertium loquendi genus Innocentij examinatur, cum agit de feudo Montispessulani. Supremum jus in id sibi competere putabat. Regem tamen in possessione hominū esse sciebat.

V. In rebus ambiguis temporalis jurisdictione nisi Pontificum, ex Innocentio. Eius sententia expensa, & locus Druteronum explicatus. Deverus Innocentius aliam sententiam ab interpretibus. Earum interpretatione recepta non fuit in Gallia.

VI. Quæstio feudi non competit Ecclesie, ex Innocentio. Qui tamen agnitionem proci ad se pertinere ait. Hæc sententia fere consensit, & in Gallia recepta non fuit.

VII. Ex opinione Theologorum, qui criminum secularium executionem per censuras ab Ecclesia removebant, sola criminum ecclesiasticorum agnitionem Episcopi relicta. Hæc sententia indulta in forum, portenta deinde ad crimen mixtum adulterij, cujus animadvertens in laicos vetita olim Episcopi à Curia Parisiensis. Ex veteri Ecclesia disciplina, quatenus Episcopi criminum agnitione competere. Quod perbenturum anonymo auctori anno 1203.

VIII. Beneficij consuetudo de Pontificis in temporalia potestatis, à Clemente restituta, quod actum ad Gallis.

I. **G**ALLICI Imperij Libertatem Romanus Pontifex ingenuè & aperte professus fuit decretalibus epistolis quas in corpus Iuris Canonici compingi voluerunt. Etenim Innocentius III. de regno Francorum loquens, Superiorem in temporalibus minime recognoscere docuit, relatione habita non solum ad quemcumque alium Principem secularem, sed etiam ad ipsam sedem apostolicam. Enimvero quia frequentissimè in hujusmodi disceptationibus laudari solet Constitutio illa, operæ pretium mihi visum fuit ejus speciem & explicationem aggredi. Vuillelmus Dominus Montispessulani, expulsa Mathilde uxore, Manuelis Imperatoris Constantinopolitani nepte, ex Agnete pellice liberos susceperat, quos natalibus restitui contendebat ab Innocentio. A quo hujus beneficij arbitrium pendere ex eo probabat, quod sedi apostolicæ liberum esset filis naturalibus, etiam adulterinis, veniam natalium ad res spirituales & episcopatus adipiscendos indulgere. quæ indulgentia potiori jure ad res temporales trahi debebat. Hanc rationem juvabat exemplum Philippo Francorum Regis: cujus liberos natalibus restituerat Innocentius, etiam apostolicæ sedi Rex ille quoad spiritualia tantum subisset, Guillelmus verò non tantum quoad spiritualia, sed etiam quoad temporalia, Romanæ Ecclesiæ subiceretur. Hoc membrum, quod suis difficultatibus implicitum est, sic probat. Suorum bonorum partem hominū nexu ab Ecclesia Magalonsensi pendere ait, eam verò Ecclesiam jure feudi à sede apostolica bona à Guillelmo possessa obtinere, unde sequatur Vuillelmum Ecclesiæ Romanæ secundo feudi gradu subijci, vestam esse Ecclesiæ Magalonsensis, & Romanæ vassallam, si liber Capitulorum verba usurpare. Respondet Innocentius, multum distare causam Philippo Regis à Vuillelmi negotio, & in personis majus esse discrimen. Philippum Augustum

Cont. in epist. ad
Had. apudl. rem.
de qua libro 4. c.
11. §. 1.

Difinitio Clerici
& Militis.

Cap. Pet. Venen.
lib. 2. c. 11.
Sed legit. ex 11.
1. Regis. Innoc.
lib. 2. c. 11.

Ex Hist. 1210
de Magal. c. 1.
et de Montisp. in
2. c. 11.

dimiſſe quidem Ingeburgem Danorum Regis filiam, ſed nuptias cum ea iniras, prætextu affinitatis ab Archiepifcopo Remenſi ſedis apoſtolice Legato diſſolutas fuiſſe, ſtatimque Regem publicè duxiſſe Mariam Ducis Meranzæ ſeu mavis Moraviæ filiam, è qua liberus ſuſcepit. Reſciſſam quidem fuiſſe à ſede apoſtolica Remenſis Archiepifcopi ſententiam, quia prolata fuerat ordi- nejudiciorum non ſervato, adactumque regem ut Ingeburgem ad ſe revocaret, ſed tamen poſt reſtitutionem uxoris, permiſſum illi fuiſſe ut coram iudicibus datis priorum nuptiarum inutilitatem ex affinitate Ingeburgis petita proſequeretur. Itaque dubium eſſe liberorum è Maria prognatorum ſtarum & conditionem, quæ ex eventu litis pendeat. Quæ omnia à cauſſa Vuillelmi abſunt, qui nullum nuptiarum cum priore uxore impedimentum præſendat, quiſque ſuo arbitratu eam domo expulerit, aliamque ſuperduxerit. Hæc pertinent ad cauſſarum differentiam. Quod perſonas reſpicit, ita ſe habet. Regis Francorum majeſtatem expendit Innocentius: qui cùm à nemine in temporalibus pendeat, potuit ſe iuriſdictioni Romani Pontificis ſine ullius offenſione ſubjicere; quemadmodum ad impetrandam reſtitutionem natalium pro liberis ſe utique ſubjicit. Quamvis, ut præter Innocentius, ex plurimorum ſententia potuiſſet Philippus veniam natalium liberis ſuis, non quidem jure patriæ poteſtatis, ſed jure regio tribuere. Vuillelmum verò ab aliis pendere, quibus injuria fiet, ſi abſque eorum conſenſu Innocentio ſe ſubjiceret; nec Vuillelmo competere jus natalium vitium remittendi. Quare non admittendam eſſe illius petitionem concludit, donec & culpa levior, & iuriſdictionis liberior offenſaſit. Vnde patet nihil ſibi in temporalibus regni vindicatorum Innocentium, ſi prorogatio iuriſdictionis ſeu potius ipſontanea Philippi Regis ſubjectio abeſſet. Inſuper, inquit, cùm Rex ipſe ſuperiorem in temporalibus minimè recognoſcat, ſine juriſdictionis Leſione in ea ſe iuriſdictioni noſtræ ſubjicere potuit & ſubjicit.

II. Quinimo à venia natalium Vuillelmo concedenda Innocentius ceſſat, donec liberiori iuriſdictione fruatur, id eſt, donec Regis aſſenſus hoc patiat. Eumenim eſſe verborum illorum ſenſum mox patebit, cùm jus ſeculari, quod Eccleſiæ Romanæ in Magalonenſem comperebat, explicuero. Narbonenſis provincià in novem epifcopatus totidemque Comitatus à Gothiſ poſt deletum à Clodoveo regnum Toſolanum diſtributà, eadem diſpoſitio

ſub Francorum Regibus vigit, qui Septimaniam à Sarracenis vi armorum receperant. Pietas verò Regum cladem & vaſtationem Eccleſiis à perſida gente illatam reſarcire cupientium, plurimis patrimoniis publici juriſus, quos Fiſcus ea tempeſtate vocabant, epifcopales reſitus auxit, hinc Comitatus Narbonenſis partem Eccleſiæ ejuſdem civitatis, hinc Mimatenſi ſolidum ſerè Comitatum Gabalitanum, aliisque, prout res ferebat, tribuendo. Hujus beneficii particeps fuit epifcopatus Magalonenſis, quem villis quamplurimis noſtri liberaliter ditaverunt; ea lege, quæ his conſeſſionibus innata erat, ut Epifcopus hominio, ſacramento, & obſequio per Reges ea patrimonia obtineret. Reliquis Comiratus Magalonenſis, inclinanſe ſecunda Regum noſtrorum dynaſtia, eodem ſato quo ceteri Galliarum Comitatus hereditario jure Comitibus ceſſit: qui, ne aliqua injuria Eccleſiæ Magalonenſi fieret, Comitum Melgorenſium nomen, non autem Magalonenſium, ſumpſerunt. Inter cetera verò patrimonia quæ donatione Regum in Epifcopos Magalonenſes tranſata ſunt, vicus Montipeſſuli teneſetur in privilegio Ludovici VII. quo villarum à Regibus conſeſſarum poſſeſſionem Eccleſiæ illi conſirmat. quod tranſcriptum eſt in altero privilegio à Philippo Auguſto indulto anno MCCVIII. Hæc ſunt autem reſcripti verba: *Montipeſſulum cum omnibus adjacentiis ſuis, Feudum Domini Montipeſſuli, Montipeſſulum atque cum parochia ſua, & Caſtrum de Palade cum toto territorio ſuo.* Quare in tabulis hominij quod Petrus Epifcopus Magalonenſis juxta morem deſeſſorum ſeorum præſtitit anno MCLV. Antonio Militi Senefchallo Bellicadri & Nemaufi & Guidoni Fulcodij à Ludovico IX. Rege Francorum delegatis, diſertis verbis expreſſum eſt Montipeſſuli Feudum, cum diſtinctione quæ tem totam explicat: *Partem villa quæ dicitur Montipeſſulaetus, cum pertinentiis intra & extra muros, quam tenemus in dominio & ad manum noſtram à Domino Rege, & reſiduum dictæ villa, & Caſtrum de Palade, quod vulgè dicitur Latæ, quod tenet à nobis in feudum vir illuſtris Rex Aragonum, Dominus Montipeſſuli, & antecceſſores ejus à noſtris antecceſſoribus.* Tunc ſcilicet Jacobus Rex Aragonum hereditate Mariæ matris ad ſe tranſmiſſam proprietatem illius urbis obtinebat, cujus cauſſa fidem & hominum præſtiterat Ioanni de Montelauro Epifcopo Magalonenſi anno MCCXXVI.

III. Quod attinet ad Comites Melgorenſes, obſervandum eſt Comitatum duplici

H ij

Ceſſe Janne III. Regibus in P. M. 1790.

Vide lib. viii. cap. 111. f. 11.

In veteri Regiſtro Comitatus Francie, quod eſt: Parochia Comitatus Compeſſulani.

Guido Fulcodij, militis Clericus 1 V.

In eodem Regiſtro Comitatus.

Vide lib. III. pag. 101. & c. 1. & c. 2. ab anno 1790. Comite regni.

Hil. Beccari 1. 1. c. 1.

nomine insignitum, tum Comitatus Sufstantionenfis, tum Melgorenfis; hoc est, à Castro Melgorij, quæ illius pagi arx erat validissima, & Comitum fedes; illud à vico Sufstantione, qui in edito loco fitus, Antonini Itinerario & Hierofolymitano Tabulæque Peutingeriæ notus, ab urbe Montispessuli mille passibus aberat. Eò translara fuerat Episcopi cathedra, Magalona urbe à Carolo Martello deleta, ne iterum insulam illam Sarraceni ex Hispania eò navigis delati invaderent, oramque matritimam Septimaniæ deprædarentur. Inde episcopatus promiscuè Sufstantionenfis & Magalonenfis dicitur, quod nomen Comitatus facile communicatum est. Anno MLXXXV. hunc Comitatum Sufstantionensem, sive Melgoremfem, Petrus Comes Melgorij Gregorio VII. & sedi apostolicæ tradidit in alodium, id est, in eam sedem dominium & proprietatem transcripsit ejus Comitatus, quem Septimaniæ beneficiario jure ab eadem sede apostolica se possidere professus est, sub conditione fidelitatis & unciz auri tirulo annui census persolvendæ. Tandem cum ad Beatricem Bernardi Peleti uxorem Comitatus Melgorenfis pervenisset, Beatrice Ermistendæ filix, Raimundi Comitis Tolosani uxori, eum Comitatum dotis nomine dedit anno MCLXXII. Ac sanè Raimundus, cui solenne erat bona Ecclesiarum invadere, hominum Guillelmi Domini Montispessuli, quasi Comiti Melgorenfis debitum, suscepit anno MCLXXIV. & MCLXXXIX. quod in detrimentum Ecclesiæ Magalonenfis tentatum fuisse non dubitabit qui quæ superius adnotata sunt expendit. Abdicata à Raimundo Albigensium favore possessione Comitatus Melgorenfis unâ cum ceteris bonis, judicio Concilij Lateranensis, ejus utile dominium cum dote consolidatum est, ita ut proprietatis & ususfructus ad sedem apostolicam pervenerit, tum ratione damnationem in Raimundum late, tum ob cessationem diuturnam in canone solvendo. Sed Innocentius Ecclesiæ Magalonenfis beneficij & feudi jure Comitatum concessit, sub censu annuo viginti marcarum argenti, anno MCCXV. ut patet ex tabulis investituræ. Controversiâ motâ tempore B. Ludovici de Comitatus illius proprietate, Clemens IV. literis ad Regem datis docet ad Ecclesiam Romanam pervenisse ea ratione quam recensui. Sed jam tum causa sua cecidisse videtur, S. Ludovici decreto: quia suprema jura à Petro Melgorij Comite transcribi non poterant in Romanum Pontificem, sine consensu Regis.

IV. Certum quidem est feudum Montispessuli beneficiario jure ad Ecclesiam Magalonensem pertinuisse antè quam Comitatu Melgorenfis ab Innocentio III. auferretur. Quare cautè loquitur Innocentius in dicta Decretali, cum partem terre ab Ecclesiâ Magalonenfi Vuillelmo possidere dicat, non tamen diserte feudum Montispessuli, à quo Vuillelmus agnomentum traheret. Fieri enim poterat ut reliqui patrimonij pars in Comitatu Melgorenfis sita esset, unde hominum deberetur Ecclesiæ Magalonenfi. Deinde in altero loco Vuillelmum alloquens, his verbis utitur: *Tu autem alia nesceris subjacere. Unde sine ipsis forsan injuria, nisi prestarent assensum, nobis in hoc te subdere non potest.* Pluralis illa locutio plures dominos significat, & alium præter Ecclesiam Magalonensem: cujus, utpote sibi & temporaliter & spiritualiter subditæ, tantam rationem non habuisset, quin superiori jure concessisset natalium restitutionem, nisi Regi Francorum, qui hoc loquendi genere inlinuatur, injuriam fieri perpexisset. Mirabitur aliquis, cur tectam & suspiciosum dicendi genus usurpat Innocentius, præcipuè cum repulsi levius ferendæ occasionem Vuillelmo præbuisset, si aperte excepisset de necessitate consensu Regis Francorum. Sed desinet mirari, si has ambages consultò ab eo quaeritas perpendat, ne videretur jus illud remississe, quod Raimundus Comes Tolosanus Comitatu Melgorenfis adjecerat, hominibus à Domino Montispessuli exactis, ut superius dixi: quæ tunc eam præstabantur, jura Ecclesiæ Magalonenfis intervertebant, sed post Comitatus Melgorenfis investituram, de jure Magalonenfis Episcopi nihil deterebat, inter Regem & Pontificem recedente quaestione, de superiori jure feudi Montispessulani. Ex eo autem suspicari licet, consultò ambiguis verbis usum, & à jure Regis aperiendo abstinuisse, quòd aliunde constet ratione Comitatus Melgorenfis Innocentium ad se trahere conatum cognitionem controversiæ quæ de civitate Montispessuli mota est à Guillelmo nro ex Agnete pellice, adversus Mariam filiam Mathildis. Quare, ut antea monebam, natalium veniam indulgete aggressus non est Innocentius, donec liberarij jurisdictio ostenderetur, id est, donec de Regis Francorum assensu constaret, aut de pleno & integro jure Romani Pontificis.

V. Ceterum omitienda non est Innocentij observatio: qui occasione ducta ex indulgentia qua usus est erga liberos Regis Philippi ad ejus postulationem, docet Romanum Pontificem non solum in Ecclesiæ pa-

Proter est demeritum charta in M. 11. V. 1. 2. B. Regis Episcopi Montispessuli ad L. 15. R. 10. 11. 12. 13. 14.

Castell. L. 1. 118. Com. Tolos. c. 4.

L. 17. R. 10. 11. 12. 13. 14.

Emendatissima charta in M. 11. V. 1. 2. B. Regis Episcopi Montispessuli ad L. 15. R. 10. 11. 12. 13. 14.

trimonio, *super quo plenam in temporalibus gerit potestatem*, ut ejus verbis utar, *sed etiam in aliis regionalibus, certis casibus in seculis, temporalem jurisdictionem casualiter exercere*. Vnam autem est causis illis explicat; scilicet, ut si quid difficile & ambiguum emerferit in negotiis ecclesiasticis, aut civilibus, vel criminalibus, ad sedis apostolicæ judicium sit recurrendum. Quod probat adducto Deuteronomij loco, quo decurritur res ambiguas de sanguine, lepra, & caussa, id est, de quaestione criminali, civili, & de ritibus, solvendas in loco quem Dominus elegerit, à Sacerdotibus Levitici generis, & à Iudice qui fuerit illo tempore, poenâ capitis adjunctâ adversus eum qui Sacerdotis imperio & decreto judicis non paruerit. Locum deletum in Lege gratiæ esse Romam, Sacerdotes Levitici generis, Episcopos & Cardinales, Iudicem verò, Romanum Pontificem: *caus sententiam qui superbovis contempserit observare, mori precipitur, & auferri malum de Israël, id est, per excommunicationis sententiam, velut mortuus, à communione fidelium separari*. Tria adnotanda sunt ad interpretationem hujus loci. Primum est, sententiam Innocentij non esse ut cailibet è populo libetum sit de rebus ambiguis in negotiis temporalibus Romanum Pontificem consulere, qui deinde jus dicat, & litigatorum controversias dirimat. Hic enim agendi modus supremam Regum in judiciis reddendis auctoritatem everteret. quod à sua mente alienum esse testatur ibidem Innocentius: *Non quòd alieno juri præjudicare velimus*, inquit, *vel potestatem nobis indebitam usurpare; cum non ignoremus Christum in Evangelio respondisse, Reddite quæ sunt Cesaris Cesari, & quæ sunt Dei Deo. Propter quod postulatus ut hereditatem divideret inter duos; Quis, inquit, constituit me super vos iudicem? Sed jus illud sedi apostolicæ vindicavit, si à Principibus ipsis de re ambigua & difficili consuleretur, aut ejus auctoritas imploraretur: quemadmodum acciderat in causâ Regis Philippî, qui natalium restitutionem pro liberis ab Innocentio expecterat. Rationibus his indulti, Regi gratiam fecimus rogatis, causam tam ex veteri quam ex novo testamento trahentes. Deinde Deuteronomij loco recitatum, in ejus interpretationem excurret suo proposito congruentem, ut doceat nec alienum esse ab auctoritate Regum, quòd in his rerum articulis Romanum Pontificem adiant, nec à dignitate sedis apostolicæ, si ad hæc secularia tractanda se demittat, cum Paulus scripserit ad Corinthios: *Nescitis quia angelos judicabimus, quanto magis secularia?* qui est locus alter quem adducit Innocentius ad*

sententiæ suæ confirmationem. Alterum quod adnotandum mihi videtur, hoc est, Deuteronomij locum intellegi de magistratibus inferioribus & collegiis Iudicem, qui ad portas urbis lites populi Iudaici disceptabant; eo tamen judiciorum ordine, ut si reus omnium suffragis premeretur, appellandi locus non esset, sin judicium vota in varias sententias scinderentur, non propter facti probationem, sed propter juris & legum interpretationem, atque adeo constaret rem controversam censei ambiguum & difficilem, ad magni Synedrij judicium referrebat, ut docet Maimonides. quod quidem Synedrium constatum erat è Sacerdotibus & laicis, adjuncto Reipublice Iudice, quem deinde Reges exceperunt, ut abundè dicam cap. IV. & V. An verò hinc possit duci argumentum ad consultationem, quæ in rebus temporalibus, cum negotia difficultate laborant, à Principibus, si res ita ferat, ad sedem apostolicam deferri potest, lectoris prudentiæ relinquo. Tertium est, Juris Canonici Interpretes in hoc Innocentij loco interpretando dupliciter peccasse; tum quòd omnibus litigatoribus liberum reliquerant res ambiguas à judicio seculari ad ecclesiasticum transferre; quod uno casu, id est, Principibus id agentibus, ab Innocentio scriptum erat, ad omnes personas contra firmam auctoris sententiam porrigentes. Tum quòd sibi persuaserint, si quid difficile & ambiguum in controversiis & litibus rerum humanarum accideret, id à iudicibus ecclesiasticis, non autem à sola sede apostolica dirimi debere. Quod tamen à magistratibus in Gallia nunquam receptum fuit, ut conquirebatur Durandus Mimatensis Episcopus ante trecentos & triginta annos: *Item impediunt, si quid ambiguum inter iudices seculares oritur, ne ad ecclesiasticos iudices recurratur, contra illud, Qui filij sint legis, Per Venerabilem, s. Licet.*

VI. Constituta sententiâ Decretalis *Per venerabilem*, quæ supremum Regis in Gallias imperium agnoscit, & ab ejus communiōne sedem apostolicam removet; observanda est eadem mens Innocentij in altera ejus epistola ad Regem Philippum, qua docet ad Regem pertinere feudi judicium, non autem ad sedem apostolicam, sè que nolle jurisdictionem aut prestantem Regis minuire, vel perturbare. quod etiam superiore decretali protestatus est. Agebatur de induciis vel pace inter Francorum & Angliæ Reges componenda, quod sui arbitrij esse Pontifex existimabat. Rex enim Angliæ copiis Francorum oppressus, à sede aposto-

Dandus de modo
Caus. Gerar. ubi
lib. VI. 70.

Cap. 17. de
Iudicis.

lica subsidium ecclesiasticum petivit, probare paratus injustè fecum agi à Rege Francorum, quem juxta regulam Evangelij monuerit, & renitentem suis postulationibus ad Ecclesiam detulerit. Unde concludit Innocentius, se, qui regimini universalis Ecclesie præsedit, interpellatum ab Anglo, divino præcepto urgeri ut juxta *formam ipsius procedat*, id est, ethnicum & publicanum denuntiet Francorum Regem, nisi jus suum apud ipsum Pontificem vel illius Legatum comprobaverit. Et tunc enim de feudo, quod Rex Angliæ à Rege Francorum obtinebat, iudicium ferre nolit, de peccato tamen decernere, illudque in cuiusmodi gradus persona censuris ulcisci, ad sedem apostolicam pertinere contendit. Prima fronte Regum jura hac Decretali foveri videntur; sed ut integrum beneficium illi non debeamus, facit exceptio adhibita. Quæ professio ejus generis est, ut admittat fœdus in iudiciis, omnia fora confundat, quemadmodum monuit Navarrus in commentariis ad hunc locum. Quare à Gallis nostris nunquam suscepta fuit, non solum in specie de qua tunc agebatur, (ut dicitur libro iv.) sed nec in ceteris causis, teste locupletissimo Durando Munitensi, his verbis: *Item impediunt* (scilicet iudices seculares) *quando Ecclesia vult cogere aliquem ad satisfaciendum de peccato in quo est, licet cognitio pertineat ad Ecclesiam, de iudic. Novis. primo responsio.*

VII. Theologorum illa ætate celeberrimorum Ioannis de Parisiis & Guillelmi Ockam, quibus postea accessit Gerson, opinionem sequebantur, qui crimina distinguabant in ecclesiastica & secularia. Illa in admittis directè contra fidem & sacramenta constituebant, hæc in iis quæ jure gentium aut civili sunt vœrita. Criminum ecclesiasticorum coercitionem per censuras Episcopis competere, sed in secularibus, distinguendum esse dicebant. Aut enim de jure agitur, & de peccato *opinionis* vel *erroris*, ut ipsi loquuntur, id est, si quis sibi persuadeat id quod committitur circa secularia non esse peccatum, verbi gratia, furtum vel homicidium, vel agitur de facto, id est, de peccato quod ipsi vocant *vendicationis*, id est, cum quis de facto res alienas sibi vendicat, vel aliud crimen seculare perpetrat. Itaque fatentur penes Ecclesiam ex Christi institutione potestatem esse cognoscendi de peccato *erroris*, & definiendi an hoc vel illud factum crimini deputari debeat, eosque qui huic definitioni refragentur, pœnis ecclesiasticis castigandi. Ceterum de peccatis secularibus, quæ vocant *vendicationis*, iudicia vel censuras ferre, non spectare ad iurisdictionem ecclesiasticam. *Et ita*, inquit Ioannes Parisiensis, *de peccato in temporalibus non iudicat vel cognoscit iudex ecclesiasticus, sed secularis tantum; nisi forte aliunde quàm à Christo concessum ei fuerit, vel permissum.* In his ergo criminibus potestas ecclesiastica, monita tantum & consilia adhibere potest, non autem laicos peccantes coercere pœnis; Innuere quid sequendum sit, & vitandum, non castigare, vel ut ipsi loquuntur, iudicare de peccato *innuere*, non *coercere*. Itaque sententiam Innocentij locum habere, cum domini seculares à scelerum vindicta per summam negligentiam cessant, aut in crimine occulto, in quod iudex secularis animadvertere non potest. Hæc Theologorum Parisiensium sententia, jam à trecentis & quadraginta annis in forum invecita, etiam hodie apud tribunalia magistratuum viget. Quin & ad crimina mixta porrecta fuit, scilicet ad adulterium, quod legem naturæ & matrimonij sacramentum violat, adeo ut in laicos adulterij reos animadverterent Episcopi veterum fuerit; ni desisterent, pœnâ indici *captivis temporalitatis*, ut patet ex Curie Parisiensis Arrestis latis anno MCCCXXXVI. & MCCCXXXC. De hac quaestione, in qua plurimi laborarunt, ex professo disseram in exercitatione de iudiciis canonicis in laicos; ubi eorum originem, progressum, & immutationem quæ hodie viget, & mutandi causas expendam. Hic tantum dicam in antecessum, olim censuris, cum maximè vigerent, locum non fuisse, nisi in certis quibusdam criminibus manifestis, de quibus dubitari non posset an inter crimina recenserentur deberent, ea lege, ut emendatio ecclesiastica nihil de seculari iurisdictione demeret. Itaque Christiani criminum omnium vindictam apud iudices publicos persequebantur; de contractibus, etiam injustis, nullo prætextu lis instituebatur apud Episcopos, in consequentiam juris evangelici; quia color ille conventionis inicit, dubium reddebat peccati accusationem. Quare si quando lites fidelium dirimerent Episcopi, à lege harum disceptationum arbitri dati, non censuris ecclesiasticis ad iudicatum exequendum victos adiebant, sed officio & apparitione iudicum, juxta legem Constantinensium. Parum abest quin solo rationis ductu ad veram solutionem pervenerit auctor anonymus, cui sola defuit cognitio antiquæ disciplinæ, ne rem ipsam omnino assequeretur. Hæc sunt ejus verba: *Miles. Ego ostendam vobis secundum Paulum, ubi vestra cognitio debet incipere. Principes suo jure de iusto & iniusto cognoscant, & eis debentur arbitria, sicut precipitur Deuter. 17. & eorum*

Ioan. Paris. de re-
vel. Regia de Pa-
public. 12.

Vide secundam
professionem Inno-
cent. 2. c. 7.

Vide Alamanum
de pœnit. ecc. 12.
Innoc. 2. c. 10. & 11.
& 12. c. 1. & 2. c. 1.
Innocent. 3. c. 1.
Innocent. 4. c. 1.
Innocent. 5. c. 1.

T. 1. Lib. 1. op.
16. N. 2. 1.

Vide R. Gualdum
de Mat. ad
Novas Hæreses.

Auctor allegorizans
Clement. 12. c. 1.
Ibid. anno 1200.

Maximus in d. 10.
de Novis. V. Ho-
minum in d. 2.

Durandus d. T.
78.

Groll. Groll. 1.
d. 1. c. 1. & 2. in fine
Dialog. 1. Paris.
Ioan. Groll.
1. c. 4. in fine ip-
sio.

officium est iudicare & coercere resistentes. Si quis autem tumens superbiâ non obedierit eorum imperio, nec Princeps, cuius fuit officium iudicandi, habet potestatem resistendi vel coercenti, tunc incipit vestra cognitio; quia tunc accedere debet vestra monitio, dicente Paulo ad Tit. c. 3. Admones illos Principibus & potestatibus subiectos esse & subditos. Vbi autem maleficia & scelera manifesta sunt, veluti prada, rapina, & similia; nec est Princeps qui possit, aut velit corrigere; tunc accedere debet monitio, & demum vestra potestatis iunctio: sed non de iusto & iniusto cognitis, quia de hoc non debetis cognoscere, aut manum ad hoc apponere. Sed cum manifestum fuerit, aut per sententiam juris, aut evidentiam sceleris, qua nullo eget cognitione, tunc poterit ad vos ea, modo & forma de quibus dictum est, perire, ad vestrum finem, videlicet spirituales, absque aliquo quaesito, debite monitis, volentibusque, aut impotentibus seculari Principibus. Aliis, si propter peccati colligationem vultis de cæsis præsentatis cognoscere, non restat nisi foret Principum claudere, silere leges & decreta Principum, & vestra sola reformare.

VIII. Ceterum Bonifacium VIII. a sententia decessorum suorum deflectisse videtur. Odus enim acererrimis inter eum & Philippum IV. accensus, eò proventus est Pontifex, ut Regem non solum anathemate feriret, sed etiam sibi subditum in rebus civilibus scripto denunciaret. quam sententiam edita extravagananti constitutione firmavit anno ultimo Pontificatus. Bonifacium animi morore confectum excepit Benedictus XI. & post annum interregnum Benedicto Clemens V. origine Vasco decimo quarto seculo in eunte successit. Hic verbis in decessorem permodestis, & ad Regis dignitatem efficacibus, contraria constitutione tam memorie Bonifacii sedisque apostolicæ auctoritati, tum regni Gallici iuribus consuluit. Hinc est, inquit, quod nos Regi & regno per definitionem & declarationem bona memoria Bonifacii Papa VIII. prædecessoris nostri, qua incipit Vnam sanctam, nullam volumus vel intendimus præiudicium generari, nec quod per illum Rex, regnum, & regnicula prælibari amplius Ecclesia sint subiecti Romanæ, quam antea excitebant, sed omnia in eodem esse statu quo erant ante definitionem præfatam. Status autem ultimus, quem inspicere oportet, petendus est in Decretali Innocentij III. qui Superiorem in temporalibus à Regia Corona Francorum amovit; etsi res ambiguas, & cognitionem de peccato, sedi apostolicæ vindicaverit. quod ultimum nostris statim à constitutionibus illis editis suscipere recurant, Plura de Bonifacii & Philip-

pi diffidio dixissim, nisi banc operam occupasset vir clarissimus Henricus Spondanus Episcopus Appamiarum in elaborato illo opere, quo Illustrissimi Cardinalis Baronij desinentes Annales excipiens, tribus voluminibus quatuor secularum ecclesiasticam historiam ad nostram ætatem integra fide & sollicita diligentia suis auspicijs describit, quemadmodum superiorum temporum epitomè Baronium expresserat.

ADDITIO

STEPHANI BALUZII.

CRUOBILISSIMUM illud Bonifacii VIII. & Philippi Pulcri dissidium, in ruinas & perniciem istius florentissimi regni evocatum, tot scriptorum & annalium monumentis celebratum est, specialitatem opere explicatum à clarissimo & amantissimo patriæ viro Petro Puteano, ut necesse non sit hæc à nobis eam camarinam rursus moveri. Verùm quia simul & illustrius est pro modulo nostro explicatum caput *Per venerabilem*, quam in hoc capite attulit illustrissimus Archiepiscopus, tum etiam ex ea occasione confutandum Bonifacium, qui in oratione quam anno MCCCXII. Romæ in publico Consistorio habuit pro confirmando Rege Romanorum Alberto (de qua supra meminimus in Additione ad caput primum istius libri) ausus est pronuntiare Gallos, dum aiunt se non recognoscere superiorem, mentiri, & nescire se ubi hoc invenerint, res postulare videtur in omnis ceteris argumentis quæ adduci possunt ad asserendum supremum Regem nostrorum in Gallias imperium, quo in argumento feliciter versatus est hic nobis Archiepiscopus. etiam id ostendamus auctoritate eorum qui vel 2vo Bonifacii vixerunt, vel certe non admodum remoti ab eo fuerit. Ac primum quidem responderi possit Gallos istud invenisse in Decretali Innocentij III. quam Bonifacius, canonici juris peritissimus, ignorare non potuit, cum esset in libro Decretaliano. Quod vel unicuique sufficere poterat Romano Pontifici pacto et non itato. Sed habemus præterea disertum Gulielmum de Montebaldino Iuliconfuti per sua tempestates celeberrimi testimonium; qui in commentario ad Clementinum Romanum, de Jurjurando, Regem Francorum scribit non recognoscere Imperatoris superioris; ad eamque rem probandam utitur etiam testimonio capitis *Per venerabilem*. Tum addit: *Iamvis tamen Theonicus non concedat his. Sed erat Almanus vel Theoricus. Unde faveo et eam & sanguis revelavit sibi.* In adis autem veteribus anni MCCCXII. quæ erant Parisiis in Camera Computorum, eam describitur ea quæ gesta sunt apud Valentiam Prid. Non. Martij inter Petrum Regem Aragonum & Raimundum Ruben Nuntium Jacobi Regis Majoricarum, qui ex pacto olim inito inter eosdem Reges urgebat Aragonum ut suppetias sibi ferret adversus Philippum Valesium Francorum Regem, qui Moniphetim urbem & alia quorundam loca ad Iacobum pertinentia occupaverat, dum hæc, inquam, describuntur, narravit inter cætera quomodo Aragonius responderit

C. Viam suam de maiori in scitu.

C. Mores de Præsidio in Civitate.

iniqua videtur postula Jacobi, ipsum quippe injuria voluisse private Regem Francorum supremo dominio quod ipsi competeat in ea loca, & tunc jure optimo ob eam causam illa occupasse; quidque dicitur Rex Francia, QUI IN SUO REGNO SUPERIORUM IN TEMPORALIBUS NON COGNOSCIT, pro tuitione juris & possessionis sue predestina juxta morem antiquum sui regni apposuit vel apposuit fecit manum suam regiam in vobis & vicariationibus supradictis &c. Reliquum est ut orationem Bonifacii, de qua superius locuti sumus, hec aliam ex veteri codice MS. Bibliothecæ Colbertinæ. Hactenus enim in lucem oon prodit.

ALLEGATIO

DOMINI PAPÆ BONIFACII
pro confirmando Rege Romanorum Alberto.

Affine tempus quo sol refulsit, qui prius interbat in nubibus Machabæorum ti. Fecit Deus duo luminaria magna, luminare majus, ut præcellet diei; luminare minus, ut præcellet nocti. Hæc duo luminaria fecit Deus ad litem, sicut dicitur in Genesi. Et nihilominus spiritaliter intellecta fecit luminaria perditæ, scilicet Solem, id est, ecclesiasticam potestatem, & Lunam, hoc est, temporalem & nupteralem, ut regeret universa. Et sicut Luna nihil lumen habet nisi quod recipit à Sole, sic nec aliqua terrena potestas aliquid habet nisi quod recipit ab ecclesiastica potestate. Licet autem ita communitate confusæ intelligi, nos autem accepimus hæc Imperatorem, Solem, qui est futurus, & hoc est Regem Romanorum, qui promovendus est in Imperatorem, qui est Sol, sicut Monarcha, qui habet omnes illuminare & spiritalium potestatem defendere, quia ipse est datus & missus in laudem bonorum, & in vindictam malefactorum. Per dies autem intelligimus bonos, & per noctem intelligimus malos peccatores & tenebrosos, juxta illud: *Dies dei erunt verbum, & nox nobis indicat scitiam*. Per dies autem intelligitur potestas ecclesiastica seu terrena, juxta illud: *Dies firmabuntur, & nemo in eis*. Quia non possunt dicere: Ego Pauli, ego sum Apollus, sicut enim à Christo Christiani dicuntur, sic à Christo & Christi Vicario successore Petri fortantur & defenduntur omnes dies, hoc est, omnes potestates; & nemo in eis, quia non possunt dicere, ego Pauli, ego sum Apollus. Sed omnes sunt à Christo & à nobis tanquam à Vicario Jesu Christi. Unde hæc nota & scripta sunt, quod Vicarius Jesu Christi & successor Petri potestatem imperij à Grecis transtulit in Germanos, ut ipsi Germani, id est, septem Principes, quatuor Laici, & tres Clerici, possint eligere Regem Romanorum, qui est promovendus in Imperatorem & Monarcham omnium Regum & Principum terreorum. Nec insurgat hæc superbia Gallicana, quæ dicit quod non recognoscit imperatorem. Mentitur: quia de jure sunt & esse debent sub Rege Romano & Imperatore. Et nescimus unde hoc habuerint vel adinvenerint: quia constat quod Christiani subditis fuerunt Monarchis Ecclesiæ Romanæ & esse debent. Nec habent hoc à lege veteri vel nova, nec aliquo Propheta, vel Evangelio, vel Apostolo. Unde hic sicimus quod dicit Apostolus: *Et si quis evangelizaverit vobis aliud quàm evangelizamus, etiam Angelus de celo, anathema*

fit. Et nos volumus quod quicumque evangelizaverit aliud, anathema sit. Ille quidem, videlicet ecclesiæ in Regem Romanorum, prius fuit in nubilo arrogantie & ignorantie. Etenim non fuit devotus ad nos & Ecclesiam illam sicut debuit. Nunc autem exhibet se devotum & promptum ad faciendum omnia que volumus nos & fratres nostri & Ecclesiæ ipsius. Unde nunc venit & affuit tempus mittendum eis, sicut alibi dicit Apostolus: *At ubi veni plenitudine temporis*. Venit quidem tempus ut constituamus eum super gentes & regna, ut evellat & destruat, dissipet & dispergat, & edificet & plantet. In nomine Domini constituimus sic eum a die, non in hodie eternitatis, de quo dictum est filio, *Ego hodie genui te*, sed in hodie temporis. Sicut enim pater dedit filio potestatem non in tempore, sed in æternitate, sic Christus homini & Christi Vicario dedit potestatem in tempore, ut ipse habeat jus constituendi Imperatorem & imperium transferendi. Et attendant hic Germani, quia facta translatum est imperium ab aliis in ipsos, sic Christi Vicarius successor Petri habet potestatem transferendi imperium à Germanis in alios quoscumque, si vellet, & hoc sine jure injuria. Tamen dicit Sapiens: *Quod iustum est iuste exequetur*. Unde si subveniret iusta & legitima causa, iuste possit transferre, & iusta faceret, si eos privaret. Tamen hæc fuit semper patientia istius Ecclesiæ, quæ magis voluit eum de benignitate agere quàm de rigore, ut non privaret eos, læc iuste private potestatis. Et licet etiam multi essent defectus in electione istius, nos tamen volumus supplere omnem defectum, & magis de benignitate quàm de rigore supplementum de plenitudine potestatis. Unde electionem de ipso factam approbamus & ratificamus. Et quia, sicut dicitur in jure, ratihabito retrotrahitur & mandato comparatur, hodie vicissimus & iobocamus omnes actus quoscumque fecit à tempore ipsius electionis: dum tamen sunt alius iusti & legitimi, quia iniusta nec illegitima non approbaremus nec approbare debemus. Et hoc facturus, quia de eo bona præsumimus in futurum, quia, sicut dicitur in Thobæa, boni patris filius est, unde & alibi: *Sape filius filius similis est patri*. Pater vero filius Radulphus, catholicus, fidelis, & devotus isti Ecclesiæ, homo verax & veridicus. Unde vulgariter dicebatur in tota terra illa, quando aliquis decipiebatur in premissis: Non habet veritatem dictum istius sicut dictum Radulphi Comitis. Si autem ipse vellet constantiam facere, non possit: quia nos non habemus alias nec manus ligatas, nec pedes compeditos, quin bene possimus eum reprimere & quomcumque alium Principem terreorum. Quidam enim Principes faciunt colligationes suas. Et audacter dicimus quod si omnes Principes terreni essent hodie colligati contra nos & contra Ecclesiam istam, dum tamen nos haberemus veritatem & staremus pro veritate, apprehenderemus eos unam festucam. Et sine dubio si veritatem & iustitiam non haberemus, bene timeceremus. Sed alius omnes confundere, & veritas confunderet eos. Unde hodie de isto, quem hodie præsumimus, dicimus quod dicit Petrus in epistola huiusmodi temporis. *Servi, subditis estote Regi tanquam præcellenti*. Ille est Rex præcellens super omnes Reges, & nullus est ab eo exemptus. Et ibidem: *Deum timeo, Regem honorificite*, quia simul hæc est Rex, ab omnibus tanquam præcellens timendus & honorificandus. Et bene subiunxit: *Regem honorificite*: quia simul hæc est Rex ab omnibus tanquam præcellens

cellens timendus & honorificandus. Igitur faciat bene Rex. Quia si bene deservet & recuperet jura sua & jura regni & imperij, audacter dicimus quod nos defendemus plus jura sua quam nostra, & hoc contra quemcumque de mundo, & per nos firmabitur sententia sua & non recedet. Ipse verò misit huc procuratores suos, qui sunt hic presentes, cum plenario mandato jurandi in animam suam & sciendi & exhibendi nobis omnia quae per ipsum sunt facienda vel exhibenda, & volumus quod praedicta faciant sicut est consuetum.

illis foveantur. quae omnia singillarim perstringemus.

II. Sanè nullam penes Principes spirituales auctoritatem esse in confesso est apud omnes; cum ligandi & solvendi potestatem & pascendum ovium curam Petro & Apostolis Christus tribuerit, & iis quos ipsi hujus ministerij participes facturi essent. In quo nulla Regum mentio: quibus haec potestas asseri non potest, quae omnem naturae ordinem exsuperat, nisi disertissime illis à Deo collata sit. Christus quidem cum Ecclesiam suam institueret, Regum dignitatem non laetit, sed eam non auxit. Reddite, inquit, quae sunt Caesaris Caesari, quae sunt Dei Deo. *Cum vix audis*, inquit Chrysostomus, *reddenda Caesari quae sua sunt, illa solum dici non dubita quae pietati ac religioni nihil officiant. Nam quod fidei ac virtuti obest, non Caesari, sed Diaboli tributum ac vestigal est.* Imò verò Apostolus gladio Principem accingit ad scelus vindictam, non ad huius canones sanciendo; ira ut palatium & tribunal ad eum pertineat, non autem Ecclesia & Cathedra Petri.

Crossi An. 71. in 34619.

III. Enimvero quia referri contra potest, in ipsis Ecclesiae primordiis Imperium penes infideles fuisse, qui hostes fidei cum essent, nil mirum si nulla regenda Ecclesiae cura illis fuerit commissa; sed cum Reges nutriti facti sunt Ecclesiae Christianae, ac futurum praedixerat Ista, in signum injuriam fieri Principibus Christianis, si eam in Ecclesia potestatem illis denegemus, quam Reges Iudaeorum in Synagoga obtinebant. Itaque ut sincerius hujus questionis disquisitioni instruat, Pontificum & Regum dignitatem in Republica Iudaeorum expendemus, ut sciatur quid juris in Principes Christianos à Synagoga derivari possit. Iudaeorum Rempubliam suis constitutionibus in Arabum desertis fundaverat Moses; quae deinde in Iudaea devicta locum suum habuerunt. Totum corpus è Rege, Pontifice, Sacerdotibus, Levitis, & Consiliis ita compactum est, ut regnum sacerdotale diceretur. Distincta quidem erant munia Regum & Sacerdotum, sed non iis finibus quos in Ecclesia Christiana observamus. Belli gereodi & Imperij administrandi ratio ad solum Regem pertinebat, ut sacrificiorum rerumque sacrarum in templo administratio penes Pontifices erat. Quae verò de rebus sacris & profanis oriebantur contentiones, ad Regem, ad Pontifices, & Consilia devolvebantur, ita ut quaedam esset jurisdictionum commixtio. Quod paulò uberius explicandum est, ut Respublica Iudaeorum cum Ecclesia Christiana in hac

Vide Iohannem Blaeu ad hunc locum pro de Francorum pro de Germania.

tand. 17.

C A P V T I V.

Synopsis.

I. Insuper controversa, an liceat Principi de rebus ecclesiasticis leges ferre. qua in partes aliquas dividitur.

II. Spiritualis potestas Apostoli & eorum successoribus collata. in Reges non manavit: quorum jura Christus quidem non laetit, sed nec etiam auxit.

III. Quod non solum de infidelibus, sed etiam de Christianis Principibus intelligendum. Palatia Synagoga dicuntur. ut sciatur an jura Regum Iudaeae enumerari possint Regibus Christianis. Iudaeorum Respublica constituta à Mose. à Rege. Pontifice. & Consiliis. Quod differat à Christianorum statu. ut totò capite explicatur.

IV. De Rege in favorem constituendo discretum in lege Mosi. Non ergo in penam datus Principi. Exprobata est ratio peccandi Regem expulsit Samuele, non ipsa peccata. Reges ante sacra auguro à Mose confecto, quo Pontifices & vasa sacra augurantur. Discrimen unionis Regis & Pontificis. Honor delatus Regi, ob unionem. à Pontifice & Propheta.

V. Rex sedebat in secretioribus atriis, sanctis sacerdotibus. Non solum res civiles, sed etiam religiosas tractabat, quod probatur exemplis. Idque ab eo tractatum ratione unionis.

VI. Pontificis inauguratio & manus in sacrificiis peragendis quotidie, & in adeundis quotannis salenni die à dyis templi. Quia lepra percussit, quid sacerdotum manus usurparet.

I. AN Principi liceat de rebus ecclesiasticis decernere, magna contentione disputatur: in quo gravissimè peccatur à quamplurimis, qui praefractè & abscisè in alterutram partem hoc vel negant, vel asserunt. Cum enim haec tractatio in varias species deducatur, distinctione adhibita est peragenda. Ac primò quidem res ecclesiasticae in duo summa genera dividuntur, nempe io ea quae regulam fidei, & in ea quae disciplinam respiciunt. Disciplina autem vel in facrorum ministerio versatur, vel in Cleri politica & censura, vel in Ecclesiarum divisione, aut bonorum ecclesiasticorum administratione. Quae dixi, materiam legum respiciunt. Leges autem ipsae de his rebus aut ex mero Principis imperio feruntur, aut in eum finem, ut Pontificum & synodorum decreta legibus

quidem parte accuratis conferti possit.

IV. Moyses Maimonides Iudæos tria mandata à Deo accepisse observavit. Vnum, ut Regem constituerent; alterum, ut Amalekitas delerent; tertium, ut templum conderent. Quæ quidem longo intervallo, & diversis temporibus, sed eo ordine confecta sunt, quo iustæ erant. Quippe Rex creatus fuit antequam Amalekitæ intereptione delerentur. tum verò, postquam infandæ gentis istius obliterata memoria fuit, templum extructum est. De rege Israëlitis dando cogitavit Deus, quòd omnes in vicino gentes sub unius Imperio viverent, ut disertè scriptum est Deuteronomij capite XVII. Suerum enim regibus Orientem graviter monet Claudius Civilis apud Tacitum. Itaque non est quòd ex eo capite immunitum eant Regibus majestatem, qui Reges in penam Israëlitis datos docent, cum pareat res Iudæorum ab initio ita constitutas à divino numine fuisse, ut Regis imperium illis esset subeundum. Quòd cum ita sit, futurumque Regem pro genio & indole illius populi Deus edixerit, querendum est, cur summam rei à Samuele ad Regem aliquem transferri indignè tulerit. Expedita est responsio, quam vir cordatus Moyses Ægyptus protulit; non exprobrasse Samuelem Israëlitis quòd Regem expetere, sed quòd Samuelem imperium exosi, querelis & leditiosis vocibus Regis constitutionem urgerent, factione extorquerent quod petuum oportuit, ea mente ut legis præcepto fieret factis. Regum autem conditionem, unctio nis cerimonie sacraverunt. Quæ unctio tantam majestatem illis conciliavit, ut sacrosancti in terris haberentur. Etenim unguentum quo ungebantur, confectum fuit semel à Mose è quatuor speciebus aromatum: quod vase corneo inclusum, ad unguendos Reges, Pontifices, arcam testimonij, mensam, candelabrum, utrumque altare, labrum amplissimum, ipsum tabernaculum, & vasa Sanctuarij, per novem secula usque ad Iosifæ Regis tempus sufficit. Quamquam Reges in capite ad coronæ formam ungerentur, summis autem Pontificibus in capite oleo perfusis, etiam inter supercilia crucicula X. unguento effigiaretur, ut notat Maimonides. Samaritæ novitios Reges balsamo tantum inunxit Elias; non unguento illo sacro quod diligenter asservabatur in Templo Hierosolymitano, cum quo nullum erat commercium Samaritis. Quantam verò dignitatem Regi contulerit unguenti sacri delibutio, è Talmudicis retulit ille quem laudavi Moses, qui docet decretum fuisse ut Pontifex Maximus Regem

veneraretur, & stare adventante Rege, locumque illi suum cederet. E contrà Regem non stetit præsentè Pontifice, nisi cum oraculum Vrii consuleret. Præterea si quis è Prophetis ad Regem accederet, humiliter se in terram coram Rege submisisset, exemplo Nathan, qui coram Davide ore prono procubuit in terram.

V. Nec etiam illud omitendum est. Regem solum in sacratoribus atrij spatij fuisse. Divisum quidem erat atrium in duas partes, ita ut hæc Sacerdotibus, illa populo esset assignata; intra præscriptos tamen terminos, Sacerdotes stantes manebant. Senatoribus verò Sanhedrin sedentis jus fuit, sed in medio ejus spatij loco quem vulgus occupabat. Præterea ex ista unctio profectum est ut Reges non solum res civicas domi militiaeque procurarent, sed etiam ea tempestate religiones ceremoniasque constituerint, aut restauraverint. David Rex octo Sacerdotum stationes à Mose constitutas (è quibus quatuor ab Eleazar, totidemque à Ithamaro, gentem suam duxerant) sexdecim stationibus auxit, ita ut viginti-quatuor stationibus sacrdotiorum ordo esset distributus. Harum seriem recitat Iosephus: quæ ita vices suas ferebant, ut linguæ Hierosolymam venirent per hebdomadam integram, sacris operaturæ. Has stationes *ἱεραμείας* B Lucas appellat. Levitas in classes viginti-quatuor idem Rex edicto suo divisit, ut facilis Sacerdotibus ministeria sua impenderent. Totidem familias alias Levitarum instituit, qui voce & organis inter sacra canerent, totidemque stationes ædi-tuorum. Eadem cura Salomonem incesit, ne ceterus Reges enumerem, qui rerum divinarum curam gessere. Quòd ab iis jure regio tentatum est, non autem eo nomine quòd Vates essent, ut vulgò dici solet. Si enim Davidem excipias, & fortè Saulem, ceterorum nemo inter Prophetas recensitus est. Sed Salomo, Iosaphat, Ezechias, & Iosias jus & potestatem in Pontifices & in res divinas exercuerunt, quòd sacro unguento essent delibuti.

VI. Proximus à regia dignitate honor in Summis Pontificibus effulsit. E sacerdotibus familiis unà tantum pontificalis exitit, ex instituto Moysi, unde delectus Summus Pontifex: qui sacra unctioe & Pontificia veste inaugurabatur primùm, sed post restaurationem templi, sacro oleo deperdito, solius vestis amictu initiatus est. Sacerdotum munus in universum hoc fuit, ut victimas in templo caderet, vota pro populo offerrent; Levitarum autem, ut

Sigon Casari de
Reipublica Iudæo-
rum.

Dion. 17.

Tacit. lib. 4.
Hist.

Vide secundam
Præfationem Mos-
ca. p. 1.

1. Paral. c. 13. &
28.

2. Paral. 2.

1. Paral. 19. 15.
& 11. & 11.

fascificantibus Sacerdotibus ministrarent, arcam ferrent, & cetera id genus exequerentur quæ libris sacris prodita sunt. Sed Sacerdotum quidem ceterorum divisa functio erat per vices, ut dixi. Soli autem Pontifici, ut docet Maimonides, omnia sacra & omni tempore obire fas fuit, nullo stationum ordine servato. Præcipuum autem munus Pontificis in eo versabatur, ut templi adyta intraret, quæ sancta sanctorum Hebræi appellant, solenni scilicet expiationum festo, quod die decimo mensis Tisri quotannis celebrabatur. Neque enim alio tempore, neque aliâ ob causam, visere potuit secretissimum locum. Altare incensi velo separatum fuit ab ipsis adytis, ubi erat arca testimonij. Quotidie in hoc altari adolebat thura Pontifex; sed intra velum non adibat, nisi quotannis solenni die. Totâ isthæc sacrificiorum peragendorum ratio Pontifici, Sacerdotibus, & Levitis adeo erat addicta, ut Regibus nihil in ea parte liceret. Quare Ozias lepra percussus est, quod Sacerdotum ministerio injuriam faciens, incensum in altari adolevisset. Tractare itaque sacra manibus suis Reges non poterant, sed jure suo munus paritionem & executionem familiis Leviticis indicere.

b. P. 10. 11.

V. Eandem rationem sequitur Christus in Republica Christiana insinuanda. Res spirituales solum Petro commisit. Cetera reliquit Casari. Injuriam si Pontifici & Regi, cum à Republica Judæorum argueretur proutur. Quæ in Synagoga permixta erat rerum sacrarum & civilium jurisdictio, apud nos est distincta.

I. **Q**UOD attinet ad judiciorum ordinem, Regibus quidem permixta erat judicandi potestas, ut & belli gerendi, sed graviora quæque Synedrio communicabant. ut nullum apud me dubium sit, quin decreta Regum, quorum superius memini, de ordine Levitarum, & de ceteris rebus sacris, de consensu magni Synedrij sint statuta. Hoc Consilium à Mose, Dei jussu constitutum fuit & septuaginta viri Israël, in quos effusa est pars spiritus illius principalis, quo instructus Moses populum regebat. Adfessorum numerus unius erat supra septuaginta, Mose adjecto. Id Consilium usque ad extremam Judææ desolationem mansit in urbe, ejusque sedes in ipso sanctuario fuit. Septuaginta autem illi Senatores non è plebe lecti, sed ex iis familiis quæ amplitudine majorum & splendore commendabantur; Sacerdotibus & Levitis, æquè ac ceteris, in hunc cæterum adfictis. Hæc verò dignitas nemini data est sine actu legitimo, id est, impositione manuum; ad exemplum Moysi, qui Josue & LXX. senioribus manum imposuit. Hæc autem manuum impositio tandem cessavit, eique formula quædam certis verbis concepta successit, qua illi Senatores initiati sunt. Ab hoc Senatu non erat provocatio. Quinimo quidquid à ceteris magistratibus decidi non poterat, ad horum jurisdictionem pertinuit.

II. Qui auctoritate præcelleret, duo fuere; Princeps Confessus, quem *Nasi* vocabant, à ceteris delectus, qui Moysi locum tenebat. Inter ceteros, qui præstabat aitate, primum locum ad Principis dexteram obrinebat, quem *Patrem Consiliorum* appellabant. Ceteri sexaginta novem sedebant ordine dignitatis & promotionis. Conveniebant quotidie, & confidebant à matutinis horis usque ad vesperam; hac lege, ut cuique pro suorum negotiorum ratione abelle aut abire liceret, dummodo tertia pars Consilij, id est, viginti tres supersessent. Senatus ille de rebus præcipuis cognoscebat, religionem & rempublicam attinentibus; verbi gratia, de controversiis legalibus, anno intercalari, Pseudopphetis, Apostatis, de Rege, Pontifice, bello, sacerdotibus, legatis, vesticibus, publicis aedificiis, magistratibus inferioribus, & ceteris ejusmodi. Ex eo autem quod Senatus ille

C A P V T V.

Synopsis.

I. Iudicia Regi permixta: sed majora negotia ad Synedrium pertinebant. Id confirmatum à Mose. E viris LXXI. Senatores lecti à splendidioribus familiis & Sacerdotibus ac Levitis. Ferebat collata manuum impositio, deinde verbosum formula. Ab hoc Senatu non provocabatur.

II. Princeps confessus à ceteris delectus, Pater Consiliorum. Quotidianus conventus. Cognitio de Religione & Republica. Pontifex adlectus in hoc Consilium. Regem castigabat panâ ecclesiasticâ, Pontificem aliquando capite.

III. Præter Synedrium, duo alia Consilia Hierosolymis, & in ceteris oppidis Judææ, quæ reliqua negotia adirinebant. Synedria Rex non intererat; sed in rebus arduissimâ consulebat, ex Iesephe. Palæstra Judææ permixta in iudiciis reddendis; sed divisa in ministerijs belli, & regendi Republica, quæ Regi, & sacrificiorum, quæ Sacerdotibus competeant. Levitis adiuventi ad rerum civilium curam.

IV. Synedrij potestas à Romanis paulatim immineat; & post Archelai relegationem omnino extinguitur, quæ res civiles. Sola controversia legales illi relicta.

V. Usurpatio Romanorum, quæ Moysi potestatem evererat, à Christo confirmata. De tribuitis, & de censu Judæarum, aliqua nondum accuratè explicata. Fuit successus Christi, postea Cesaris in Judæa quædam res civiles constituta, & à Synedrio ablata.

divino imperio à Mose institutus est, Iudices à Mose & Davide *Dy* vocantur, & iudicia dicuntur *Iudicia Dei*; qui non Principis vice, ut in ceteris imperiis, sed divinâ iudicabant. Pontifex sæpissime in Confessum illum adficebatur, si alias sapientiâ polleteret. Alioqui, nisi à Collegio admissus fuisset, iudicia rerum nec sacrarum nec civilium artingebat. Et ut nostris verbis res iudicatas explicem, quæ erant *ordinis* exquebatur, non quæ *iurisdictionis*. Quod autem dixi de Rege iudicium tulisse magnum Synædrium, non ita intelligendum est, ac si de ejus capite ac dignitate iudicaret, cum solius Dei iudicio ea in parte subjaceret, ut è Davide notant veteres, sed de violata lege, cujus pœna erat furtium privata castigatio, eo tamen modo infligenda quem ipse Rex damnatus ad illud *Synædrium* ecclesiasticum præscripsisset. Quod poenitentis genus illi responderet quam hodie *Disciplinam* voce ostentantis abhinc annis in eum sensum usurpata vocamus. Pontifex autem non solum eodem ritu cædi, sed etiam capitis damnari à Synædrio poterat.

III. Duo Consilia, præter illud magnum, Hierosolymæ confidebant, quemadmodum & in ceteris Iudææ oppidis, è viginti-tribus Assessoribus compolita, qui de capite & fortunis civium iudicabant, exceptis causis illis quæ ad magui Sædrii confessum referebantur, duorumque generum erant, ut dixi, tum sacrarum rerum, tum civilium disceptationi accommodatæ. Rex in Senatum quidem illum non cooptabatur, ne suffragiorum libertatem præsentia sua infringeret; sed eum in rebus arduis consultabat. Hoc est quod inter Moses instituta Iosephus posuit: *Nihil agit Rex nisi de Pontificis & Senaturum sententia*. Itaque, ut initio monui, regnum Iudæorum sacerdotale fuit, id est, ejus cura tum in iis quæ religionem & ceremonias respiciunt, tum quæ civilium rerum administrationem, viris lectissimis tam è Levitico genere quam è ceteris tribubus, fuit commissa, sola belli gerendi & regni constituendi ratione excepta, quæ Regi, excepto quoque sacrificiorum ministerio, quod Pontifici, Sacerdotibus, & Levitis præcipuo jure competebat. Sanè in secundo Chronorum libro Iosaphatus Rex, cum Zebadiah iis negotiis præficeret quæ ad Regem atque ad populum Iudææ pertinebant, etiam Levitas ei adjungit, qui in partem curarum veniant. Et multo ante illum, David Rex Hasabie, & Ierix, eorumque agnatis, qui Levitæ erant, imperium & potestatem in tribus Benjamin, Simeonis, Iudæ, Ruben, Gad, & dimidiam

tribum Manassis dedit, atque res tam divinas quam regias gubernare iussit.

IV. Post urbis templique restaurationem, imperium quod penes Davidis posterum fuerat, gens Levitica primùm Pontificis nomine, deinde Principis sub Machabæis assumpto, usurpavit. Aristobulus, posito Principis nomine, Regem se tulit. Ita tandem post Sedeciam extinctum Reges iterum Iudææ accepit, sed Levitas, quorum nictimus Antigonus fuit. Herodes Idumæus regnum à Romanis tenuit, & extincto Asamonzorum sanguine, repressisque septuaginta sensibus, patria Iudæorum instituta imminuit. Itaque quæ de Consilij magui seu Synædrii auctoritate dicta sunt, ad eam tempestatem referre oportet, cum Iudæa nondum Romanum victorem acceperat. Multa enim Gabinus Proconsul Syriæ, tuus accessio erat Palæstina, retinendæ dominationi refixit; Synædriique viribus dissipatis, quinque Synædria pari auctoritate in totidem oppidis constituit. Quin & Iudæa in provincie formulam redactâ, quod tentatum ab Herode fuerat, post relegationem Regis Archelai est peractum, scilicet, ut imperium totius Palæstinae optimo jure esset penes Cæsarem. Quod relictum fuit Synædrio Hierosolymitano, in quæstionibus legis discutiendis versabatur; non autem in negotiis publicis dirimendis, quæ potestatis fuit penes procuratores Cæsaris & Proconsules.

V. Ex iis quæ dicta sunt juxta Iosephi & Moses Maimonidis fidem, egregie illustratur vis illius effecti quod Dominus noster morosis illis Iudæis pronuntiavit: qui subdole agentes, quærebant an censum liceret pendere Cæsari. Aut enim neglecto jure quod Reipublicæ Iudæorum à Mose erat comparatum, de pietate erga patrias leges apud imperitam plebem periclitabatur; aut reus majestatis Cæsareæ fiebat, si de restituendo imperio à multis annis collapsa cogitaret. Illud enim Pharisæorum propositum fuisse existimo, (ut paucis sententiam meam in re alioqui involuta aperiam) non solum quærere an tributa pendenda essent, sed an liceret censum solvere Cæsari, hæcque locutione profiteri summum in Iudæam imperium esse penes Cæsarem. Infrumta enim & intempetiva fuisset hæc percontatio, an liberum esset Iudæis tributorum penitentione desungi; cum ab ipsis Alexandri temporibus nunc Syriæ Regibus, nunc Romanis tributa pendissent. Sanè cum Alexandro Magno Iudæus Pontifex fœdus pepigit, ea lege, ut seprimus quisque annus à tributorum exactione excusetur,

Veritas Scholæ de regno
Hæbet. c. 1.

Ioseph. narravit
de iudæis & Ioseph.
Antiq. lib. 1. c. 10.
2. c. 10. & 11. c. 10.
& 12. c. 10. & 13. c. 10.

1. Chron. 19. de 14.

Mach. 10. 18. R.
1. Mach. 10. 18. R.
1. Mach. 10. 18. R.
1. Mach. 10. 18. R.
1. Mach. 10. 18. R.
1. Mach. 10. 18. R.
1. Mach. 10. 18. R.
1. Mach. 10. 18. R.
1. Mach. 10. 18. R.
1. Mach. 10. 18. R.

nullaque vis inferretur patris legibus, teste Iosepho. Per Pompeium deinde vestigales facti sunt Romani Iudæi, sed anni septimi indulgentiam eis coegit Iulius Cæsar, ad exemplum Alexandri. Pulsis Assamoneis, Herodem Iudæi Regem imposuit Augustus, non omiſſa tributorum exactiōe, quæ à tot annis sine querela tolerata erant, Iudæorum legirimis Regibus horum mone- rum functioni non renitentibus. Imò verò, ut rectè observavit Hieronymus, *Cæsar Augustus Herodem filium Antipatri alienigenam, & profelytum, Regem Iudææ constituit, qui tribuitis præcessit, & Romano pareret imperio.*

Quare non est quoddam viri docti lectionem Appiani sollicitæ, cum scribit ab Antonio ad bellum Parthicum se accingente consti- tutos fuisse Reges Ponti, Pisidiæ, & Cili- ciæ, & Herodem Idumæorum, *in quibus præcipue Iudæus, sub conditione pendendi certi tributi.* Etsi enim Herodes optimo jure re- gnum Iudæorum obtineret, *animus esset, & ab eo nulla exigi posset administra- tionis ratio, eò quòd, ut rectè monet Antonius, concessa dignitate & auctoritate regia, illius etiam ulus concessus videatur, hoc non impedit quin antiqua vestigalia tempore Assamoneorum Regum consueta, exsolvenda essent Cæsari à Iudæis, ur- gente Herode per apparitores & milites suos.* Unde tributorum exactores *Herodiani* dicti in Evangelio, etiam post obitum He- rodis. Tandem Archelao Rege Herodis filio in exilium pulso, bona ejus fisco adju- dicata sunt; Iudæaque in provinciam reda- cta, Syriæ accessio fuit, & Cæsari attributa. Tunc Iudæi capite censi sunt, teste Hieronymo, integrumque Regis imperium in Cæsarem translatum. Quirinus enim Sy- riæ præses novum censum egit in Iudæa, tributa agris imposita auxit, & capitatum didrachmum indixit. De utraque functione capiendus Appiani locus in Syriacis, qui duriorum in Iudæo fuisse capitacionem scri- bit, præ tributis quæ è facultatibus exige- bantur: *Ἔτις Ἰουδαίους ἀποδοῦναι ἐστὶν τὸν οὐρανὸν βασιλέως ἢ ἀλλοῦ ἀρχόντου.* Censui specialiter dicebatur nummus solvendæ ca- pitacioni, apud Hefycybiū: *Κένος αἶδος νεμύρατος ἑτεροπάλαια.* Apud Iudæos didrachmum seu semicelus pro capitacione pendebatur Cæsari; ut docet unicè locus ille apud Matthæum, ubi Christus pro se & Petro staterem seu quatuor drachmas solvit didrachmi exactoribus. Interrogatio enim Christi, à quibus Reges terræ acci- piant tributum, satis evincit didrachmum illud pertinuisse ad functiones publicas, non autem ad capitacionem illam sacram

semiceli seu didrachmi, qua quotannis Templo inferenda erat ex lege Mosis. Ad bujus exemplum constitutus est Censui Cæsarianus, qui propriè dictus Censui, unde pecunia, quæ capitatio pensabatur, *Numisma Censui* dicitur in Evangelio. non quasi aliquod peculiare monetæ genus ad Censui solutionem caderetur, sed quòd pecunia Cæsaris nomine percussa in eam rem impenderetur. In hoc negotio tria occurrunt quæ nova & acerbissima Iudæis videbantur. Primum est, non tributi solutio, quæ solennis erat Iudæis ex quo vestigales exteris esse coeperunt, sed ejus incrementum, & pensatio census per capitacionem, quæ visa est imminuere libertatem personarum, quam inviolatam hucusque conservaverant. Secundum, Regni Iudæici extinctio, quod à Iudæis translatum est ad Cæsarem, cum ex legis Mosaicæ præscripto Rex è fratrum & Israëlitarum cœtu deligendus esset. Licet autem vis illara fuisset huic legi ab Augusto, cum Herodem Iudæis imponeret, at profelytum saltem & religionis Iudæicæ mysteris initia- tum Regem dederat. Tertium est, sum- mum imperium, quod pleno jure in Iudæa Cæsar exercebat. Non enim Regem Iudæorum formulis legis Mosaicæ & judiciis Synedrjæ districtum, sed Cæsarem Tiberius agebat, & eadem jurisdictione utebatur, qua in ceteris provinciis. Quare census pensatio quæ Cæsari fiebat, professio erat apertissima & Iudææ ad formulam pro vincia redactæ, & (summi imperij quo Cæsar potiebatur in Iudæos. Inspecto ergo numismate census, *Redditæ*, inquit Domi- nus, *quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo.* Quo oraculo non solum census pensatio confirmata est, sed generalibus verbis sancitum est imperium Cæsaris in Iudæam, & secretio duarum potestatum constituta, ita ut nec Pontifici nec magno Synedro jus aliquod residuum fuerit in civili- um & criminalium causarum majoris momenti discussione, nec Cæsari in cognitione rerum sacrarum, ut patet ex variis locis Novi Testamenti.

V I. Quare non est mirandum, si Chris- tus, cum Republicam Christianam insitueret, eam rationem secutus fuerit in potestatum divisione, quam verbis suis religio- sè firma verat. Petro namque & Eccle- siæ, non familiz circumscribendæ arbitrium, quod à suo munere alienum esse ipsem testatus fuerat, neque regiam dominacionem, quæ Gentibus rantam comperer, quàmque Cæsari discretis verbis addiderat, sed ligandi solvendique animas pontifi-

Illud enim Censui. Censui capere censuram, non Censui, ut Iudæis esset solutio.

Titum Pontifex Lib. 2. Tit. 1. Appianus lib. 1. Hel- lot. c. 10.

Herod. Herode- ne, ut dicitur, in- dicitur Herode.

Hieron. In cap. 17. Item. Post Au- gustum Cæsarem Iulius fisco ad- judicatus. & ante capitacionem.

Matth. 17.

cium, claves regni cœlorum non verò terreni, & pascenda oves commisit. Itaque non bene merentur de Romano Pontifice, neque de Regibus Christianis, qui auctoritatem barum dignitatum in Ecclesia Christiana ex institutis Judaicis metiuntur. Neque enim Pontifex Maximus rerum sacrarum jurisdictione vi pontificatus potiebatur, sed tantùm ut unus è collegio magni Synedrij, si in id adlectus fuisset suffragij Senatorum. Neque penes Reges Indorum adeo soluta & libera erat rerum administrandarum potestas, quin à magno Synedrio sapissimè in rebus controversis penderent. Et ut rem uno verbo expediam, nulla potest, in hoc quidem capite, institui comparatio inter Synagogam & Ecclesiam: quia que apud illam erant permixtæ & confusæ jurisdictiones, apud banc sunt discretæ & omnino separatæ.

CAPVT VI.

Synopsis.

I. Inquiritur quid liceat Principibus circa res ecclesiasticas. Controversiæ fidei legibus suis dirimerentur non possunt. Probatur exemplis, & rescripto Theodosij.

II. Item Valentiniani rescripto, & rescriptis.

III. Et ex Ambrosio, & Concilio Aguilensij.

IV. In Conciliis interesse poteram Principes, ubi agebatur de fide. Explicatur rescriptum Theodosij, quo agitur de fide. Cur laici possint interesse tractandis fidei, ex Nicolao & Olyva Synodo.

V. Rejellitur à Maximo Abbate Græcorum opinio, qui Principes sui sacerdotij & de dogmatibus statuendi vindicabat. Imperator inter laicos retentus in precibus sacrificij, sus decendi & vitulus Episcopum narcha tributa à posteris ut Græci. Quod alienum à mente veterum docetur ex Theodoro.

VI. De risibus & ceremoniis decernere non potest Princeps. Notatur Iulianianus.

VIDEAMUS ergo absque ullo veteris legis præjudicio quid Principibus Christianis liceat circa res sacras & ecclesiasticas. Quod expendere oportet juxta divisionem initio capitis superioris propositam, non tantùm ratione habita ejus juris quod Libris Decretalium continetur, sed etiam inspectis veterum Conciliorum & antiquorum Patrum hac de re sententiis.

Principes Christiani de rebus fidei controversis leges ferre non possunt, cum hæc sit Ecclesiæ Christi potestas, cui, ut columbæ, fidei Christianæ prædicatio secundum Scripturarum & veteris traditionis tenorem innotuit. Vnde per filium Arrij, non Constantinus, sed Synodus Nicæna discuf-

fit. Macedonium & Apollinaristas Occidentalium libellus & Synodus Constantinopoli coacta, non verò Theodosius Imperator, hæreses damnavit. Nestorij amentiam Synodus Ephesina, & Eutychetis delirium Chalcedonense Concilium, non Theodosius, aut Marcianus, anathemate perculerunt. Hoc apertissimè professi sunt ipsi Principes; ut in recertissima argumentis congerendis non sit opus. Sed quia minus sincerè, qui discussioni questionis nostræ insudant, quæ de una specie dicta sunt, ad omnes rerum ecclesiasticarum species extendunt, ideo aliquot locos prosumam, qui suis limitibus, coerceri debent, non autem ad alienam à mente auctorum sententiam torqueri. Hujus rei specimen præbebit Theodosij epistola ad Synodum Ephesinam: *Nescis est enim qui sanctissimarum Episcoporum catalogo adscriptus non est, illum ecclesiasticis negotiis & consultationibus sese immiscere. Sed dissimulantur superiora verba, quæ rem omnem ad fidei questionem restringunt: Caudis nam ad sacram vestram Synodum abire justissimum; sed ex lege, & conditione, ut cum questionibus & controversiis qua circa fidei dogmata incident, nihil quidquam commune habeat. Nescis est enim &c.*

II. Cùm Valentinianus Imperator ad Synodum indicendam sollicitus esset ab Episcopis Orientis anno ccccxiv. pro restauranda Confubstantialitate fide, quæ à Constantio pessumdada erat, præclarum hoc responsum dedisse testatur Sozomenus: *Sibi, qui unus à laicorum numero erat, non licere se ejusmodi negotiis interponere. Et ideo Sacerdotes & Episcopi, inquit, quibus hæc cura sunt, scorsim per se, ubicunque ipsi libitum fuerit, in unum conveniant. Quo responso ad legationem Hypatiani dato, Episcopi Orientales Lampſaci Concilium cogunt. Ex ista Valentiniani professione interdictas quidem esse Principibus fidei questiones apertè patet. Non inde tamen sequitur Imperatorem à se duxisse alienum ut Synodum indiceret, cùm è contrâ, disertis verbis, ejus cogendæ Episcopis gratiam faciat. Hic locus sincerè acceptus id tantum conficit quod dixi, non autem quod inde plurimi colligunt. Ceterùm quod verbo testatus fuerat, rescripto constituit, nempe fidei causas à Sacerdotibus esse judicandas. Exceptione hujus legis usus est S. Ambrosius, cùm recubabat de fide cum Auxentio disputare in Consistorio Principis: *Nec quæsum, inquit, contumacem me judicare debet, hoc cum offeram quod auxentia memoria pater tuus non solum sermone respondit, sed etiam legibus suis sanxit: In causa fidei vel ecclesiasticæ ali-**

Ep. Th. Syn. Epistolæ & Synodorum
lib. 1. c. 2. p. 10. ubi dicitur
Theodosius Imperator
ad Synodum Ephesinam
Epistolam scripsit
ubi dicitur
Nescis est enim qui
sanctissimarum Episcoporum
catalogo adscriptus non est
illum ecclesiasticis negotiis
& consultationibus sese
immiscere. Sed dissimulantur
superiora verba, quæ rem
omnem ad fidei questionem
restringunt: Caudis nam
ad sacram vestram Synodum
abire justissimum; sed ex lege
& conditione, ut cum
questionibus & controversiis
qua circa fidei dogmata
incident, nihil quidquam
commune habeat. Nescis est
enim &c.

Sozomen. l. 4. c. 2. p. 10. ubi dicitur
Theodosius Imperator
ad Synodum Ephesinam
Epistolam scripsit
ubi dicitur
Nescis est enim qui
sanctissimarum Episcoporum
catalogo adscriptus non est
illum ecclesiasticis negotiis
& consultationibus sese
immiscere. Sed dissimulantur
superiora verba, quæ rem
omnem ad fidei questionem
restringunt: Caudis nam
ad sacram vestram Synodum
abire justissimum; sed ex lege
& conditione, ut cum
questionibus & controversiis
qua circa fidei dogmata
incident, nihil quidquam
commune habeat. Nescis est
enim &c.

Ambros. lib. 1. c. 2. p. 11.

cujus ordinis eum judicare debere, qui nec munere impar sit, nec jure dissimilis. *Hac enim verba rescripti sunt. Hoc est, Sacerdotes de Sacerdotibus voluit judicare.*

III. Et quia in hunc locum incidimus, ne res aperta testium nube obscuraretur, satis erit unns Ambrosius, qui vehementi oratione sacrilegium istud à mente Principum dispellit. *Quando audisti, Clementissime Imperator, in causa fidei laicos de Episcopis judicasse? Ita ergo quodam adulatione curvamar, ut sacerdotalis juris sumus immemores, & quod Deus donavit mihi, hoc ipse aliis putem esse credendum? Si condendum est Episcopus à laico, quid sequetur? Laicos ergo dispartet, & Episcopus audiat; Episcopus discat à laico. At certe, si vel scripturatum sericum divinum vel vetera tempora retraheremus; quis est qui abnuat in causa fidei, in causa inquam fidei, Episcopus salere de Imperatoribus Christianis, non Imperatores de Episcopis judicare. Infrà: Si confrendum de fide, Sacerdotum debet esse iura collatio; sicut factum est sub Constantino augusta memoria Principe, qui nullas leges ante præmissi, sed liberum dedit iudicium Sacerdotibus.*

Huc trahi debent quæ in Palladium Episcopum, Arrianæ hæresos professorem, in Concilio Aquileiensi probrâ coniecit idem Ambrosius; quod Episcopus cum esset, ad sententiam laicorum provocaret. quod de causa fidei intelligendum est. *Est in multis impietatis deprehensus sit, erubescimus tamen ut videatur qui sacerdotium sibi vindicet, à laicis esse damnandus. Ac per hoc quoniam & in hoc ipso demandus est qui laicorum expectat sententiam, cum magis de laicis Sacerdotes debeant judicare, cum pronuntio sacerdotis indignum. Quare prudentissimè rescriptit Agapetus Pontifex Iustiniano Principi, qui Edictum aliquod de fide orthodoxa promulgarat, se illud laudare & amplecti: Non quia laicis auctoritatem prædicationis admittimus, sed quia studium fidei vestra patrum regulis conveniens confirmamus, æque roboramus.*

IV. Quamvis autem de fide nihil decernerent Principes, tamen exemplo Constantini Magni Conciliis adesse poterant, ubi de fide tractabatur, quæ communis est æquè laicis ac Clericis. Hoc præ se tulit Marcianus Imperator in oratione sua ad Synodum Chalcedonensem: *Nos enim ad fidem confirmandam, non ad potentiam aliquam exercendam, exemplo religiosi Principis Constantini, synodo interesse volumus, ne vel alterius populi preiis sussumibus separentur. Quare Patricius Florentius mandato Imperatoris Theodosij synodo Constantinopoli habitæ sub Flaviano contra Eutychem interfuit, quia tractabatur de fide, ut ait disertè Imperator in*

Rescripto: *ἐπιτὴν λόγος ἀξιωματὸς ἐστίν. Quæ non sunt accipienda eo sensu, quasi de fide tractare Florentio fuerit liberum; sed ut ostendatur, cur adversum regulas, quæ laicos à Conciliis arcent, licuerit Florentio interesse tractationibus illius synodi, nempe quia de fide agebatur. Sanè cum legerentur acta istius synodi, & interlucio Florentij recitaretur his verbis, Qui non dicit ex duabus naturis, & duas naturas, non credit rectè, retulit ille se nihil tale interlocutum. nefas enim sibi esse de dogmatibus decernere: ἢ ἢ ἐγὼ οὐκ ἔχω τὸ πάλαι διδάσκειν.*

Nicolaus I. rationem aperuit cur tractatus de fide interesse possint laici: *Dicite, quasumus, ubinam legitis Imperatores antecessores vestros in synodalibus conventibus interfuisse? Nisi forsitan in quibus de fide tractatum est, quæ universalis est, quæ omnium communis est, quæ non solum ad Clericos, veram etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet Christianos. Vos autem non solum synodo in causa Sacerdotis (id est, Ignatij) collecta interfuistis, verum etiam numerosa secularium milia ad videndum ejus approbium aggregastis. Vnde Synodus Orlavæ hærens veltigis Nicolai, fatetur Principibus liberum Synodis Oecumenicis interesse, cum de fide agitur; quamvis illos à ceteris Conciliis arceat, & ab ipsa fidei definitione, quam à Principibus omnino alienam esse diximus.*

V. Neque enim illam impietatem fovemus quæ magistratus Constantinopolitani ferebantur, cum editam Legem seu Typum à Constante Imperatore de unius voluntatis in Christo professione, Maximo Abbati, ut ei consensum suum præberet, obtrudebant. Etenim respondente Maximo non esse Principis partes ut de dogmatibus decerneret, *Quoniam Sacerdotum est quæcere ac definire de salutaribus Ecclesia Catholica dogmatibus; replicant illi: Ergo non est omnium Christianus Imperator, etiam Sacerdos. Tum retulit Maximus: Non est. Neque enim ad aliarum, neque post sanctificationem panis exaltatum dicens: Sancta sanctis, neque baptizet, neque christum confessionem patris, neque facit Episcopus, vel Presbyter, aut Diaconus; neque linis Ecclesiam, neque iudicia sacerdotij fert, super humeris filicis & Evangelium, quemadmodum Imperij coronam & purpuram. Deinde refellit argumentum adversariorum, qui ducebant exemplum à Melchisedeco Rege atque Sacerdote; quem ille typum immortalis Regis & Sacerdotis gessisse, nequaquam verò ceteris Regibus ad eandem dignitatem prævisse, ostendit, atque tandem ita sermonem istum claudit, ut doceat in Diptychis Ecclesie nomina Princi-*

Nicolaus I. in ep. ad Iohannem.

Officia Synodali in Episcopis etiam ad secularium magistratus non pertinet, nisi in rebus Christianis.

Collatio Maximali Otto Principibus in synodo anno 451. edita V. CL. R. P. Bernardus in Collectione Anselmi.

Vide Libellum Marcæ etiam Barrorensi.

Conc. Chalced. A. 4.

Ab. I. Conc. Quæ.

pum descripta cum plebe, non autem cum Clero, & eodem discrimine eorum memoriam in sacrificiis celebratam. *Verantamen quid volumus per multa discurrere? Iner sacras oblationes supra sanctam mensam, post Pontifices, & Sacerdotes, & Diaconos, omnique sacratum ordinem, cum laicis Imperatores memorantur, dicente Diacono: Et eorum qui in fide dormierunt laicorum Constantini, Constantis, & ceterorum. Sic autem & vivorum memoriam facit Imperatorum, post sacras omnes. Attamen tam serio momenti non cessit adulatio aulicorum. Nam haec eo dicente, clamat Memas: Hac dicens, fidiisti Ecclesiam. Manavit haec opinio, quamvis aliqua sui parte imminuta, in sequentis seculi Graeculos: qui sacerdotij munentibus Imperatores adeo implicant, ut ipsum docendi officium, quod Episcopis tam severè vindicat Ambrosius, Principibus suis foeda & demissa humilitate communicent. Balsamonis haec sunt verba: Audiant hi tam ad amplitudinem Imperatoriam, quam Patriarchalem officia docendi pertinere, propter nullionis sacra vim atque potestatem. Hinc enim nra venit ut fideles Principes & Imperatores catecheticis more cum Christiano populo colloquantur, aut sustinere faciant more Sacerdotum, & cum cetera duplici obsequent. Mox Imperatorum auxilium ad illuminationem & stabilimentum sese tam animi quam corporis porrigit; amplitudine Patriarcharum ad animi duntaxat utilitatem constritum. Vnde à Demetrio Chomateno Archiepiscopo Bulgariz Princeps dicitur esse ΚΑΥΣ ΨΥΧΑΛΟΝΤΩΣ ΕΠΙΤΡΑΧΕΛΩΣ, quasi diceret Doctrinæ Principem. Meminisse debebant Eulogij Presbyteri: qui cum à Valenti Praefecto urgeretur ut cum Imperatore communicaret, facete respondit apud Theodoretum: Numquid cum imperio est etiam sacerdotij dignitatem consecutus? Qua de re graviter Facundus Hermianensis, Christi solius esse regnum cum sacerdotio simul habere: quoniam et si quidem Reges in ejus venuti figuram sacerdotio functi sunt, tamen cum manifesta lux veniret in mandatum, nubras removeri; futurorum, nulli alteri dedit quod sibi singulare servavit; sed in diversis sua dona distribuens, sic qua propria sunt sacerdotij, Regibus interdixit Quocirca quemadmodum vir sapiens non profanum iudicare hoc velle videns quod solus est Christus?*

VI. Quod attiner ad Disciplinam, quæ versatur in ceremoniis & in sacrorum ministerio, de illa decretis suis statuere posse viderentur Principes Christiani, ad exemplum Regum Iudaeorum, qui Sacerdotibus vices sacrificiorum & Levitis munia sua distribuerunt, nisi quod ab iis regij sacerdotij privilegio factum est, ad Reges

Christianos trahi non posse docuissimus capite superiori. Gelasius in iis quæ sacramentorum perceptionem & mysteriorum erogationem respiciunt, Principes religionis ordine à Sacerdotum iudicio pendere docuit. Et Gregorius II. in Leonem invectus est, quòd imagines, quæ ad ceremoniarum censum referri possent, ab Ecclesie Edicto suo proscriptisset. Quare vereor ne Iustinianum damnare cogamur, quòd de sacre Liturgiæ ritibus constitutionem ediderit, quæ mystica verba consecrationis Eucharistiæ, elata voce, non autem demissa, ut solenne erat, proferri jubet, ut qui locum tenet idiotæ, Amen succinere possit. Præterquàm quòd enim de ritu sacrificiorum decernere tentat, quæ pars Discipline solis Sacerdotibus competit, antiquos Ecclesie mores sollicitat, qui, ut reverentia mysteriis conciliaretur, preces mysticas demissa voce proferri induxerant, ut testatur Basilius in Oriente, & licet aliquot seculis posterior, Alcuinus in Occi-

Celsus in ep. ad Anaclet.

Gregor. II. in ep. ad Leonem.

Item. 117. ad 25. de materia 117. ad 117. p. 1071.

Basilius de Spiritu Sancto. 117. ad 117. p. 1071. Item. 117. ad 25. de materia 117. ad 117. p. 1071.

C A P V T V I I .

Synopsis.

I. An censura Clericorum legibus Principum subjacet. De Clericis agi, quæ sunt Clerici, vel quæ sunt cives, Clericorum candidis, quæ Clerici sunt, à legibus Principum immunis, & à foro civili.

II. Probatur à dicto Constantino, & ex causa Cæciliani cum Demasius.

III. Ex Athenasio, Liberio, & Osio.

IV. Ex Valentiniani rescripto ab Ambrosio relato, quod explicatur. Iudicium in causa ecclesiasticis ordinis. Decreta edita de sacris ordinibus. Henry rescriptum in causa Chrysothomi, de canonicis questionibus intelligendum, qua ibi religionis causa dicitur.

V. Idem probatur à Basilio Imperatore in Olibea Synodo; cuius locus explicatur.

VI. Canonici questionibus interesse non debent laici, à Synodo Chalcedonensi, & Iustinianum.

VII. Marcianus à Concilio Chalcedonensi editi tres canones de clericorum & monachorum disciplina postulat.

VIII. Canonnes de ecclesiasticis ordinibus eduntur. De Clericis, quæ cives sunt, & de Bonis ecclesiasticis, alibi dicitur.

I. AN Censura Clericorum legibus & iudicis Principum subjacet, non potest sine offensionis periculo tractari. Aequo tamen animo laturos esse Principes existimo, si aliquo dato & retento, de lite ista implicatissima transigatur. Proferamus quæ sit veterum sententia, & negotium conclusum erit absque ulla partium injuria. Duas

Thes. Bellino in Modis de Sacris ad 117. ad 117. p. 1071. Item. 117. ad 25. de materia 117. ad 117. p. 1071.

Vide supra hoc lib. in cap. 4. §. 1.

Duas species constituisse mihi videntur antiqui scriptores. Aut enim de Titio movetur quæstio, sub ea ratione qua Clericus est, aut sub ea qua inter cives recensetur. Si de Clericorum gradibus, ordinibus, muneribus, & conditionibus, quæ ordinandos decent, & de vitio ordinationum agatur, aut de judiciis quæ ob violatos canones instituuntur, quæ criminis ecclesiastici nomine comprehendi solent; eo casu, cum ipsum Clericorum ministerium jure divino sit institutum, quæ necessaria sunt ad illud explicandum aut vindicandum ei potestati commissâ censentur quæ jus imponendarum manuum à Christo Domino nostro accepit. Criminis ecclesiastici meminere canon primus Concilij Constantinopolitani Oecumenici sub Theodosio, & Iustiniani Constitutiones. Res quæ crimini ecclesiastico materiam præbent, canone perstringi debent, non autem lege publica, nisi in subsidium: quemadmodum nec judicium publicum de his exerceri debet, sed tantum ecclesiasticum. Quare cum à foro ad jus ferendæ legis argumentum trahi soleat; ad probandam speciem quam tracto, nempe legibus Regum non subijci eas disceptationes, adducam aliquot testimonia veterum, quæ Cleri censuram ante leges Theodosij à magistratuum tribunalibus in crimine ecclesiastico submovent.

II. Huc referri debent quæ de Constantino tradit Rufinus, qui judicium adversus Episcopos se mutuis contentionibus proficiscentes in Concilio Nicæno suscipere recusavit: *Deus vos constituit sacerdotes, & nobis à Deo dati estis iudices; & conveniens non est ut homo iudices deos, sed ille solum de quo scriptum est: Deus stetit in synagoga deorum, in medio autem deus disjudicat.* Donatistarum funesta dissidia originem traxere à Cæcilianæ ordinatione, quam vitio factam contendebant principes factionis. Vitium autem in eo positum, quod Cæciliano manus imposta esset à traditoribus librorum sacerorum, eorum communione infectum Cæcilianum, atque ideo Ecclesia pellendum. Hoc erat parum putum crimen ecclesiasticum; in quo de communione repellenda, vel suscipienda, de traditionibus scripturarum, de vitio ordinationis, quærebatur. Ea de causa interpellatus Constantinus iudices dedit ecclesiasticos cum Melchiae Papa Gallicanos Italosque Episcopos. Sed cum Donatistæ, sententia iudicum victi, quærentur apud Imperatorem, ille primò quidem cognitionem repulit. Neque enim, ut inquit Augustinus, *ausus est Christianus Imperator sic eorum tumultuosas & fallaces que-*

relas suscipere, ut de judicio Episcoporum, qui Romæ sederant, ipse iudicaret. Tandem importunis Donatistarum clamoribus vexatus, de appellatione cognovit; sed, ut observavit Augustinus, *eis ipse cessit, ut de illa causa post Episcopos iudicaret, à sanctis Antistitibus postea veniam petiturus; dum tamen illi quod ultieris dicerent, non haberent.*

III. Quid dicam de Athanasio, in quo illustria extant in utramque partem exempla? Cædis accusatur apud Constantinum Principem. Ille statim Dalmatio Censori judicium delegavit; sed calumniâ comperitâ, Dalmatium à causæ cognitione desistere iussit, ut testatur Athanasius. Arriani Episcopi pari odio in fidem Nicænam & in Athanasium ejus vindicem inflammatus, poculum mysticum contrafactum, altare eversum ab Athanasio læsæ religionis reo, queruntur apud Principem, & Concilium Tyrium impetrant, ut de crimine ecclesiastico, & simul de ceteris, cognitio suscipiatur. Aderat Dionysius Comes satellitio militum cinctus, ut idem animadversor esset & custos observandæ æquabilitatis & ordinis. Inde arripuit occasionem Athanasium hoc Concilium insectandæ, ex eo capite scilicet, quod univèrsæ Ecclesiæ erat notissimum in judicia ecclesiastica nihil Imperatori licere.

si istud judicium Episcoporum, inquit, quid commune cum eo habet Imperator? Sed cum post aliquot annos à Concilio Antiocheno decreta fuisset executio sententix lætæ in Concilio Tyrio adversus Athanasium; ille quidem Romam, tanquam ad tutissimum communionis suæ portum, confugit; deinde à Sardicensi Concilio, cum Iulij decretum de suscipiendo in communionem Athanasio probatum fuisset, suam Ecclesiam recepit. At verò cum post obitum Constantis fratris, id unum Constantius Imperator ab Arrianis sollicitatus urgeret, ut Liberius Romanus Episcopus, Osius Cordubensis, & ceteri Occidentis Episcopi damnationi Athanasij in Concilio Tyro jam à sedecim annis reddita, & novæ in Concilio Orientali post eadem Magnentij decretæ subscriberent; viri illi gravissimi, disciplinæ ecclesiasticæ tunc assertores, quamvis postea desertores, exanderunt ad insipium conatum Principis, illa exceptione se tuentes, quod à iudicibus ecclesiasticis abstinere debet Imperator. Extrat apud Theodoretum dialogus Constantij cum Libero Mediolani habitus, qui ab ecclesiastici ordinis formula recedendi nullum esse locum constantissimè urget, quemadmodum Osius seriò eundem Principem monet ne se ecclesiasticis rebus im-

Adm. Apd. 11

Timod. Læc. 16.

Osi. cythola apud Athan.

ferendis Imperatores temperasse. Marcianus exemplo suo docuit quid sequi debeant in posterum Principes, cum Clericorum & monachorum disciplina constituenda est. Etenim cum monachorum erga Episcopos cultum & obedientiam, monasteriorum cum consensu Episcopi ædificationem, Clericorum à secularibus negotiis secessionem, & in sibi assignatis Ecclesiis assiduum & sedulam administrationem, Marcianus constitui vellet, quia planè hæc capita ecclesiasticos ordines attingunt, à quibus publicam auctoritatem Valentinianus senior summoverat, de his noluit legem ferre, sed satius esse putavit ut synodi decreto statuerentur. Protulit hæc capita Marcianus, quæ relecta publicè à Beroniano sacri Consistorij à secretis, in canonicis Concilij *αὐτοῦ* relata sunt. *Divinissimus & piissimus Dominus Noster ad sanctam synodum dixit: Quædam capitula sunt quæ ad honorem vestrae reverentia vobis servavimus, decernunt esse judicantes à vobis hæc regulariter potius formari per synodum quam vestra lege sanciri.* Prudenter loquitur Marcianus, nec sibi potestatem istam decernendi arrogat, nec derogat majestati suæ, sed tamen rem totam non solum iudicio & consensui synodi, sed etiam Decreto committit.

VIII. Unde est quod de ritibus, ceremoniis, sacramentis, Cleri censura, functione, conditionibus, & disciplina Canonis à Conciliis, & Decreta à Pontificibus Romanis, tanquam de materia sibi subiecta, frequentissimè edantur, & vix ulla proferri possit constitutio Principum, quæ hæc de re lata fuerit ex mero potestatis secularis imperio. Secutas quidem hac in parte leges publicas videmus, sed non antecessisse. Enimvero quia Clerici, non tantum quæ Clerici, fedetiam quæ cives sunt, spectantur in Republica, legibus Principum tenentur, nisi earum gratiam, aut libertate generali toti Clero indulta, aut alicui ordini, ex beneficio Regum consecuti sint. De qua immunitate, quatenus in Gallia locum habet, dicendum est alibi copiosè, & de Bonis ecclesiasticis, quatenus jurisdictioni regie subjacent. Vbi etiam expendemus, quæ ratione apud nos vim obtineat dictum illud Innocentij III. quod extat in Decretalibus, scilicet de personis & rebus ecclesiasticis nullam laicis attributum esse facultatem. Sed hæc disceptatio ad præsentem quæstionem non pertinet, in qua potestatem regiam à Clericis, quæ sunt Clerici, & à rebus omnino spiritalibus & merè ecclesiasticis arcemus, præter-

quam si ad tuendos Canones exerceatur.

CAPVT VIII.

Synopsis.

I. An Principes dividere possint provincias ecclesiasticas, & episcopalem sedem in metropolitana evahere. Quod factum à Valente Imp. in Cappadocia secunda. Hæc illicitum docuit Innocentius primus. De Berys in metropoli evella à Theodosio, quæstio in Synodo Chalcedonensi. Rescriptum probatum fuerat à Synodo Constantinopolitana. Sed rescindi iussit Princeps, si Canonibus esset adversum. Pragmatica legibus contraria, invidiosæ.

II. Divisio Phœnicia contraria Nicænis canonibus. Lex Principis ibi adversa, rescisa à Principe, idque synodis complexa est.

III. Iudices non cum synodo de possessione restituenda Ecclesie Tyri pronuntiant. Sed de ordinationibus ab Episcopo celebratis iudicium integrum synodo relinquunt, quamvis iudicium ab ea latam deinde confirmant.

IV. Rescissionem rescriptarum quæ canonibus contraria sunt, à Principe & à Iudicibus præter Synodum Chalcedonensium, quæ decretum à Iudicibus in synodo.

V. Canon xij. synodi sternens est, ne quis Episcopus rescripserit ad provinciarum divisionem impetret, penâ lata in Episcopum. Discussus canon xviij. qui superiori contrarius videtur. Explicatio Zenonis, civitates de novo constitutas in metropoli à Principibus evelli posse. Balsamo de quibusdamque civitatibus intelligi. Alexius Comnenus canones conciliorum non recit.

VI. Ex sententia auctoritatis conciliarum duo canones. Ut nec provincias dividere, necessitatem episcopum ornare Principi licet.

VII. Patriarchatus Hierosolymaram ab illa provincia Principum rescriptis, quæ ab Ecclesia Antiochena eas distraxerat. Concilio supra transactante Episcoporum. Quæ Decreto Indicum & Synodi confirmata, quia mixta causæ.

I. **N** V N C inquirendum restat, an saltem Ecclesiarum dignitas à Principe pendeat, adeo ut honor metropolitancus, quem civitatibus contulerit, ad earum civitatum Episcopos manare possit. Id quidem olim obtinuisse quamplurimis testimoniis probari posset, sed uno tantum utar. Cappadocia in duas provincias secta est à Valente Imp. in odium Basilij, constituta Cappadociæ secundæ metropoli in urbe Tyanorum: cuius Episcopus Anthimus synodum provincie in duas partes distrahit, invito licet Basilio, ut testatur Gregorius Nazianzenus. Sed cum Principes faciliores se præberent his innovationibus, Innocentius I. jam olim respondit Alexandro Antiocheno Episcopo Ecclesiarum statum divisionibus provinciarum à Principe factis non immutari. *Nam quod sciscitarum*, inquit,

K ij

Concil. Chalcedon. AD. 4. v. 12. ubi dicitur quod non oportet quod quilibet Imperator in ecclesiis interponat leges, nisi per synodum, quæ est auctoritas ecclesiastica.

Gregor. Naz. Orat. 10. de Basilij. ubi dicitur quod non oportet quod Imperator in ecclesiis interponat leges, nisi per synodum, quæ est auctoritas ecclesiastica.

utrum divisio imperialis iudicio provinciarum, ut
duo Metropoles fiant, sic duo Metropolitanis Epi-
scopi debeant nominari. Non ergo visam est ad
mobilitatem necessitatem mundanarum Dei Ec-
clesiarum commutari, honorisque aut divisiones
perpetui, quas pro suis causis faciendas duxerit
Imperator. Ergo secundum pristinam provincia-
rum morem, Metropolitanos Episcopos convenit
numerari. Sed nihil profertur potest illustrius
ea cognitione quae hac de re peracta est in
Concilio Chalcedonenfi. Phœnicia subdita
erat Tyro civitati, quae erat provinciarum me-
tropolis. Eustathius Episcopus Beryti in
eadem provincia, ut dignitatem Ecclesiarum
suarum & urbi conciliaret, divisionem Phœni-
ciae primae à Theodosio Principe impetra-
vit, atque hoc pacto quorundam Episco-
porum ordinationem, & administrationem
Ecclesiarum, à Tyri Ecclesia ad suam tran-
stulit. Tamen Principis rescriptum vim non
habuit, quod attinet ad ecclesiasticam di-
visionem, donec ab Anatolio Constantino-
politano Episcopo, à Maximo Antioche-
no, (ad quem Phœnicia iure Patriarchico
pertinebat) & ceteris Episcopis Constanti-
nopolitani congregatis hæc episcoporum sectio
confirmata est. Synodico Decreto
Photius Episcopus Tyri subscripsit, sed in-
vitus, & excommunicatione à Synodo
Constantinopolitana ad consensum ada-
ctus. Itaque libello supplicis rogat Marcia-
num, ut pragmaticâ formâ ad Præfectos
Prætorio & ad Concilium Chalcedonen-
sibus, antiqua jura Tyri Ecclesiarum restituat.

Principes magistratibus, qui Concilio ad-
erant, dat in mandatis ut sancto cœtui de-
nuntient sibi non esse in animo ut Episco-
porum negotia secundum leges suas, sed
juxta Canones, regantur. Quae non sunt
intelligenda in universum de omnibus Epi-
scoporum negotiis, sed de episcoporum
divisione & Episcoporum ordinationibus
huic vel illi Metropolitanis addicendis. Ita-
que rescripto jam ipsa Principis interlocu-
tione rescisso, sub ea conditione si Cano-
nibus adversaretur, Iudices interlocuti sunt,
ut canones de provinciâ inquisitione le-
gerentur. Sed ante lectiorem Patres ipsos
rogaverunt an vellent causam istam è rescri-
ptis datis discutere, an verò è Canonibus. Et
ut haberent quod sequerentur, sacram sy-
nodum mouverunt se jam prædixisse quid
Principi videretur. Tunc Synodus in libe-
ram illam vocem constanter erupit: *Contra
regulas Pragmaticam nihil valebit. Regula Pa-
triam tenent.* Et à iudicibus iterum interpel-
lata an liceret rescripto Principis aliena Ec-
clesia jura ab aliis Episcopis avertere, respondit
hoc non licere secundum Canones.

II. Relecto itaque Nicænz Synodi ca-
none, qui singulis provinciis unum tantum
Metropolitanum præfisse decrevit, à quo
Episcoporum ordinationes penderent, de
Concilio totius sententia Iudices pronun-
tiant Photium Tyriorum metropoleos Epi-
scopum omnem potestatem ordinatio-
num in civitatibus Phœniciae primae habitu-
rum, Eustathium verò Berytensem nihil
novi juris è pragmatica forma sibi vindica-
turum. Quod iudicium acclamationibus
suis Synodus Chalcedonenfis profecuta est.
Vnde si quis penitus cognitionis hujus or-
dinem inspicat, nullo negotio colliget leges
canonicas adversas nullius esse momen-
ti, cum in eam sententiam Marcianus Prin-
ceps & Synodus consentiant. Quae regula
locum habet in specie proposita, scilicet in
iis quae Ecclesiarum ordinationes respici-
unt, vel si quis velit eam ad alios casus
porrigere, ad eos tantum extendere oportet
quibus Canonum disciplina nec eccle-
siastica continetur. Deinde adverteret, syno-
dum non usurpare potestatem legem latam
à Principe antiquandi. Etenim prius à Mar-
ciano abrogata erat, & à Iudicibus de man-
dato Principis edictum fuerat, Imperatori
placere ut episcopalia negotia canonicis, non
legibus, regantur. quam sententiam
Synodus non prompsit, sed amplexa est.
Itaque arbitrium revocatae legis penes Prin-
cipem integrum servavit.

III. Quinimò cum de rescripto Theo-
dosij in irritum mittendo & de restituenda
Photio juris antiqui possessione actum est,
Iudices ex sententia synodi, arctamen Iudices,
judicium reddiderunt. Quod tamen
facere non tentarunt, cum in eadem causa
suborta est questio merè spiritualis, scilicet
de ordinationibus Episcoporum à Photio
Tyrensi peractis in iis civitatibus quae à Ty-
riorum Ecclesia avulsæ, Ecclesiarum Beryti
erant tribuz. Etenim ab hac cognitione,
quia disceptatio canonica erat, & de ordi-
nibus ecclesiasticis agebatur, Iudices om-
nino abstinerunt. Interlocuti quidem sunt,
de episcopis ordinatis à Photio, amotis ve-
rò ab Eustathio, & ad presbyterorum de-
jectionis, quid videretur sanctæ synodo: quæ
respondit illos in Episcoporum numero esse
habendos, cum manus impositionem à
Metropolitana suscepissent. Sed magistratus
hac de re pronuntiare noluerunt. *De his, in-
quunt, finaliter decernere ac definire, sancta
est synodi.* Et statim Legati Romanæ sedis,
Anatolius Constantinopolis, Maximus Antio-
chie, Iuvenalis Hierosolymorum, Thala-
sius Cæsareæ Cappadociarum, Eusebius An-
cyræ Galatiæ Episcopi, sententiam ex ordine

L. in. C. de Metrop. Bery.

Conc. Chalc. Act. 1. Theodosius Imperator... Episcopus Tyri... Anatolius Constantinopolis... Maximus Antiochie... Iuvenalis Hierosolymorum... Thalasius Cæsareæ... Eusebius Ancyræ...

De iudicio... Photius Episcopus Tyri... Anatolius Constantinopolis... Maximus Antiochie... Iuvenalis Hierosolymorum... Thalasius Cæsareæ... Eusebius Ancyræ...

Contra regulas Pragmaticam nihil valebit. Regula Patriam tenent. Et à iudicibus iterum interpellata an liceret rescripto Principis aliena Ecclesia jura ab aliis Episcopis avertere, respondit hoc non licere secundum Canones.

De his, in-
quunt, finaliter
decernere ac
definire, sancta
est synodi.

dictis, censuerunt sacrilegium esse, si Episcopus ad gradum Presbyteri demittatur, atque adeo Episcopos à Photio ordinatos episcopali dignitati restituendos esse, nisi ab ea ob crimen admillum exciderint. Consentu totius synodi, iudicium Patrum & Archiepiscoporum, ut ipsi vocant, probatum est. Iudices, qui à pronuntiatione abstineant, suas partes post iudicium interponunt, scilicet imperialis auctoritatis confirmationem: *Magnificentissimi & gloriosissimi Iudices dixerunt: Quæ placita sunt sanctæ synodo, in omne tempus firma custodiantur.* Si quæ discrimen pendat primæ & secundæ cognitionis, primæ quidem se Iudices immiscuisse reperiet, quia de rescindendo rescripto Principis, & de restituendo possessione juris ad Ecclesia Tyriorum distracti, agebatur; à secundâ abstinuisset, quia de ordinationibus erat questio.

IV. Sanè cum Cæcropsio Episcopus exigeret ut generali definitione rescripta omnia revocarentur quæ provinciarum statum & ordinationum jura contra Canones immutaverant, in his verbis utitur quæ auctoritatem illam à Principe pendere docent. Et enim hoc decerni ab ipsis Iudicibus petit, & rationem addit, ne in singulis causis onerosum illis sit querentium petitionibus hæc de re propositis satisfacere: *Ne potestas vestra accusationem & querimonias à quacunque persona accipiat, & satigaret, nè vos contraur petimus ut sine contradictione cessent ea pragmatica quæ in detrimentum Canonum à quibusdam facta sunt in omni provincia. Canones autem per omnia teneant. Sic enim & fides custoditur, & unaqueq; Ecclesia tutum statum habebit. Ac ne liceat aliquos præter Canones ordinare.* Sed præstat audire ipsa verba synodi: quæ interpellata à Iudicibus an iis adhæreret quæ à Cæcropsio suggesta erant, acclamavit omnes eadem dicere, rescripta in irritum mittenda, Canones reninendos, illud tamen à Iudicibus decernendum. *Sanctæ Synodus acclamavit: Omnes eadem dicimus, universa pragmatica cessabunt, regula teneant. & hic à vobis fiat.* Quod cum à Iudicibus decretum fuisset, in votorum acclamationes pro salute Imperatoris & Augustæ, imò & ipsorum Iudicum, Synodus erupit: *Multos annos Imperatoris, multos annos Augustæ, multos annos Iudicum. Hoc iustum iudicium. Iusti iusti iudicantur.*

V. Principis decretum & Iudicum sententiam canon Concilij secutus est, qui vetat in futurum Episcopos ne divisiones illas tentare Principum rescriptis moliantur; sed prudentissimè penam suam ita temperat, ut nullo vitio rescriptis imputato, solos Epi-

scopos gradus periculo muldet. *Sratius ergo sanctæ synodus nihil ab Episcopis tale tentari. Alioqui qui hoc admisit fuerit, amissis gradus proprii subiacet.* In præteritum verò, honorem præcipuum iis Episcopis indulget quæ civitates illas tenent quæ metropoleos decus imperatorio rescripto sunt affectæ, salvis Ecclesiæ metropolitanæ juribus suis. Videntur tamen hujus Concilij Patres canonem illius Decretum infregisse canone xvii. quo cavetur ut civiles dispositiones & publicas, ecclesiasticarum quoque paræciorum ordines subsequantur. Vnde Zonaras commentariis ad canonem xxxviii. Sextæ Synodi in Trullo, quo xvii. Concilij Chalcedonenis canon confirmatur, eam Principibus auctoritatem vindicavit ut si quam civitatem de novo excitarent, eiq; decus episcopatus aut metropoleos adderent, eodem gradu in negotiis ecclesiasticis civitas illa haberetur. In qua explicatione modestè se gessit quàm Theodoros Balsamo; qui secundum sententiam quæ jam apud Græcos invaluerat, abscisè & in universum Principibus asserit jus metropoleos & episcopatus instituentium, non tantum in novis, sed etiam in quibuscumque civitatibus. Et in eam rem uritur Aurea Bulla Alexij Communi: qui cum sibi persuasisset hoc privilegium à canone Imperatoribus esse concessum, hanc majestati suæ injuriam fieri non esse passus ut sibi jus illud querelis duorum Metropolitaram auferretur. Itaque cum Heraclæx Metropolitans vacante itidem Ecclesia Basilæi, (cui metropolis decus collatum fuerat) ordinationes earum Ecclesiarum sibi quisque vindicarent juxta Canones, (à quibus repelli non posse dicerent eo nomine quòd metropolitricum honorem cum essent literis Principis consecutæ, earum ordinatio, ut & cererarum omnium metropolitanarum Ecclesiarum, Patriarchæ Constantinopolitano competebat) Alexius iudicium hujus controversiæ præsentè synodo suscepit, atque ex Concilij sententia, instituentiarum metropoleos & episcopatus jus penes Principes esse decrevit, ex canone xvii. Concilij Chalcedonenis. Canonis autem xii. sententiam hæc distinctio elusit, illicitam esse provinciarum divisionem, si ambitu Episcopi procurerent aliud esse, si nulla gratia intercedente, Princeps ultro vel urbis dignitate, vel Ecclesiæ splendore, vel Episcopi egregia virtute inductus, hoc beneficium indulget. & in eam rem causæ istius

Canon II. Ep. Chalced.

Canon xv. Concil. Chalced. in Trullo. & Concil. Chalcedonenis. Canon xii. Concil. Chalcedonenis.

Zonaras in c. 18. Syn. in Trullo. Balsamo in c. 18. Balsamo in c. 18. Balsamo in c. 18.

Balsamo in c. 18. Balsamo in c. 18. Balsamo in c. 18.

et sententia dicitur...

et sententia dicitur... et sententia dicitur... et sententia dicitur...

cognitionem Patriarchæ detulit antequam consensum his rescriptis gratiosis præbeat. Sed nemo non videt has interpretationibus Imperatorem & Patriarcham vim apertam Canonibus intulisse, ut Ecclesiam Constantinopolitanam amplificarent.

V I. Mibi verò inferior videtur esse canonis xviii. Chalcedonenfis explicatio, quæ xii. sententiam non lædat, ita ut fixum sit & certum provincias à Principibus in duas metropoles dividi non posse ex illo canone xii. Quam ad rem non pertinet canon xvii. cum eo id tantum cautum fuisse mihi videtur, ut si urbes aliquam de novo conderet Princeps, ad cujus conventum & jurisdictionem pagos aliquot à vicina civitate distractos adjungeret, civili formæ se ecclesiasticus ordo accommodaret; adeoque remota triginta annorum vel longioris temporis præscriptione, pagi à vicino Episcopo avulsis, Episcopo illi tribuerentur in cujus parœcia urbs nova sita est. Vnde sequitur ab Episcopo illius parœciæ, in qua urbs condita est, pagos novæ urbis territorio contributos, & ab episcopatu vicino distractos vindicari, nulla possessionis antiquæ ratione habita. Attamen non conceditur Principi ut novum episcopatum rescripto suo instituat, multò minùs, ad omnes urbes quæ civitatis honore decorate fuerint à Principe, vel ad provinciarum divisiones & metropoleon dignitates ab eo decretas, trahenda essent; etiam si de episcopatu à synodo instituendo in urbe de novo condita hæc dici possent juxta Zonaræ mentem.

V II. Partes suas Iudices & Concilium Chalcedonenfè interposuerunt in dirimenda contestatione quæ orta erat à multis retro annis ob rescripta elicita ad instaurandum Patriarchatum Hierosolymorum. Quartus honoris gradus, post trium primarum sedium Episcopos, firmatus fuerat Æliæ seu mavis Hierosolymitano Episcopo, canone v. Concilij Nicæni. Sed nulla, ne in provinciis quidem Palæstinæ, quæ Cæsariæ Episcopo parebant, auctoritate positus est, donec rescriptis Principum Phœnicias, Arabiam, & tres Palæstinæ à Patriarchatu Antiocheno avulsas obtinuit. Ea res magnos motus in illis provinciis excitavit, qui transactione sopiti sunt quam Maximus Antiochenus, & Iuvenalis Hierosolymitanus, in Concilio Chalcedonenfè iniverunt; ea conditione, ut Phœnicæ & Arabia Antiochenæ Ecclesiæ redderentur, sed Palæstinæ Hierosolymitano Episcopo cederent. De rescriptis ex utraque parte impetratis, de constituendis novis Diocæceson sibus, & de ordinationibus Episcoporum addicendis

agebatur. Itaque in re mixta, Decretum Principis & Concilij, transactioni firmandæ interponendum erat. Magistratus imperatorij referunt Concilio, sibi mandatum à Principe ut de lite mota cognoscerent, sed Episcopus pacta quedam invisse quæ videantur æquitate niti, ideoque sibi visum ut communi Decreto firmetur. Recitatis à Maximo & Iuvenale transactionis conditionibus, Legati Romani ceterique Episcopi sua interlocutione, & postremò Iudices suo decreto eas confirmaverunt. Firmatam, inquit, per nostrum Decretum & sententiam sacri Concilij in omni tempore permanentibus Episcoporum consensio, vacantibus scilicet secundum iustitiam divinisissimi & piissimi Principis amonibus pragmaticis, & quacunque modo factis ab utraque parte literis impetratis; insuper & mutatione qua in eis, hujus rei causa, noscitur contineri.

CAPVT IX.

Synopsis.

I. Iustinianus in urbe Iustiniana archiepiscopatum constituit, adscriptis illi septem provinciis. Non constituit jus novum, sed antiquam partem restituit. Viginti Papa confirmat quæ Princeps decreverat. Episcopi Iustiniana, Patriarcha dicitur.

II. Iustinianopolis antea quoque dignitate Patriarchali. Sed differt à Iustiniana. Est eadem urbs cum Constantia metropoli Cypri. Ea dignitas personalis tributa Joanni Episcopo à Synodo Trajana, consensu Imperatoris.

III. Proque Ponte in unam provinciam redacta, nihil immutavit Iustinianus quoad sacerdotia. Nec etiam in Paphlagonia. Solida illius provincie metropolis erat urbs Gangarum, regia Dejotari. Ea immutata, nova Hæmarladi provincia constituta est, eam sua metropoli Claudiopeolos. Rediit in unum corpus Paphlagonia, utraque metropolis salva. Videtur aliquando Paphlagonia adjecta fuisse Galatia.

IV. Ecclesia Gallicana non potest esse à Regibus novus episcopatus institui, quod tentaverat Childbertus Meledani, ad petitionem plebis.

V. Et Sigiberus id fieri obtinuerat Castradmi in diocesi Carvetana, quod rescriptum à Synodo Parisiensi.

VI. Rogerius in Sicilia episcopatum Truientem instituit, Messanenfi se restituit adjectis, sed Summi Pontificis auctoritate. P. Ordo Gnesiensem in Polonia.

VII. Damnata opinio eorum qui hoc jus Principibus vindicant. Eorum tamen consensu necessarius.

IUSTINIANUS Imperator videtur canones Concilij Chalcedonenfis infregisse, cum Iustinianæ patris sui episcopatum in summum sacerdotij fastigium evertit, Archiepiscopi dignitate & auctoritate in septem provincias illi concessa, nempe in

& contra ipsos Canones asseruit. cujus sententiam recentiores aliqui amplexi sunt. Tota rei istius disponende ratio ad Ecclesiam pertinet, quemadmodum dixi. quam tamen sine consensu Principum peragere non debet, ut ostendam libro IV. cap. XIII.

nonum observatioem commodare possint, sed etiam ex officio in eam curam incumbere teneantur. Licet enim Reipublice administratio eo sine illis à divino numine concedita sit, ut civium tranquillitatem procurent, atque ex illo capere de vera religione constituenda debeant esse solliciti, quia cives in officio suo erga se & erga Principem religionis culta veluti vinculo quodam adstringuntur, ut de Romanis observavit Augustinus, in nobiliores tamen curas ipsa natura ducere affligunt. Etenim cum naturæ auspiciis unicuique sit insita superni alicujus numinis cognitio, à quo cetera omnia pendunt; ipsi etiam Principes, quibus veræ religionis lumen non effulsit, non solum privati studii numen illud colere tenentur, sed etiam publicis legibus contumelias quæ illi aut idololatriæ aut monstris criminum à civibus inferuntur, ulcisci. Si paganos Principes huic officio addictos fatemur, quanto magis Principibus Christianis, qui veri fide imburi, auxiliis gratiæ, naturalis cognitionis fines excesserunt, religionis promovendæ & tuendæ curam impenditibus incumbere dicemus; ita ut omne studium suum & operam coöferat ad cultum divini omnium amplificandum, qui in fide & disciplina versatur. Ad quæ officia Principes adigi putamus, non ex eo tantum capite quòd ea ad felicitatem Imperij conducant, quæ quidem utplurimum cum illis est conjuncta; sed ex eo etiam, quòd nomen suum Christo dederint, etique caput suum & ipsam regiam dignitatem devoverint.

II. Quod ut accuratius intelligatur, observandum est sententiam meam abesse à Fortunij Garciz opinione, qui eundem esse legum civilium & canonicarum finem contendit; adeo ut legi civili non solum propositus sit finis promovendæ tranquillitatis publicæ, sed etiam veræ æternæque felicitatis civibus procurandæ. Faveo enim hoc esse præcipuum discrimen inter canonum decreta & leges publicas, (ut ego quidem existimo, licet alij aliter interpretoetur) quòd illa unicuique Christiano felicitatem æternam parent, & ad eum finem instrumenta accommodata subministrant; hæ verò Reipublicæ pacem, & singulorum civium, quatenus sunt partes Reipublicæ, promoveant, & cultum Christo debitum generaliter fiant, penes in contumaces latis; unde per consequentiam amoris impedimentis, felicitas æterna singulorum civium procuretur. Par esse videtur hæc in parte Regis & Patris officium. Ut enim parentibus incumbit, præcipuè quidem ut liberos exhibeant, sed hæc naturali curæ ac-

August. lib. 1. de Civ. Dei cap. 20.

Fortunius Garcia De ultimo dicit analogie loqui. Vide Notam lib. 1. De legibus c. 11.

C A P U T X.

Synopsis.

I. *Esti Principes leges ecclesiasticas condere non possunt, ad Tuitionem Canonum tenentur ex officio. Dereliquione satagere debent etiam pagani Principes, ob civium tranquillitatem. Ex legitimis suis injuriis Deo saluti ecclesiæ Christiani Regis, ad Dei cultum amplificandum adhibitis ex eo quod Christum nomen dederint.*

II. *Garcia opinio, putantis eundem esse finem legum civilium & ecclesiasticarum, apud Christianos, scilicet felicitatem æternam civium. Discrimen hæc legum ex sententia authoris. Canones singulis inpromissa felicitatis ibidem parant. Leges pacem publicam singulis civibus, & per consequentiam, æternam felicitatem. Patris & Regis in hoc capite comparatio.*

III. *Societas religionis & regni. Virique proficere tenentur Principes, ex Theodosio, & Concilio Ephesino.*

IV. *Tuio Ecclesie Regibus Christianis commissa à Christo, Probatur ex Paulo, & Augustino.*

V. *Idem probatur à psalmo secundo & variis locis Augustini, & à Sixto I.*

VI. *Discussus Eusebii locus de Episcopo non ista, qui mali vulgo explicatur. Constantinus dicitur ab Eusebio Episcopus communis.*

VII. *Pacem Ecclesie conservabant Principes, indicibus synodis, & confirmatione decretorum synodicalium, à Iustiniano, & Quinta Synodo.*

VIII. *Discrimen inter Decreta fidei & disciplinæ, quod attingit ad confirmationem Principum.*

IX. *Synodus Nicæna à Constantino confirmata, Constantinopolitana à Theodosio, & Ephesina ab alio Theodosio.*

X. *Marcianus confirmat Chalcedonensem.*

XI. *Injustitiam depositionis Antimi imperialem auctoritatem adjuvit.*

XII. *Constantinus Pogonatus confirmat decreta Sextæ Synodi, quod gratum Leonis secundo. Synodus in Trullo petit confirmationem à Principe. Septima & Orlava Synodus ab Imperatoribus confirmata, postquam illi consensu libero consensu Episcoporum omnia decreta.*

XIII. *Principes non condunt novos canones, sed conditorum executionem decernunt, ex Felice Hermanenfi.*

I. **E**T SI leges ecclesiasticis & spiritibus rebus indicare, modo quem capite septimo explici, non contineatur intra fines regis potestatis, at tamen canonicas constitutiones suis etiam legibus tueri ex officio Principes tenentur. Quod ita velim intelligi, ut non solum interpellati & rogati Principes ministerium suum ad Ca-

edit etiam altera ex professione religionis Christianæ prædicta, ut eos in veram fidem & pietatem erudiendos magistris tradant, ita etiam Principes, quibus divinum numen ad pœneurandam in Republica pacem vices suas commisit, eò etiam studium suum porrigere debent, ut cives ad felicitatem æternam profequendam compellant. quod omnino assequantur, si per Episcopos, quæ ad fidei sinceritatem & mores componendos pertinent, populus denuntiari cutent, res in hoc genere ab Ecclesiâ decretas suis legibus fiant, & ne rebus constitutis vis aliqua fiat, sedulo invigilent. Ira enim fiet ut Imperij & Ecclesiæ pacem ex æquo inviolatam præstent.

III. Huic officio Theodorus Imperator se adstringi fatetur iis literis quas ad Synodum Ephesinam dedit: quarum testimonio eò lubentius utitur, quòd Oecumenicæ Synodi iudicij approbatæ & in Acta relatæ sunt. Ex iis patet societatem & cognationem quandam intercedere inter Religionem & Republicanam, ad Principis studium pertinere ecclesiastici status æquè ac Imperij pacem, regij muneris esse ut eum firmum & inviolatum præstet ex omnium consensu, pietatis religioisquæ sinceritatem tueatur, curèque ut eorum qui Clero adscripti sunt emendata sit castigatæque vita. Quare non alienum erit integra verba Theodosij referre, quæ præcipuas regulas complectantur quibus Ecclesiæ Gallicanæ Libertas continetur. *Respublica nostra constitutio eò qua in Deum est pietate præcipud nititur, multaque inter hanc & illam cognatio ac familiaritas intercedit. Nam & ex se invicem pendens, & utroque profertur alterius successibus incrementa sumit: quandoquidem ut vera religio jussu alione perficitur, ita Respublica utrinque opè nititur florere. Cum itaque Deum Imperij habenas nobis tradiderit, iisque qui imperio nostro parent, pietatis & securitatis quoddam quasi vinculum nos esse voluerit: horum inter se societatem, providentia & hominibus medies nos præbentes, indivisam perpetuè conservare contendimus. Infrâ: Ante omnia autem in id operam damus ut ecclesiasticum status ejusmodi sit qui & Deum debeat, & temporibus nostris quam maxime congruat, idcirco ex omni concordia & consensione suam tranquillitatem obtineat, tum per ecclesiasticarum controversiarum à turbis & seditionibus liber excilet, tum demum ut pia religio ab omni reprehensione immanis perferretur; contrariæque vitæ qui vel inter Clericos censentur, vel magno quoque intervallo sacerdotio funguntur, omni prorsus nervo & culpa vacet.*

IV. Hæc autem Ecclesiæ tuende provincia Christianis Principibus ab ipso Chri-

sto mandata est, ut veterum auctoritate & sacris Scripturis depræmpta docemur. In eam sententiam Paulus Apostolus monet acceptum esse Deo ut Reges Christianæ fidei adscribantur, regijque majestatem Christiani facti retineant, utque perfidiam ejuratâ, ceteris Christianis tranquillam vitam præstent, cum omni pietate & sanctitate conjunctam. Hic est enim genuinum sensus horum verborum: *Obsecro igitur primum omnium fieri obsecrationes, orationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam vitam agamus, in omni pietate & castitate. Hoc enim bonum est, & acceptum coram Salvatore nostro Deo, qui omnes homines verè salvos fieri, & ad agnitionem veritatis venire.* Officium autem illi Reges defugendi non possunt, nisi merum imperium adhibeant, & jus gladij quod Deus illis mandavit. Unde Augustinus: *Nam & terrena potestates, quando schismaticos persequuntur, ea regula se defendunt, quia dicit Apostolus, Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. non enim frustra gladium portat. Mox Donatistas allinquent: Cognoscite vestri schismatici nefas, constitutos adversus vos pro sua sollicitudine ac potestate quod volunt.*

V. Ad Ecclesiæ Christianæ Tuitionem à Principibus præstendam referendus est etiam psalmus secundus: qui plenius ad Christum pertinet, quàm ad Davidem, ut ipsi Apostoli testantur. Is autem psalmus Principes omnes hortatur ut Dei Filium venerabundi suscipiant; hoc est, ut se illi ministros, quæ Reges sunt, exhibeant, quemadmodum verè interpretatur Augustinus: *In hoc, inquit, Reges, sicut et divinitus præcipitur, Deo serviant, in quantum Reges sunt, si in regno suo bona jubeant, mala prohibeant, non solum quæ pertinent ad humanam societatem, verum etiam quæ pertinent ad divinam religionem. Et in epistola ad Bonifacium: Quomodo ergo Reges Domino serviant in timore, nisi ea qua contra jussu Domini sunt, religiose severitate prohibendo atque plenebendo? Aliter enim servit quæ homo est, aliter quæ Rex est. In hoc ergo, serviant Domino Reges, in quantum sunt Reges, cum eas faciant adserviendam illi qua non possunt facere nisi Reges. Sixtus Romanus Pontifex in eandem sententiam hujus psalmi verba excepit, cum Imperatoribus gratulatur de præscripta Nestorij hæresi: *Sciatis (nempe Imperatores) se illi severare sollicitudinem suam, qui eam cum grandi reddidit usura. De qua res non convenit gloriari, quia celestem Regem videmus federatos habere Reges terrarum. Intelligent, sicut ait David, & eru-**

Tom. 1.

Vide Additiones ad l. 1. tit. 1. de Imperatoribus.

Aug. epist. 114.

Act. 1. tit. 1. de Hieronymo.

August. contra Constant. lib. 1. cap. 11.

Memo. epist. 1. ad Bonifacium.

Sicut ait David, & eru-

Relatio Synodi ad Theod. Imperatoris ad illa verba Synodi Imperatoris ad Synodum Ephesinam dedit: quarum testimonio eò lubentius utitur, quòd Oecumenicæ Synodi iudicij approbatæ & in Acta relatæ sunt.

Concil. Ephes. cap. 1. ubi dicitur: Respublica nostra constitutio eò qua in Deum est pietate præcipud nititur, multaque inter hanc & illam cognatio ac familiaritas intercedit.

Aug. ad Bonifacium epist. 1. ubi dicitur: Quomodo ergo Reges Domino serviant in timore, nisi ea qua contra jussu Domini sunt, religiose severitate prohibendo atque plenebendo?

diti sunt, qui iudicant terram: quando, sicut dicit alibi, ipsi & omnes populi laudant nomen Domini. Hanc potestatem legum ferendarum pro fidei & disciplinæ tuitione, summo Christi munere Ecclesie concessam fuisse, ex eodem psalmo probat Augustinus, Donatistas increpans, qui de laetis adversum se ab Imperatore legibus conquerebantur: Unde ergo presumimus, inquit, si vultis nosse, illum cogitate de quo Propheta pronuntiavit dicens: Adorabunt cum omnes Reges terra, & omnes gentes servient illi. Et ideo hac Ecclesia potestate utimur, quam ei Dominus & promisit & dedit. Imperatores enim, si in errore essent, quod absit, pro errore suo contra veritatem leges darent &c. Quando autem Imperatores veritatem tenent, pro ipsa veritate contra errorem juvent. Quod quisque contempserit, ipse sibi iudicium acquirit. Nam & inter homines panas laus, & quod Deum frangere non habebit, qui hoc facere noluit quod ei per cor Regis ipsa Veritas iussit. Ex mox: Si iustitiam Regum non pertinet ad predicandam religionem, & sacrilegia prohibenda, quare ad Edictum Regis talia iubentur, etiam ipsi vos (Donatistæ) signati?

VI. Quare non dubitavit Leo Pontifex Leonem Imperatorem his verbis alloqui: Debet incunctanter advertere, regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed etiam maximè ad Ecclesie presidium esse collatam; ut ausus nefarius comprimendo, & que bene sunt statuta defendas, & veram pacem iis que sunt turbata restituas. Alibi idem Pontifex profiteretur res humanas aliter tutas esse non posse, nisi que ad divinam confessionem pertinent, & regia & sacerdotatus defendas auctoritas. Quare & Theodosio non solum regum sed etiam sacerdotalem animum inesse gaudet, ob Synodum Ephesinam indictam, proscrip-toribus legibus suis hæreticos; Et Marcianum Custodem fidei vocat ob petcultum Eutyberem.

VII. Solet ad asserendam Principibus tuendæ Ecclesie auctoritatem proferri celeberrima illa Constantini ad Episcopos oratio, qua illos intra Ecclesiam, se autem extra Ecclesiam Episcopum constitutum dixit, apud Eusebium. Sed si hæc probatio in tetricum lætorem incideret, reponere posset, verbis Græcis aliam inesse sententiam, que ad personas, non ad res ipsas, sit referenda; ita ut significetur Episcopos eorum curam gerere qui Ecclesie adscripti fidem Christianam profiterentur, se verò Gentilium, qui essent extra Ecclesiam, saluti consulere, sacrificiis paganorum veteris, dominici diei cultu & feriati-ona præcepta, etiam ipsi Gentilibus, quemadmodum superioribus & sequentibus ca-

pitibus explicuit Eusebius. Quare satis est ab eo argumento abstinere, præsertim cum manifestiora suppetant. Quòd si cui illa Episcopi appellatio arideat, poterit eam tueri Eusebij auctoritate, qui hunc ipsum Constantinum, Episcoporum Synodis se inductus interfuisse, atque rerum in deliberationem vocatarum se participem fecisse, communèque concordiam procurasse scripsit, tanquam communem Episcopatum à Deo constitutum. Ob eam curam Marciano Augustino acclamatum est à Concilio Chalcedonenfì: τῷ ἁγίῳ, τῷ βασιλεῖ, Σακερδοτῶ, Ἰμπερατορῖ. Ecclesiasticorum enim negotiorum statui externo ab illo Principe, quemadmodum à ceteris Principibus Christianis, optimè cautum erat: quorum in eo articulo tanta vigeat auctoritas, ut Socrates scripserit, ab Imperatorum arbitrio, ex quo Christianam fidem amplexi sunt, res ecclesiasticas pendisse.

VIII. Possent alia quamplurima in eandem sententiam testimonia congerere, quibus probatur ex officio Principibus incumbere ut pacem Ecclesie tueantur. Sed abstinere à re notissima comprobanda, ut gradum faciam ad ea que sunt remotiora à cognirione vulgi, scilicet ad disquisitionem ordinis quo in fide aut disciplina vindicanda utebantur Principes. Id eleganter explicuit Iustinianus in Libro quem Quinta Synodus sibi oblatum probavit, ita ut testimonium hinc prolatum & Iustiniani & Quintæ Synodi Oecumenicæ dici debeat. Ex eo discimus, emergentes hæreses à Principibus compressas, & pacem Ecclesie constitutam per synodos Episcoporum, quas indixerunt Constantinus, Theodosij ambo, & Marcianus. Sed præterea testatur que à synodis definita sunt, legibus suis Principes confirmasse: *Hæ itaque omnibus per diversa tempora subsistentis, prædicti pia recordationis nostri patres, ea que in antiquo Concilio iudicata sunt, legibus suis corroboraverunt & confirmaverunt, & hæreticos, qui definitionibus prædictorum sanctorum Conciliorum resistere & Ecclesias conturbare conati sunt, expulerunt.*

IX. Cùm autem de confirmatione decretorum à Conciliis editorum agitur, distinguenda sunt ea que sident respiciunt ab his que de disciplina feruntur. Vis enim eorum que fidei controversias ex scripturis & antiqua traditione dirimunt, non à Principum sed ab Episcoporum auctoritate pendet; quibus solis pascendas oves, non autem Cæsaris, Christus commisit. Quare solis Episcopi datum est ut de jure cognoscant, scilicet an opinio controversa inter

Aug. ep. 144.

Leo ep. 84.

Idem ep. 11.

Idem ep. 9.

Idem ep. 17.

Prohib. l. 4. de Vic. Const. cap. 14. Quod ipse dicit non potest esse, sed si sit, non potest esse, &c.

Tabular. de Vic. Const. cap. 17. de vic. Const. cap. 17. de vic. Const. cap. 17.

Conc. Chal. Ad. VI.

Socrates lib. 4. de Hist. Eccl. cap. 17. de Hist. Eccl. cap. 17. de Hist. Eccl. cap. 17.

Conc. v. Const. Imper. Justinianus fuit orthodoxus & pro Imperatorum pacem agens, pro tempore existit hæresis per congregatum concilio, Justinianus Episcoporum amplexari, & reliqua sunt prædicta in eodem Concilio de Ecclesiis orthodoxis.

hærefes recensenda fit. Princeps verò res jam decisâ auctoritate sua tueretur, & pœnas excommunicationis aut regradationis ab Ecclesiâ irrogatas secularibus pœnis intendit, scilicet multâs pecuniarias, aut exilio, & relegatione, vel etiam ultimo supplicio. Quod atinet ad canones, qui non quidem de fide aut Sacramentorum ritibus, sed de reliqua disciplina feruntur, quia legum perpetuarum vires obtinere debent, & Clericorum imò etiam maximè laicorum personas respiciunt, ex quibus Respublicæ corpus componitur, novâque aliquando disciplinæ formam constituunt, quamplurimè Principum interest ut ea decreta maturè discutant, antequam eorum executionem publicam & forensè lege sua indulgeant, ne fortassis aut publicæ utilitati aut tranquillitati adversentur. Confirmati autem à Principe canones, vim legis publicæ adipiscuntur: quæ necessaria est ut per omnes Imperij provincias executioni tradi possint, & si qui contradicant, auctoritate publica cœrceantur. Confirmatis de fide decretis, contumacia quidem refragantium legibus plebitur, ac si in leges imperatorias peccatum fuisset. Sed non indigent ea decreta imperio Principis ut Christianos adstringant, cum jure divino nanciantur, quod ceteris omnibus præcellit. Quare cum illa decreta Principes confirmabant, non res judicatas iterum tradabant, sed de consensu Episcoporum, & suffragiorum libertate ad summum, cognitione extraordinaria inquirebant, ut Theodosij, Marciani, & Basilij exemplis demonstrari potest.

X. Obvia sunt confirmationum exempla, si quis etiam ista requirat. Constantinus anathema prolatum à Nicæna Synodo adversus Arnium & ejus consortes, infamiz pœna auxit, Porphyrianôque vocari, id est, Christiani nominis osiores & hostes, Arianus justit, eorûmque libros publicè cremari. Sed illustrius testimonium proferri non potest quam epistola synodica Concilij secundi Oecumenici ad Theodosium, qua Patres protestentur se ex officio teneri ad relationem eorum quæ in synodo gesta sunt, Principi mittendam, statimque referunt hæreses à se damnatas fuisse, ac præterea quasdam regulas pro disciplina Ecclesiæ constituendam decretas, quas epistolæ adjungunt, firmarique à Principe obnixè petunt: *Regamus itaque tuam clementiam, ut per literas quoque tuas pietatis confirmetur Concilij decretum, ut sicuti literis, quibus nos convocasti, Ecclesiæ honore profectus es, ita etiam sinum eorum qua decreta sunt obseques.*

Concilium Epbesinum Theodosium ob-

secrat ne pro synodo habeat Ioannis Antiocheni Episcopi conventiculum, qui à sacro Concilio secedens, sententiam adversus Cyrillum & Memnonem tulerat. In eam rem Constantini exemplum proferunt, qui synodi loco non habuit eorum cœtum qui à Nicæna Synodo discesserunt, sed eos meritis pœnis cepit. Quin ex eo capite Theodosium invitant ad confirmandum Concilij Oecumenici decretum, & refellendum Ioannis Antiocheni Conciliabulum, quòducenti & decem Episcopi unâ cum Occidentis Episcopis in eandem conspirarent sententiam, Ioanni autem triginta tantum Episcopi suffragarentur. *Inbetis, inquit, ut ea qua constituta sunt ab Oecumenica & sacra Synodo ad pietatis confirmationem contra Nestorium & ejus impium dogma, sanè roborentur, assensu vestra pietatis stabilita.*

XI. Marcianus Imperator Concilij Chalcedonenis decreta tribus Edictis confirmavit, pœnis in Clericos & laicos adjectis. Ac primum quidem edictum, cum ad synodum accessisset, viva voce decrevit, testatus patribus, se synodo interesse, non ut vim inferret, sed ut res judicatas & gestas auctoritate sua confirmaret. Quare etiam Edicto secundo testatur se primo Edicto venerandam synodum confirmasse. Quod loquendi genus synodo nequaquam dupliciuit, quin potius ipsa eundem dicendi modum usurpavit in epistola synodica ad Leonem Pontificem, cui significat ejus sententiam adversus Eutychetem, veluti legem quandam, ab Imperatoribus confirmatam. Tertio Marciani Edicto, quæ definita fuerant à Concilio Chalcedonenâ, iterum confirmantur, exilij & confiscationis pœnâ irrogatâ; ita ut hæreticis ab utre regîa & civitatibus metropolitanis sit omnino interdictum. Eos autem hæreticos esse definit qui ab Ecclesiæ canonibus & Principum constitutionibus damnati sunt, non quasi damnandæ hæreseos auctoritatem Principibus asserere velit. sed ut omnem tergiversandi locum hæreticis adimeret, qui sicerent eos canones ratos apud omnes haberi debere qui Principum legibus esse ceperunt.

XII. Quod Iustinianus à decessoribus suis factum observaverat, ipse legibus suis securus est, quas contra Anthemium edidit. Hic ex episcopatu Trapezuntis à Theodora Augusta evocatus, Ecclesiæ Constantinopolitanz constitutus fuerat Patriarcha. qua sede primùm dejectus Agapeti Pontificis sententia, deinde judicio synodi babitz Constantinopoli, ipsa Episcopi dignitate privatus est. Vtramque sententiam Agapeti & synodi lege sua firmavit Iustinianus;

Concil. Chalced. c. 1. & c. 2. & c. 3. & c. 4. & c. 5. & c. 6. & c. 7. & c. 8. & c. 9. & c. 10. & c. 11. & c. 12. & c. 13. & c. 14. & c. 15. & c. 16. & c. 17. & c. 18. & c. 19. & c. 20. & c. 21. & c. 22. & c. 23. & c. 24. & c. 25. & c. 26. & c. 27. & c. 28. & c. 29. & c. 30. & c. 31. & c. 32. & c. 33. & c. 34. & c. 35. & c. 36. & c. 37. & c. 38. & c. 39. & c. 40. & c. 41. & c. 42. & c. 43. & c. 44. & c. 45. & c. 46. & c. 47. & c. 48. & c. 49. & c. 50. & c. 51. & c. 52. & c. 53. & c. 54. & c. 55. & c. 56. & c. 57. & c. 58. & c. 59. & c. 60. & c. 61. & c. 62. & c. 63. & c. 64. & c. 65. & c. 66. & c. 67. & c. 68. & c. 69. & c. 70. & c. 71. & c. 72. & c. 73. & c. 74. & c. 75. & c. 76. & c. 77. & c. 78. & c. 79. & c. 80. & c. 81. & c. 82. & c. 83. & c. 84. & c. 85. & c. 86. & c. 87. & c. 88. & c. 89. & c. 90. & c. 91. & c. 92. & c. 93. & c. 94. & c. 95. & c. 96. & c. 97. & c. 98. & c. 99. & c. 100.

Auctoritas Marciani Concilii Chalcedonenis confirmavit decreta.

Edictum Iustiniani Imperatoris ad Leonem Pontificem.

Ep. Syn. Conc. Chalcedonenis ad Leonem Pontificem.

Vide secundam Prefationem pag. 8. & c.

Instrum. 1. cap. 4. Eccl. Constantin. conc. finis.

Epistola Iulii Concilii ad Theodosium Imperatorem.

cujus verba proferre necesse est, ut constet regis & sacerdotalis auctoritatis consensio- nem maximam semper fuisse; ita ut non tantum nudum ministerium, vel apparitores, exequenda Conciliorum sententia Principes praestiterint, sed jure etiam regio ad eandem damnationem post synodorum judicium suffragium suum adjunxerint ra- tionem habita executionis publicae, quae re- scriptionem illam sequebatur. *Item non insolitam Imperio & nos facientes, ad presentem venimus legem. Quisquis enim Sacerdotum sententia quosdam indignos sacerdotia de sacris sedibus deposuit, quemadmodum Nestorium, Eutychem, Arrium, Macedonium, & Eunomium, & quosdam non minores alios, toties Imperium ejusdem sententia & ordinationis cum Sacerdotum auctoritate suis. Sicque divina pariter & humana concurrens, unam consonantiam relictis sententis fecere. Quare & ipse sententiam adversus Anthimum latam xviis fecit, ut ipse loquitur, id est, quemadmodum explicat capite tertio, hoc firmius panis, & imperialibus legibus corroborat, ac si ab Imperio ipso provenisset.* Deinde Menae Patriarchae dati in mandatis ut ad Metropolis suae Dioeceseos mitret qua Sacerdotio visa sunt, & ab Imperio confirmata, *ὅτι τῆ δυναστείας δύναμις, καὶ τῶν τῶν βασιλείων καταρτάσια.*

XIII. More veterum Principum, Constantinus Pogonatus definitionem sextae Synodi adversus Monothelitas suo Edicto se confirmasse ad Leonem II. Pontificem scripsit. Quod adeo gratum fuit Leoni, ut in hac verba Constantino fratulabundus rescripserit: *Synodali igitur sententia, & Imperiali Edicto censura, tanquam ancipiti spiritu gladio, cum prius haresibus etiam nova provisais error expunctus est.*

Synodus Orientalium Episcoporum à Iustiniano Rhinometo coacta in Trullo Palatii, sub nomine sextae Synodi canones edidit: quorum confirmationem ut impetraret à Principe, eadem verba usurpavit, quibus usâ fuerat Synodus Oecumenica secunda erga Theodosium. Constantinus & Irene relecta coram se fidei definitione à septima Synodo edita, eam subscriptione sua muniverunt, postquam illis constitit de consensu omnium decretam fuisse. Eodem pacto (postquam praesente Basilio Imperatore, relectis canonibus ab octava Synodo editis, fidei Symbolo, & Photij depositione, consensum suum Episcopi testati sunt) *Allocutione* sua Basilius edixit, ut si quis Clericus aut laicus contra synodi canones aliquid haberet dicendum, prodiret in medium, & aperiret quid illi videretur. Nam soluta Synodo, nullam illum veniam ab Imperatore

consecratur qui res constitutas oppugnaverit, sed jure damnandum, & urbe expellendum.

XIV. Sed quo proposito leges illae de confirmandis Conciliorum decretis ab Imperatoribus ferrentur, Facundus Hermianensis in Africa Episcopus accuratè expresse. Florebat sub Iustiniano, à quo Trium Capitulorum causam discuti aggerimè fe- rebat; ideoque multis verbis Principum audaciam exagitat, qui canonicas quæstiones ad suum judicium revocare tentant, quæque ad exemplum Marciani Principis provocat, de quo hæc sunt ejus verba: *Sciens igitur ille modestissimus Princeps Ozia Regi non impune concessisse quod sacrificare praesumptus, quod licitum est singulis cuisque etiam secundi ordinis Sacerdoti, multo magis sibi impune cedere non posse cognovit vel quæ jam de fide Christianarite facerent constituta discernere, quod nullatenus licet, vel novis confirmare canones, quod non nisi multis & in unum congregatis primi ordinis Sacerdotibus licet, Ob hoc itaque virtutem, & suo contentus officio, ecclesiasticorum canonum executor esse voluit, non conditor, non exactor.* Hic est certus limes quem regis auctoritati in his negotiis præfigere oportet, ne inconsultò trahatur ad eam adulationem, qua Principibus suis totius disciplinæ ecclesiasticæ summam Græci decrebant. Hæc sunt verba Demetrii Chomatiani Bulgariæ Archiepiscopi in Responstione prima ad Cabasilam: *Imperator, ut communis Ecclesiarum Episcoporum archa existens, & dictus, synodaliibus præsit sententiis, & rebus tribuit, ecclesiasticos ordines componis, & legem dat vite politicaeque eorum qui alteri serviant. hoc amplius, & judicis Episcoporum & Clericorum, & vacantium Ecclesiarum electionibus. à Basilio Episcopo videtur & Constantino Imperatore hæc & de imperatoribus, & synodaliibus quibusque videtur, & de rebus, & de quibusque videtur. Synodaliibus præsit sententiis, & rebus tribuit, ecclesiasticos ordines componis, & legem dat vite politicaeque eorum qui alteri serviant. hoc amplius, & judicis Episcoporum & Clericorum, & vacantium Ecclesiarum electionibus. à Basilio Episcopo videtur & Constantino Imperatore hæc & de imperatoribus, & synodaliibus quibusque videtur, & de rebus, & de quibusque videtur.* Quæ magnifica verba omnino aliena sunt à mente veterum, nisi intra fines patrociniæ ecclesiastici continentur. Alia est electionum ratio, de quibus agere non est præsertim instituti. [*Vide librum ostendit.*]

CAPVT XI.

Synopsis.

I. Non solum in universum decreta Conciliorum Principi confirmant, sed etiam canones aliquos specialibus legibus. Probat exemplis Theodosii, qui versus Clericis censuras extraneorum mulierum. ex sen-

sentia Concilij Niceni, quam lege explicat. E Leone, de monacho & simoniaci decretis, juxta canones Synodi Chalcedonensis.

II. Infirmam Constitutionem de causis ecclesiasticis, à quibusdam damnata, ab aliis male accepta. In re Tuitiana lata fuit, ad Canonum executionem.

III. Divesse Infirmam Constitutionem, que personam aut rei ipsam respiciant. Iste desumpta à Canonibus, qui suppletur, agendi modo prescripto. Que de robur, de captivis, & de foro lata, tunc à jurisdictionis mera Principis pendebant.

IV. Ioannes Scholasticum Collationem Novellarum Infirmam cum Canonibus à Theodoro collectis composuit. Ex sensu Ioannis, Novella Canonibus conculerunt auctoritatem, interpretationem, & supplementum.

V. Novellarum istarum usus commendatur ab Ecclesia Romana, ex Gregorio M. Ioanne VIII. Hincmaro, & Ivone.

VI. Quæritur, an leges canonibus contraria in causis ecclesiasticis vim habeant. Nulle sunt ex rescriptis Valentiniani, & ex sententia Synodi Chalcedonensis, de qua dictum cap. v. 111. huius libri. Quid intelligendum de canonibus receptis, ex Balsamone.

VII. Ex sensu explicatur Constitutio Friderici II. & Decretalis Honorij, verbòque Nicolai I. tempo de canonibus & decretis receptis.

VIII. Si leges canonibus contraria essent irritæ, rescindebantur à Principe, non à Synodo, à Concilio Chalcedonensi. Distinguitur locus Gregorij M. de lege Maurij. Quam Pontifex promulgavit, ut si adversaretur libertati Christiana. Primum caput, Clericorum condiciones respicit, sed verbum in laicos concepit, antequam adscitis essent in Clerum. Quod à Principibus fieri posse docent Theodosius, Honorius, & Innocentius I.

IX. Secundum caput legæ Maurij, de militibus qui monachismum expeterent, quod Gregorius non approbat. Sed legem promulgat, juxta ordinem prescriptum, missis exemplis à Metropolitanis. Suspensit executionem illius capiti, ea auctoritate que Præfatis prætoris & aliis delegavit ad promulgandas leges ex Novella Infirmam compositam. Quare non est recurrendum ad summam potestatem Romanam sedis.

X. De altero Maurij & Phoca rescripto Canonibus contraria agit Gregorius, cum summa modestia. Eius rescriptum Principi servat.

I. **N**ON solum autem Edictis generalibus, quæ à Conciliis constituta erant, Imperatores confirmabant, sed etiam legibus & rescriptis specialibus nunc hæreticis reprimerebant, nunc interversæ disciplinæ consulebant, definitiones Canonum ampli. Honorius & Theodosius extranearum mulierum consortia Clericis interdiciunt, hac tantum facultate concessa, ut matres, filias, atque germanas intra domorum suarum septa continent, in quibus nihil scævi criminis suspicari fœdus naturale permittit. Sed quis non videt expressam verbis legis, canonis tertij Niceni sententiam? Id unum ad canonis interpretationem omnino necessarium addunt, ne domo expellantur uxores quæ ante sacerdotium

maritorum legitime fœdere illis conjunctæ sunt. Quæ exceptio, & à canone septimo apostolico transcripta, & à quotidiana praxi hausta, legi Principum adjungi potuit, eamque deinde Leo I. decreto suo approbavit. Unde ut de carnali fiat spiritalis conjugium, oportet eos nec dimittere uxores, & quasi non habeant sic habere: quò & salva sit caritas conjugiorum, & cesset operatio nuptiarum. Monachis exiundi è monasteriis facultatem interdicit Leo Imperator, exceptis apocrifariis, seu monasterij procuratoribus, sed prohibitionem illam ex antiqua regula monachis prescripta, & à Concilio Chalcedonensi approbata, desumpsit. Ex eisdem Concilij canonibus sanctissimæ legis ferendæ occasionem hausit adversus ambitum eorum qui sacerdotia mercantur, quos à gradu sacerdotij per pecunias turpiter redempti retrahi jubet. quæ est pœna canonica dejectionis, hac lege confirmata. Præterea ad instar criminis læsæ majestatis accusationem instituit, reòsque infamiam perpetuam damnari, suo jure decernit.

II. Plura in hoc genere unus Iustinianus præstitit quàm ceteri Imperatores. Quod nemo sanè mirabitur, cui hominis studium in restituendo & interpretando jure contemptum erit. Neque enim apud nos infamia infamam laborabit, quam illi è corrupto Suidæ loco omnes scriptores affinxerunt: Iustini patris vitio, qui ἀλαφρότης erat, in Iustinianum transcripto. Hanc enim labem ab eo Principe Procopij Anecdota depulerunt, quamvis aliunde ejus truculentiam, aut potius Theodoræ conjugis atrocitatem, pudenda scriptioe deonestant. De constitutionibus autem ecclesiasticis Iustiniani solet in utramque partem disputari. Quæ in re à plerisque gravissimè peccatum est. Quidam enim, parum perpensis hujus Principis consilio, cum sacra divinæque profanis miscuisse existimant, eòsque leges de causis ecclesiasticis latas nullas & irritas fuisse, donec ab Ecclesia in usum & auctoritatem receptæ fuerint. Contrà verò quamplurimi, qui tantum res forenses attingerunt, præjudicio harum Constitutionum potestatem liberam de disciplina ecclesiastica decernendi Principibus vindicant. Mihi autem videtur jure suo usum fuisse Iustinianum, qui legibus latis non canones condidit, sed conditos fovit, & amplificavit: quia jus illud tuitionis ecclesiasticæ Principibus Christianis à Deo commissæ exigit ut leges pro religione divina ferant, quemadmodum docuit Augustinus capite superiori.

Hanc sibi mentem fuisse docet quoque Iustinianus, ut vetustatis & canonum se

Can. Apoll. vi. Infirmam aut rescriptum, aut rem promulgatam, quæ non sit in mente religiose, ab ipso Imperatoris Iustiniano. Leo ad Paulum de decretis, 17. h. quod dicit.

L. de constitutionibus, c. de legibus, & c. de.

Conc. Chalcedon. c. quæ rescripta sunt, & c. de constitutionibus.

L. si quisque, c. non sit, Chalced. c. 14.

Constitutionibus.

vindicem præstaret, non novas regulas in Ecclesiam invehendo, sed veteres augendo in melius. In eam rem expendenda sunt verba rescripti quod dedit ad Dacianum Metropolitanum Concilij Byzaceni in Africa: *Semper nostra severitati cura fuit servande vultus, maximè disciplina, quam nunquam contempnimus, nisi utin melius augetemus. præsertim quoniam de ecclesiasticis negotiis continet quæstio, que patrum constat regulis definita, imò adventu superni numinis inspirata, quia constat esse caliani constitutum quidquid apostolica decernit auctoritas.* Infra: *Nos tutores sumus vultus, & vindicæ.*

III. Ceterum Constitutiones illæ Iustiniani, quæ numero suo rerrent, in duo capita dividi possunt. Aut enim personas aut res ecclesiasticas respiciunt. Quæ de Clericis late sunt, aut circa Patriarcharum, Metropolitanarum, & ceterorum Episcoporum jura, privilegia, & officia versantur, quæ tam ordinationibus, quàm administrationibus, id est, iudiciis reddendis, & ecclesiasticis negotiis exercendis sunt adducta, aut totius Cleri functionem, assiduum in Ecclesiæ obsequium respiciunt; & eorum qui Clero adscribi debent mores & statum, monachorum & sanctimonialium *ἀπειρου*. Quæ omnia bausa sunt è canonibus, aut è receptis moribus, quæmadmodum Iustinianus ipse pronotetur, qui se illa omnia secundum Canones decernere disertè pluribus in locis scribit. Sanè de ordinandorum electionibus multa interpretatione supplevit quæ Canonibus non continentur. Nam tres personas à Clero & populo propositis sacris Evangelii eligendas, & Decretum electionis ad Metropolitanum mittendum, qui uni è tribus electis suffragium suum conferat, primus ille statuit. Deinde ordinem iudicij præscribit, quem sequi oporteat, si quæ incidant contentiones de persona electi, de vicio electionis, de simonia criminè, & ceteris huiusmodi. quod etiam illi solenne est in multis aliis articulis, ut modum rei gerendæ vel ordinem iudiciorum constituat. Quod autem attinet ad res ecclesiasticas, de earum conservatione sollicitum fè ubique præstat. Oeconomum juxta canones Chalcedonenfes constituit jubet, administrationisque modum, reddituum augendorum, & rationum reddendarum illi præscribit, numerum Clericorum Ecclesiæ Constantinopolitanæ coercet, ne redditus exhauriantur, multaq; de emphyteusibus, & impedienda Bonorum alienatione, constituit. Hæc omnia, quæ res ipsas respiciunt, non in consequentiam Canonum, sed jure suo se decernere profite-

tur. Plurima etiam Princeps ille constituit, quæ dirimant Christianorum matrimonium. Sed pars illa juris tunc erat penes Principes sine ulla controversia, ut docet Bellarminus. Quæ verò de Clericis conveniendis apud iudices publicos vel ecclesiasticos decernit, tunc à jurisdictione Principis pendebant, qui fines suæ potestatis legibus suis regere debet.

Quæ cum ita sint, mirandum non est si Constitutiones illæ summo applausu à Patriarchis exceptæ fuerint, ad quos mittebantur, ut eas in Ecclesiis publicè proponerent, & earum usum à Metropolitanis exigerent. Imò & post obitum Iustiniani earum usus in iudiciis ecclesiasticis obtinuit: quia nempe quæ generaliter à Canonibus erant decreta, modo rei gerendæ & iudiciorum ordine præscripto, his Constitutionibus erant sigillatim comprehensa, ut magnum inde emolumentum perciperet ecclesiastica jurisdictione, quò facilius in causis dirimendis se expediret.

Quare in epistola synodica Papæ Agathonis & Synodi Romanæ, summis laudibus celebratur Iustinianus, quòd quemadmodum virtute sua, ita quoque & pietate in meliorem ordinem cuncta restituerit. Vnde inter faustas acclamationes, quibus sexta Synodus Constantinum Pogonatum ob vindicatam religionem prosequeretur, nempe *Novo Magno Constantino multos annos, Novo Theodosio, Novo Marciano*, hæc quoque additur, *Novo Iustiniano Imperatori multos annos, Νέου Ιουστιανού βασιλεύοντι πολλά ἔτη.*

IV. Ioannes Scholasticus Patriarcha Constantinopolitanus, qui sub Iustiniano quidem floruit, sed ei superstes fuit, harum Constitutionum usum valde commendat. Etenim Collectioni Canonum, quam Theodoretus Episcopus Cyri in Quinquaginta titulos digestam adornarat, Collectionem legum & præcipuè Novellarum Constitutionum Iustiniani adjunxit, præfatione sua testatus quid Leges Canonibus conferant: *Ad gloriam magni Dei, inquit, & servatorem nostri Iesu Christi, quæ nunc collata sunt cum sacris Canonibus sanctorum & beatorum Apostolorum, & qui eorum veltigia fecerunt sunt per unamquamque synodum sanctorum Patrum, transscripti è Novellis Constitutionibus à Iustiniano felicis memoria p. s. Codicem huiusmodi editis. Quæ quidem non solum sequuntur Orthodoxorum nostrorum Patrum Canones, sed etiam ex Principis imperio auctoritatem illis largiuntur; unà cum adjectionibus quibusdam legitimis, & Deo gratis, quæ commodis hominum ad exemplum Dei consulant.* Hæc ille: qui

Julio Iustino, synodice Concilij Byzac.

De Ordinationibus & Administratione, Vide Lib. VI.

Nov. c. 4. 1. Decretum Iustiniani, ubi dicitur, quod omnia, quæ in Canonibus sunt scripta, sunt à patribus accepta, & non sunt à nobis inventa.

Nov. lib. 4. c. 1.

A. D. 4. VI. Iren. cap. 1. p. 1. h. Iren. ubi dicitur, quod Iustinianus imperator, qui in hoc tempore regnavit, multos annos.

1. Cod. MS. Basilicæ Regni. Et dicitur, quod in hoc, & in aliis locis, ubi dicitur, quod Iustinianus imperator, qui in hoc tempore regnavit, multos annos.

Decretis, quibus postponenda sunt, nullum posse inferre præjudicium. De illis enim Decretis canonicis loqui censendus est quæ recepta fuerunt.

VIII. Ceterum non pigebit hic refri-
care quod supradicto capite octavo monui,
nempe, leges quæ Canones infringunt, esse
quidem nullas ipso jure, sed nec Pontifi-
ces nec Synodum Oecumenicam hoc sibi
arrogasse ut *Œs* Decretorum suorum au-
thoritate rescinderent; verum id à Princi-
pibus exorasse. Id docuit Photius Tyri Epi-
scopus suo exemplo, ipsaque Synodus Chal-
cedonensis, quæ rescriptum de metropoli
Beryti datum adversus canones, à Iudici-
bus rescindendum esse professâ est. Sed
præcipuè hanc reverentiam Principibus de-
tulit Gregorius Magnus: qui legem à Mau-
ritio latam, quæ decernebatur ne militibus
liceret monachismum amplecti, per omnes
provincias, ut illi mandatum erat à Princi-
cipe, publicavit, et si Christianæ libertati
contrariam existimaret. *Ego quidem, inquit,
iussus subjellum eandem legem per diversas
partes transmissi feci. Et quia lex ipsa omnipo-
tenti Deo minime concedat, ecce per suggestio-
nis meæ paginam clementissimè Dominus nunti-
avit. Prohibe ergo qua debui exsolvi: quia &
Imperatori obedientiam præbui, & pro Deo quod
sensu minime tacei.*

Vexatus est ille locus variis eruditorum
interpretationibus; quibus ne sit apud me
locus, verborum simplicitas facit. Duo ca-
pitæ lex ista Mauritiij continebat. Primum,
ut ei qui publicis actionibus se immiscuisset,
& reddendis rationibus esset obnoxius, li-
berum non esset Clero adierit. Quod Gre-
gorius amplectitur, nec excipit à non com-
petente iudice rem fuisse decretam. *Domi-
nerum pietas sanxit, inquit, ut quisvis publi-
cè administrationibus suis implicatus, ei ad
officium ecclesiasticum venire non liceat. Quod
valde laudavi, evidèntissimè scieus quia qui
habitu scelerem deservens, ad ecclesiastica
officia venire sistat, mutare vult scelerem,
non relinquere. Quod alienum esse videtur
à regula superius propòsita, ut hoc etiam
obiter adnotetur, quæ contendi non licere
Principibus de ordinibus ecclesiasticis le-
ges ferre suis auspiciis, sed tantum in con-
sequentiam Canonum, aut etiam regula-
rum monasticarum, si de monachis agatur.
Hic autem Mauricius de Clericorum con-
ditionibus decernit, non reluctante Ponti-
fice. Sed observandum est, leges in hoc ge-
nere admitti, cum in personam laicorum
conceptæ sunt, & eo proposito feruntur,
ut Republicæ commodis consulatur, ut
quemadmodum confirmari potest anti-*

quiori exemplo. Vetuerat Imperator anno
ccccxvi. ne officiales rationalium ad
Clerum probeberentur, idemque de Curia-
libus præceperat Honorius anno ccccxviii.
alioquin auctoritate Principis à Clero re-
vocati, ad priorem conditionem retrahe-
rentur. Eam ob causam Innocentius I.
hanc Curialium ordinationem vetuit post
annum quadringenesimum. Præterea, in-
quit, *frequentè quidam ex fratribus nostris
Curiales, vel quoslibet publicè functionibus oc-
cupatos, Clericas facere contendunt: quibus po-
tèta major irascitur, cum de revocandis eis ali-
quid ab Imperatore præcipitur, quam gratia nesci-
tur de aditu. Infra: Sic certè in exemplum
solicitudinis & irascitur fratrum, quam sæpe per-
tulimus Imperatore præfuisse, cum pro his sapienter
rogaremus; quam ipse nobiscum positum cogno-
visti; quibus non solum inferiores Clerici ex
Curialibus, verum etiam jam in sacerdotio con-
stituti, ingens molestia, ut redderentur, immi-
nebat. Eo jure utebantur Imperatores tem-
poribus Pelagij Papæ, ut patet ex fragmen-
to epistolæ hujus Pontificis relato apud
Gratianum. Quod ad Reges nostros man-
avit, secularibus ad clericatum non admif-
sis, nisi cum iussione Regis, exceptis Cle-
ricorum liberi, ut docet Concilium Au-
relianense primum. Eum morem Carolus
Magnus lege Capitulari edita confirmavit.
Qua de re diceret alibi.*

IX. Secundum caput legis Mauritiæ
vetat ne illi qui publicas actiones egisset,
aut manu signati inter milites fuisset, in
monasterio converteri liceret. Quod Gre-
gorius alienum omnino à Christiano Princi-
pe putat, in eo capite quod monachos respicit:
quia via salutis plurimis occluditur,
*qui nisi omnia reliquerint, inquit ille, salva-
ri apud Deum nullatenus possunt. Quare im-
pensè rogat Imperatorem ut legem illam
inflectat. Interim verò ab ea promulganda
non desistit. Eum autem ordinem observa-
vit quem Iustinianus præscribit in iis Con-
stitutionibus quas ad Patriarchas dirigit,
ut ipsi deinde ad Metropolitanos Episcopos
promulgandas mittant; quemadmodum
dicemus capite decimoquinto. Etenim ad
undecim Metropolitanos Italix, Illyrici,
& Græciæ, qui in Romano Patriarchatu
constituti, Orientis Imperio parebant, legem
Mauritiij transmissit, nempe ad The-
salonicensem Episcopum Macedoniæ Metro-
politam, ad Nicopolitanum Epiri, ad
Corinthium Achix, ad Larisæum Hella-
dos secundæ, ad Iustinianæum Illyrici oc-
cidentalis, ad Gortynensem Crætx, ad
Dyrachitanum alterius Epiri, ad Calari-
tanum Sardinix, ad Episcopos Siciliæ, ad*

L. 68. l. 1. c. 1.
l. 1. c. 1. de
Ep. & Cleric.

Innoc. in Decretis
c. 18. apud Grat.
c. 1. de Pænit. d. 11.

P. 1. l. 1. c. 1.
de An. ad Lictor.
p. 171.

90 De Concordia Sacerdotij

Mediolanensem & Ravennatensem in Italia. Sed adeo prudenter ea in parte se gessit, ut Imperatoris iustioni paruerit, & quæ decerent Episcoporum peregerit. Etenim delegata auctoritate usus, dum legem Metropolitanis mittit, eos hortatur ne in Clerum adfiscantur aut in monasteria suscipiant eos qui actionibus publicis sunt implicati, donec rationes reddiderint. Quod verò ad milites atinet qui *converti* cupiunt, docet non esse temerè suscipiendos, sed cum dilectu. His verbis legem temperat, vel potius, quoad illam partem, ejus executionem suspendit; eadem scilicet auctoritate usus qua legem proponebat, nempe delegatione Principis, quæ delegatio, secundum motum receptum, & legis inscriptione & *epitolo* continebatur; ut videre est in Novella sexta Iustiniani, & alibi. Fas enim erat Præfectis praetorio, ad quorum exemplum Edicta de rebus ecclesiasticis mittebantur ad Patriarchas, leges novas ad se missas in aliquo capite temperare, aut ab executione abstinere, donec quæ videbantur pro utilitate publica, relationibus suis suggestissent. Hoc statuit Iustinianus Novella Constitutione; qua cavet, ne iustiones Principis, quæ de rebus publicis eduntur, antea ratæ sint, quam Præfectis praetorio insinuatæ sint. *Omnino insinuantur*, inquit, *& iudicio excellentia sua mittantur in provincias: ut qua quidem sacre forma ad detrimentum reipublicæ facta non sunt, hæc & suscipiantur, consulanturque in præceptiones, & ab excellentia sua mittantur in provincias, quantum certo sibi tradantur. Quæ verò ad detrimentum reipublicæ per obreptionem sunt, hæc quidem sacris formis non suscipiant excellentia; non tamen prius quæ inibi sunt reposita faciat quam ad nos relationem ea dare pertrahat; quò magis, si quid, ut potest fieri, ad detrimentum factum est Reipublicæ, id corrigamus.* Verba Novellæ integra protuli, ut unicuique constaret quam Gregorius Magnus in lege Mauritiij temperanda auctoritatem adhibuit, jam ab ipso Iustiniano Præfectus praetorio fuisse collatam; ne quis plenitudine apostolicæ potestatis ad Principum leges expungendas usum fuisse Gregorium eum viris eruditissimis sibi persuadeat. Imò verò ita modestè se gerit, ut partem legis servandam præscribat, partem verò ad mores qui antea receptierant, revocet, id quæ gratum esse Principi rescribat. Quod ille non asseruit, ac si jam certior factus esset de novo Mauritiij consilio, (ut quibusdam visum est ob perturbatam epistolarem ordinem in Regesto Gregorij; cum epistola ad Mauritium extet libro secundo, &

epistola ad Metropolitanos libro septimo) sed quòd eodem tempore relatione sua significabat Imperatori quid agendum esset, eique temperatum illud gratum omnino futurum existimabat. *Qua de re*, inquit, *etiam severissimus & Christianissimus Imperator, mihi credite, omni modo placuit, & libertatæ certum conservacionem suscipi quos in rationibus publicis implicatos non esse cognoscit.* Observeanda verò est cautio quam adhibuit in tradenda epistola; quam non à Responfali Romanæ Ecclesiæ publicè reddi, sed à Theodoro Medico & familiari Principis amico secretè offerri voluerit.

X. Modestæ & prudentiæ, qua ut oportet in componendis cum Principe, quæ super ecclesiastica jurisdictione emergunt, controversis, aliud illustre exemplum suppediat Gregorius. Occupata ab hostibus Isauria civitate in provincia Eprii, Episcopus cum Clero in Coreyram insulam concesserat, delatis Donati martyris reliquiis, & rescriptum à Mauritio Principe impetrarat, quo Castrum Cassiopi, & in eo posita Ecclesia S. Ioannis, à Corcyritanæ Ecclesiæ diocesi rescissa, Episcopo Isauriæ tribuebatur. Sed, ut monet Gregorius, iussio Mauriciij, quæ contra leges & sacros canones data fuerat, non habuit effectum: quia nempe Alcysonus Episcopus Corcyræ intercellit executioni rescripti, quo sine causæ cognitione ab antiqua possessione castri Cassiopi dejiciebatur. Lis commissa est Nicopoleos Episcopo, qui iure metropolitico provinciam regebat, iniuncte sibi quoque principali iussione, in qua et hujus causæ fuerat injuncta cognitio, ut loquitur Gregorius. Metropolitanæ laudem addidit Corcyritano Episcopo. Sententiam confirmat Gregorius, ea tamen benigne in peregrinum Episcopum Isauriæ usus, ut donec pax reintegrata esset in civitate Isauriæ, precariò castrum Cassiopi retinere possit. Tamen inter ipsa Phocæ Imperatoris exordia, per subreptionem ab eo elicitum rescriptum fuit, quo Cassiopi possessio Episcopo Isauriæ confirmatur. Quid faceret Gregorius, qui canones infractos, iudicium redditum à Metropolitana & à sedè apostolica rescripto Principis eversum videret; Bonifacio Diacono Responfali suo, in urbe regia degenti, dar in mandatis ut Phocæ rei gestæ ordinem suggerat, *atque id agere studeat, ut cum ejus iussione, nostra illi sententia transmittatur*, inquit ille, *quatenus & serenitati ipsi, sicut dignum est, reservasse & rationabiliter correxisset quæ malè presumpsa sunt videamus.* *Qua in re omnino lauda opera est ut, si fieri potest, etiam iustionem suam ipse revocet,*

Vide Geminosi
Futurum tot
Moxe §. 5.

Greg. l. 2. ep. 11.

Mor. 111. Reflo-
ria forma &c.

Sancti h. s. h. d. i.
C. 7. 1. 1. 1. 1.
C. 7. 1. 1. 1. 1.
C. 7. 1. 1. 1. 1.
C. 7. 1. 1. 1. 1.
C. 7. 1. 1. 1. 1.
C. 7. 1. 1. 1. 1.
C. 7. 1. 1. 1. 1.
C. 7. 1. 1. 1. 1.
C. 7. 1. 1. 1. 1.
C. 7. 1. 1. 1. 1.

at A. de Dom. l.
6. de h. 7. 4. 4.

Greg. l. 1. ep. 40.

De Responfali
vide h. v. cap. 11.

Greg. l. 11. Ep.
1. c. 8. 5.

in qua ea que à nobis definita sunt servari precipiat. Nam hoc factum omnino de cetero surrepti- nis locis obstruatur. Egregie utrumque exsequitur; injuriam illatam ab Episcopo Isauriaz vult coercere, & que ab eo male præsumpta sunt corrigere; sed rescripti abolitionem Principi servavit, ut par erat & dignum, suamque sententiam altero rescripto Principis muniri curavit. Spes non destituit Gregorium; qui statim post datas priores literas, dissidium partium composuit.

Eadem molestia se gesserat Pelagius erga Childbertum Regem; qui jusserat Sapaudo Arelatensi ut inferioris Episcopi examen subiret. Hoc alienum ab ecclesiastica lege & à ratione cum dixisset Pontifex, subjungit: *Pro quibus Christianitate vestre confidentia freti, paterno studio postulamus ut si quid sale saluum est, congrua satisfactione celeriter amparetur, nec ullum sui exemplum in perturbatione Ecclesiarum, quas vobis Deus creditur, relinquere concedatur. Et in hujusmodi causis sollicitum vos in religio decet adhibere cautelam ne quid contra ecclesiasticas regulas potentibus concedatur. In eandem sententiam extant epistolæ Gallicanorum Episcoporum ad suos Reges in alia specie, quæ relatæ sunt capite nono §. iv. & v. hujus libri.*

C A P V T X I I.

Synopsis.

I. Titulus Ecclesie eiusque Decretorum, Regibus Francorum in regno compositi. Iurium illius iuris repetendum à Clodoveo, qui Defensor Fidei dicitur à Remigio. Eius in rebus canonici prestat.

II. Defensores Ecclesie dicitur Reges secunda dynastia à Concilio Parisiensi, & Aquisgranensi. A Christo tuendam susceperant Ecclesiam, eiusque disciplinam, ut docent ea Concilia, ex Isidoro, & Fulgentio.

III. Effellus Tuitionis erat, Confirmatio canonum. Cur tam ab Imperatoribus Synodi Oecumenica postulaverint, non autem à Regibus Francorum. A Regum nostrorum sollicitudine pendet ecclesiasticorum ordinum integritas. à Pelagio, Præsidentum Childberti implorat Gregorius M. ad statuta suorum executionem.

IV. Non solum manu regia, sed etiam legibus laici canonum executioni præsihebant, ut Clotarius Rex, Pippinus & Carolomanus Duces Francorum. Et præceteris, Carolus Magnus, Capitalari Aquisgranensi Episcopo officij mones, transcripsit verbum canonum, quibus legis robur addit. Ita se monitorem præstat ut emendet, exemplo Iosæ Regis.

V. Hoc Capitulare transcripsum est à Lotbario Imp. in Edictum suum, quo nullum irrogat iis qui leges illi infringunt. Leo IV. spondet se Capitula illa observaturum. Leo I. legibus à Marciano laici in præsidium legum ecclesiasticarum se subiecit. Capitalaria Regum nostrorum accepta Ecclesie Gallicane.

Explicata Synodus Meldensis.

VI. Non solum antiquas canones, sed etiam nova Decreta Romana sedis, legibus suis subavit Reges. Quod probatur duobus exemptis. Primum rescriptum Presbyteris falsis, sed canonici non convulsis. Consulitur Leo III. à Carolo M. Eius rescriptum in Convocato Regis expensa, & de consensu Episcoporum & Procerum. Edicto regio confirmata. In quo versaretur hæc difficultas, explicatur. Presbyteri suspecti, purgari iururanda.

VII. Alterum exemplum respicit Chorepiscopos. Dabitur de ordinationibus Presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum, quas ibi perageant, & de ceteris quibusdam capitibus. Consulitur Leo III. à Carolo M. respondens omnia esse irrita, damnanda Chorepiscopos, & tradenda in exilium. Responsum Leonis in synodo probatum. & regie Edicto confirmatum, exceptis partibus, quas Episcopi molliorunt. Explicata hæc clausula, Permatentis Apostolico.

VIII. Reges tertia dynastia ad Tuitionem libertatis ecclesiastica à Deo designati dicuntur à Gregorio IX. Legibus manivanti ecclesiasticam disciplinam. B. Ludovicus Edicti Canonem executioni consulti. Eamque secuti Reges à Carolo V. usque ad hæc astatem.

IX. De altero hujus Tuitionis effectu dicitur libro quarto. Necessitas Concordiæ Sacrorum cum Imperio probari Gregorio secundo, Septima Synodo, Ecclæ Leonis, Damiano, Arnulfo, Bernarde, & aliis anonymis.

I. O V A M Principibus ex iure divino & ex universalis Ecclesie praxi asserimus, Ecclesie ejusque Decretorum Tuitionem, Regibus Francorum à Gallicæ Ecclesie Episcopis vindicata est. Huic Patrocinio regiam Francorum dignitatem devovit Clodoveus, cum sacro baptismis tinctus solennem fidei professionem emisit; ita tamen ut manumissus à servitute peccati, & gratiæ vindicta in libertatem Christi assertus, à regni libertate non exciderit, sed eam ad Ecclesie Libertatem fovendam æterno foedere conjunxerit. Pagani & Arriani Occidentem miserè lacerabant, & varix per Orientem hæresis latè grassabantur, cum divini numinis benignitas laboranti Ecclesie prospexit, procurato Libertatis Christianiæ acerrimo vindice Clodoveo: qui repudato idolorum cultu, & Arriana hæresis calcata, quæ Aquitaniam, Hispanias, & Italiam imperio tenebat, se catholice Ecclesie partibus addidit, eique arbitrio suo & delectu veræ fidei victoriam peperit. Vnde non dubitavit A vitus de hoc religionis triumpho, invictissimo Clodoveo literis suis gratulari. *Invenis quippe temporis nostri, inquit, arbitram quandam divina provisa. Dum vobis eligisti, omnibus iudicasti. Vestra fides, nostra victoria est.* Itaque statim assecutus est Defensori fidei nomen, quod regno suo felicibus auspiciis adscriptum in posteros transmiserit, meliori fato

ab iis retinendum quam Pontificis Maximi quondam titulus ab Imperatoribus Romanis conservatus fuerit, quem unâ cum Imperio adspiciebantur, donec Gratiani pietas superstitionem profanz vocis exosa, pontificum amictum & Pontificis appellationem constanter repulit. Existimabit forte aliquis hoc à me datum summæ Clodovei pietati, & gloriosissimis triumphis quos de hæresi devicta reportavit, ut Defensorem fidei scholastico more nuncupaverim. Sed velim intelligat id arbitrato meo à me factum non esse, quin potius id è verbis Remigij Episcopi Remensis, qui salutem aquas Regem lustraverat, à me petiunt. Claudium, alienæ præcæ hominem, in Presbyterum ordinaverat Remigius, *Præcelsissimi Regis testimonio, qui erat non solum prædicator fidei catholica, sed Defensor, inquit ille in epistola ad Episcopos. Conquirebantur illi de vitiosa ordinatione contra canones à Remigio teneta. Sed excipit iste de Regis iussu, cujus arbitrium in disciplina ecclesiastica dispositione magni momenti esse debeat. Scribitur, canonicum non esse quod iussit. Summo fungamini sacerdotio, Regionem Præsul, custos patriæ, gentium triumphator innoxius.* Sanè videtur his verbis ad Constantianum respexisse, qui *Konig Erbenwör* ab Eulebio dicitur, ut *Regionem Præsul* vocatur Clodoveus à Remigio.

II. In secundam Regum dynastiam Defensoris Ecclesiæ titulus transfusus est, ut docet Concilium Parisiense anno **DCCCXXI**. quod regalis ministerij præcipuam partem in eo constituit ut Rex sit *Defensor Ecclesiarum*; laudatque locum Isidori Hispalensis, qui extat apud Gratianum, his verbis: *Principes seculi nonnunquam intra Ecclesiam potestatis adeptæ cubina tenent, ut per eandem potestatem disciplinam ecclesiasticam maniant. Ceterum intra Ecclesiam potestates necessaria non essent, nisi ut quod non prævalet Sacerdos eggerere per doctrinæ firmam, potestas hoc imperet per disciplinæ terrorem. Sæpe per regnum terrenum calescit regnum proficit; ut qui intra Ecclesiam positi contra fidem & disciplinam Ecclesiæ agunt, rigore Principum conterantur, ipsamque disciplinam, quam Ecclesia utilitas exercere non prævalet, cervicibus superborum potestatis principalis imponat, & ut venerationem incretatur, potestatis impertias. Cognoscens Principes seculi Deo debere se reddere rationem propter Ecclesiam, quam à Christo tuendam suscipiunt. Nam si ve augetur pax & disciplina Ecclesiæ per fideles Principes, si ve solvatur; ille ab eis rationem exiget, qui eorum potestati suam Ecclesiam credidit. Eundem locum protul Concilium Aquilgranense ha-*

birum anno octingentesimo trigesimo sexto, ut doceat Principem tuendæ Ecclesiæ causâ constitutum. Quod etiam probat è Fulgentio, qui Principem officij sui commoncificando ait: *Pro amictibus ita se sanctæ matris Ecclesiæ catholica memineris filium, ut ejus paci atque tranquillitati per universam mundum, suam prodesse facias principatum. Magis enim Christianum regitur ac propagatur imperium, dum ecclesiastico statui per omnem terram consulitur, quam cum in parte quancunque terrarum pro temporalis securitate pugnatur.*

III. Tuitionis effectus in Gallia idem erat planè cum eo quem in Romano Imperio vigiuisse diximus, scilicet ut Canones & Decreta à Regibus confirmarentur. In eo tamen discrimen intercedebat, quòd Synodi Oecumenicæ, cum à Principibus Romanis cogerentur, eorum opem ad exequendas definitiones suas implorabant; Regum potestate non interpellata. Quod mirandum non est, cum etiam regnum Francorum in Gallias in eunte seculo quinto emerferit, Reges tamen nonnisi desinente seculo Christianæ fidei nomen dederint. Its verò temporibus omnes Canones Decretaque Pontificum, quorum usus in judiciis ecclesiasticis receptus est, per Gallias promulgata, & synodorum Gallicanæ Ditecescos confessione admissa erant. Quod autem veteribus canonibus ad accuratum disciplinæ ecclesiasticæ usum deesse videbatur, Concilia Gallicanorum Episcoporum auctoritate sua supplebant. Ea verò Concilia à Regibus nostris indicebantur, qui res definitas postquam judicio suo probassent, Edictis confirmabant, ut facilius executioni traderentur; ita ut in provinciis regni eodem jure omnino Reges nostri potirentur, quo Principes Romani olim in universo imperio fruebantur. Qua de re copiose Tomo secundo, ubi Dissertationem de Conciliis Gallicanæ Ditecescos edemus.

Ceterum Romani Pontifices Ecclesiæ tranquillitatem à Regum nostrorum sollicitudine pendere, illis Ecclesiis à Deo creditas, eorumque studio commissam esse ecclesiasticorum ordinum integritatem, non inficiati sunt. Pelagius Childbertum Regem ex eo capite debita laude profequitur. *Cum celsitudini vestre, inquit, multa dona misericordia divina contulerit, pro amore tamen quem Ecclesiæ ejus sinceriter exhibetis, fecit vos multis regnantibus clariore; quoniam inter alias regni vestri curas pro tranquillitate sanctæ Ecclesiæ præcipuum sollicitudinem vos certum est exhibere. Infrâ: Non aliter Deo nostro rectè potest regalis devotio famulari, nisi providentiâ ejus ecclesiasticorum ordinum fir-*

Idem.

Remig. op. ad Honorab. Leon. & Theod. Episc.

Fidei script. hoc 62. sup. no. 2.

Concil. Paris. l. i. c. 6. Adde. l. c. 10.

Isidori de summo bono op. 11. apud Gratianum si q. 1. c. 1. r. n. op.

Conc. Aquilgr. cap. 1. c. 2.

Vide Pagan. p. 11. et al. d. 1. c. 1. p. 1. c. 1. p. 1. c. 1.

Vide supra lib. 1. c. 1.

Pagan. p. 11. ad Childbertum 20. 117. In primis non Ecclesiæ pax quæ vobis Deo traditur.

vetur integritas. Gregorius Magnus prædium Childeberti Regis advocat, ut quæ ad reſtaurationem eccleſiaſticae diſciplinæ Virgilio Epifcopo Arelatenſi exequenda commiferat, amotis impedimentis effectum fortiantur. *Saluſtius, inquit, excellentiam veſtram paterna caritati affectu, petimus ut cuncta quæ ſupraſcripto fratri & coepifcopo noſtri ſeruiſſimo complectantur, nec cuiuſquam ea aliquo modo elatione aut ſuperbia conuelli permittantur. Mox: Oportet ergo ut hoc nobis vicariè rependantur, & ſicut nos veſtram implere non diſſulimus voluntatem, & vos propter Deum & B. Petrum Apoſtolorum principem noſtra faciat in omnibus ſeruari ſtatuta; quatenus excellentia veſtra laudabilis & Deo placita ſe circumſpectaque tendat opinio.*

IV. Non ſolùm verò facti executione, ſed legum ſuarum auctoritate, legum eccleſiaſticarum executioni immoebant; ut patet ex Edicto Clotarij Regis, & Decreto Pippini Ducis Francorum, qui canones antiquos toto regno promulgari iuſſit. Quo etiam ad exemplum Iuſtiniani eadem regulas ſuis verbis Reges præſcribebant quæ à Canonibus antiquis erant præſtitutz, conceptis verbis hoc ſe à Canonibus trahere teſtati. *Decreuimus iuxta ſanctorum canones, inquit Carolomānus Dux & Prioceptio Synodo Lipſinenſis habitæ anno ſeptingenteſimo quadrageſimo tertio. Præ ceteris verò in reſtitutione collapſæ diſciplinæ laboravit Carolus M. Rex Francorū, non ſolùm ſynodorum ope, quas in eam rem frequenter collegit, ſed etiam Edictis ſuis de Conſilij ſui ſententia promulgatis. Iſigne eſt Capitulare ab eo Principe anno DCCCLXXIX. in Palatio Aquenſi conſtitutum, quod inde *Aquiſgranenſe* dicitur, quo Epifcopos, Presbyteros, & Laicos officij ſui admonet, verbis ipſis Caonorum & Decretorum tranſcriptis. Quo in opere id ſtudium adhibuit, ut ſententia ſententiam canonis comprehenderet, ſimilique ſignificaret ad quos regula dirigeretur, his verbis ſolenibus: *Epifcopis, Sacerdotibus, Monachis, Omnibus.* Hoc Edictum latum eſt, non ex ſynodi alicuius, ſed ex Conſilij ſeu Placiti ſententia; quod conſtatum erat ex Epifcopis & Proceribus, ut docet Hincmarus. Propoſitum ſuum illud eſſe docet Princeps, ut *Deuotè ſancta Dei Eccleſia Deſenſerit, humiliffique Adjuteris*, qualem ſe inſcribit, partes ſtudioſè præſtet, ſuaque diligentiam Epifcoporum ſtudio adiungat, quò paternæ & canonicæ ſanctioes non conuellantur. Duo ergo in eam rem præſtat; Capita quædam è Caonibus excepit, quorum executionem urget, Et*

Legatos ſuos mittit, qui regia auctoritate quæ fuerit corrigenda, unâ cum Epifcopis corrigant. De hoc articulo dicemus libro quarto. Quod attinet ad primum; ea modestia ſe gerit, ut Epifcopos roget, moſtoris officium ſibi vindicando; ita tamen ut ſe Regem eſſe meminerit, & monitioni adiunctam correctionem doceat, exemplo Iſozæ Regis. *Sed & aliqua capitula ex canonicis inſtitutionibus, quæ magis vobis neceſſaria videbantur, ſubijungimus. Ne aliquis, quaſi hujus pietatis admonitionem eſſe præſumptioſam iudicet, quæ nos errata corrigere, ſuperſua abſcindere, recta coercere ſudauimus, ſed magis beneuolæ caritati animo ſuſcipiat. Nam legimus in Regnerum libro, quomodo ſanctus Iſozæ regnum ſibi à Deo datum circumuadendo, corrigendo, admoendo, ad cultum veri Dei ſiuidis reuocare. Non ut me ejus ſanctitati æquiparabilem faciam; ſed quid nobis ſint aliquæ ſanctorum ſemper exempla ſequenda.* Sub ſinem Capitularis, *Injungendi* voce utitur, cùm Epifcopos monet ut prædicationibus ſuis fideles populos à patrandis ſceleribus reuocent. Hoc Capitulare per LXXXII. capita expanſum eſt præcipuè completitur quæ ordinationes, excommunicationes, munera Epifcoporum & Clericorum, ordinem iudiciorum, & reliquum eccleſiaſticam diſciplinam reſpiciunt, ita ut breuiarium aliquod iuris Canonici dici poſſit.

V. Hoc Edictum tranſcriptum eſt libro primo Capitularium, idque deinde Lotharius Imperator, filius Ludouici Pij, in Conſtitutionem ſuam retulit, quæ *Capitulare Lothary* dicitur. quò plurima alia capita ad conſtituendam regni Italiae poliitiam & Eccleſiæ diſciplinam pertinent, è Capitulis Caroli & Ludouici excepta. Huic Capitulari Lotharius ſanctionem ſuam addidit, his verbis: *Placuit nobis in hac capitula, quæ excerptimus de Capitulis ſancta memoria avi noſtri Caroli & Domini noſtri Ludouici Imperatoris, ab omnibus ſancta Dei Eccleſia ſeu noſtris fidelibus in regno Italia conſiſtentibus pro Lege teneantur & conſeruentur; & quicunque hujus Capitularis conceptor exiſterit, ſexaginta ſolidis componat, ſicut in Capitalis prædicti avi Domini noſtri. Ceterùm ſi quis dubitet an hæ Principum Conſtitutiones gratæ fuerit Pontificibus Romanis, conſulat fragmentum epistolæ Leonis IV. Papæ ad Lotharium, qua ſpondet ſe Capitula illa & præcepta Lothary tãſque prædeceſſorum in omnibus obſeruaturo. Neque eſt quòd aliquis ſibi perſuadeat inſolentem eſſe ſponſionem Leonis IV. de ſervandis legibus à Principe latas ad præſidium legum eccleſiaſticarum, præſertim cùm Leonis I. proſeſſio ſucceſſori.*

Greg. l. 4. c. 11.
100. 97.

Edictum Clotarj
l. 1. c. 11.
Diſtinctiones an.
Pippini, & Caroli
ſanctiſſimis
canonibus conſeruentur;
de quibus præſcri-
pta eſt in præſcri-
ptionibus, vel
aliis præſcri-
ptionibus adſeruentur.
Canon. 11.
Conſ. ſanctiſſ.
no. 746.

Capit. Aquilano.
in præſcri. Conſ.
dicitur non ſolum
ſeruentur, &
Conſ. ſanctiſſ.
no. 746.

Hincmar. op. l. 1.
c. 11. 10.

Reſponſio ſe-
nari ſe ſe ſe
& Paſſore l. 1. c.
ſanctiſſ. Clotij

Capitulari A.
ſanctiſſ. ſanctiſſ.

Capitulari Lo-
thary adſcri-
bitur.

C. De Capitulis.
Dei. c. 2. ad
C. 100.

VII. Alterum exemplum fovendorum per Edicta regia Romane sedis Decretorum peritur à Chorepiscoporum negotio. Sæpe in conventibus & synodis regni controversum fuerat, an ordinationes Presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum à Chorepiscopis celebratæ, Confirmationes baptizati tribuatæ, Ecclesiarum & Virginum benedictiones ab iis tentatæ, vitioz essent, an eanonicz. Carolus M. in re tam seria & ambigua sedem apostolicam consulendam esse decrevit, & inter cetera Arnonis Archiepiscopi ad Leonem III. delegati mandata, hoc etiam caput adjunxit. Respondit Pontifex, per canones liberum non esse Chorepiscopis ullam muneris episcopalis partem attingere, atque adeo quidquid ab iis præsumptum fuerat in ordinationibus & benedictionibus, vitiosum esse & penitus irritum, decrevirque damnandos, id est, deponendos, Chorepiscopos, & plectendos exilio, huncque gradum esse defendendum. Post reditum Arnonis, Convantum generalem regni Ratibonæ Imperator cogit, ut rebus à Romano Pontifice secundum canones judicatis, consensus adhiberetur. Responsum Leonis in synodo probatum fuit, & regio Edicto confirmatum. Sed temperata fuit jurisdictione, in pennis à Leone adversus Chorepiscopos decretis, atque ab eorum dejectione & exilio cessarum, quamvis in Presbyterorum gradum redacti sint, juxta canones. Quæ omnia grata futura Summo Pontifici sibi persuaserant. *Prædictos autem Chorepiscopos omnes præcepit Leo damnare, & in exilio detruði. Ista verò omnes, maxime regni nobis à Deo commissi Episcopi, cum eadem Arnone, permittente præfate Apostolice, mittiis strallantes, jamdù illos villanos Episcopos inter Presbyteros statuerunt.* Verba illa, *Permittente Apostolice*, formulam redolent qua magistratus utebantur, cum rescriptorum principalium tristitiam molliabant, quaque usus est Gregorius Magnus, cum legem Mauritiij de militibus ad monachismum propterantibus temperavit. *Nam hinc placatur Imperator, inquit ille in epistola ad Metropolitam. Quod nos hodie, cum bona venia, aut sub beneplacito Pontifici, fieri dicimus. In hoc negotio observandum est quod supra monui, Decretum Papæ, & Definitionem Synodi, Edicto Regio, Caroli nomine concepto, promulgata fuisse; quamvis de re omnino spirituali, id est, de ordinationibus & benedictionibus ageretur. Sed de Chorepiscopis dicemus capite sequenti.*

VIII. Tertiam Regum nostrorum dygnitiam laus illa Tuendæ Ecclesiæ non de-

seruit, quin potius novis præfidiis collatis id promeruit ut à Gregorio IX. regnum Francorum ad Tuitionem fides & libertates ecclesiasticæ à divino numine designatum esse dicatur. Non solum autem armis, sed etiam legibus disciplinam numiebant, cum ea tempora incidissent quæ regiam manum expectabant. Quo in genere eximia est S. Ludovici Christianissimi Regis Constitutio: qui vix officio suo erga Ecclesiam satisfactum puravit, tot bellis labore maximo immanique dispendio adversus Muhammedanam perfidiam in Oriente gestis, nisi hoc etiam Edicto suam pierarem cumulasset. Ea lege decernit ut Episcopi & Patroni sua jura plenissimè serventur, & ut beneficia atque officia ecclesiastica regni, secundum præscripta Juris Communis & Conciliorum, atque instituta veterum Patrum, conferantur, nullisque Curiz Romanz supersit locus exigenda pecunia ab Ecclesia Gallicana, Libertatibusque & Privilegia à Regibus Francorum Ecclesiæ collata intermerata maneant. Tum magistratibus regni dat in mandatis ut hujus Edicti executioni & custodiæ invigilent, pœnis à contumacibus exactis. Ceterum præfatio Edicti hie inferenda mihi videtur, quòd majestatem quandam pietatisque Christianam simul præ se ferat, iisque verbis concepta sit, quibus antiqui Romani Imperatores in simili negotio utebantur: *Ludovici Dei gratia Francorum Rex, ad perpetuum vel memoriam. Pro salubri ac tranquillo statu Ecclesiæ regni nostri, necnon pro divini cultus augmento, & Christi fidelium animarum salute, vique gratiam & auxilium omnipotentis Dei, cujus soli ditioni atque protectioni regnum nostrum semper subiectum existit, & nunc esse volumus, consecqui valeamus, que sequuntur, hoc Edicto consultißima in perpetuum valitura statuimus & ordinamus.*

ADDITIO

STEPHANI BALUZII.

CUM Illustrissimus Archiepiscopus supra cap. x. §. iv. hujus libri annotaverit juxta gladij Regibus à Deo mandatum esse ad tuendam Ecclesiam, Defensorisque Ecclesiæ titulum ob hoc promeritos esse Reges nostros §. 2. & §. hujus caput observaverit, quorum regnum Gregorius IX. ad Tuitionem fides & libertatis ecclesiasticæ à divino numine designatum esse dicit, visum est tam observandum esse firmatæ auctoritate Ludovici VII. Regis France, cujus præclata in eam rem verba extant in literis ejus datis Parisiis anno M c l x x i. quibus auctoritatem suam adhibet ad vindicandum in libertatem Episcopatum Ancientem, qui parentia Vicecomitis Podomniacensis opprimebatur. *Ludovici Dei gratia Fran-*

Capit. l. y. c. 112.
Leo Papa de
permissum
capit. l. y. c. 112.
de illis
capit. l. y. c. 112.

videl. l. c. 112.
§. 2.

coram Rex, omnibus in perpetuum. Digna vox est majestate regnanti, Dei seruum & Ecclesie Defensorem se Principem profiteri. Adco de divina promissionis & clementie culmine nostra pendet auctoritas, ut ad huiusmodi, laudem, & gloriam ipsius & opera nostra & ipsorum intentionem operum referamus. Inde est quod commisit à Deo nobis gladium & in defensionem Ecclesiarum & in oppressionem dactum ac voluntas exterrere tyrannorum. Literæ illæ extant integre in archivo Episcopi Amiciensis, unde illas deservi curaverat Matca: eoque loco uti decreverat in secunda editione hujus operis. Ejan itaque consilium sequi placuit. Sed & illud admonendum est, perfectionem harum literarum Regis Ludovici, imitationem esse Rescripti Imp. Theodosij & Valentiniæi dati ad Voluitanum Prefectum pretorio, l. 4. c. de legib. & consuet. Princ.

Exemplum B. Ludovici secuti ejus nepotes Philippi, Carolus V. VI. VII. disciplinam jam tum ferè collapsam regis constitutionibus non solum muniverunt, sed etiam in plurimis articulis restaurarunt. In eo etiam genere extant quamplurimæ Francisci I. Henrici II. Caroli IX. Henrici III. & IV. & Ludovici XIII. Augustissimi Principum constitutiones; quæ juxta canones Conciliorum, & Decreta Romanorum Pontificum, Consuetudinèque in regno receptas, jure Patrocinij, disciplinæ ecclesiasticæ prospiciunt.

Enimvero non solum constitutionibus generalibus editis disciplinam Reges nostri semper fovenerunt, sed etiam rescriptis specialibus nova Romanæ Curie rescripta muniverunt, quemadmodum de Carolo Magno superius adnotatum est. Hic usus manavit in posteros, locumque habuit in ipsis tertie regum dynastie primordiis. Quod docemur testimonio Eadmeri, qui consuetudines quasdam describens, quas Willelmus Dux Normanniæ in Angliam à se subactam è Normannia transtulit, hanc quoque inter ceteras recenset, scilicet Principem illum inhibuisse ne Romanæ Curie rescripta susciperentur antè quàm sibi porrecta fuissent: *Non ergo pati volebas quæquam in omni dominatione sua constitutum, Romanæ urbis Pontificem pro Apostolico, nisi se jubente, recipere*, (id est, antè quàm ipse certior factus esset de novi Pontificis electione) *ans ejus literas, si primis sibi ostense non fuissent, nullo pacto suscipere*. Per aliquot secula intermissum hujusmodi usum, constitutionibus à ducentis abhinc annis promulgatis, Principes nostri restaurarunt, ita ut Bullarum executio impediretur, nisi prius à Iudicibus delegatis vel à supremis regni Curis ex Regis mandato inquisitum esset an per illas aliquid Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ contrarium induceretur. Quod in Germania quoque observari notum est.

Eundem morem in Bearnina provincia antè quàm regis Coronæ Gallorum accederet, retentum fuisse docent veteres Chartæ. Qui usus inter cetera significatur iis verbis quæ in novæ consuetudinis codice habentur, nempe rescripta ab externa provincia in Bearnnum delata, executioni non esse mandanda antè quàm ut ipsi supremo Domino aut ejus Consilio porrecta fuerint. In Gallia autem, ut dixi, auctoritate Principis, Bullæ ad Curias regni discutendæ referabantur. Quod tamen illæ suo deinde arbitrio assumpserunt, non expectato diplomate Principis. Id verò fieri in dignitatis suæ & plerumque in jurisdictionis injuriam interpretati sunt Episcopi Gallicani, eò quòd Brevia sæpe per subreptionem elicitæ, clanculum in Curis insinuarentur, Episcopis non vocatis. Decreto itaque regij Consistorij constitutum fuit juxta veteres regni constitutiones, ne ulla Brevia apostolica (exceptis indultis quæ in foro secreto Pœnitentiariæ expediuntur) Curis supremis regni insinuentur, ut deinde more solito executioni tradantur, nisi diplomate regio munita sint. Ne autem in posterum Brevibus per subreptionem elicitis lædatur jurisdictionis Episcoporum, præcipitur ut partes Brevia sua offerant Episcopis in quorum ducesse executio fieri debet: qui quidem intra triiduum, scripto quid ea de re sibi videatur, exponant, ut porrectis Brevibus unà cum Episcoporum relatione, Princeps quod nihil erit constituat. Tunc enim aut rescripto executionem permittet, vel si causæ majoris fuerint momenti, quæ futuris negotiis formam dare possent, Curis supremis insinuationem delegabit. Hac ratione Brevia apostolica præsidio & auctoritate Principis munita erunt, cognitio verò causæ, non quidem de Rescripti æquitate, sed de Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ, Curis relinquetur.

IX. Ex isto Tuitionis jure sequitur ut si quid tentaretur contra decreta Canonum, Principes violatæ legis vindices se præstarent, & omnia in integrum aliquando restituerent. Quod ab Imperatoribus Romanis & à Francorum Regibus factum fuisse ostendam libro quarto. Ceterùm monendus est lætor, ex hoc Tuitionis & Patrocinij jure quod Reges exercent, illud commodi in Ecclesiis totamque Rempublicam Christianam redundare, ut ecclesiastica & civilis potestas amico & perpetuo fodere invicem conjunctæ, mutuis auxiliis ad comprimendos improborum conatus, & juvanda bonorum studia, inter se conspirent. Id olim docuerat Iustinianus, quemadmodum

Hanc Brevi
verba referuntur
in capitulo, in
primæ Tomæ.

Fele Eadmeri
lib. 2. p. 111. &
D'Orléans de Solenne
p. 341.
Eadmerus Histo-
ria Normannæ l. 1.
p. 106. ergo ergo
dixit, non potest
sua de 1176 in
Normannia huius-
modi suscipere, de
quo testatur vo-
lunt.

Tom. II. Lib.
Sed. Col. c. 1.

apud Ferrandum, & in Capitularibus, & in Canonibus Arabiis.

V. Chorepiscopus conferebatur cum presbyteratu. Aliquando concedebatur Episcopo vacanti. Vt in canone Nicæno, conceditur Episcopo Novaciano reddenti ad communionem Ecclesie. Poterat etiam conferri ceteris Episcopis vacantibus. Tunc Chorepiscopus, ob priorem ordinationem, erat Episcopus. Germana sententia priorem verborum canonis Antiocheni, quæ sunt exceptis regula. Non omnis Episcopus vacans est Chorepiscopus; sed is cui delatum est illud ministerium.

VI. Describuntur munia Chorepiscopi. De administratione dicitur superius. Subdiaconis & inferioris gradus Clericis ordinabant. Id faciendum consulto Episcopo docet Basilus, juxta canones. Quod intelligendum est de Synodo Laodicensi, quæ mentionem facit. Eadem erant cum Chorepiscopi. Explicatus Zanaras. Periodente in Concilio Chalcedonensi.

I. **N**ON alienum erit ab instituto, de Chorepiscopis breviter agere, & dubitandi causas quæ synodos Gallicæ adeo suspensas tenuerunt, decretique à Leone lati rationes discutere, præferri cum antiqui canones, qui majores nostros adeo moleste habuerunt, variis eruditorum interpretationibus etiam hodie torqueantur. Integrum sibi esse Chorepiscopi existimabant episcopali munere in omni-bus fungi, quòd in canone decimo Synodi Antiochenæ *manus impositionem Episcoporum percipisse, & ut Episcopi consecrati fuisse dicantur*, eisque discretis verbis Subdiaconorum & gradus inferioris Clericorum ordinatio permittitur, & subjectarum sibi Ecclesiarum gubernatio & cura commissa. Etsi autem eodem canone, & Ancyrano, vetita fuerit Chorepiscopis Presbyterorum & Diaconorum ordinatio, attamen non videtur omnino prohiberi, sed tantum si tentata fuerit sine Episcopo, ut loquitur Concilium Antiochenum, id est, absque ejus mandato, ut illi interpretabatur. Deinde illa ordinatio non rescinditur ut vitiosa, sed poena dejectionis indicitur Chorepiscopo. quæ poena desuetudine aboleverat tempore Caroli Magni. Contrà verò reponerent Episcopi, eodem canone Antiocheno, Chorepiscopi ordinationem, civitatis Episcopopo tributam, ideòque Chorepiscopum inter Episcopos recensendum non esse, qui à tribus Episcopis ordinari debent ex præscripto Nicænæ Synodi. Addebant ex Concilio Sardicensi, & Laodicensi, Episcopus in civitatibus tantum instituendus esse, non autem in vicis & pagis, ut Chorepiscopos, quos inde villanos Episcopos Capitularia vocant, ut ex adverso, veros & legitimos Episcopos, *regularem, cathedralium, & canonicè ordinarum*

Episcoporum nomine significant. Hæc sunt verba Capitularia: *Nam Episcopi non erant, quia nec ad quandam civitatis episcopalem sedem titulati erant, nec canonicè à tribus Episcopis ordinati*. Expendenda est canonum Synodi Ancyranæ, Neocæsariensis, & Anriochenæ sententia, ut Chorepiscoporum munus intelligatur. Sanè frequentes in Oriente fuisse Chorepiscopos è subscriptionibus Concilij Nicæni colligitur, ubi inter Episcopos duo Chorepiscopi provincie Cælestyriæ, unus provincie Ciliciæ, quinque provincie Cappadociæ, quinque provincie Isauriæ, & duo provincie Bithyniæ subscribitur, vices suorum Episcoporum agentes, ut mihi quidem videtur. Subscripti etiam Epbesino Concilio Cæsarius Chorepiscopus Cappadociæ. Eorum gradus à veteribus probatus est, cum octavo canone Nicænæ Synodi chorepiscopatus, æquè ac presbyterium, in Clero recensatur, & in Synodo Neocæsariensi Chorepiscopi inter Ecclesiæ comministros numerentur, eorumque munia Synodus Ancyana & Antiochena præscripta sint. Superiorem dignitatem gradum præ ceteris Presbyteris, non solum ruris, sed etiam civitatis, obtinuisse, unice docet laudatus canon Nicænæ Synodi, & secundus Concilij Chalcedonensis, si ordinem scripturæ sequi velimus.

II. Ceterum episcopatus apicem non obtinebant, ut docet apertissime Concilium Neocæsariense, quod ad similitudinem septuaginta discipulorum institutos fuisse Chorepiscopos adnotavit, ut hoc discrimine eos ab Episcopis separaret, qui Apostolis successerunt. Cui addenda sunt verba ultima canonis Antiocheni, quæ Chorepiscopum ab Episcopo civitatis ordinandum præcipiunt: *Chorepiscopum verò, civitatis Episcopus ordinet, cui ille subjectus est*. Quare cum canone quarto Nicænæ Synodi ceterisque canonibus antiquis constet ordinationem Episcopi ab omnibus vel saltem à tribus provinciæ Episcopis celebrari debere, planum est ordinationem Chorepiscopi à civitatis Episcopo peractam non tribuere consecrato dignitatem episcopatus. Vnde rectè Leo I. Galliarum & Germaniarum Episcopis rescriptis, Chorepiscopos eosdem esse secundum canones cum Presbyteris, & pontificatus apicem non habere. Cujus epistolæ verba à Synodo Hispalensi post ducentos annos transcrita sunt: quamvis emundæ naribus hominibus Leonis epistola è verbis Hispalensis Synodi confarcinata videatur. Quam sententiam sequi non possum, quia ultimâ

Capit. I. c. 6.
187.

Can. VII. Nic.
Syn. Præcedens
Chorepiscopus
aut Presbyter
locum
Syn. Neocæsari.
Cap. II. Syn.
Chalc.
Ep. Antiochen.
II. c. 22.
Ep. Ancyran.
II. c. 10.
Ep. Chalcedon.
II. c. 10.

Syn. Neocæsari.

Conc. Antioch.
c. 10.
Ep. Antiochen.
II. c. 22.
Ep. Ancyran.
II. c. 10.
Ep. Chalcedon.
II. c. 10.

Leo I. Ep. ad
Episc. Gall. &
Germ.

Concil. Hispal.
I. c. 2.
Ep. Antiochen.
II. c. 22.
Ep. Ancyran.
II. c. 10.
Ep. Chalcedon.
II. c. 10.

clausula canonis *ex auctoritate apostolica se illa definitivisse* synodus testatur; Leonis scriptum significando. Deinde Synodus Regensis, postquam irram ordinationis speciem à duobus temerè convenientibus Episcopis circa Armentarium esse declarasset, in una Ecclesia Chorepiscopum instrui permittit. Vbi chorepiscopatus conceditur ei qui nunquam fuit Episcopus.

III. Sed ejusdem canonis Antiocheni prima verba opponuntur, quæ secundùm Dionysij Exigui interpretationem Chorepiscopis ordinationem episcopalem tribuunt. Græca enim illa, *si ἐπιθετοῦσιν τὸν Ἐπισκοπὸν εὐαγγελίῳ*, his verbis sincerè reddit, *quantum manus impositionem Episcoporum acceperint*; Et vice glossæ addit, *Et ut Episcopi consecrati sint*. Hæc sunt verba quæ synodus Gallicanas olim in varias sententias distraherunt, quæque viris eruditissimis hodie persuaerunt chorepiscoparij adjunctam olim fuisse episcopalem ordinationem. Attamen hæc controversia facili negotio componi posse videtur, si chorepiscopatum distinguamus ab eo cui collatum esse illud ministerium. Iraque hæc erit certissima regula, chorepiscopatum esse ministerium cui Presbyteri & aliquando etiam Episcopi admoventur. Chorepiscopus enim est ministerium ad levandam Episcopi sollicitudinem in pagis & vicis paræciæ sive dioceseos episcopalis. Presbyterium verò est ordo qui manuum impositione confertur ad faciendam & dispensanda sacramenta; quemadmodum episcoparus ordinis potestate censetur, adjuncta administratione paræciæ. Porrò cum civitatis nomen cui præest Episcopus, agrum omnem seu regionem complectatur quæ in laterculo Imperij illi civitati contribui solet, quæ per castella, oppida, vicos, & possessiones sparsa, in antiquis canonibus *παρῳκία* dicitur; Episcopus quidem curam universæ paræciæ gerit, sed ita ut sollicitudinem suam inter plures dividat. Quare præter Presbyteros civitatis, qui matri Ecclesiæ operam suam navant in sacrificiis peragendis, sacramenta erogandis, fundendis præciis, hominibus recitandis, ceterisque hujusmodi sacris ministeriis, per vicis ordinat Presbyteros ad eadem munia in vicanis Ecclesiis exercenda; quò se conferunt possessores ex rusticanis paræciis, ut verbis Synodi Chalcedonensis utar. Paræciæ enim vocabulum nunc univèrsam Episcopi diocesim significat, nunc villas seu rusticas vicorum appendices, ubi possessores & rustici agros exercent. Olim autem in oppidis tantùm, aut vicis, Presbyteri instituti erant, qui inde

chorepiscopi dicitur, id est, *ἐπίσκοπος vicis* seu vicis ordinati, quos rectè Gentianus Hervetus *Vicanos* reddidit, Dionysius Presbyterus *vicis*, & alibi *Presbyterus qui sunt in agris*; Martinus Bracarensis *Forsajicos* Presbyteros reddidit. Ea enim tempestate Ecclesiæ in vicis constructæ erant; in villis autem & possessionibus, Oratoria tantùm privata de consensu Episcoporum excitabantur, orationis causâ, non autem ad celebrandum liturgiam, quod à canonibus & à Iustiniano vetitum erat, ut pluribus alibi dicitur.

IV. Sed præter Presbyteros, aliquot etiam administratos muneris sui habebat Episcopus, in iis scilicet quæ administrationem respiciebant. Præcipui erant Chorepiscopus, Archidiaconus, & Archipresbyter, quibus addi possunt Oeconomus, & Defensor. Non est hujus instituti officia Ecclesiarum Orientalium & Occidentalium expendere. Satis erit id unum observasse, chorepiscopatum inter officia recenseris, ut archidiaconatum, & archipresbyterarum, quemadmodum rectè adnotavit Concilium Aquigranense anno octingentesimo trigésimo sexto. Presbyteri & Diaconi gradus sunt in Ecclesiâ, & ad sacramentum ordinis pertinent. Sed archidiaconatus complectitur ministerium adjunctum gradus, ut archipresbyteratus ministerium adjunctum presbyteratui, quemadmodum explicat Isidorus Hispalensis. Eodem pacto chorepiscoparus est officium & ministerium ab Episcopo civitatis delatum, ad vicanas Ecclesias, quæ Presbyteris erant commissæ, administratione sua disponendas. Administrationem enim & *δικαιον*, non autem solam sacramentorum erogationem, & verbi prædicationem, Chorepiscopus tribuit Concilium Antiochenum. *Sancitè synodus placuit ad modum proprium recognoscant, ut gubernent subiectas sibi Ecclesias, eorumque moderamine curaque contenti sint*. Inde profectum Chorepiscopi nomen, quod *ἐπίσκοπος*, id est, in pago civitatis contributo, administratione episcopali uteretur, & vicariam Episcopi operam præstaret. Vnde eleganter Ferrandus Diaconus in Breviario Canonum, Chorepiscopus *Vicarius Episcoporum* interpretatur, ratione habita muneris quod gerunt erga vicanas Ecclesias & paræcias rusticanas. Non enim ad nominis originem respexit, sed ad sollicitudinem quam subiectis sibi Ecclesiis Chorepiscopi impendebant. Inter prætationis canonum quam secutus est Ferrandus apprimè convenit illa quæ usus est Carolus Magnus in Capitulo Aquigranensi, & Isidorus in Collectione

Cap. II. Syn. Nicenar.
Cap. VIII. S. C. Ant. quædam de hoc.

Conc. Aquigran. II. capitulo 81. De vicis & de diacon. in hoc. Ant. quædam de hoc. Syn. Nicenar. cap. VIII. S. C. Ant. quædam de hoc. Syn. Nicenar. cap. VIII. S. C. Ant. quædam de hoc.

Secondo Regislib. 47. 419.

Syn. Chalced. c. 19. ἀγρονομία.

fua, ubi Chorepiscopi, *vitaru Episcoporum* esse dicuntur. Quæ dæxi, probari etiam possunt à Collectione Canonum Arabicorum, quorum usus in Oriente: *Chorepiscopus est locus Episcopi super villas, & manseria, & Sacerdotes villarum qua sub potestate ejus sunt.* c. 58. *Chorepiscopus & Archidiaconus sunt tanquam dua manus, & dua ala, quibus Episcopus volat.* c. 64. *Diaconus memoriam faciat nominatim primùm Patriarcha, deinde Archiepiscopi, Episcopi, Chorepiscopi, Archipresbyteri, Archidiaconi; quia isti sunt gubernatores Ecclesiæ; idcirco nominandi sunt ad altare, quandoquidem per eos omnia ecclesiastica administrantur, & ipsi sunt in Ecclesia superiores.*

V. Quare, ut suprà monui, chorepiscopatus ministerium est, & officium, quod Presbytero alicui sedulo ab Episcopo civitatis imponebatur; collato ut plurimum chorepiscopatu cum ordinatione ad presbyteratum. Ceterùm accidebat aliquando ut chorepiscopatus conferretur alicui Episcopo vacanti, qui jam episcopalem consecrationem aliunde accepisset. Tunc chorepiscopatus delatus solum ministerium & Ecclesiarum quæ in agris essent administrationem concedebat, sed is cui deferebatur, verus Episcopus erat ob susceptam, ante chorepiscopatum, manus impositionem. Ne quis autem speciem quam propono à me confidam putet, de chorepiscopatu concessio ei qui jam Episcopus esset, canonem octavum Nicænæ Synodi perpendat velim, qui Novatianis Episcopi à schismate potius quam ab heresi redeuntibus gratiam facit retinendæ dignitatis episcopalis, si orthodoxo Episcopo ita visum fuerit, vel saltem chorepiscopatus locum obtinendi. Sanè nemo diffiteri potest quin iste à Novatianis transfuga *Χριστιανὸς ἡσυχαστὴς* suscepterit, ut loquitur Concilium Anthiochenum, sed eam consecrationem aliunde sumpsit quàm è ministerio chorepiscopatus. Deinde in eodem Concilio Anthiocheno videntur Episcopos vacantes, sive *ἐκλεῖσθεις*, qui ordinati ad paraciam suam non accedunt, ob contumaciam populi, vel aliam ob causam, sine vitio tamen suo, quibus permittitur honoris & ministerij communio, ea conditione, ut negotijs Ecclesiæ, in qua morantur, se non permisceant. Si Episcopus hujusrepulsam ægrè ferens vicinus Episcopus, chorepiscopatus ministerium ei contulerit, planè huic Chorepiscopo tribuendum erit, quod observavit Synodus Anthiochena, eum ut Episcopum consecratum fuisse. Itaque prima illa verba quæ nostræ sententiæ objiciebantur, regulam non labefactant, quæ Chorepiscoporum ordinationem Episcopo tribuit, eoque in Presbyterorum numero recenset, sed exceptionem adhibent: quia fieri potest ex varijs negotiorum figuris, ut Episcopus adfici possit in chorepiscopatu. Eam autem exceptionem iis verbis explicant, ut proclive sit ex ea regulam firmare: *Qui in vitis vel possessionibus Chorepiscopi nominantur, quamvis manus impositionem Episcoporum perceperint, & ut Episcopi consecrati sint, tamen sancta Synodo placuit ut eorum suum recognoscant.* Quasi diceret: Etiam si accidere possit ut præter regulam chorepiscopatus ab Episcopo aliquo exerceatur, tamen modum ministerij sui excedere non potest. Ex eo autem quòd vacantibus Episcopis chorepiscopatus conferri potest, non existimandum est omnes Episcopos vacantes, aut in presbyterij gradum judicio canonico dejectos, Chorepiscopos dici posse. Soli enim illi eo nomine fruuntur quibus Episcopus civitatis ministerium illud impoferit, cum canones Episcopi arbitrio illud reliquerint.

VI. Dejectis Chorepiscopis à dignitate episcopali, reliqua est administratio & cura, qua Presbyteris rusticarum Ecclesiarum & vicorum imminabant, plebes in officio pietatis continebant, promovendos in clerum discubiebant, Subdiaconos, Lectores, Exorcistas, & ceteros inferioris gradus Clericos auctoritate sua ex Episcopi sententia constituiebant, de Presbyteris & Diaconis ad Episcopum referebant, præcipuam & singularem pauperum curam gerebant. Ecclesiis aliquot Chorepiscoporum administrationi subjectas fuisse docui suprà è Concilio Anthiocheno: quod etiam Subdiaconorum & inferioris gradus Clericorum ordinationes illis permittit. Quo in negotio sic versabantur, ut Presbyteri & Diaconi, qui cum promovendis familiaris egerant, de illis ad Chorepiscopos referrent: qui deinde testimonijs discussis, & Episcopo consulto, ministros cooptabant in clerum. A consuetudine, quam è patrum canonibus profectam ait Basilus, Chorepiscopos accessisse conqueritur, plurimòque in unoquoque pago à solis Presbyteris & Diaconis in clerum allecctos, *ἐκ τῶν ἡσυχαστῶν*, id est, metu tirocinij, seu delectus militum. Itaque adscriptos clero à Presbyteris, in Lycos redigit; & præcipit, ne deinceps Chorepiscopi aliquem etiam inferioris gradus Clericum constituant antè quàm ad Episcopum retulerint, qui promovendorum meritis suffragetur. Cùm autem canonicæ disciplinæ peritissimus Basilus repetat à Canonibus patrum, quos ipse renovat, Chorepiscopi injunctam necessitatem

Cardus Anshel
Episcopus Alibi
P. 100

Card. Agostini
ep. 1. S. 100
no. 100. 1000
Basilus.

See. Anshel.
100. 10.

Cl. 10. Can.
cl. Anshel.
Ordinatio
clericorum, & sub-
diaconorum, aut
Exorcistæ, quos
promovendi
sunt.

Basilus ep. ad
Chorepiscopos,
quod nonnulli
ep. 100. 1000.

Basil. ep. ad
Chorepiscopos,
quod nonnulli
ep. 100. 1000.

ne Subdiaconos & ceteros, ministros in cle-
rum adscribant sine sententia Episcopi, non
incogitant effluxisse verba illa exitumand-
um est. Hoc autem à canone Antiocheno
manare non potest; quoniam pòtius inde colli-
gitur liberas tunc fuisse Chorepiscopis pro-
mouones illas, absque Episcoporum man-
dato vel consilio. Quare aliunde trahenda
est hæc restrictio, quæ ordinationem qui-
dem Chorepiscopis relinquit, sed de me-
ritis aut numero promovendorum senten-
tiam Episcopi expectari debere præcipit.
Quod à Synodo Laodicensi ducendum est,
quæ cavetur, ne in villulis aut in agris Epis-
copi constituantur, sed *ἐκ πόλεως*, id est,
Visitatores, ut reddidit Dionysius Exiguus,
quod idem est cum Chorepiscopis, ut mox
dicam. Aliquot annis ante hæc synodum
decretum fuerat à Concilio Sardicensi ne
Episcopi ordinarerentur per vicos & modicas
civitates: *Licentia danda non est ordinandi
Episcopum aut in vico aliquo, aut in modica ci-
vitate, cui sufficit unus Presbyter: quia non est
necessè ibi Episcopum fieri, ne vilescat nomen
Episcopi & auctoritas.* Amovet ergo Synodus
Laodicensis Episcopos à vicis, eisque qui
jam constituti erant eam legem præscribit,
ut nihil faciant præter consentiam Episcopi
civitatis; id est, ut nihil eorum tentent quæ
muneris episcopalis partes attingunt, quin
prius ad civitatis Episcoporum retulerint.
Tum subdit canon: *Similiter & Presbyteri
præter consilium Episcopi nihil agant.* Quod
pertinet ad Presbyteros *ἑλεωδωτοῦς*, seu Vi-
sitatores, de quibus locutus est, qui nihil
agere debent absque consilio & sententia
Episcopi, in iis quæ munus Visitatoris re-
spiciunt, id est, chorepiscopatus ministere-
rium. Huc planè respexit Basilus. Quod
non solum colligitur ex eo quòd nullus can-
on proferri potest, præter istum, qui illius
sententiæ suffragetur, sed etiam è verbis
quæ mutuatur è canone Laodicensi: *Ne
quem adscribat in clericum antè quàm ad nos
retuleris; aut scias quòd laicus consecratur
qui præter sententiam nostram in ministerium
receptus fuerit; ἢ ἄλλω ἑλεωδωτοῦς γινώσκῃ.* Hæc
verba deprompta sunt è canone Laodicensi,
ἢ ἄλλω γινώσκῃ τῷ ἑλεωδωτοῦ. Unde constanter
asserere audeo eundem esse Chorepiscopum
& *ἑλεωδωτοῦν*. Vterque in agris instituitur,
ut rusticana parocias videret, unde *ἑλεω-
δωτοῦ* nomen; ne quis scilicet existimaret
vico alicui sic additum, ut in alias curas af-
furgere non posset. Quot sensu accipiendus
est Zonaras, cum adnotat Circutores istos
& Lustratores hæc è illac circumcursare ad
fidelium salutem, *ἡγέμενοι οὐκ αὐτῶν μὴ ἔχοντες*,
id est, nulli sedi adscriptos: quia scilicet ex

te Chorepiscopi munus nulli vico speciali-
ter addicit, cum in generalibus aliquo ministe-
rio versetur. Nisi aliter verum fuerit Episco-
po, qui Periodeutam alicui Ecclesie vicane
adscribere potest, collato & adjuncto mu-
nere ceteras visitandi. Quæ videtur mens
fuisse Synodi Laodicensis, cum antè Chor-
episcopi ministerium Clero civitatis adscri-
ptum potius videretur quam vicane alicui
Ecclesie affixum. Nova appellatio Perio-
deutarum à Synodo Laodicensi profecta,
quæ Chorepiscopi nomen ad comprimendos
ministros illos averfata videtur, in
Oriente obtinuit. Unde Actioe quarta
Concilij Chalcedonenfis fit mentio Alexan-
dri Presbyteri & Periodeutæ, & Actioe deci-
ma, Valentini, qui Presbyter erat & Pe-
riodeuta. Modum quem in visitandis Ecclē-
siis & monasteriis sibi subjectis observabant
Chorepiscopi in Oriente docet Collectio
Canonum Arabicorum canone quinquage-
simo quinto.

C A P V T X I V .

Synopsis.

I. Presbyterorum & Diaconorum ordinationes
vetite Chorepiscopis à Concilio Antiocheno, sine
Episcopo. Et verba explicantur ex mente Balsamæ,
adversus Zonaram. Eadem interdicitur in canone
Anagyran. Dna interpretationes, quæ eliciuntur à
textu Græco, referuntur.

II. Mandatum esse textum probatur è versio-
nibus Latinis, tum Dionysij Exigui, quæ mutila est,
& restituitur, tum ejus quæ nunc est Caroli Ma-
gnæ, tum Ferrandij Diaconi. Et collatione trium in-
terpretationum emendatur textus Græcorum. Quo
vetatur Chorepiscopis Presbyterorum & Diacon-
orum ordinatio, & Presbyteri ne aliquid agant
sine iussu Episcopi. De Presbyteris promovendis
Chorepiscopis referuntur ad Episcopum.

III. Curam pæpensionem gerere, à Synodo Neo-
caesariensi, cuius canon explicatur. Chorepiscopi ad
formam septuaginta Discipulorum constituti; qui
canon secundæ ordinis præcipitur, ex Hieronymo.
Ejus autem secundæ ordinis essent, id est, Presbyteri,
offerrebat eum solemnè pompa.

IV. Aliquando chorepiscopatus concedebatur
revisis plebanis facultatibus quæ hinc ministeria com-
petebant; ut patet à Synodo Regensij, in crasso Ar-
meniarum; cui tamen confirmatio neophytorum relin-
quuntur.

V. Explicatur Sidenij locus famulos, de Claudino,
qui erat antistes ordine in secundo, id est, Chore-
piscopus, Savaas interpretatur de archidiaconato.
Sed Presbyteri erant ordinis secundi, & Diaconi
tertij.

VI. Leo I. Chorepiscoporum potestatem restricta,
vetita confirmatione, altarium & virginum benedi-
ctione; Subdiaconorum ordinatione illi restituta. De
Chorepiscopis referuntur Gnli ad Zachariam, Et iterum

Synod. Laodic.
ἐκ πόλεως αὐτῶν
ἐπιτοῦν, ἢ ἄλλω
ἐλεωδωτοῦ.

Concil. Sardic.
can. 4.

Synod. Laodic.
ἐκ πόλεως αὐτῶν
ἐπιτοῦν, ἢ ἄλλω
ἐλεωδωτοῦ, ἢ ἄλλω
ἐπιτοῦν, ἢ ἄλλω
ἐπιτοῦν, ἢ ἄλλω
ἐπιτοῦν.

Can. 4. ep.

ad Leonem III, qui irrita esse decrevit etiam ordinationes Subdiaconorum. Raro hujus verbi rescripti inquirunt. Explicatur canon septima Synodi, de Lectorum ordinatione.

VII. Licet veritatem à Leone. & à Synodo Gallicanis, ne Chorepiscopi deinceps ferrent, retenti sunt tamen ab Episcopis. Quia verum curas levabant. Ut colligitur à Capitularibus, & Synodo Meldensi.

VIII. In quo versaretur eorum ministerium anno 840. Cujus occasione electio Episcoporum differretur à Regibus, qui reditus Ecclesie vacantis relegant. Synodus Meldensis explicata, à Flodoardo.

IX. Dudum iterum in Gallie de ordinibus presbyterij Gallicanis à Chorepiscopis, Consulatus Nicolai I. respondit esse validos, sed abstinendum ab illis in posterum. Contrarium sententiam post aliquot annos provincia Belgica Episcopis. Cessatum deinceps à Chorepiscoporum institutione. Pars sollicitudinis translata in Archidiaconos. Unde lapsus Sigeberti, qui Archidiaconos cum Chorepiscopis confundit. In Patriarchatu Alexandrino hodie nulli Episcopi, sed Chorepiscopi.

I. CETERUM quod attinet ad Presbyterorum & Diaconorum ordinationes, Chorepiscopi omnino eas admittunt canon Antiochenus: Nec Presbyterum verò nec Diaconum audeant ordinare, prater civitatis Episcopum, cui ipse cum possessione subjectus est. Quod non ita est intelligendum, ac si ex mandato Episcopi permitti illis posset ea ordinatio. Accedere quidem potest ordinationi ab Episcopo celebranda; sed solus eam peragere non potest. Eleganter Balsamo:

Illud autem, Sine Episcopo qui est in urbe, non accipitur pro eo quod est, sine ejus mandato, sed pro eo quod est, sine illius consecratione. Etsi enim fuerit Chorepiscopo mandatum ut Presbyterum ordinet, & hoc fecerit, irrita erit ordinatio, quod non sit ei à canonicis data Presbyterum ordinandi potestas. Quae contra sententiam Zonarae, et si tacito ejus nomine, Balsamo disputat. Hoc decretum hauserat Synodus Antiochena è Concilio Ancyrano; cujus canonem Graecum recitabo, ut restituam veram lectionem, & eadem opera sinceram ejus explicationem aperiam, quae ob illud vitium viros eruditissimos latuit; χορηπησις οὐ ἐστιν ἐπίσκοπος

ὁ ὄντις ἐν πόλει, ἀλλὰ μὴ ἐπίσκοπος ὁ ὄντις ἐν πόλει, ἡρὸς τῆς ἑκκλησίας ἐστὶ τῆς ἐκκλησίας ἢ χειροτονῶν, ἐκ τῆς πόλεως. Ex hac lectione, quam Colledio Canonum Zonarae & Balsamonis exhibet, duplex sensus elici potest, juxta varias interpretationes quas ambigua phrasia Graeca ferre potest. Ita enim verti potest: Chorepiscopi non licere Presbyteros aut Diaconos ordinare, sed neque Presbyteris civitatis, nisi eis permittatur ab Episcopo per litteras, in aliena parochia. Vel ita, sed neque Presbyteros civitatis, accusandi casu, non dandi, ut in su-

periori interpretatione. Iuxta priorem explicationem, potestatem admittit Presbyteris urbicis ne Presbyteros aut Diaconos ordinent, nisi eis licentia per litteras facta fuerit ab Episcopo, in aliena parochia. Quod ineptum est, & alienum à regula, quae Presbyterorum ordinationes solis Episcopis tribuit, idque in sua cujusque parochia, cum ἑξουσίᾳ χειροτονίας omnino sint vetita. Si accusandi casu legas; prohibebit Chorepiscopi Presbyteros & Diaconos ordinare, imò etiam Presbyteros urbicos, sine litteris Episcopi, in aliena parochia. Quo quid absurdius dici possit, non video. Anne cui veritas est Presbyteri vicarij ordinatio, non etiam potiori jure vetita est urbici, ut de hac iterum urgenda non sit interdictio, quasi de re minoris momenti ageretur, quaeque superiori prohibitione non esset comprehensa? Deinde quid est illud, in aliena parochia? ac si Chorepiscopi libera esset ordinatio Presbyteri in sua parochia sine litteris, vel ab eis tentari posset ordinatio Presbyterorum cum Episcopi consensione ac litteris in aliena parochia. A Zonara vel Balsamo, qui hanc ultimam interpretationem sequuntur, nullum subsidium sperari potest: quia, ut fatetur Balsamo, seculo illo Chorepiscoporum gradus omnino exoleverat. Ideo commentandi labore superfedet. Vel forte quod desperaret sinceram sententiam canonis se affecuturum.

II. Mendosus omnino canon Graecus, è quo tot ineptiae sequuntur. Ejus vera lectio constituenta edet ex antiquis versionibus, Dionysius Exiguus, qui veterem satis consulam castigavit, sic habet: Chorepiscopi non licere Presbyteros aut Diaconos ordinare. Sed nec Presbyteri civitatis, sine praescepto Episcopi vel litteris in unaquaque parochia. Sed editio vulgata Dionysij mutata est, ubi restituta sunt haec verba, aliquid agere, quae inferere oportet post ista, Presbyteri civitatis. Etenim Epitome Canonum ab Hadriano I. concinnata è versione Dionysij Exigui, integra verba illa retinuit, quae delent in editione Codicis Canonum: Ut Chorepiscopi Presbyterum vel Diaconum non ordinent, nec Presbyter aliquid agat in parochia sine praescepto Episcopi. In Capitulari Aquigranenſi Caroli M. canon bis verbis profertur; quae concinunt cum interpretatione quae extat in Collectione Isidori: Vicariis Episcoporum, quos Graci Chorepiscopos dicunt, non licere Presbyteros vel Diaconos ordinare, sed nec Presbyteris civitatis sine Episcopi praescepto amplius aliquid jubere, vel sine auctoritate litterarum ejus in unaquaque parochia aliquid agere. Ferrandus Diaconus Carthagenensis,

Crit. Annot. p. 102. A. 102. Episcopi non licere Presbyteros aut Diaconos ordinare, sed nec Presbyteris civitatis, nisi eis permittatur ab Episcopo per litteras, in aliena parochia.

Balsamo de Chorepiscopis. Sine Episcopo qui est in urbe, non accipitur pro eo quod est, sine ejus mandato, sed pro eo quod est, sine illius consecratione.

Episcopi Antiocheni.

Capitulari Aquigranenſi.

qui eodem tempore floruit quo Dionysius, videtur hæsisse interpretationi à superiore non dissimili. Ait enim in Breviatione canonum Titulo LXXIX. *Vt Chorepiscopi, id est, vicarii Episcoporum, nec Presbyteri nec Diaconos ordinent, nisi tantum Subdiaconos. Concil. Augustinian. Tit. 13. Conc. Antioch. Tit. 10.* Superest alterum membrum canonis Ancyranum, quod agit de Presbyteris civitatis. Ejus sententiam refert Ferrandus Titulo XCII. *Vt Presbyteri civitatis sine jussu Episcopi nihil jubeant, nec in unaquaque parochia aliquid agant. Concil. Sardic. Tit. 13. Legendum Concil. Augur.* Nulla enim fit mentio Presbyterorum civitatis in Concilio Sardicensi; sed in solo Ancyrano, dicto canone. Tres istæ interpretationes constanter legunt, *Presbyteris civitatis*, dandi casu, & in unaquaque parochia. Vnde sine dubio emendari debet textus Græcus, legique, *ἐν καθ' ἑκάστην παροικίαν*; non autem *ἐν ἑκάστη*, ut præsert lectus Zonaræ. Mutilum etiam alia ex parte Græcum contextum esse constat, ex ipsidem interpretationibus. Hiatum enim hujus sententiæ, *sed nec Presbyteris civitatis sine licentia Episcopi & jussu in unaquaque parochia*, his verbis supplet, *aliquid agere*. Itaque in Græco contextu deest *τι ἐν καθ' ἑκάστην*, aut quid simile. Quo loquendi modo utitur Synodus Laodicensis in simili specie: *Presbyteri præter consilium Episcopi nihil agant, jussu καθ' ἑκάστην*. Scilicet cœcisa est Presbyterorum urbicorum functio ad arbitrium Episcopi, de quo literis constare oportuit. Quod esset Chorepiscopi munus erga promovendos ad presbyteratum in agris & vicis, colligere licet ex administratione rusticarum parœciarum, quæ illi credita erat. Scilicet motum inquisitio, imò & delectus eorum qui adscribendi erant, ad eum pertinebat. Quod in Oriente locum habuit, ut docet Collectio Canonum Arabicorum can. LX. *Non enim licet ut ullus minister in sacello sine capella diaconis sine licentia Chorepiscopi, quandoquidem ipse est capus iborum.* Istud omnibus Presbyteris arrogat epistola Nicænæ Synodi, ut designent eos qui merebantur adscisci in clerum, *ἐπισημαίνοντες, ὡς ἔσονται ἐπισημαίνοντες τῶν ἀδελφῶν τῶν κληρῶν*, quæ curam Chorepiscopi non excludunt.

III. Eximiam pauperum curam Chorepiscopus gessisse dixi, secundum mentem Synodi Neocæsariensis, cujus hæc est sententia. Presbyteris agrorum liberum non esse ut orationem faciant in Ecclesia civitatis, coram Episcopo, vel urbis Presbyteris. Vnde sequi videbatur idem statuendum de Chorepiscopis, qui rusticis parœciis præerant; maximè cùm essent se-

cundi ordinis Sacerdotes. Hoc enim significant verba illa, *ad similitudinem septuaginta* constitutos esse. Presbyteros enim, sive minoris gradus præceptores, cum septuaginta Discipulis componebant veteres; ut patet ex Hieronymo, qui duodecim fontes explicans allegoricè in epistola ad Fabiolam de LII. mansionibus, *Nec dubium, inquit, quin de duodecim Apostolis sermo sit, de quorum fontibus aqua derivata totius mundi siccitatem rigant. Iuxta hæc aquas septuaginta creverant palma, quas & ipsos secundæ ordinis intelligimus præceptores; Luca Evangelizante duodecim fuisse Apostolos, & septuaginta Discipulos minoris gradus, quos & hi nos ante se Dominus præmittebat.* Attamen et si inter Presbyteros recententur Chorepiscopi, canon decernit eum honorem illis deferri ut offerant honorati, præsertente Episcopo & Presbyteris civitatis. Cujus moris eam rationem reddidit, quia ministris sunt, & impensum studium pauperibus exhibent. Quorum verborum hic est sensus, Chorepiscopus non esse adscribendus Presbyteris agrorum, sed potius inter ministris civitatis adscribendus, quia Episcopum sollicitudine episcopali in pagis visitandis levant, eisque vices gerunt, ideò que *ἐπισημαίνοντες* dici possunt. Vnde fit, & ex studio quod erga pauperes exhibent, ut offerant honorati, *ἐπισημαίνοντες τιμωμένοι*. Quæ synodi verba, ne sint otiosa, ita intelligi debent, ut Chorepiscopi solenniori & celebriori pompa in sacris ministeriis obeundis procederent quam Presbyteri civitatis, eo latellio Clericorum stipati quod episcopalem quandam honorem referret, licet revera eorum gradus ad typum septuaginta Discipulorum esset expressus. Curam verò pauperum præcipuam gerebant, quos arbitrio Episcopi, & suo ministerio, procurabant, ita ut miseris species quædam frumentationis præberetur. Quare inter cetera Chorepiscopi munia, in Opusculo Ebonis, refertur peregrinorum & pauperum exhibendorum studium, maximè cùm morbo vexantur: *Hospitalitatem servari, infirmos visitando, obsequia benignitatis, & benedictionum, & sanctorum antonienis inferre.* Ex eo profectum ut in Canonibus Arabicis, Chorepiscopis cura imminet præficiendi alquem, qui juxta vires uniuersaque vici eos reditus colligat qui ab Episcopo ad alendos pauperes & recreandos peregrinos impendi debent.

IV. Aliquando tamen chorepiscopatus confetebatur angustioribus finibus exercendus; ut contingit in causâ Armentarij, cujus ordinatio ad episcopatum Ebrodunen-

Foot epistolam Lxxxv. ad Præsbyteros apud Antiochiam, & Theodosianam Antiochenam Epist. aliquando Præsbyteri inq. decessit.

Opusc. Ebonis Antioch. Rom. in Appendix. Theodosii.

syn. Laodic. 13.

Epist. Nic. Syn. apud Theod. L. c. 10.

syn. Neocæs. c. 14. ad 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

fem, à duobus tantum Episcopis peracta, rescissa est à Synodo Regensi anno quadringentesimo trigelimo nono. Concessum tamen est Armentario ut Chorepiscopi nomine Ecclesiam unam obtinere posset, si quis Episcopus eam illi conferre voluerit; sed iis legibus quæ chorepiscopatum illum in angustias redigunt. Vetatur enim ne duarum Ecclesiarum gubernationem obtinere possit, ne quis ei locus decernatur quem curiæ & civitatis species aut ordo nobilitat, ne vel ultimum Clericum ordinet in sua Ecclesia, ne unquam in civitatibus offerre præsumat, etiam sub Episcoporum absentia. Attamen hoc unum chorepiscopatus vestigium illi relinquunt, ut *in sua Ecclesia neophytos confirmare & ante Presbyteros offerre possit*. Sed recite illæ facultates satis evincunt ordinario jure Chorepiscopi eas competitivisse, etsi aliis probationibus destituerentur.

V. Ex iis quæ hæcque differimus manifestè constat cur Ferrandus Diaconus, Isidorus Hispaleus, & antiqua Canonum interpretatio, Chorepiscopus, Vicarios Episcoporum, & Concilium Parisiense, ministros esse dixerint. Hinc explicandus est locus Sidonij, eruditotum disputationibus famosus: qui de Claudiano Mamerti Viennensis Episcopi fratre loquens, quem ejus *Consiliarium in judicio, Vicarium in Ecclesia, & Procuratorem in negotiis* fuisse observat, antistitem ordine in secundo esse scripsit.

Antistes fuit ordine in secundo,

Fratrem scilicet levans episcopali,

Nam de Pontificis tenore summi

Ille insignia sumpsit, hic labrem.

Vel me tacente nemo est qui non videat merum Chorepiscopum describi, qui vices Episcopi gerit, etsi nomine & dignitate episcopali non fruatur. Secundus ordo presbyterorum significat, in quo ita constitutus erat Claudianus, ut antistes esset, id est, primas partes presbyterij obtineret in sollicitudine episcopali. Quare emendandus est Gennadij locus, qui Claudianum istum, Episcopum Viennensem appellat. Ait enim, de Salviano loquens: *Scriptis expositiones extreme partis Ecclesiæ ad Claudianum Episcopum Viennensem*. Rescribendum est, *Chorepiscopum*. Nunquam enim episcopatum Viennensem obtinuit, cum illi Mamertus superstes fuerit. Vir eruditus Ioannes Sava-ro, in Notis ad Sidonium, putabat Claudianum Archidiaconi munus exercivisse in Ecclesia Viennensi, unde adeptus esset antistitis nomen ordine in secundo. Quæ explicatio aliena est à modo loquendi veterum, qui Presbyteros in secundo sacerdo-

tio, Diaconos in tertio constitutos dicebant, quartum ordinem à capite Subdiaconatum, Presbyteros, secundi ordinis præceptores, secundi in Ecclesia ordinis, quemadmodum apud Græcos Gregorius Nazianzenus à patre in presbyterium adscriptus, se in secundas sedes promotum scripsit, *eis ἵψους τοῖς διακόνους*. Itaque Archidiaconus erat Primicerius tertij ordinis Diaconorum. Sed Chorepiscopus erat antistes ordine in secundo.

VI. Tandem Leo Primus Galliarum & Germaniarum Episcopis respondens aliquot annis post Synodum Regensem, Chorepiscoporum ministerio fines quosdam præscripsit, arctiores quàm essent antiquitas. Nam præter Diaconorum & Presbyterorum ordinationes, quæ antiquis canonibus erant vetitæ, baptizatorum consignatione, quæ etiam ipsi Armentario relicta fuerat à Synodo Regensi, altarium & virginum benedictione illis interdixit, licet Presbyteris committi solerent. Sed ordinationem Subdiaconorum liberam illis reliquit, quæ etiam à Concilio Hispalensi habito anno DCXIX. vetita non est; licet eo tempore huic gradui lex coelibatus adjuncta fuisset, non solum ex Gregorij Magni decreto, sed etiam ex consuetudine antiquior, quæ canone Concilij Agathensis confirmata est anno quingentesimo sexto.

Dubitavit Galli de Chorepiscoporum ministerio anno DCCXLVII. Qua de re Pippinus Major domus Francorum retulit ad Zachariam Summum Pontificem: qui canone decimum Concilij Antiocheni servandum esse decrevit, quo Subdiaconorum ordinatio disertè illis permittitur. Eo responso plenè satisfactum non est iis dubitationibus quæ anticipem tenebant Ecclesiam Gallicanam. Cuique enim comperta erat definitio Synodi Antiochenæ, sed de verborum genuino sensu erat quæstio. Quare necessaria fuit altera Relatio, quæ temporibus Caroli Magni missa est ad Leonem III. qui controveriam solvit juxta definitiones decessorum suorum, id est, Leonis I. & Zachariæ, & juxta præscripta canonum, id est, Synodi Ancyrænæ, Antiochenæ, & Neocesariensis, decrevitque irritas esse Presbyterorum, Diaconorum, & Subdiaconorum ordinationes, infantium consignationes, Ecclesiarum & virginum benedictiones, quæ omnia ab Episcopis iterum erant rite peragenda. Rectè quidem & canonice Presbyterorum & Diaconorum ordinationes à Chorepiscopi tentatas rescidit. Sed hæreo in ordinationibus Subdiaconorum, quæ illis disertè permixtæ cum essent à Concilio

4 Syn. Rom. sub
Synod. c. 6.

Greg. Naz. in
causa de vita qm

Leo ep. Be. ad Ep.
Germ. de Gall.

Zacharias ep ad
Pippinum cap. 4.

170. Reg. c. 1.

Sidon. l. 4. ep. 11.

Gregorius de
vita & reg. in
vitalibus.

Optatus Mil. l. 1.
causa Pannon.
Facundus Heremian.
L. 1. cap. 3. Sidon.
L. 4. ep. 11. Leo
10. in Appendi-
ci C. Theod.
a Leo 1. ep. ad A-
ntioch. Theod. c. 4.
1. Hier. ep. ad Ps.
104. Super leuda-
100.

à Concilio Antiocheno, necdum erant ve-
vitæ ullo decreto. Non morot enim stra-
mentitiam epistolam sub Damasi nomine in
Collectione Isidorii publicatam. Occasio-
nem tamen fumpfisse videntur Leo III. &
Episcopi Gallicani è verbis ambiguis Epito-
mes Canonum ab Hadriano I. concinnatæ,
cujus usus frequens erat in Gallia, ut patet
è variis locis Capitularium, ubi verba ipsa
hujus Epitomes referuntur. Etenim brevia-
rium decimi canonis Antiocheni ita concep-
tum est: *Quid Chorepiscopi ordines inferi-
res usque ad subdiaconatum dare possint.* Vnde
Leo & synodus Gallicana in re dubia inter-
pretationem adversus Chorepiscopos fa-
cientes, subdiaconatum ab eorum ordina-
tione subduxerunt. Quare Synodus Mel-
denfis anno DCCCXLV. eisdem verbis usa
est, dum vetat ne ordines ecclesiasticos tri-
buant, nisi usque ad subdiaconatum. Sulpica-
biur aliquis hac tempestate in Oriente res-
trictam fuisse Chorepiscoporum auctorita-
tem ad Lectorum solas ordinationes, ex ca-
none XI V. Septimæ Synodi, quæ juxta
veterem consuetudinem à Chorepiscopi
promovendos esse Lectores decernit. Sed
obserandum esse, eo canone non agi de ju-
re Chorepiscoporum in Clericis cooptan-
dis, sed de lectione publica sacrarum scrip-
turarum è suggestu & ambone Ecclesiæ,
quæ à pueris pronuntiabatur ad clerum de-
signatis, sed nondum ab Episcopo adscrip-
tis. Canon vetat à quoquam in synaxi-
ca prælegi, nisi manus impositionem accepe-
rint ab Episcopo, aut à monasterij Abbate,
aut à Chorepiscopo de sententia Episcopi,
juxta veterem consuetudinem.

VII. Licet autem Chorepiscoporum
ministerium damnatum fuerit à Leone Pa-
pæ & à Synodo totius regni, vetitumque ne
Chorepiscopi à quibuscunque Episcopis
deinceps fierent, attamen eruperunt ite-
rum, egeruntque altas radices in Gallis.
Sed repressa est eorum audacia à Concilio
Pariensii anno DCCCXXIX. quod præ-
cipuè in id invehitur in quo ab iis tunc
peccabatur, nempe in baptizatorum con-
firmatione, qua illis à Patribus interdicitur,
ea ratione, quòd in Concilio Neocæsa-
riensi ad formam septuaginta Discipulorum
constituti fuisse dicantur, ut Episcopi A-
postolorum locum obtinent, quibus donum
sancti Spiritus nec impositionem
tradendi facultas, non autem Discipulis,
concessa fuisse legitur in Actis. Mirabitur
fortè aliquis, nec immeritò, quis redivivos
excitaverit Chorepiscopos, & unde tanta
illorum perviciacia proficisceretur, ut rebus
tam gravi auctoritate definitis stare nollent.

Sed omnem admirationem deponet, si quis
consideraverit imperfectam esse legem quæ
vetat, sed si quid contra factum sit, non ir-
ritum decernit. cujus generis erat hæc in-
terdictio, ne Chorepiscopi ordinentur.
Quare cum ab arbitrato Episcoporum hæc
inibituro pendere, eadem ratione qua
vobantur olim à quamplurimis Episcopis,
ab iisdem vel retenti vel restituti sunt. Causa
verò quæ gratiosos Episcopos reddebat
Chorepiscopos, ea est, quòd in se suscipe-
rent omnem curam & laborem episcopalis
ministerij, & desidia Episcoporum patroci-
narentur: qui sollicitudine pascendi gregis
levari, secularium more, genio suo indul-
gebant, ut elicitur è Capitularibus & è Syn-
odo Meldensi. In Capitularibus disertè
scriptum est, Chorepiscopos factos ab Epi-
scopis, qui suis quietibus ac delectationibus
inherent. Synodus Meldensis animadver-
sit statuit in Episcopum qui propter desidia-
m, aut sicularem pervagationem, vel propter in-
firmam, modum suum Chorepiscopis transcon-
dere consenserit.

Capit. lib. d. 119.
Syn. Meld. c. 44.

ADDITIO
STEPHANI BALDII.

ISTUD ipsum paulò asperioribus verbis usque
Hincmarus in epistola XLV. cujus meminit Flo-
dosardus lib. III. Hist. Remensis cap. XXXI. quæ
ante hos viginti annos ex codice Virdunensi edita est
ab eruditissimo viro Jacobo Sirmando. Hincmarus
ergo respondens eujusdam Episcopi consultatio-
nis, hæc adversus Episcoporum desidia scribit in
capite XLV. illius epistola: *Sed & scandalum in Ec-
clesia misit, sicut & quidam Episcopi, etiam à longè
precedentibus temporibus, scandalum pro sua quiete
& voluptatibus in Ecclesiam intrinseverunt, ordina-
tes Chorepiscopos, & eis qua Summi Pontificibus
convocantur agere permitcentes; quas apostolica sedes
sepius reproberis & apostolice macrone reicidit, sicut
in decretalibus eorum qui volentes conferre invenit.*

VIII. Quænam autem esset hac tem-
pestate Chorepiscopi potestas, accuratè
docet Ebbo Remensis Episcopus in eo O-
pasculo quod de Ministris Ecclesiæ Re-
mensis scripsit, id est, Præposito, Archi-
diacono, & Chorepiscopo: *Chorepiscopi
verò ministerium est, omnem sacerdotalem ta-
tum regionis sibi commissa conversationem cor-
rigere atque dirigere, & quæ sequuntur. Ius
autem dandæ consecrationis ex præcepto
Episcopi Ebbo meretur. Synodus Meldens-
is Chorepiscopis modum præfixit juxta ca-
nones, præcipuèque prospexit ne post
obitum Episcopi aliquid ex episcopali mini-
sterio specialiter Episcopis debui attentarent:
quia, inquit, ex hoc magnum scandalum,
& divisionem rerum ecclesiasticarum, atque di-
lationem in canonicè ordinandis Episcopis, Dei*

Opuscule de
Rem. lib. III.
c. 31. Rem. lib. III.
c. 31. P. 119. in
Append. Hincmar.
c.

Synod. Meld. c.
**

Syn. Syn. d. 14.
de ordines & c. 2.
de ordines & c. 2.
de ordines & c. 2.
de ordines & c. 2.
de ordines & c. 2.
de ordines & c. 2.

Lib. 6. Capit. c.
119. Placet ne
Chorepiscopi dona-
re & quælibet
part.

Concilio Pari-
sensi supra inco-
m.

*Ecclēſiis accidiffe conſpeximus. Quæ verba lu-
cem accipiunt à Floodoardo, qui Leonem
IV. interpellatum ab Hincmaro ſcripſit de
ordinationibus à Chorepiscopis peractis,
præcipue poſt obitum alicujus Episcopii.
Occaſione enim miniſterij Chorepiscopo-
rum, quo ſatis conſultum videbatur eccle-
ſiaſtica adminiſtrationi, Reges diſſerebant
electiones Episcoporum, & interim eccle-
ſiaſtica facultates ſecularium uſibus cede-
bant. In hac verò epistoſa, inquit Floodoar-
dus, de his quos temeritas chorepiscopalis ordi-
nare, vel quod Spiritum ſanctum conſignando
tradere præſumebat, requiſiuit. Et quod terrena
poſſus hac materia ſape offendit, ut videli-
cet Episcopo quolibet deſuncto, per Chorepiscopum
ſolis Pontificibus debitum miniſterium per-
ageret, & res ac facultates Eccleſiæ ſecularium
uſibus expendereſtur, ſicut & in noſtra Eccleſia
jam ſecundò altum fuiſſet.*

IX. Si extarent Hincmari epistoſa &
Leonis IV. reſcriptum, proſectio magoum
adjuceorum afferret ad hujus materie
diſcuſſionem: quæ licet à Synodo Meldeniſi
ſincere deciſa eſſet, ſi ambiguitatem circa
Subdiaconos demas, attamen variis deſidum
Episcoporum contentionibus iterum revo-
cata eſt in dubium, adeo ut Nicolaus I.
tractus fuerit in partes pro Chorepiscopis.
Etenim anno octingenteſimo ſexageſimo
quarto conſultus à Rodulfo Archiepiscopo
Bituriceniſi, de Preſbyterorum & Diacono-
rum ordinationibus collatis à Chorepi-
ſcopis in Gallia, reſpondit validas quidem
eſſe ordinationes illas, ſed vetuit ſimilia
à Chorepiscopis præter regulas tentari in po-
ſterum, ne ad eos dignitas Episcoporum
transferretur. Hoc autem argumentum ad
ſententiam ſuam ſulciendam adducit: *Ad
formam enim ſeptuaginta, Chorepiscopi ſolli
ſunt: quos quis dubites Episcoporum habuiſſe
officia? Quæ reſponſio, quamvis à canoni-
bus omnino aliena, excuſatos tamen reddit
Gallicanos Episcopos, ſi varias in partes di-
ſtraherent, cum ipſi Romani Pontifices
in hac quaſtione contraria reſcripta edide-
rint. Hoc ſolum pro deſenſione Nicolai
proferri poteſt, quòd diverſis occupatum ne-
gotiis, curſim reſpondere coactus fuerit, ut
ipſe præſatur in dicta epistoſa. Non obti-
nuit tamen apud Belgicos Episcopos hæc
reſponſio, ut colligere licet à Synodo Me-
tenciſi, quæ anno DCCCXXXIX. coacta,
hæc ſtatuit: *Præſulice à Chorepiscopis can-
ſecrata, ab Episcopis conſecrantur, roboreſcunt
eſt: quia juxta decreta Damasi Papa, Innocen-
ty, & Leonis, vanum eſt & inane quidquid in
ſummi ſacerdotij chorepiscopi egerunt miniſte-
rie, quòd ipſi iidem ſuis qui & Preſbyteri, ſuſ-**

*ſiciter invenitur. Plus detrimenti Chor-
episcopis attulit invidioſa hæc Nicolai ſen-
tentia quam tot ſynodorum deſinitiones,
cum nihil ſibi reliqui eſſe viderent Episcopii,
ſi Preſbyterorum ordinationes à Chorepi-
ſcopis tentate irritæ non eſſent, etſi à Ca-
nonibus vetitæ. Accedebat incommo-
dum quo vacantes Eccleſiæ laborabant, cum
prætextu miniſterij quod à Chorepiscopis
impendebatur, Principes ab electionibus
concedendis ceſſarent, eccleſiaſtica pro-
ventibus ad ſuorum utilitatem revocatis.
Tacita ergo deſinitione potiùs quam ex-
preſſa ad executionem Capitularis, rerum
experimento conſultiores facti Episcopi
conſpirarunt, à conſtituendis Chorepiscopis
abſtinentes, rancque ſollicitudinem
animadvertendi in Preſbyteros & pagorum
viſitandorum, quæ præter cetera Chorepi-
ſcopis competeſcit, Archidiaconis conſe-
ſerunt. Deſerant Chorepiscopi ſub ſinem
ſeculi undecimi, ut colligere licet ex Sig-
berti hiſtorici balluciano, qui ex hac
muneriſi acceſſione, quæ ſua tempeſtate
penes Archidiaconos erat, eos cum Chor-
episcopis cooſudat: *Damasus, inquit, Papa
deceſſit, ne quid contra Episcopos præſumant
Archidiaconi, qui dicuntur Chorepiscopi, id eſt,
viſitarum & regionum Episcopi.* Deſuetudo
hujus miniſterij in Patriarchatu Conſtaoti-
nopolitano id quoque induxit ut Chorepi-
ſcopi manus idem eſſet cum eo quod dele-
gans à Patriarcha vel Metropolitano impo-
ſitum erat, qui monaſteria viſitabant, ad
coercendos immorigeros, & controverſias
Abbatum & monachorum dirimendas, &
reſtaurandam diſciplinam monaſticam mie-
tebantur. Delegari ejuſmodi, Εξαρχει ſeu
Præſecti dicuntur, quorum poteſtas iſis man-
datis comprehenditur quæ relata ſunt in
Colleſione juris Græco-Romani. Scho-
liaſtes Harmenopuli Exarchos iſtos cum an-
tiquis Chorepiscopis temere conſudit, in
eam opinionem ductus, quòd reliquo Chor-
episcoporum miniſterio hæc quoque pars
viſitandorum monaſteriorum in Oriente
adjuncta ſit, ut patet ex Colleſione Arabi-
ca. Perſeverant oamque adhuc in Oriente
Chorepiscopi. Sed in Patriarchatu Alexan-
drino, deletis Episcopis, ſoli Chorepiscopi
curam Patriarchæ in adminiſtratione Ec-
cleſiarum levant: quod ducentis abhinc
annis inductum fuiſſe teſtatur Cyrillus Alex-
andriæ Patriarcha, iſis literis quas in Va-
lachia ſcripſit anno milleſimo ſexcenteſimo
duodecimo. Hic eſt Cyrillus qui poſt al-
quot annos in ſedem Conſtantinopolita-
nam procectus, meritis penas dedit, quòd
à veteri Eccleſiæ iſtus traditione deſcendens,*

Floodard. l. i.
H. R. c. 10.
Nicolas I. l. 10.
ad Rodulf. Hinc.
Tom. 1. Conc.
col.

Styphens N.
Cicero.

Lib. vi. Tom.
Gruco Rom.

Scholion ad Tr.
ta. Episcopo Gr.
notato Hincmaro
ſcriptum eſt: d
ſicut Archidiaconi
ſunt chorepiscopi
ſeu viſitarum
monaſtorum.

& ab Hieremie Patriarchæ censura, qua Confessioneq; Augustanam olim notaverat, aliquot articulis professionem Hollandicæ subscrisisset.

possunt. Vnde præcipua cura post leges conditas hæc fuit apud Græcos & Romanos, ut publicè proponerentur, & tabulis, eolumnis, vel axonibus affigerentur. Nolo antiquos mores repetere, cum satis sit iis discutendis immorari quorum usu quotidiano calent omnia iudicum tribunalia. Extat apud Iustinianum Novella constitutio, quæ modum publicandarum legum præscribit, & earum vim cohibet, donec reddite fuerint *αὐτὴν ἑαυτῶν ἐν τοῦ ἐν κοινῆ ἀποδείξει* manifeste, ut vetitè interpres, & elapsi fuerint duo menses à die infinuatioms. Hæc autem promulgatio eo ordine procedit, ut constitutio à Principe ad Præfectos prætorio dirigatur: qui edictis publicè propositis, eam in civitate, ubi sedes præfectoriana instituta est, omnibus notam reddant; deinde eam mittant ad omnes Præfides provinciarum, qui legem in metropolitana civitate & in ceteris civitatibus provincie publicari curabunt. Civitatis nomine non singule urbes & oppida alicujus provincie intelligebantur, sed ille tantum quæ in laterculo Imperij describitur, civitatum nomine & dignitate erant insignitæ, quæ serè omnes, sub Christianis Imperatoribus, episcopatibus decoratæ sunt. Idem ordo per Gallias etiam hodie obtinet, quoad Principum nostrorum Constitutiones. Nam et si Gallie regnum juris Romani auctoritate non teneatur, ejus rationes amplectitur. Edicta autem Principum nostrorum ad Curias Parlamenti (à quibus vice sacra iudicatur, æquè ac olim à Præfectis prætorio) eo consilio mittuntur, ut in eorum Auditoriis publicentur, in Acta redigantur, & præcepto Curiarum deinde ad Seneschallos exempla Constitutionum deferantur, qui promulgationi curandæ in civitate cui præsent inçambant. Administrationis publicæ forma, quæ hodie apud nos viget, paululum à Romani Imperij ordine discedit. Sed discrimen illud in provinciarum finibus, qui angustiores apud nos, potiùs quàm in re ipsa versatur. Etenim illi provincie solidas, id est, metropolitane civitatem cum ceteris civitatibus quæ ab illa pendebant, Præfidiis provinciarum credebant, cum apud nos Seneschallis aut Bajulis, qui vices præsidum obtinent, civitas una vel altera cum pago illius civitatis commiri soleat. In prima Regum dynastia Constitutiones generales mittebantur ad Episcopos omnes & Iudices, quos Comites frequentius nuncupabant, quorum ministerium per unamquamque civitatem & pagum illi contributum diffundebar. Qui ordo propagatus est in

Nov. et. P. fo. Basine Conf. n. 1. f. 1. & 2.

C A P V T X V.

Synopsis.

I. Principes fuerunt constitutiones ecclesiasticas que sunt promulgatae & usu receptæ. Promulgatio legum necessaria, ut sint nota, à Novella Iustiniani, Quæ promulgationis in Imperio; Et in Gallia.

II. An constitutionum ecclesiasticarum promulgatio Roma sola sufficiat. Commemor. & versus Romæ, non sufficit. Quod congruit cum lege naturali, & civili. Et exemplo Iustiniani, qui leges ecclesiasticas per provincias edebat, directis literis ad Patriarchas. ut eas Metropolitis, hi autem Episcopis infinuarent. Hæc necessitas probatur ex discrimine legum pontificalium & regiarum.

III. Probatur etiam à Concilio Lateranensi & Tridentino.

IV. Et praxi Universalis Ecclesiæ, in definitionibus Conciliorum Generalium per provincias publicandis; ut constat à Concilio Arlatisensi primo, & Niceno.

V. Et Synodo quoque Sardicensi. Explicatur Athanasius, de numero Episcoporum qui ejus rescriptis subscripserunt. Et ex Hilario.

VI. Et Concilio quoque Ephesino.

VII. Idem mos usurpatus ab antiquis Rom. Pontificibus, in Decretis suis edendis per provincias. Sic vicia tam caram imponit Himerio Tarracensis Episcopo. Necessaria erat decretorum novorum Sircy editio, ex Innocentio. Qui decreta quoque sua publicari jubet.

VIII. Et jure usus Zachimus; & Leo I. in capitibus fidei & disciplina. Gallicani Episcopi Decreta Romana sedis in synodis edebant, & canonibus inferebant.

IX. Explicatur quod objici solet à Nestor. qui Decretis Pontificum non editis in Gratia, obstringi Phitium scripsit. Et cujus verbis necessitas promulgationis colligitur.

X. Respondetur objectioni de vitandis excommunicationis ante promulgationem. Id vero & singulari jure receptum. Imò verò Innocentius in explanatione hujus novi juris stat pro prioris sententia. De tempore quo legestentant, post editionem, sunt Alencianus.

I. **T**WITIO quam Principes Canonibus & Decretis Pontificum præstant, ad eas constitutiones ecclesiasticas refertur quæ vim legum obtinent. Duæ autem conditiones omnino requiruntur ut leges omnes, tam ecclesiasticæ, quàm civiles, effectum suum sortiantur. Una est, ut legitime infinnatæ sint, & promulgatæ; altera, ut sint usu receptæ.

Promulgatio legum ideo necessaria est, quoniam qui legum sententiam ignorant, nulla religione ad observationem teneri

Vide Preceptum in Constitutio Regiar. tit. 1. l. 1. Conc. Gall.

secundæ dynastix tempora, antè quàm regia Curia magistratibus ordinariis commissa esset. Capitula enim seu Edicta Principum à summo Cancellario Episcopis & Comitibus præbebantur, ut ea in suis diocesis & comitatibus quisque recitari procuraret; ut docet Capitulare secundum Ludovicum Pij. Summus Cancellarius Edicta regia condebat, teste Adalarde apud Hincmarum, quemadmodum Comes Palatij iudicis palatinis præerat, & Archipellanus controversiis canonicis quæ à Rege dirimebantur. Quæ judicandi munera deinde in tertia dyastia in unam Cancellarij dignitatem coierunt.

II. Sed in controversiam deducitur an leges ecclesiasticæ promulgari debeant per provincias, an verò suffi. ut eas in Romana Curia publicatas fuisse. Hinc stat Ioannes Andreas, & plerique ex Italia auctores, qui solam in Curia Romana promulgationem requirunt. Panormitanus verò, & omnes ferè Galli, Germani, & Hispani, qui quæstionem istam attigerunt, imò & Cæcetanus unus è purpuratis Patribus, necessariam esse per singulas provincias legis ecclesiasticæ publicationem contendunt validissimis argumentis. Cum enim ex naturalis rationis præscripto, Imperatoria lege Iustiniani, quæ vim in rebus ipsis obrinet, cautum fuerit ut nemo teneri debeat nova constitutione, donec in provinciis auctoritate publica fuerit promulgata, etsi in urbe regia publicis Edictis proposita fuerit, indeque cognitio novæ legis manare & per provincias ob frequentem provincialium comœneum diffundi possit, cur alio jure utemur, cum de lege ecclesiastica Romæ promulgata agetur, quò non adeo frequenter se conferunt hodie provinciale quàm olim cum esset orbis gentiumque Domina? Præsertim cum fama legis editæ non sufficiat; sed necessaria sit legis evulgatio, quæ fiat auctoritate publica, ne quis eam in dubium revocare possit. Huic rationi addenda est illa quæ apud omnes obtinet, nempe leges Imperatorum etiam ab Ecclesia observari, nisi in contrarium ecclesiastica lege fuerit statutum. Ita constitutiones ecclesiasticæ eodem jure ordine & publicationis solennibus adstringentur, ex vi Novellæ Iustiniani, præsertim cum Novellarum corpus, aut saltem Iuliani Epitome olim à Romanis Pontificibus recepta fuerit, ut antè monui.

Hæc ratio inde multùm juvari posse mihi videtur, quòd Iustinianus hunc morem non solùm in civilibus negotiis, sed etiam in legibus ecclesiasticis observaverit: quas ad

Patriarchas cujusque Dioceses direxit, ut eas in Ecclesiis suarum sedium publicè proponerent, deinde ad Metropolitans mitterent, qui promulgatione in Ecclesiis facta, earundem legum infirmationem Episcopis sub se constitutis demandarent. Elegans est locus in Iustiniani Novella sexta, quæ de Episcoporum & Clericorum ordinationibus quamp̄ plurima statuit. *Sanctissimi signidem Patriarcha uniuscujusque Diocesis hæc proponant in Ecclesiâ sub se constituta, & manifeste faciant Deo amabilibus Metropolitans quæ à nobis constituta sum. Illi quoque rursus proponant ea in metropolitana sanctissima Ecclesia, & constituta sub se Episcopis manifeste faciant. Illorum verò singuli in propria Ecclesia hæc proponant; nisi nullus nostra Reipublica ignoret quæ à nobis ad honorem & ad augmentum magni Dei & Salvatoris nostri Iesu Christi disposita sunt.* Eundem ergo ordinem sequi docet Summus Pontifex, seu legem novam ex fratrum consilio ferant, seu de Concilij generalis sententia, cum Ecclesiæ jurisdictione sedatio & temperatio sit quàm civilis & regia. Non parum momenti conferit etiam ad ordinem hujus necessitatem magnum quod ex alio capite discrimen intercedit inter pontificiam & regiam auctoritatem. Etenim à synodis provincialium canones condi solent, quibus Ecclesiarum status componi potest, ut necessaria omnino non sit, in singulis articulis, sollicitudo Summi Pontificis, ac proinde mirum esse non debet si Christiani non adeo se curiosos exhibeant earum legum quæ Romæ feruntur ac promulgantur. Alia est regnorum ratio, in quibus nihil constituitur præterquam Edictis regis. Et tamen Principum benignitas tantopere hæc in parte subditis suis consultit, ut eos cura & labore solvat inquirendarum promulgationum quæ fieri possent in comitatu, neque velit suis legibus teneri, donec publicè propositæ sint in provinciis.

III. Neque est quòd in hæc quæstione torqueamur, cum ipsa etiam Concilia generalia hæc solennibus sua constituta obstringi satis aperte significaverint. Etenim Concilium Lateranense sub Innocentio III. habitum, cum præcepisset medicis ut ægros inducerent ad consulendum suarum animatum saluti antè quàm morbo remedia parentur, addit tamen, poenæ canonis adjunctæ non esse locum antè quàm promulgatio canonis istius facta fuerit ab Episcopo: *Siquis autem medicorum hujus nostra constitutionis, postquam per Prælatos locorum fuerit publicata, transgressor existerit, tandem ab Ecclesia ingressu arceatur, donec pro transgressionem hujusmodi satisf. ceris competeret.* Quinciam

Capit. Inst. P. in Tit. 1. & Capit. in Jus. Cancellarij officium. In quo Iustinianus indicat quæ Iustinianus in hoc fuit pp. Innocentij. 3. 4. 6.

Ioan. And. Coper. Alina verò A. Dionisi. Dion. Rym. Alidice. verò Lex. q. 6. Rom. l. 6. tit. 6. l. 1. 4. 5. Pannon. in c. consuetudinæ de ecclesi. molina. disp. 97. Caput. tit. 1. q. 9. p. 2. m. 4. Div. Soc. l. 1. de leg. q. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

C. 1. de episc. non. p. 2. C. 1. de adm. p. 2. C. 1. de adm. p. 2.

Nov. 2. tit. 1. p. 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Cons. Later. III. C. 1. de adm. p. 2. C. 1. de adm. p. 2.

Concilium Tridentinum, cum matrimonia clandestina rescidisset, ea tamen huic poenae obnoxia esse noluit, nisi post lapsum triginta dierum à die publicationis per singulas parochias factæ. Adeo necessaria visa est illius Concilij Patribus novorum Decretorum promulgatio.

IV. Ceterum si veteris Ecclesie consuetudinem inspiciamus, eam fuisse sapientissimorum illorum Episcoporum sententiam inveniemus, ut canonum etiam in Conciliis plenariis editorum promulgatio per provincias semper necessaria visa fuerit. Arelatense Concilium primum, quod ex omnibus ferè Occidentis provinciis Constantini voluntate convenit, post damnatos Donatistas, viginti duos canones constituit. Sed æquum esse non putavit iis clericum aut plebem teneri, donec per provincias editi fuissent. Hujus editionis curam Silvester Summo Pontifici, quem reverentia commerita salutaverat, epistola ad illum scripta commisit: *Placuit istam, inquit Patres, à te, qui majores dioceses tenes, per se potissimum omnibus insinuari.* Nicæna Synodus suis litteris ad Ægyptios & ceteros Episcopos, qui coetus non interfuerant, perscripserat, quæ decreta fuerant significavit, *cæque litteris ad vos perscribere necessarium visum est, inquit, ut intelligere possitis, cum qua ibi in quaestione & disquisitione vocata, tum qua decreta sanctisque sunt.* Imò verò Alexandrum Episcopum Alexandrinum iis canonicis instruatim tedire monet qui de rebus controversis editi essent. quod ultimum ad Ægyptios Episcopos referendum est. Ceteris enim provinciis decreta per eos Episcopos transmissa sunt qui Concilio intererant: quorum catalogum edidit Gelazius Cyzicenus in Actis Concilij Nicæni, cujus inscriptio hæc est: *Catalogus sanctorum Episcoporum per quos sancta magna & universalis Synodus Nicæa coacta missi omnibus in toto orbe terrarum Dei Ecclesiis ea qua ab ipsis per Spiritum sanctum in ea constituta sunt.* Inter quos principem locum obtinet Osius, qui cum Bitone & Vincentio Romanis Presbyteris ea decreta in Occidentem detulit, ut Romæ, Italiæ, Hispaniæ, & ceteris usque ad Oceanum Ecclesiis publicè proponerentur. Par cura quamplurimis Episcopis per Orientem impolita est.

V. Sardicenis Synodus definitiones suas ad Iulium Romanum Episcopum perscripsit, consiliùmque suum his verbis explicuit: *Tua autem excellens presentia disponere debes ut per tua scripta, qui in Sicilia, in Sardinia, & in Italia sunt fratres nostri, qua acta sunt, & qua definita, cognoscant, & ne igno-*

rantes eorum accipiant litteras communicatorias quas extra episcopatum iusta sententia declaravit. Quinetiam encyclicam epistolam ad omnes Episcopos dedit, ut subscriptione sua rebus definitis suffragarentur. Vnde profectum est ut in numero Episcoporum qui Sardicæ convenerunt ineundo gravissimè peccetur. Etenim, ut hoc etiam obiter adnotemus, cum octoginta tantum Episcopi ex Occidente, & totidem ex Oriente, literis Constantis Constantiæ evocati, Sardicam convenire deberent ad constituendam Synodum Oecumenicam, quemadmodum loquitur Socrates; Orientalium secessio locum sanè dedit Concilio Occidentalium de rebus propositis pleno jure decernendi & Athanasium relituendi, sed eorum numerum non auxit qui iudicium ferre debebant, si paucos Episcopos excepias, qui è Concilio Orientalium discedentes Occidentalibus se adjunxerunt. In Synodo Sardicenis 111. Episcopos iudicium tulisse testatur Hilarius in Fragmentis, quamvis sententiæ synodice à paucis latè subscripsissent per varias provincias Episcopi pluraque trecenti numero. Hoc est quod significat Athanasius in apologia de fuga, si rectè, & ut decet, verborum interputatio, & quæ inde pendet sententia constituitur. Cum enim causam suam discussam & innocentiam probatam in Concilio Sardicenis dixisset, addit: *Atque iis que pro nobis definita sunt, consenserunt Episcopi plures quam trecenti.* Quod referendum non est ad suffragium in Concilio latum, ut à plerisque fieri solet, cum tantus non adesset Episcoporum iudicum numerus, sed ad subscriptiones Episcoporum, qui Sardicæ cum essent, sententiæ synodice adhaeruerunt, tum alij invitati ab Athanasio, cum provincias illas ab Italiæ finibus Ecclesiam Alexandrinam repetendo peragraret. Quod discretis verbis scriptum est ad calcem epistolæ synodice illius Concilij: *Hæc ita scriptis mandata, sacrum Sardicense Concilium ad eos qui interesse non poterant, missi: qui ipsi quoque suis suffragiis decreta synodi approbaverunt. Eorum autem qui in synodo subscripserunt, ceterorumque aliorum, ista sunt nomina.*

Duobus annis post Synodum Sardicensem Photinus Episcopus Sirmij, quæ Illyrici Occidentalis metropolis erat, ob renovatam Pauli Samosatani hæresim, Mediolani in Concilio Occidentalium damnatur; atque iterum in Romana synodo de pellen- do ab episcopatu Photino tractatur. Damnationis istius Decretum pro more à Romanis ad Orientales mittitur: *Decretum, inquit Hilarius, ab Occidentalibus, sicut nos perse-*

Concil. Trid. c. 22. de hœres. lib. 24.

Ep. Sin. Conc. Nic. ad Episcopos Ægyptios & ceteros Episcopos, qui coetus non interfuerant, perscripserat, quæ decreta fuerant significavit, cæque litteris ad vos perscribere necessarium visum est, inquit, ut intelligere possitis, cum qua ibi in quaestione & disquisitione vocata, tum qua decreta sanctisque sunt.

Catalogus Episcoporum per quos sancta magna & universalis Synodus Nicæa coacta missi omnibus in toto orbe terrarum Dei Ecclesiis ea qua ab ipsis per Spiritum sanctum in ea constituta sunt.

Ep. Sin. Sardic. ad Iulium.

Ibidem Concilium ad mare. Act. 110.

Vide lib. 7. c. 6. Ep. Sin. Conc. Nic. ad Episcopos Ægyptios & ceteros Episcopos, qui coetus non interfuerant, perscripserat, quæ decreta fuerant significavit, cæque litteris ad vos perscribere necessarium visum est, inquit, ut intelligere possitis, cum qua ibi in quaestione & disquisitione vocata, tum qua decreta sanctisque sunt.

Athanasius in apologia de fuga, si rectè, & ut decet, verborum interputatio, & quæ inde pendet sententia constituitur.

Ep. Sin. Conc. Sardicenis ad eos qui interesse non poterant, missi: qui ipsi quoque suis suffragiis decreta synodi approbaverunt.

Hilarius in Fragm. 111.

bat, ad Orientales mittitur, non injuria extorquendi, ut nunc agitur, ad sensum, sed insinuatione universalem consuetudine.

VI. Sed, ut ego quidem existimo, nihil ad præsentem disputationem accommodatius proferri potest epistola Concilij Episcopini ad singularum provinciarum & civitatum Episcopos, Presbyteros, Diaconos, & universum populum data, qua synodus omnes certiores reddit de iis quæ adversus Celestij Pelagique hæresim, Ioannem Antiochenum, & confortes ejus factionis, decreta erant, his verbis peremptoriis: *Quoniam autem oportebat & absentes à sancta synodo, morantem in urbibus & provinciis, ob aliquod impedimentum, sive ecclesiasticum, sive corporalem, non ignorare qua de ipsis sunt constituta.* Quia epistola describuntur nomina Episcoporum quos à communione Concilium excluderat, ne scilicet literas formatas & communicatorias ab illis acciperent, vel ad illos darent, ut Concilij Sardicenis epistola jam olim hunc ritum explicuerat, à quo comprobando nunc abstinere, quia res est omnibus notissima.

VII. Eandem rationem secuti sunt Romani Pontifices in Decretis suis per provincias promulgandis. Quod patet ex verbis Siricij, qui ad Himerij Tarraconensis Episcopi consultationes cum graviter respondisset, illi dat in mandatis ut quinque provinciarum Hispaniæ Episcopis, id est, Tarraconensis, Carthaginensis, quæ deinde Toletana vocata est, Bæticæ, Lusitanæ, & Galliciæ, vicinis hunc & inde provinciis, id est, Narbonensi, & Elusanæ, decreta sua infinuet, ne scilicet in posterum se ignorantia juris tueri possint: *Quoniam nulli Episcoporum statuta sedis apostolice vel canonum definita ignorare sibi liberum, ut ait ille, scilicet ea quæ semel edita sunt, qualia erant pleraque quæ tantum Siricij decretis suis renovabat, & hac ad tua consulta rescriptissimus, inquit, ut in omnium coepiscoporum nostrorum perferri facias noticiam, & non solum eorum qui in tua sunt diocesi (id est, provincia) commisit, sed etiam ad universos Carthaginenses, Bæticos, Lusitanos, atque Cædices, vel eos qui vicinis collimitant hinc inde provinciis, hac qua à nobis fuit salubri ordinatione disposita, sub literarum tuarum professione mittantur. Et quoniam statuta sedis apostolice vel canonum venerabilia definita nulli Sacerdotum Domini ignorare sibi liberum, vitium tamen & pro antiquitate sacerdotij tui dilectionis tuae admodum poterit esse gloriosum, si ea quæ ad te specialiter nomine generaliter scripta sunt, per unanimis tue sollicitudinem in universum fratrum nostrorum noticiam perferantur, quatenus & qua à*

nobis non inconsulte, sed providè, & sub nimia cautela & deliberatione, sunt salubriter constituta, insinuerata permanent, & omnibus in posterum excusationibus aditus, qui apud nos nulli patere poterit, obstruantur.

Sanè adeo erat necessaria Decretorum Siricij per provincias promulgatio, in eo saltem jure quod novum condebat, nempe de Sacerdotum dejectione qui ab uxoribus non abstinabant, ut Innocentius de hoc capite ab Exuperio Episcopo Tolosano consultus rescripserit disparem esse conditionem illorum ad quos non pervenit forma ecclesiasticæ disciplinæ quæ ab Episcopo Siricij per provincias commisit, & eorum qui formam vivendi à Siricij missam scivisse deteguntur. Illis enim ignorantiam venia remittitur, ita ut de cetero penitus incipiam abstinere: *hi autem sunt omnibus modis submovendi.* Idem Innocentius, cum Relationi Antiocheni Episcopi respondisset, *Gravitas itaque tua, inquit, hac ad noticiam coepiscoporum, vel per synodum, si potest, vel per hanc recitationem facias pervenire: ut qua ipse tam necessarii perscrutatus es, & nos elimandè respondimus, communi omnium consensu studioque serventur.*

VIII. Cum Zozimius Episcopum Arelatensem nova dignitate ornare vellet, nempe ut sine illius Episcopi formata epistola nullus Clericorum & Galliarum provinciarum Romanus, in communionem Romani Pontificis susciperetur, Decretum suum publicè per provincias proposuit: *Quam auctoritatem, inquit, ubique nos misisse manifestum est, ut cunctis regionibus innotescat id quod statuimus omnimodis esse servandum.*

Hanc regulam amplexus est Summus ille Pontifex Leo, qui datam ad Nicetam Aquileiensem Metropolitanam epistolam hoc mandato claudit: *Hanc autem epistolam nostram, quam ad consultationem fraternitatis tuæ emisimus, ad omnes fratres & comprovinciales tuos Episcopos facias pervenire, ut omnium observantia data præsit auctoritas.* Ab hac consuetudine manat quòd idem Leo Galliarum Episcopos certiores reddidit de damnata Eutychetis hæresi in Synodo Chalcedonensi, & dejecto Dioscoro: *Nam fratres mei, qui vice mea Orientali synodo præfuderunt, qua alia retulerint significo.* Non solum autem in iis quæ fidem recipiunt, sed etiam in iis quæ ad disciplinam pertinent, hunc ordinem secutus est Leo in Galliarum provinciis. Etenim cum Theodorum Forojuliensem qua ratione penitentis beneficium ægris concedendum esset literis suis monuisset, addidit: *Hæc autem qua ad interrogationem tuam respondi, ne aliqua contrarium sub ignorantia*

Con. I. Concilij
Episcopi Siricij
ad Himerij
Tarraconensis
Episcopi
consultationem
respondens
de iis quæ
adversus
Celestij Pelagique
hæresim
decretis
continebantur

Siricij in decretis
1102. 13.

Innoc. ep. ad
Euseb. Tolet. in
Dionis. c. 11.

Innoc. ad Alex.
ep. Ant. in Dion.
sup. 47.

Zozim. ep. ad Ep.
Aquil. in Dion.
sup. 47.

Leo ep. ad Nicet.
Aquil. in Dion.
Lecoucy 41.

Leo ep. ad
Theodor. Forojul.

*excusatione generetur, in Metropolitani sui no-
tissimam faciam pervenire: ut si qui ferre sunt fra-
stram qui de his antea putaverint ambigendum,
per ipsum de omnibus qua ad te scripta sunt in-
struantur. Ecclesie Gallicanæ Episcopi De-
creta Romanorum Pontificum in synodus
suis edebant, & canonibus inferebant, ut
clerum suservandis obligarent. Elegans est
Concilij Agathensis caoog nonus: Placuit
etiam ut si Diacones, aut Presbyteri conjugati,
ad torum acerum suorum redire voluerint, Papa
Innocentij ordinatio, & Siricy Episcopi auctoritas,
qua est huius caonibus inserta, conservetur.
Qua in re Africanorum exemplum seque-
bantur, qui juxta Siricy Papæ epistolam
decreverunt in Concilio Zellenfi, ne viduae
maritus admittatur ad clerum, néve abje-
ctam Clericum alia Ecclesia suscipiat, ne
unus Episcopus Episcopum ordinet, excep-
ta Ecclesia Romana. Eodem sensu acci-
pienda sunt hæc verba Concilij Africani:
*Recitata sunt litera Papa Innocentij, ut Episcopi
ad transformata pergere facili non debeant. Quod
hoc ipsum Episcoporum sententiam confirmat.**

I. X. Qui contrariam sententiam tuerentur,
scilicet necessariam non esse legum promul-
gationem, existimant se juvari posse verbis
quibusdam Nicolai I. quæ referuntur à
Gratiano, in quibus excusationem Con-
stantinopolitanorum repellit, qui dicebant
se caonibus Sardicenfibus non teneri,
quod Græcis canones illi omnino ignoti es-
sent. Sed, ni fallor, pro nobis stabit Nico-
laus, si non hæreamus nudis verbis, quæ à
Gratiano adducuntur, sed ejusdem Nicolai
epistolæ ad Photium verba, quæ uberius
rem istam exequuntur, sincerè explicemus.
Disputat Nicolaus adversus Photium, qui
è laicorum grege & è palatinis administra-
tionibus ad patriarchalem sedem provectus
fuerat, prætermisiss Clericis Ecclesie Con-
stantinopolitanæ, qui omnem in domoicis
castris ætatem exegerant. Protulerat Nico-
laus Decreta Celestini & Leonis, qui vetant
neophytorum laicorum ordinationes, &
juxta tantorum patrum sententiam; Photij
recens ordinati communionem repulerat.
Respondit Photius hæc leges Orienti non
fuisse datas: *Sed dicit: Hac non in lege susce-
pimus, & prævaricantes, qui significatiis
Græcè & Syriacis dicuntur, non sunt, nisi qui
præter legem acceptam aliquid pravitatis commit-
tunt, sicut Apostolus ait: Vbi non est lex, ibi
non est prævaricatio.* Replicat Nicolaus de
lege naturali, cujus præscripto omnes te-
nentur, quæ vetat ulum lædi, & alteri fieri
quæ quis sibi facta nollet. Hac juris natura-
lis æquitate niti decreta Pontificum, quæ
Clericis provectioribus injuriam fieri vetant

per laicorum præcipites ordinationes. Sed
quia nimis longè petita videbatur ratio de-
sumpta è lege naturali, canooe Sardicenfis
Concilij constituta Pontificum adversus
laicos edita confirmat: *Noli, quia decreta
ipsorum non susceperis, amplius asserere, cum
ipsi nihil, nisi quod naturalis, quod Mosaicæ,
necnon & gratia lex jussit, instituant. & quid-
quid in Sardicensi sancti Patris Concilio statu-
erunt, custodiendum præterea esse definiunt.* Ex
quo sequitur, Nicolao nullam paruisse viam
qua Photium servandis Decretis in Græcia
nondum promulgatis obstringeret, nisi
quod specialiter illa, de quibus erat ques-
tione, lege naturali & Concilio niti existima-
ret. Quare aliud pronuntiandum erit, ex
ipsius Nicolai mente, si quæ decreta pro-
ferantur quæ lege naturali vel caonibus
jam editis non fulciantur. Sed quia replica-
bat Photius, ignotos esse Orienti Concilij
Sardicenfis canones, ideò que scilicet illorum au-
thoritate non lædi, quid retulit Nicolaus?
An fortasse quod nos impugnamus, neces-
sariam non esse caonum per provincias
editionem? Minimè verò. Quin potiùs
contrariæ sententie principis acquiescens,
non de jure cum Photio disputat, sed de factò,
nempe receptos esse apud Græcos
Concilij Sardicenfis canones. Quod ille li-
quidissimè demonstrat, docetque illo Co-
dice Canonum contineri, quo Græci uterentur
quotidie, imò & altera quadam Col-
lectione quinquaginta titulis distincta: *Aut
quomodo nro sunt penes vos canones Sardicen-
ses, quando inter quinquaginta titulos, quibus
Concordia Canonum apud vos existit, ipsi quo-
que reperiantur.* De hac Collectione agetur
libro III. cap. III. §. VIII.

X. Opponitur nostræ sententie quod
traditur in Decretalibus, de vitandis ex-
communicationis per omnes provincias, etiam
excommunicationis sententia in una tan-
tùm dicecesi promulgata fuerit. Fateor
hac in parte recessum fuisse ab antiquo jure,
quod Episcopis consortium excommunicati
prohibebat, si admoniti essent per litteras,
ut patet ex Concilio Arausicano, & Turo-
nensi secundo, & aliis quamplurimis, undè
etiam ex canone primo Concilij Ephesini
quem superius laudavi. Quin etiam tempo-
re Ivonis, excommunicatus ab uno Episco-
po, à ceteris Episcopis erat excommunican-
dus, ut omnibus nota esset sententia lata in
reum: *Sic enim antiquitas est institutum,*
*et nuper in Arvernensi Concilio, omnium Episco-
porum qui ad hæc consensu confirmatum, ut ab
uno Episcopo quemlibet pro injuriis ecclesiasti-
cis excommunicatum vicini quoque Episcopi
excommunicent.* Hic tamen recentior usus

Veritas in
Brev. 7. 6. 100.
118. Concil. 208.
et ipsa 214
Sicut.

Concil. Afric.
cap. 64.

C. 208 dicit.
D. 6. 76.

Matth. I. ep. ad
Provinc.

Concil. Arauc.
cap. 21. 307. 401.
Turon. 21. 117. 8.
86. 167.

1102. 74.

receptus quoad excommunicationes & interdictiones, nihil officit nostræ opinionioni. Etenim et si sententia reddita in excommunicationum, eum effectum habeat, ut absentus vitari debeat, at tamen ut in aliis etiam diocesis fervetur, in quibus non est promulgata, hoc à recentiori lege ecclesiastica proficitur, quæ specialiter id statuit. Quare trahenda non est ad consequentiam. Imò verò, si rectè capio verba Innocentij III. qui ad probationem hujus consuetudinis adduci solet, cum de legum editione agit, omnino nostras partes tuetur. Ait enim, cum lex solenniter promulgata fuerit, non esse necesse ut speciali mandato auribus singulorum infusetur. De singulis hominibus loquitur, non autem de provinciis, in quibus solenniter editam fuisse legem supponit.

An verò duorum mensium vel angustioris temporis lapsus à die legis editæ expectari debeat, rectè tradidit præ ceteris Menochius.

CAPVT XVI.

Synopsis.

I. Imi ferenda lege penes Principem solum. Sed aliter non tenes, nisi tacito populi iudicio recepta sit. Inde lex dista communis Reipublicæ sponso, non solum à Demosthene, sed etiam à Papiniano.

II. Summa cura adhibita olim à Principibus in legibus ferendis, ut civium utilitati consulere possent. Quare communis utilitas est legum propostum. At earum usu recedi potest, si sint incommoda.

III. Inde fit ut si statim à promulgatione lex effere videatur utilitatis publicæ, Principes consentant ea nullo cives infringi. Quare usus publicus necessarius est, ut recepta esse dicatur. Ex eo non sequi. Principum arbitria populi subijci, probatur exemplo iustorum.

IV. Tacito populi consensu necessarius est in legibus quæ de jure privatis feruntur. In autem publicum à novo Principi arbitrio pendet; est ad utilitatem Reipublicæ referri debeat. Ideo belli, pacis, & vestigialium rationes ad solum Principem pertinent.

V. Eadem conditio inest legibus ecclesiasticis, ut obligare non consentant, donec sint usu receptæ. Quæ est frequentior sententia Theologorum & Iurisperitorum.

VI. Hinc conditioni magis obnoxia videtur lex ecclesiastica quàm civilis; non quia data in adificationem; tam quia Episcopis dominatus concessus non est, ut Regibus gentium, apud Mattheum; qui explicatur. Dominatus abdicatur illis verbis à Sacerdotibus, ex Bernardis, Origene, Na'ajanzeno, Hieronymo, & Chrysostomo.

VII. Diu erimen ecclesiastica & civilis potestatis in hac specie expenditur. Imperium regium, ratiis Reipublicæ saluam curat, aliquando etiam cum pernicie privata. Sacerdotium nullum premere potest nisi a ceteris seruet. Deinde paria duby executionem suam

non jure urgere possunt Reges; non autem Episcopi. Parat lex civilis exigit à ree, ut exampretat; lex ecclesiastica, ut seruet.

VIII. Innocentius & Gelasius requirunt consensum Episcoporum ad executionem decretorum. Galili, quadringentis abbas annis, in tacito legibus & canonibus se obstringi putabant qui usu recepti essent. Olim omnia decreta communis sententia ferebantur. Ideo saltem rationi consensus hodie necessarius est, ex Casiani.

IX. Vis constitutendi penes solum Ecclesiam, sed ex caritate pendet à consensu eorum quorum interest; in eis nempe quæ disciplinam respiciunt. Quæ res, cum facti sint, prudentes sepe solent. Explicatur Concilium Triburienſe, quæ non præcipitur Decreta omnino incommoda recipienda esse.

I. CONDENDARUM legum auctoritatem penes Principes esse, nullus hodie dubitat. Olim quidem jura à populo, deinde à Senatu constituebantur; quorum interpretatio responsis prudentum & Prætorum Edictis constitit, donec rebus ipsi distantibus per partes evenit, ut necesse esset Reipublicæ per unum consuli. Igitur constituto Principe datam est ei jus, ut quod constitueret, ratum esset, adeoque quod Principi placuisset, legis haberet vigorem; quemadmodum docent Pomponius & Vlpianus. Imò verò, ut observavit Iustinianus, in presenti leges condere, solum Imperatori concessum est. Enimvero etsi vis Imperij sit penes Principem, tamen cum ad salutem omnium, civitatis incolumitatem, vitamque hominum & quietem conditæ sint leges, earum executione cives teneri Principibus placuit, ex conditione, si commodas & utiles suis rebus futuras populus ipse judicaverit. Ipsæ leges nulla alia ex causa nos tenent, quàm quòd iudicio populi receptæ sunt, inquit Iulianus Iuriconsultus. Unde à Papiniano eleganter Lex dicitur esse Communis Reipublicæ sponsio; quia scilicet Reipublicæ cives, quasi collatis tacite suffragiis, ad ejus præscriptum vitam instituerent spondent. Quod à Iuliano primùm, & à Papiniano, qui Præfecturam prætorij sub Caracalla gessit, usurpatum non esset, nec in Digestorum corpus à Iustiniano coniectum, si tacito illo populi iudicio Principi auctoritas in aliquo infringeretur. Hauserat quidem è Demosthene Papinianus legem esse veluti communem Reipublicæ sponsonem, seu mavis τῆς πῆλοῦς κοινῆς ἐνοχίῳ, ut se habent verba Oratoris à Marciano Iuriconsulto relata. Sed quod apud Demosthenem ad Rempublicam Atheniensem accommodatum erat, in quæ penes populum legum ferendarum jus fuit, hoc ad Romani Imperij majestatem retulit Papinianus; cujus dignitatem læsam non esse

C. 1. de publico. Ptol.

Interdictiones lib. 1. de Actor. Ind. conf. Cass. h. c. 117.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

1. 1. §. 1. de iur. iud. h. de iur. iud.

esse existimavit, si tacito suffragio populi aliquem locum daret.

II. Magna sanè in Constitutionibus Imperatoris vigeat sapientia & æquitas. Non enim nisi de consilio jurisperitorum & prudentium ferebantur, ut de Augusto dicitur à Iustiano. De Alexandro Severo refert Lampridius, nullam legem sacrasse sine viginti jurisperitis & quinquaginta sapientissimis disertissimisque viris. Memorabilis est etiam illa cura & diligentia, quam novis legibus promulgandis Theodosius & Valentinianus sibi præscripserunt, & Iustinianus amplexus est; nempe ut quod sancendum esset, ab omnibus antea tractaretur, tam proceribus sacri palatii qui consilio Principis interfunt, quam ipso Senatu, atque *denique collectis omnibus recenseretur; & cum omnes consensissent, tunc demum in sacro consistorio recitaretur, ut universonum consensus Principis auctoritate firmaretur.* Vnde nobis in eleganter scripsit Themistius, Anaxarchum secutus, Regibus assidere Themidem & Diem, (quod Hesiodus de Iove dixerat) & fabulis Poëtarum decantarum illud, prognatam è Iovis cerebro Palladem, ad Reges traxit: quia matura consilia de rebus propofitus ineunt, & eorum executioni summa fedulitate imminent, ut civium utilitati prospicere possint. *Finis enim iustis imperij, inquit Ammianus, ut sapientes docent, nihil obediendum affirmatur & salus.* quod ille hausit è Platone: eoque respiciebat Pythagoricus ille apud Stobæum, qui Regem ad regnum pertinere acutè & graviter scripsit.

Itaque cum leges perferant, id unum spectant Principes, quod communiter conducit Reipublicæ, ut alicubi dictum est ab Aristotelè. Vnde apud Romanos olim ferendis legibus solennis illa clausula adhibebatur: *Si siquid jus non esset rogari, rogatum ne esset.* id est, si quid utilitati publicæ officeret, id pro non constituto haberetur. Hujus formulæ sententiam à suis constitutionibus abesse noluerant Principes, qui, ut cum Iustiniano loquar, *suam esse propriam, subjectionem commodum imperialiter existimant.* Neque ideo placita dicuntur Principum Constitutiones, quasi eorum arbitria sint pro lege, quod de antiquis Regibus scripsit Iustinus, nec nempe quidquid libuisset, liceret, sed placita juris, quo sensu verbum quoque *placet* usurpatur frequenter in Senatorialibus, Prudentum responsis, & iudicum sententiis. Quare si rerum experientia doceat eas leges utilitati publicæ officere, quin ab earum usu absque injuria Principis recedi possit, nemo unquam dubitavit.

III. Ex eodem fonte manat ut legibus servandis cives suos adstringere Principes non censentur, si statim atque publicè propofitæ sunt, vires sapientibus & cordatis, vel etiam ipsi universitati, earum usus parum commodus esse videatur: quia utilitas est *iusti prope mater & æqui*, ut dicebat Horatius. Quare non immeritò apud omnes recepta est illa Iuliani sententia quam initio protuli, ut quod à prudentissimis viris in Consistorio Principis tractatum est, etiam ipso usu & tacito populi consensu confirmetur. Hoc est quod dicebat Leo Imperator: *Novam jus inveterata usque stabilendam est.* Quod è veterum philosophorum doctrina haustum est, qui leges ad parendi necessitatem adigere non posse, nisi ex more & consuetudine, observant, ut retulit Aristoteles. Sanè si contrario usu, & tacito consensu omnium, leges pro defuetudinem abrogantur, & non solum suffragio legislatoris, ut dicebat Iulianus, ita etiam, etiam non suffragium, consensus saltem tacitus populi, qui rebus ipsis & factis constat, necessarius erit, ut leges receptæ dici possint. Hoc axioma adeo verum est, nempe legibus neminem teneri, nisi usu receptæ sint, ut Menochius celeberrimus Jurisconsultus scribere non dubitavit cum Socino, etiam lex promulgata fuerit, non præsumi usu hominum receptam & comprobata: quia scilicet usus ille est qui facti, factum autem secundum regulas juris non præsumitur: ideoque ait eum qui lege nititur, adstringi ad probationem usus publici & constantis illius legis.

Ceterum non est quòd aliquis è trivio Philosophorum colligat, ex eo quòd regni jura, eorum qui reguntur causis sunt parata, sequi eos qui reguntur superiores esse Principe qui eos regit. Si enim de Principibus agatur qui potiuntur summo imperio, hujus argumenti vim metiri oportebit à jure tutorum. Nam tutela moribus inducta est, pupillorum causâ, nec eo minus tutela est jus ac potestas in pupillos ipsos. Sanè tutor, si malè rem pupilli administret, amoveri potest, quia magistratibus subicitur. Ac in summis Imperiis soli Deo Regem peccantium judicia relicta sunt; quia, ut rectè inquit Marcus Aurelius, magistratus de privatis, Principes de magistratibus, Deus de Principibus judicat. quod jus *omnium* Regibus Francorum vindicavit Gregorius Tironensis.

IV. Quæ autem de legibus dixi, ut necessarius sit usus, & tacitus populi consensus, ad eas pertinet quæ de jure privato feruntur. Ceterum quæ de summa Repu-

Lampridius in Alexand. Ten. Hist. de Cæsaribus. 60.

L. 1. de honorat. C. de Legib.

Themistius in Alex. vna Thom. Orit. 27. Idem. Orit. 2.

Ammianus lib. 17.

Plat. lib. 1. Polit.

Arist. lib. 8. Polit. ad Nicom. 6. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

L. un. §. de C. Sic. etiam collat. V. C. Collat. Miram. Anac. c. 10. Tol. in Cons. stare de Apic.

Idem de Verb. sig. in verbo Placet.

L. 1. de nova. C. de Legib.

Arist. 1. 1. Polit. C. 2.

Menoch. 1. 1. p. 10. Socino. 1. 1. 2. L. in hujus §. de C. 2. de capere in publicis. c. 10.

Vide V. C. Hugo. C. 1. 1. de jure Belli & pacis. l. 1. 2.

Gregus Tiron. Institutiones. ad hujus lib. 1.

blica decernuntur, & de jure publico, non adstringuntur his conditionibus. Discrimen enim intercedere inter jus privatum & publicum, præter Jurisconsultos, docet etiam Aristoteles, qui summam potestatem partitur in *δημοκρασίαν*, quæ in jure ferendarum & tollendarum legum versatur, & in *πολιτικῆν*, seu *βουλευτικῆν*, quæ aut publicas actiones respicit, ut pacis, fœderum, & belli, aut res ipsas, ut tributa & vectigalia; in quibus comprehenditur dominium eminentis quod habet civitas in civibus & res civium ad usum publicum. Addit & *δικαστικῆν*, quæ res controversas inter singulos dirimit, atque per magistratus exercetur. Leges quæ ad *δικαστικῆν* pertinent, & ad singulorum controversias dirimendas, egent tacito populi suffragio, ut dixi. Sed belli, pacis, fœderum, vectigalium, & dominij illius eminentis arbitrium integrum ad summos Principes transcriptum est, solâ populis obsequij gloriâ relicta. Hoc significatum voluit Samuel, ut quibusdam visum est, cum jura regis recenset, quorum usus ab arbitrio quidem Regis pendebat, sed ita tamen ut cum utilitate publica conjunctus esset. Hic enim locum habet prudentissimum illud Platonis monitum, quod Ciceronis verbis referre malo quam meis: *Omnino qui Reipublica præsumunt, duo Platonis præcepta teneant, ut quidquid agunt ad eam referant, obditi commoderum suarum: Alterum, ut totum corpus Reipublicæ curent; ne dum partem aliquam tuerent, reliquas deserant.* Quare cum ea tempora lapsissime incidant, in quibus aut propulsandus sit hostis, aut socij juvandi, vel aliud quid simile tentandum, & in eam rem pecuniæ parandæ sint, quas belli nervos esse dicebat Demosthenes; tum consilia rerum agendarum cum paucis communicanda sunt, ne in plures sparsa, hostibus pareant, tum pecuniarum exigendarum modus à solo Principe præscribendus est, ne dum populi consensus expectatur, aut occasiones rei bene gerendæ præterlabantur, aut in necessitatem adigatur Princeps publicandis consilij. Inde merito profectum est ut Principes belli, pacis, fœderum, & tributorum rationem solis sibi reddi velint. Quod sæpe civium querelas immodestas provocat, qui sibi injuriam factam putant, cum dominio illo eminentis, quod vocat Aristoteles, facultatibus singulorum ad tuendum Reipublicæ corpus Principes utuntur, cum potius nunquam satis memorata Periculis sententia, apud Thucydidem, in uniuscujusque animo obversari deberet: *Sic existimo etiam singulis hominibus plus eam prædesse*

civitatem, quæ tota velle se habeat, quam si quæ privatis staret utilitatibus, ipsa autem universim laboret. Quæ enim domesticas fortunas bene collocatas habet, patriâ tamen evertâ periret & ipse necesse est. *Contra verò etiam si quis in beata Reipublica parum felix est, multo tamen facilius per illam incolumis servatur.* Quare cum civitas quidem singulorum posse sustentare calamitates, singuli autem publicas non item; quid est, cur non universim ipsi consulere ipsam, quæ tueri oporteat, nec id facere quod vos faciatis, dum quæsi attoniti jactura rei familiaris, salutem proditis Reipublicæ. Quem sensum ita expressit Livius: *Reipublica incolumis, & privata res salvas faciliè præstat. Publica perdenda, tua nequicquam servas.*

V. Leges ecclesiasticæ eadem tacita conditione qua civiles adstringuntur, scilicet ut parendi necessitate Christianos non teneant, donec usu sint receptæ. Hæc est non solum Gallorum omnium, sed etiam celeberrimorum quorumque Doctorum sententia: quam trahunt à Gratiano, qui prolato Iuliani responso, subdit: *Leges in divinis, cum promulgantur, firmantur, cum moribus utentium approbantur.* Quod videtur inclinare Augustinus, cum scribit, de legibus temporalibus homines judicare cum eas instituant, sed cum fuerint institutæ & firmatæ, non licere judici de ipsis judicare, sed secundum ipsas. Hanc sententiam tuerent celeberrimi auctores Covarruvias & Navarrus. Illius hæc sunt verba: *Certum est legem nullam vim obtinere, si ab initio recepta non fuerit à subditis, quod Aristoteles docet in Politicis, cap. vii. & probatur l. de quibus ff. de Legibus, cap. in istis. §. leges. liij. Dist. ubi scribit Domini, leges à Principe dari ea conditione & intentione, ut non aliter obligent, quam si fuerint à Reipublica receptæ. Ad idem Glossa in cap. 1. de Treuga & pace. gl. in l. rem non novam. §. Patroni, C. de judiciis. Et est communis opinio. Nam & maxime præsumendum est, eam legem, quæ à Reipublica non recipitur, minime ei convenire. Contra nituntur plerique, qui canonicas leges & pontificias eximium aliquid præ se ferre volunt. Illi ipsi tamen auctores hoc asserere non audent, nisi eo casu quo facilis sit & innoxia legis ecclesiasticæ executio. Nam si aliquo pacto utilitatem publicam lædat, ab ea recipienda fideles abstinere posse non invitus fateatur Suares. Quod ferè in priorem sententiam incidit.*

VI. Sanè si quis diligeret utrasque leges expèndat, huic conditioni magis videatur obnoxia lex ecclesiastica quam civilis, duplici ratione. Prima est, quia potestas ecclesiastica conceptis verbis data est

Cicero Offic. lib. 1.

Dial. 4.

Aug. de vera relig. c. 17.

Græc. Tract. de vera Relig. Lib. 2. Covarruvias l. 1. Var. Rel. c. 1. n. 4. Navar. de Legibus c. 1. n. 4. Joannes Mayer Doctor Paris. in c. 1. ff. de leg. l. 1. Liban. Ciceron. l. 1. Annotti. 11. Romilla vob. l. 1. n. 11. Angell. Sicut Bar.

Suares l. 1. de Legib. cap. 11.

in edificationem, non autem in destructionem, ut testatur Apostolus. Unde sequitur nihil obrudendum esse fidelibus, quod eos offendere aliquo pacto possit, atque adeo legem ecclesiasticam minus commodam, pro non scripta esse habendam. Quia, ut inquit Chryostomus, *haec est Christianismi regula, haec illius exacta definitio, hic est veritas supra omnia eminent, publica utilitati consuleret.* Secunda verò ratio hæc est, quia Christus ipse discrimen utriusque potestatis in præceptis dandis, auctoritate sua constituit: *Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, beneficii vocantur, vos autem non sic; inquit ille apud Matthæum & Lucam.* His verbis de legitima Regum auctoritate Christus agit, non verò de tyrannica, cum de his Regibus loquatur qui beneficii & *εὐσεβείας* à populis dicerentur. Et si quis abuti velit voce Græca *ἐπιβουλεύου*, quæ extat apud Matthæum, reponetur illi, Lucam simplici verbo *κυριεύου* usum. In eo autem discrimen versatur, quòd Regibus summo imperio multa peragere liberum sit, quam eversam licentiam suis Apostolis Christus admittit: ita ut verus dominatus sit penes Reges, non autem penes Sacerdotes; quorum potestas non est despotica, sed temperata, & ad populorum usum accommodata; ita ut monarchia ecclesiastica ex aristocratico regimine sit commixta: contrà quàm accidit in plerisque regnis, quæ jure optimo à Principibus possidentur. Vehemens est Bernardus, & ferè totus in eo ut hanc sententiam Eugenio Pontifici persuadeat: *Nec enim sibi ille (Petrus sc.) dare quod non habuit potuit, quod habuit, hoc dedit, sollicitudinem ut dixi, super Ecclesiam. Numquid dominationem? Audi ipsam: Non dominantes in Clero, sed forma facti gregi. Et ne dillum sola humilitate putes, non etiam veritate, vox Domini est in Evangelio: Reges gentium dominantur eorum, & qui potestatem habent super eos, beneficii vocantur. Et inveni: Vos autem non sic. Planè est; Apostolus invidiosus dominatus. Ergo tu, & tibi usurpare aude, aut dominans apostolatum, aut Apostolicus dominatum. Planè ab alteratro prohiberi. Si utrumque similiter habere velis, perdes utrumque. Nec aliena est Bernardi explicatio à veterum sensu. Etenim Origenes hunc locum Evangelij sic edidit: Principes gentium non contenti tantum regere subditos suos, violenter eis dominari nituntur, inter vos autem, qui illis mei, non erunt hac. Ne foris qui videntur habere aliquem in Ecclesia principatum, dominantur fratribus propriis, vel potestatem in eos exercent. Quoniam sicut omnia carnalia in necessitate sunt posita, non in voluntate, spiritualia*

autem in voluntate, non necessitate; sic & Principes spirituales. Principatus eorum in dilectione debet esse positus, non in timore corporali. Ex quo sequitur leges ecclesiasticas, quæ de rebus jure naturali vel divino non vetitis, ad *ἐπιβουλεύου* & ordinem Ecclesie externum tantummodo componendum feruntur, non necessitate, sed voluntate, non timore corporali, sed dilectione subjectorum, niti debere. Quod Gregorius Nazianzenus conceptis verbis testatur: *Vel maxime id lex vestra & legislator noster sanxit, ut grex non coactè sed sponte ac libenti animo pascatur.* Possent, si pluribus testimoniis opus esset, Hieronymum quoque laudare, qui Regem nolentibus, Episcopum volentibus præfesse scribit: Et Chryostomum, cujus hæc sunt verba, dum potestatem etramque composuit: *Legibus ac mandatù omnia prærogantur, (scilicet apud Principes) hic vero nihil tale. Neque enim licet ex auctoritate præcipere.*

VII. Occurreret aliquis, nos jam asseruisse Regibus ipsis nos esse liberum invito cives ad legem amplectendam cogere, ideòque non esse tam anxie hærendum huic discrimini inter utramque potestatem, quod hoc loco urgemus. Præterea quæ hæc Sacerdotibus contumaciam impiorum excommunicatione plectere, ac Regibus in facinorosos animadvertere gladio. Hanc difficultatem solvere oportet, tam ex iis quæ jam observavimus, quam ex iis quæ in hanc partem distulimus commodioris doctrinæ causâ. Regium Imperium à sacerdotali in eo maxime distat, quòd illi non solæ singulorum civium rationes committæ sint, sed totius Reipublicæ salus, unde fit ut in cives, etiam invitos, ad fovendum totius Reipublicæ corpus, jus illi competat, quemadmodum antea dixi. Quod aliter se habet in episcopali ministerio; cui Ecclesie sollicitudo ita est commissâ, ut singulorum saluti præcipue invigilare debeat, nec curare possit universum corpus aliorum membrorum pernicie; sed ad exemplum Magistrû nonaginta novem oves deferendæ illi sunt, ut centesimam ad causas referret. Deinde in ipsa ratione legum ferendarum, quæ singulorum civium controversias respiciunt, Principes quidem eorum utilitatibus consulere debent, adeo ut eos tacita conditione suis legibus obstringi nolint, nisi usus ipso constiterit eas leges Reipublicæ commodas & utiles esse. Attamen si non jure ordinario, sed summo jure agere velint, earum Constitutionum executionem urgere, quæ de jure dubio feruntur, & ab invitis civibus obsequium extorquere possunt, sine ulla tyrannici im-

c. 12. h. 1. 11.

Chryc. hom. 11. in prout ad Cor. 1. 2. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

March, 10. l. 1. 11.

Vide fremdam Proclamationem Marti J. 6.

Bernard de Con. l. 1. c. 6.

Origenes Tract. 11. in March.

Gregor. Nazianz. in Apolog.

Hieron. in Epist. ad Nepot.

Chryc. in Ad. Apost. hom. 1.

Vide Concilium
Profanum Mar-
ca p. 6.

Paulus Rom. 11.
& Petrus ap. 11.

perij exprobratione. Etsi enim dura sint aliquando Regum imperia, ordo ille imperandi & parendi id exigit, ut subditi dominorum mandatis cedant, quemadmodum Apostoli discretissime docuerunt. Sed in legibus ecclesiasticis, quæ jus naturale aut divinum non excipiuntur, summum illud imperium locum non habet. quosensu accipienda sunt quæ adduxi testimonia à Gregorio Nazianzeno, Hieronymo, Chrysostomo, & Bernardo, ad loci evangelici explicationem. Quinetiam magnum discrimen intercedit inter supplicia quæ leges publicæ contumacibus irrogant, & excommunicationes, aut ceteras censuras, quibus utitur Ecclesia adversus sceleratos. Princeps enim adulterum, aut cædis reum, gladio plectit; id est, maleficum communità poenâ afficit, in eoque vim imperij sui ostendit. Ecclesia verò non exigit poenam, sed morborum curationem. Itaque non infligit excommunicationem, ut mactet, sed ut poenitentem salutem conciliet; quemadmodum discretè interpretatur alicubi Chrysostomus. Vnde Thodoretus in Synagoga Canonum adnotavit, aliam esse rationem legum regiarum, & canonum; quòd illæ severas poenâ à reis exigant, hi autem errantes in viam reducere & ægris remedia parare conentur, quando peccatum est in leges evangelicas, aut mores receptos.

VIII. Si quis autem de questione proposita, quæ fuerit sententia veterum, requiratur, definiri posse videtur ex Innocentio I. & Gelasio. Etenim ille non solum editionem Decretorum quæ complexus erat epistola quam dederat ad Alexandrum Antiochenum, sed etiam consensum Episcoporum provincialium requirit: *Præ quæ ipsi tam necessariò perennitatis es, inquit, & nos climatè respondimus, communi omnium consensu studioque serventur.* In eandem sententiam Gelasius dixit primam sedem exequi *universæque synodi consensum, quod Universalis Ecclesia probavit assensus.* Imò & Hilarius, à me supra laudatus, Decreta ab Occidente in Orientem mitti consuevisse scripsit, non extorquendi assensus injuriâ, sed instruendæ omnium conscientiæ cognitione.

Ad hæc disputationem illustrandam non omitti debet insigne Anastasij Bibliothecarij testimonium; qui ad marginem sexti canonis Septimæ Synodi, ubi mentio habetur cujusdam canonis Trullani Concilij, hæc adnotavit: *Nec te moveas si hæc definitionem nos minimè habemus, cum & eorum nonnullas quas intercanones habemus, in auctoritatem non recipimus; sicut quasdam ex Concilio. Alia namque apud Græcos tantum, alia verò apud cæteras solum provincias, in observantia ecclesi-*

sica assumuntur. Sicut fuit Laodicensis Concilij 16. & 17. regule, quæ apud Græcos tantum servantur, necnon & Africanorum Conciliorum 6. & 8. capitula, quæ nullâ provincia servare, nisi Africana dignoscitur. Hanc ob causam ipsi etiam Romani Pontifices in formula professionis quæ habetur in Diurno Ecclesiæ Romanæ, spondent se observaturos & confirmaturos omnia decreta canonica prædecessorum apostolorum nostrorum Pontificum, quæcumque ipsi synodaliè statuerunt, & probata sunt. Non inutiliter hæc ultima verba addiderunt. Sciebant etenim præter constitutionem factam synodi assensu, necessarium fuisse ut tunc provincialium consensu probaretur.

Communem omnium seculorum sententiam etiam hac in parte secuti sunt Galli nostri, qui se solis illis canonibus teneri putaverunt, qui aut contrario usu aboliti non essent, aut qui ab initio usu recepti fuissent. Id testatur Philippus Rex Francorum in Pragmatica qua privilegia quædam Academiae Aurelianensis indulst anno MCCCXII. *Non putet igitur aliquis nos recipere, vel propeiores nostros recepisse, Consuetudines quaslibet, sive Leges, ex eo quòd eas in diversis locis & Studiis regni nostri per scholas ipsius legi solentur. Multa namque eruditioni & doctrinæ proficiunt, licet recepta non fuerint. Sicut nec Ecclesia recipit quædamque canones, qui per consuetudinem obierunt, vel ab initio non fuerint recepti, licet in Scholis à studiosis præter eruditionem legantur. Scire namque sentias, ritus, & mores hominum diversarum, locorum, & temporum, valde proficit ad cunctisque doctrinam.*

Consensus necessitatem hæc etiam ratione probavit Nicolaus Cusanus, quòd olim omnia disciplinæ capita decernerentur in Conciliis, & ex communi Episcoporum suffragio & consensu, secundum formam à Apostolis præscriptam, qui ex sua & seniorum sententia, Decreta de suffocato, & de sanguine, ediderunt. Vnde sequi ait, Constitutiones pontificias aut è canonibus receptas petendas; aut si potestatem statuenti, quam Summus Pontifex à Deo habet, in rebus nondum canone decisus explicare velit, *ad hoc quòd statutum ejus liget, non sufficit quòd sit publicè promulgatum, sed oportet quòd acceptetur, & perusum approbetur, secundum superiora & ea quæ notantur de Constitutionibus super rubrica; ubi dicitur per Doctores, quòd ad validitatem statuti tria sunt necessaria, potestas in statuenti, publicatio statuti, & ejusdem approbatio per usum.* Vnde videmus innumera apostolica statuta, etiam à principio postquam edita fuerint, non fuisse acceptata.

IX. Quæ in contrarium afferantur, ejusmodi sunt, ut à recepta sententia discedere non cogant. Neque enim subditi dicitur

Diurnum Eccl.
Rom. editus. Et
more ab Hæreticis
soli supprellis, in
1610.

Franc. Floris
Auctoritas mai-
oribus præter
hæc verba in
Dilect. de Chri-
sti. Can. lib. 6.
cap. 11.

Circa Concilium
de Concordia.
Cap. 1. c. 1.
no. 21.

Chrys. hom. 11. in
1. Corinth.
Thodoret. hist. eccl.
lib. 4. ad interrog.
C. 1. c. 1. c. 1. c. 1.
& ad interrog. de
mores. c. 1. c. 1. c. 1.
Hæc verba sunt
sententia q. 1. c. 1.
c. 1.

Innoc. in Decr.

Hæc verba sunt
sententia q. 1. c. 1.
c. 1. c. 1. c. 1.

legis ferendæ potestatem asserimus, quòd consensum eorum expressum vel tacitum exigamus. Quanquam enim liberam & à nemine pendentem solvendi & ligandi auctoritatem fateamur, artamen cum in externo regimine versatur, & se ad ea porrigit quæ neque fidem nec sacramenta scelerumvæ censuram respiciunt, tunc maximè subditorum assensum exigit, in quorum ædificationem est à Christo instituta. Vis ergo & imperij legis à sola Ecclesia pendet; sed executio vim fortitur à consensu eorum quorum maximè interest, qui solà repulsà legis factis docent eam sibi non esse commodam. Neque est quòd aliquis aut Pontificis aut Conciliorum privilegium illis à Christo collatum proferat: quia exceptis canonibus qui de fide aut de morum doctrina feruntur, ceteri, qui *Æmilius* respiciunt, & in facto versantur, (quod prudentissimi nos sæpe fallit) non debent summo illo non errandi privilegio censeri, maximè cum id proprium sit legibus ecclesiasticis de disciplina latis, ut eas pro ratione temporum aut locorum mutari necesse sit, quemadmodum docet Augustinus: *Ipsa plenaria Concilia sæpe prius posterioribus emendari, cum aliquo experimento aperitur quod clausum erat, & cognoscitur quod latebat, sine ullo typo sacrilegi superbia, sine ulla inflata cervicis arrogantia, sine ulla contentione livida invidia, sancta humilitate, cum pace catholica, cum charitate Christiana.* Quod autem è Gratiano proferitur Concilij Triburiensis decretum, non vetat quin Pontificum Romanorum Decreta provincialium ubiq; obfutura repudiari possint, sed modum quandam examini præscribit, scilicet ut quantum fieri potest, *estis jugam vix ferendum sit, suscipiatur tamen ob memoriam S. Petri.* Sed si omnino ferendum non sit, quia scilicet utilitati publicæ graviter obeat, ex illo Decreto sequitur situm esse in populi potestate, ut à se jugum illud amoveat. Hæc sunt verba canonis: *In memoriam S. Petri Apostoli, honoramus Romanam & apostolicam sedem; ut quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debeat magistra ecclesiastica rationis. Quare servanda est cum mansuetudine humilitas, ut licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur jugum, conferamus, & pia devotione toleremus.*

A DDITIO

STEPHANI BALUZII.

C APUT istud Concilij Triburiensis apud Ivonem & Gratianum refertur ex Capitalis Catali Magni Imperatoris. Nauclerus autem adnotat hoc esse unum ex XXIII. legum capitalis quæ idem Imperator, ut Sigebertus scribit, anno primo imperij sui instituit, cum per omne imperium suum legatos

ad faciendum judicium & justitiam cunctis diceret. Quæ capitula haud dubiè non alia erant quam ea quæ à Karolo edita Romæ anno primo imperij sui testatur ex veteri codice Mezenii vix clarissimus Iacobus Sirmundus. Itaque cum decretum istud extet etiam in capite xxx. Concilij Triburiensis, quod anno MCCXCIV. habitum fuit sub Rege Arnulfo, & ex eodem Concilio laudentur à Burcardo, par est existimare patres Synodi Triburiensis illud nuntiatos esse ex legibus Karoli, atque ita suam fecisse legem quam approbaverunt. Sed utconque se tes habeat, magni momenti sunt verba istius capituli. Nam cum auctor vellet gratificari Romano Pontifici in causis ecclesiasticæ disciplinæ, videretque hoc pacto nonnulla tentari contra consuetudines receptas, usus est eodem de veritate quæ usus olim erat in Concilio Sardicensi Osius Cordubensis Episcopus ut Episcoporum dejectorum appellationes ad Romanum sedem approbati procuraret ab ea synodo, nimirum adducta reverentia quæ beato Petro sedique ejus debetur. Sed ut res ista clariù eluceat, adlegendi sunt ipsomet Osij verba ex canone tertio Concilij Sardicensis: *Quod si aliquis Episcopus, inquis, judicatus fuerit in aliqua causa, & putat se bonam causam habere, ut iterum Concilium renovetur, si vobis placet, sancti Petri Apostoli memoriam honoremus, ut scribatur ab his qui causam examinarunt Iulio Romano Pontifici.* Hujus juris novam esse institutionem Marca probat ex his verbis in libro VII. cap. 111. §. VIII. ubi observat Osium non dicere confirmandam esse antiquam traditionem, quemadmodum fieri consuevit in negotiis quæ renovatione tantum aut observatione indigent. Sic in capite illo quod explicandum suscepimus, auctor ait servandum esse cum mansuetudine humilitatem, ut licet vix ferendum ab illa sancta sede imponatur jugum, feratur tamen ob memoriam beati Petri Apostoli, ob quam honoranda est Romana & apostolica sedes. Sic in Concilio Remensi adversus Arnulphum cap. XXVIII. Arnulphus Aurelianensis Episcopus dixit: *Nos verò, reverendissimi patres, Romanam Ecclesiam propter beati Petri memoriam semper honorandam decernimus, nec decretis Romanorum Pontificum obviare consentimus; salva tamen auctoritate Nicæni Concilij, quod eadem Romana Ecclesia semper venerata est.* Eadem prudentia usus est Bonifacius sedis apostolicæ per Germaniam Legatus, cum Episcopos in legatione sua consistentes jurjurando adegæ polliceri subjectionem Romano Pontifici, aliâque nonnulla tentavit contra præsumptionem. Quod adeo gratum fuit Romanis aurbis ut nuntius à Bonifacio missus, qui de ipsis istis certiorum faceret Romanam Ecclesiam, maxima gratulatio facta fuerit. Testatur id ipsomet Bonifacius in epistola centesima quinta, quæ data est ad Cosbertum Cambrariensem Archiepiscopum, in qua hæc legitur: *Deo vivimus autem in nostro synodali conventu & confessi sumus fidem catholicam & unitatem & subjectionem Romane Ecclesie sine tenuitate nostre velle servare, sancti Petri & Vicarii ejus velle subijci, synodum per omnes annos congregare, Metropolitanis Palli ab illa sede quæere, & per omnia, præcepta Petri canonici sequi desiderare, ut inter eos sibi commemorata numerentur. Et isti confessioni universales sumus & subscripsimus, & ad corpus sancti Petri principis Apostolorum direximus. Quod gratulando Clerus & Pontifex Romanus suscepit.* Hanc formulam sequens ætas servavit in pro-

Augustinus L. I. Conf. c. v. & c. ad Marcellinum, c. 1. de Reg. c. 1.

Concil. Triburi. c. 23. de Syn. habetur apud Grat. c. 19.

fectionibus Episcoporum, ut patet ex formula 111. in appendice tomi fecundi Conciliorum Gallie, quæ sic habet: *Beati vero Petro & Vicario eius debium subjectionem & obedienciam, suffraganeis vero nostris adiutorium ne exhibitorum proficeret.* Quin etiam in formula iuramenti quod Episcopi præstare tenebant Pontifici Romano, Gregorius VII. ejus inventot resistentiam putavit beati Petri nomen, ob reverentiam nominis apostolici, Extat in regello Geogoj VII. & in libro Decretalium.

CAPVT XVII.

Synopsis.

I. Ad quorum curam pertineat nova legum examen. Decretor hoc competere, in Gallia, Ecclesia Gallicana. E Concilio Turonico, quo Siricius & Innocentij decreta de cultibus recipiuntur, cum exceptione, quod attinet ad privationem communio. Et Canon apostolici non admitti nisi ab Ecclesia Gallicana.

II. Septima Synodus expulsa est à Concilio Francofordiensi, ob questionem de imaginibus. Verborum sensus, non autem res ipsa discrepabat, E perversa interpretatione Latina verborum Constantini Episcopi causam præcipue dissidii. Gallicana Ecclesia de recipienda Synodo Oecumenica deliberat. Quod locum habet maxime, quando per Legatos non admissi Concilio, quod observat Anastasius.

III. Multi canonici Olerona Synodi non sunt statim recepti ab Ecclesia Gallicana, quod adversus effectum antiquæ meribus regni.

IV. Hæc jura expendularum canonum nisi ab Ecclesia Gallicana in Conveni Bituricensi.

V. Non solum Ecclesia Gallicana, sed etiam Regia causam necessarias est ad executionem publicum novorum canonum. Episcopi de legibus aequitate discrepant: Principi de Republica tranquillitate. Consilium Burgundia Ducis, ne quid novi constitutur in regno absque consensu Regis. Quæ rationes receptas non est in Gallia liber Sextus Decretalium.

VI. Concilio Basileensis Decreta legibus publicis vim non habuerunt, donec regia lege firmata sunt. Concilio Tridentini defensionibus fidei admittit Edicto regio. Sed Decreta disciplina non servantur, nisi quantum earum sententia in Constitutiones regiam transcripta est. Inquirunt breviter in casibus non admitti Concilio Tridentini Decretorum, idque totum approbationem Regum pendere ostenditur.

VII. Antiqua illa Galliarum opinio, de necessitate publicationis & acceptationis tam Ecclesia Gallicana quam Regis, confirmata est Concordati.

I. **N**UNC discutiendum restat ad quorum curam pertineat examen illud, an nova lex ecclesiastica sit utilis, vel noxia. Quod uno verbo explicari potest; nempe ad eos pertinere quorum interest legem ferri aut non ferri, id est, quæ ad Ecclesiam Gallicanam in Gallia, id est, ad Episcopos, & ceteros à Clero qui conventibus publicis interesse solent.

Rem satis apertam uno aut altero exemplo confirmabimus. Siricius & Innocentij I. Decretales epistolæ, quæ Sacerdotibus &

Diaconis uxorum usum ita interdixerunt, ut contumaces à communione abstinerent, Ecclesia Gallicana non statim admittit in eo capite quo à communione pelluntur: sed rem totam initio ita temperavit, ut officio suspensis, communione concessa, ad altiores gradus ascendendi spes adimeretur. Quod probatur canone 11. Concilij Turonici: *habiti anno CDLXI. Et licet à patribus nostris emissa auctoritate id fuerit constitutum, ut quicumque Sacerdos, vel Levita, filiorum procreationi operam dare fuisset conatus, à communione dominica abstineretur, nos tamen huic discretionem moderatorem adhibentes, & justam constitutionem molientes, id decrevimus, ut Sacerdos, vel Levita, conjugali concupiscentia inhaerens, vel à filiorum procreatione non desinens, ad altiorum graduum non ascendat, neque sacrificium Deo offerre vel plebi ministrare presumat. Sufficiat his tantum ut à communione non efficiantur alieni.* Integram tamen Siricius & Innocentij Constitutionem, absque ulla exceptione vel indulgentia, suscepit Synodus Agathensis anno DVI. Eadem libertate usæ est Ecclesia Gallicana in non admittendis Canonibus apostolicis, etiam post editam à Diophysio Exiguo Collectionem suam, ut demonstratur libro 111. cap. 4. §. 3.

II. Secunda Nicæna Synodus (quæ sub Hadriano Pontifice Nicææ primùm coacta literis Constantini Imperatoris & Irene ejus matris, deinde Constantinopolim translata, utriusque urbis nomine à scriptoribus Constantinopolitana vel Nicæna dicitur) ab Ecclesia Gallicana, in Concilio Francofordiensi, repudiata est. Cujus dissensionis occasio inspicenda est; & quid inde ad theorematis molitri probationem trahi possit, sincerè colligendum. Conveniunt anno DCCXIV. regni Francorum & Italie Episcopi in urbe Francofordiensi, apostolica Adriani I. auctoritate & jussione Caroli Regis congregati. Proposita est sacro conventui Synodus Nicææ habita, quam illi Oecumenicam dici posse negarunt, quòd Occidentis provinciæ per epistolæ more ecclesiastico sententiarum rogatæ non fuissent. Imò synodum omnino exploraverunt, quòd imaginibus divinum cultum ab ea decretum existimarent; non quidem aperta definitione, sed conniventia. Ita enim indignationem suam canone 11. expresserunt: *Allata in medium quaestio de nova Græcorum Synodo, quam de adorandis imaginibus Constantinopoli fecerunt; in qua scriptum habebatur, ut qui imaginibus sanctorum ut Desicæ Trinitati servitium aut adorationem non impenderent, anathema judicaretur. Qui supra san-*

Conc. Turon.

Syn. Agath.

Conc. Francof.

cap. 11.

diffimū patres nostri omnimodū adorationem & servitium venientes contempserunt, atque sentientes condemnaverunt. Hanc damnationem secutus est liber à Carolo Rege ad Hadrianum Pontificem missus, cujus meminit Hincmarus: quo libro, Synodi Nicænæ Acta discutiuntur, & docetur eam esse Gallorum sententiam, ut imaginum usus in Ecclesiis retineatur quidem, sed nemo eas cogatur adorare. De hoc dissidin egerunt viri eruditi: quod mihi semper visum fuit ita componendum, ut dicamus verbarum sano tantam Græcos à nostris, non re ipsa, dissidisse, cum illi venerationem tantum *magistratū, sive honorariam*, imaginibus tribuerent. Quod verbum è foro in Ecclesiam transtulit Tarasius Patriarcha Constantinopolitanus; origine ducta à magistratibus qui non erant in actu rerum, sed *honorarij* tantum. Quod ceteri Græcorum Theologi, qui Dialectica locutione utebantur, ita expresserunt, ut *ovariopos*, seu *magis aquirè*, imagines coliderent, generali illo *σεβασμωτος* aut adorationis vocabulo, quod omnia venerationum genera complectitur, & à materia, seu mavis objecto, modum recipit. Quare scholion illud quod adjectum erat ad textum Exodi, in eo codice veteris Testamenti qui servabatur in Patriarchio Constantinopolitano, summo applausu exceptum est à Patribus, in Actione quinta Septimæ Synodi, cujus scholij hæc sunt verba: *At verò si facimus similitudines Christi, non ut similitudinem adoretur, sed ut mens videatur ad superiorem valet.* Quod omnino concinit cum iis quæ Gregorius Magnus docuit in epistolis ad Serenum Massiliensem Episcopum; quem sequi velle & Gallicani Episcopi, & Hadrianus in Apologetico ad Carolum, profitebantur. Non est autem quoddam aliquis miretur à Concilio Francofordiensi tam alienam sententiam Nicænæ Synodo assignari, ut par imaginibus honor, cum eo qui defertur sanctæ Trinitati, ab ea decretum fuisse dicatur. Neque enim abscisè hoc à synodo decretum fuisse affirmari poterat, cum in fidei definitione à patribus edita, ex majorum traditione, usus imaginum confirmetur, tanquam utilissimis ad renovandam *μεμνηνενω scripturæ*, seu recordationem, & earum imaginum sola honoraria veneratio, ei similis quæ Codici Evangeliorum & vasīs sacris defertur, diserte sanciat, *non autem vera latria, qua divina nomini competis*, ut conceptis verbis synodus profiteretur. Ea definitio præsentem synodo, (quæ Nicæa Constantinopolim iussu Principum translata erat, unde Syn-

nodi Constantinopolitanæ nomen accepit) coram Constantino Augusto & Irene ejus matre relecta est, & totius synodi acclamationibus & Principum subscriptionibus confirmata. Quare Concilium Francofordiense non repudiavit definitionem Septimæ Synodi, (quod observazione dignum mihi videtur) sed quod *scriptum habebatur*, ut loquitur Concilium, nempe in Actis Septimæ Synodi, scilicet honorem Deo debitum imaginibus esse tribuendum. Non est autem quoddam dubitemus quin Synodus Francofordiensi sibi persuaserit illam blasphemiam Actis insertam fuisse. Hoc autem præfatum est, ut docet liber Caroli, quod verba Constantini Constantiæ Cypri Episcopi, quasi in eo sensu prolata essent, præsentem & non refragante Nicæna Synodo, Galli nostri interpretati sint: *Insufficit, inquit Carolus, & precipitanter sive insipienter Constantinum Constantiæ Cypri Episcopum dixit, suscipi & amplecti honorabiliter sanctas & venerandas imagines, & qua secundum servitium adorationis qua substantiali & vivificatrici Trinitati emittit.* Huic reprehensioni respondet quidem Hadrianus, sed Constantini lapsum non excusat, quamvis aliam fuisse mentem Synodi Nicænæ ex definitione fidei doceat, quæ divinum cultum soli Deo asserit. Mihi autem ipsa Constantini verba perpendenti, & Latina, prout à Carolo prolata sunt, cum Græcis comparanti, constat vitio interpretationis & barbaræ interpretationis accidisse ut contraria sententia à Concilio Francofordiensi Constantino assignatur. Verba enim illa, *suscipi & amplecti honorabiliter sanctas imagines*, participiis expressa sunt in Græco contextu, & à prioribus pendent. Deinde sequitur altera pars pericopæ, quæ divinum cultum soli Trinitati vindicat. Integer autem locus è Græco ira effereendus est: *Cum in nulla sententia parte alienam esse videam, que nunc lecta sunt, literas ab Oriente missas ad Tarasium sanctissimum Archiepiscopum & Patriarcham Octumenicum, ab ea definitione fidei, quam ipse antea professus fueras, ego etiam indignus his consensio, & ejusdem sum sententia, suscipiens & honorariè amplectens sanctas & venerabiles imagines. Et adorationem secundum latriam soli super substantiali & vivificatrici Trinitati impendo.* Itaque præter ceteras causas, vitium unius interpretationis & ineptæ interpretationis, Occidentis Episcopos ad explodendam Nicænam Synodum præcipuè adegit. Quod imputari non debet Gallicanis Episcopis, nec dolo Iconoclastarum, quos, ut Gallis impone-

Hincmarus Episcopus
c. 11. cum imperio
viro mundum non
admisit à Gallo
Septima Synodus.

In Definitione Fi-
deli Act. v. c. 11.
Syn. v. c. 11.
Syn. v. c. 11.
Syn. v. c. 11.

Coar. Nic. 2.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.

Trinitatis Fidei
Act. 11. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.

Carolus M. in
Epistola de non
ador. imag. lib. 2.
c. 11.

Hadrianus in A-
polog. ad Carolum.

Syn. Nic. 2.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.

K' Synodus
Constantinopolitana
c. 11. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.
v. c. 11.

posuisse vir illustr. Bellarminus & plerique omnes existarunt. Sed vitium illud tribuendum est interpreti qui Græcam illam Synodum Latinè verterat iussu Adriani I. de cuius interpretis imperitia conquirer Anashtasius Bibliothecarius, qui secundam interpretationem aggressus est tempore Ioannis VIII. *Interpres, inquit, penè persingula, relicto utriusque lingua idiomate, adeo est verbum à verbo secutus, ut quid in eadem editione intelligatur, aut vix aut nunquam possit adverti, in fastidiùmque versa legentium, penè ab omnibus hac pro causa contemnatur.* Discussa occasione quæ Gallicanos Episcopos & Carolum Regem ad repudiandam Synodum Nicænam per errorem facti movit, id tantum ex eo colligi velim, Reges Francorum, cum Gallicana Ecclesia, eam facultatem sibi arrogasse, ut de synodis recipiendis, vel rejiciendis, disceptatio sibi libera esset, præsertim si per Legatos suos rebus gerendis non interfussent. *Qua ratione usus est Anastasius, cum de Synodi Trulanzæ Constantinopoli habitæ canonibus loquitur, quos à ceteris patriarchalibus sedibus repudiatos fuisse docet, nimirum quia nulla eorum, cum edicerentur, aut promulgantur, aut consentient, aut saltem præsentis invenia est.*

III. Oclava Synodus, quæ sub Adriano secundo coacta est Constantinopoli, canones aliquot edidit, qui à Gallicanis Episcopis non videntur statim recepti. Etenim Hincmarus Episcopus nunquam eorum meminit in epistolis suis; & Ademarus monachus Engolismensis laudatus à Pitheco, quædam contra veteres canones illic decreta fuisse observat. Planè mores in Gallia receptos, & iura regia, variis canonibus videtur synodus illa petivisse. Etenim Principum suffragia ab electionibus Episcoporum arceat canone XXI. cum tamen absque Regis consensu, etiam post Oclavam Synodum, electiones in Gallia non fierent. Episcopos omnes sistere se Concilio Patriarchæ jubet canon XVII. neque Principum iussu impediri, cum tamen à regno discedere, & synodo interesse absque consensu Principis, vetitum esse Gallicanis Episcopis doceat Hincmarus, & plerique auctores post Oclavam Synodum. Eodem canone vetatur ne synodus fiat præsentis Principe. quod moribus Gallorum adversabatur, qui Synodos in palatio ut plurimum celebrabant, etiam sub Carolo Calvo, post Oclavam Synodum. Electiones Episcoporum soli Clero, expulsis laicis, assignat canon XXI. Sed populum habuisse suas partes in electionibus, usque ad seculum undecimum, omnibus notum est.

IV. Hoc iure expendorum canonum usa est Ecclesia Gallicana in Conventu Bituricensi à Carolo VII. Rege Francorum indicto. Etenim cum à Legatis Concilij Basileensis, quod apud Gallos tunc Concilij Generalis nomine celebrabatur, Ecclesie Gallicanzæ congregatio rogaretur ut decreta & statuta ejusdem sacri Concilij recipere, & observare, observarique facere vellet, decrevis præfata sancta Congregatio decreta ipsa visitare, ad sciendum si qua essent simpliciter recipienda, & que cum certis modificationibus seu interpretationibus acceptanda congruere viderentur utilitati & moribus Regni & Delphinatus prædilectorum. Quibus decretis diligenter maturisque inspectis, ac visitatis, censuit eadem sancta Congregatio plurima ex ipsis decreta & statuta recipienda, cum certis tamen licet modificationibus.

V. Non solum autem Gallicanzæ Ecclesie consensus expectandus est ut novæ canones vigeant, sed Regi quoque ea sollicitudo maxime incumbit. Cum enim pars nobilissima regij muneris in tuendis canonibus & receptis moribus versetur, & antiqui Patres eum ordinem secuti fuerint ut à Principibus confirmationem rerum definitarum postularent, præiudicio suo id Principibus arrogasse videntur ut novæ leges executioni publicæ mandari non possint, si eorum consensu expresso vel tacito destituantur, etsi fortasse quamplurimis Ecclesie Gallicanzæ proceribus acceptæ fuerint. Neque obstat quod obijci possit, quemadmodum in abroganda lege per novæ consuetudinis usum sufficit ut major pars populi in eam consuetudinem consenserit, ita etiam sufficere, ut novæ leges receptæ videantur, si numero vincant qui earum utilitatem commendant. Etenim diversa est ratio Principis & Episcoporum. Illis enim de novæ legis æquitate disceptare liberum erit. Sed de iuribus regni, & de civium tranquillitate, quæ novitate illa fortasse concuteretur, solus Princeps decernit vi illius juris divini quod ei tuitionem canonum & consuetudinum antiquarum assignavit, præsertim si legibus suis, aut decessorum, moribusque receptis, canones illos adversos esse videat. Hoc est satis antiquum Imperij Gallici arcanum; de quo retinendo monuit graviter Philippum IV. Regem Odo Dux Burgundiz: *Consultimus etiam vobis, inquit, quod nullo modo patiamini quod aliquis in regno vestro aliquid novum instituat, quod temporibus prædecessorum vestrorum institutum non fuerit, vel ordinatum, vel usitatum.* De novis Bonifacij VIII. & ceterorum Pontificum constitutionibus loquitur.

Quibus

Anastasio in vita
Hincmar.

Idem Anastasius
Præfatione in Syno-
dum.

Idem Anastasius
Præfatio.

Valeth. 4. c. 11.
f. 3.

Pitheco in Pre-
f. ad Hist. Brit.

Valeth. 1. c. 11.
et f. 11.

Tom. 2. Libr.
Eccles. Gall. 1. 14.
n. 1.

Quibus in Gallia locus non fuit, ob diffidum Regis cum Pontifice, ut observat Glossator Ioannes Andreas in *Generali De electione. in Sexto*: ubi relato divortio Bonifacij & Philippi, objura Regalium, hæc addit: *Ideo secundum aliquos Constitutiones istius compilationis non fuerunt receptæ in regno propter istam controversiam.* Quæ verba recita sunt ab editione Romana. Ceteram plurimæ Decretales hoc sexto libro comprehensæ hodie vigent in iudiciis, & frequenter apud summa Curiarum tribunalia à Causidicis laudantur.

VI. Duobus exemplis recentioribus regie auctoritatis consensus necessarius esse probatur: quorum alterum è Concilio Basileensi, alterum è Tridentino petitum est. Ecclesiæ Gallicanæ precibus & monitis sollicitatus Carolus VII. quæ de recipiendis Concilij Basileensis Decretis tradata fuerant, consilio cum proceribus habito, postquam omnia æquitati congruere vidisset, celeberrima Pragmatica Sanctione confirmavit, vimque & robur legis publicæ, Concilij Basileensis capitibus addidit. Quod eo sensu accipiendum est, ut eorum Decretorum vigor non ab eo tempore quo Basileæ edita fuerant, sed à die promulgatæ Pragmaticæ Sanctionis obtineret, quemadmodum edito suo Princeps invictissimus constituit anno 1440. Concilij Tridentini definitiones fidei admittit sunt Edicto publico, quod ea de re latum est anno 1579. Sed Decreta quæ disciplinam respiciunt, non servantur in Gallia, quia lege Principis constituuntur: quamvis præcipua capita, quæ Gallicanæ Ecclesiæ receptos mores & iura antiqua non infringunt, comprehensa sint Constitutionibus regis, quæ hac de re variis temporibus editæ sunt. Quod gratum & acceptum fuisse Summo Pontifici Clementi VIII. testatur Henricus Magnus felicitis memorie Princeps in rescripto anni MDCVI.

Ceterum nemo est in Gallia hodie, cui non perspectæ sit regie auctoritatis partes in canonum à Conciliis decretorum editione, cum frequentissimè totius Cleri Gallicani conventus Concilij Tridentini promulgationem à Regibus nostris supplicibus libellis postulaverit, ea lege, ut imperio suo ea capita exciperent, quæ moribus regni, id est, Libertatibus Ecclesiæ Gallicanæ, adversarentur. Quorum desideris Principes, toto hoc negotio sæpe in consilium prudentissimorum virorum relato, se accommodare non potuerunt. Quod non ita interpretari oportet, ac si contumaci animo ejus Concilij communionem respicerent, quam in negotio fidei sanctissimè colunt

quin potius eam sententiam amplexi sunt studio tuendæ Libertatis Ecclesiæ Gallicanæ, quæ in quamplurimis capitibus hujus Concilij decretis pessumdatur. Eam perniciem non admittis synodi constitutis amoliri tutius esse duxerunt, quam receptæ senel auctoritati, quæ poedere suo delicata ingenia premere possit, exceptionibus quibusdam jura Gallici imperij subducere. Sanè Legatorum ab Henrico II. & Carolo IX. ad synodum missorum de regia dignitate imminuta conquerentium secessio, non admittendæ synodi consilium jovit, existimantibus nostris hoc non alienum esse à vetere disciplina, de qua dictum §. II. Quia in re exemplum Joannis VII. sequendum putarunt, qui anno DCV. canones sublectæ Synodi nomie io Trullo à Grecis editos, quibus Romanæ Ecclesiæ consuetudines quædam convelluntur, suscipere renuit, etsi per Legatos Iustinianus Rbinotmetus Imperator id à Pontifice suppliciter contenderet, arbitrio permisso, ne quos vellet, canones expungeret. Non compono invicem Trullanam Synodum, quæ à Beda erratica dicitur, & inconsulto Romano Pontifice habita est, cum Tridentino Concilio, quod apostolicæ sedis auctoritate legitime est indictum & habitum: sed prudentiam Joannis VII. cum Regum nostrorum providentia, qui tanto cautius juribus suis consulere debent, quanto minus illis in Canones licet quam Romano Pontifici, cujus est rebus definitis *τὸ κύριον* & auctoritatem interponere. Ex eo est quòd Anastasius Bibliothecarius factum Joannis hac in parte non probet, quem à canonum emendatione, *humana fragilitate timidum*, cessasse scribit, quamvis à recentioribus hæc repulsa inter præclara Joannis facinora adscribatur. Itaque Concilij Tridentini publicatio dilata est ad concordiam alendam: quæ si alia ætate alios mores postulet, integrum erit Regibus nostris ea de re, quæ usui futura erunt discernere.

VII. Aliquis fortasse existimare possit, tria illa capita quæ hucusque variis probationibus & testimoniis vera esse ostendimus, de necessitate promulgandarum & usu recipiendarum legum ecclesiasticarum, deque regij consensus ad stipulationem, apud nos quidem haberi indubitata, sed hanc sententiam à Romanis Pontificibus nunquam fuisse approbatam, & in eorum opinionum ævolum redigi debere quæ inter ambas potestates sunt controversæ. Sed præterquam quòd excipere possum de gravium auctorum numero, tam Theologie

Anastasio a vita Joannis VII. de synodo: Hæc dicitur polarens regredi, & per primum aditæ est innotuit, tunc quæ mensa sua dicitur de qua repulsa Romanæ Ecclesiæ humana fragilitate timidum, cessasse scribit, quamvis à recentioribus hæc repulsa inter præclara Joannis facinora adscribatur. Itaque Concilij Tridentini publicatio dilata est ad concordiam alendam: quæ si alia ætate alios mores postulet, integrum erit Regibus nostris ea de re, quæ usui futura erunt discernere.

Q


quàm Iuris peritorum, qui constanter horum axiomatum veritatem profitentur, saltem quod atinet ad necessitatem edendę & recipiendę legis, qui nulla censura hac in parte perfricti sunt, id unam observasse sufficiet ad Ecclesię Gallicanę rationes constituendas, hanc sententiam, quam asserimus, Concordatis esse confirmatam. Invaluerat, ante pacta illa publica, hæc opinio in regno, Decreta Conciliorum vel Pontificum legis vim per Gallias non obtinere, donec discussa & recepta fuissent ab Ecclesia Gallicana, & regij consensus auctoritate munitis, quemadmodum docent conventus Bituricensis & Pragmaticę Sanctionis verba, pluribusque probant Guillelmus Benedictus & Auzerius, qui

commentarios suos ante Concordatorum pactiõnem ediderunt. Huic sententię Gallicorum Leo X. ultro se accommodavit, ipsaque Concordata, post publicationem & acceptationem tantum, vim suam habituram consensit, specialiter regię *acceptationis* mentione habita, mandataque Francorum Regibus Concordatorum executione. Quare cum ea pactio per modum contractus inita sit, omniaque & singula contractuum verba ad amissum observanda sint, ex utraque parte, nullum superest dubium quin opinio de publicationis & acceptationis regię consensus necessitate inter cetera Concordatorum capita referri debeat, præsertim cum *particula quęque* hujus pactiõnis bona fide custodiri debeat, ut ibi cautum est.

Guillelm. Bened.
in c. Raynori. in
verbo de sacrosan.
p. 110. de leg.
Auzer. in reg.
claus. Metol. p.
de offic. ord.

Tit. de Collat. p.
prelaticę ordi.
dinsty. in verbo
Acceptationem
in prima Concil.
legio.

p. de forma d.
verbo. Concil.
statu.





LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Synopsis.

I. Quid sit Libertas Ecclesie Gallicana, libro tertio describitur. Vnde fluxerit appellatio Ecclesie Gallicanae. Variis prouincis in unum Dioceses corpus composita. Per uisum synodarum Dioceses congregatis. Iude saltem ut Episcopi ab invicem per Dioceses suas regionem trahat, distincti sint. Vnde Episcopi Gallicani, id est, Dioceses Gallicanae, Gallicanae Ecclesie apud Hilarem Papam.

II. Ecclesia Gallicana apud Gregorium Magnam, qua deinceps ab omnibus scriptoribus celebrata. Aliquando regiam dignitatem significationem suam complectitur.

III. Quid sit Libertas illius Ecclesie. Variis significationibus libertatis ecclesiasticae proponuntur. Quae significat in Evangelio liberationem à peccato, & à lege Moysaica. In scriptoribus ecclesiasticis, libertatem conuenientem, vel aliquas immunitates personarum & rerum.

IV. Libertas confirmata est à Felice III. in eo quod Ecclesia sinatur uti legibus suis, in causis Dei.

V. Haec libertatem extendit Gregorius VII. ad capita palatia, in dissidio cum Henrico. Ecclesia libertate donata à Christo, non debet subijci seruituti. Ex consilio Geoffridi uicaria est discordia, cum agitur de libertate Ecclesie, vel de regni consuetudine.

VI. Libertas Ecclesie constituitur à Synodo Ephesina, in obseruatione canonum & consuetudinum antiquae. Explicatur species canonis Ephesini, de Ioanne Antiocheno Patriarcha, qui Metropolitani Cypri ordinationem sibi asserbat. Verba canonis uerè expenduntur, & docetur ad ceteros etiam Patriarchas pertinere.

VII. Inde haustum nomen libertatis ecclesiasticae apud Gallos. Quod magnopere inualuit tempore Caroli VI. cum Ecclesia subiectis vexata variis turribus premertur. Quae sensu dicitur à Christo collata Ecclesie. Haec libertas Clericis & laicis indulta. Res & nomen Libertatis Ecclesie Gallicanae uigebat tempore R. Ludouici. Aenea dicebatur Libertas Canonica.

VIII. An Libertatis ista relligi dicantur Privilegia. Iura eximia Ecclesiarum, ueliam dicuntur in Synodo Nicena: qua Privilegia reddi interpret. Quae uoce usi Summi quoque Pontifices & Leo Imperator. Primatus quoque Romani Pontificis dicitur Privilegium. Haec privilegia dicuntur canonica. Cur ea privilegia apostolica sedis auferri uellent Episcopi Gallicani, et Hincmaro. Ambigua uox privilegij minus frequentem ejus usum reddidit in hoc negotio.

I. **O** R D O rei, quam tracto, nunc à me postulat, ut hoc libro tertio edisseram quid Libertas Ecclesie Gallicanae significet. Quod rectè praestari non poterat, donec jacta essent illa fundamenta, de quibus hucusque actum est. Duo capita his uerbis continentur, quae discutere sit oportet: nempe quid Ecclesie Gallicanae, & quid Libertatis nomine intelligatur. Quibus dispositio ueteris Ecclesie nondum perfecta est, Ecclesie Gallicanae appellatio displicet, quasi membrum aliquod à reliquo corpore auulsam significaret. Sed obseruandum est, episcopatus Christiani unitatem non dividi, etsi per plures provincias spargatur: quia omnes Ecclesie & nexu carita-

tis invicem, & officio communionis, Cathedralis principali B. Petri conjunguntur. Porro Ecclesie per provincias ab Apostolis ad exemplum Imperij diuise, in unum Diocesanos corpus coalescunt. Diocesim cum dico, eo sensu eam dictionem usurpo, quae tunc in civili & ecclesiastica administratione locum habebat, scilicet pro tractu quodam & diversarum provinciarum collectione, quae Praefecto praetorio, aut ejus Vicario parebat. Occidentis Imperium sex & aliquando plures hujus generis compledebatur: quarum una erat Diocesis Gallicarum XVII. provinciis constans. Primi omnium Valens, Gratianus, & Valentinianus Imperatores, Episcopis unius Dio-

Vide Supra lib. 2. c. 1. §. 6. & 7. 1795.

ceſeos ad exemplum Iudicum & Honoratorum conceſſerunt ut non ſolum in ſingularum provinciarum ſynodis, ſed etiam in generali totius Diœceſeos ſynodo in unum corpus, jure ordinario, ſine mandato ſpeciali, cõre poſſent. Quod egregiè probatur à lege infera Codici Theodoſiano, cujus hæc ſunt verba: *Qui mos eſt conſarum civilium, ſiſdem in negotiis eccleſiaſticis obſervandi ſunt; ut ſi qua ſint ex quibusdam diſſenſionibus levibusque delictis ad religionis obſervantiam pertinencia, locis ſuis & à ſua Diœceſeos ſynodis audiantur.* Hujus loci ſenſum ſchoolio ſuo Anianus pertraxit, cum ſynodum Diœceſeos pro unuſcujuſque Episcopopi conventu capi exiſtimavit. Abſurdè, ut dixi, cum integræ & ſolidæ Diœceſeos ſynodum hæc pro more Imperij intelligi oporteat. Haec Diœceſeon & regionum ſynodos Concilium Conſtantinopolitanum aliquot annis poſtea (ſcilicet anno cccclxxxi.) canone ſuo confirmavit. Ex ea Diœceſeon diviſione manavit mos ille, ut Episcopopi non amplius provinciis tantum diſtinguerentur, ſed Diœceſibus, & Conciliis Diœceſeon. Inde frequens mentio Episcopoporū Illyrici, Italiae, Hispaniae, & Africae. Inde etiam Galliarum ſeu mavis *Galicani Episcopopi* paſſim occurrunt, etiam ante conſtitutas ſynodos generales Diœceſeon; quia ſcilicet extraordinario Principum imperio in unum conventum aliquando cogebantur. Cujus rei probationem petere poſſumus à Concilio Pariſienſi anno cccclxi. cujus epistoſa ſynodica ad Orientales Episcopos damnatum à ſe fuiſſe Concilium Ariminenſe & Saturninum Episcopopum Arelatenſem docet, his verbis: *Saturninum & communicatum ab omnibus Gallicanis Episcopis caritas veſtra cognoscat.*

Concil. Pariſienſis.

Concilij etiam Gallicani meminit ſynodus Illyrici habita anno cccclxvii. iis literis quas ad ſynodum Aſianam dedit, quibus teſtatur ſe omnino eadem ſentire de hęc cum duobus Conciliis, quorum alterum *Rome*, alterum *habebatur in Gallia*. Et ne ſingula teſtimonia ſingillatim perſequendo tedium lectoribus adferam, ſufficiet obſervaviſſe, *Galliarum Episcopos*, aut *Gallicanos*, ſeu per *Gallias conſtitutos*, à Pontificibus Romanis dici eos qui Galliarum Diœceſi continerentur, & à ceteris Diœceſibus Occidentis, ſcilicet Hispaniae, Africae, Italiae, & Illyrici, diſtinguerentur, ut videre eſt in Concilio Taurnanenſi, & in epistoſis Zozimi, Celeſtini, Novella Valentini, Leonis & Gelafij epistoſis. Meminit etiam Gallicanarum Concilioſum Hilarus Papa anno quadringenteſimo ſexageſimo ſecundo.

Theodor. l. 4. c. 5.
nec non quilibet
de ſynodis
ſynod. ſynod. ſynod.Conc. Taurn. in
Paul. 70. 227.
Zozimi ep. 1. 1. 1.
c. 10. 117.
Celeſt. ep. 20. 411.
Nov. Valer. 20.
447.
Lec. ep. 21. 11.
20. 411.
Gelas. ep. 11.
20. 474.
Hilarus ep. 6.

II. Obſcurus deinde Gallicanæ Diœceſeos nomen fuit, quia ab diverſa Franco- rum, Burgundionum, Wiſigothorum, & Italiae regna, in plures partes diſcerpta fuit. Emerſit tamen iterum felicioribus auſpiciis ſub Eccleſiae Gallicanæ appellatione, ut eam vocavit Gregorius Magnus in epistoſa ad Auguſtinum Anglorum Episcopopum: *Sed mihi placet, inquit, ut ſive in Romana, ſive in Gallicana, ſive in qualibet Eccleſia aliquid inveniri, quod plus omnipotenti Deo placere poſſit, ſollicitè aliq̄. Gratianus legit Gallicanarum; ſed apud Ivonem extat vera lectio, Gallicana.* Ab omnibus deinde ſcriptoribus celebratum eſt Eccleſiae Gallicanæ nomen: quo uſi ſunt paſſim, non ſolum noſtri Fulbertus & Ivo Carnotenſes Episcopopi, Sugerius Abbas, Arnulphus Lexovienſis, Stephanus Tornacenſis, ſed etiam exteri, Otto Friſingenſis, Ioannes Sarisberienſis, Thomas Cantuarienſis, Matthæus Paris, & ipſi Summi Pontifices in Decretalibus ſuis Alexander & Innocentius III. quorum teſtimonia laudata ſunt à viris eruditis. Porrò Eccleſia Gallicana non ſolum episcopopalem, ſed etiam aliquando ipſam regiam dignitatem complectitur, ut monti capite primo libri ſecundi. Eo ſenſu accipiendus eſt auſtor vitæ S. Bernardi, cum Innocentium ſecundum à Gallicana Eccleſia ſuſceptum ſcribit, quod factum fuit convocato à Rege Stampenſi Concilio, in quo Bernardi monitu damnatus eſt Anacletus Antipapa de ſententia Regis, Episcopoporū, & regni procerum.

Apud Conc. de
Nov. 11. 61.Ivo Decret. 2.
c. 119.Tom. 1. Lib. 1.
c. 10. Gal. 1.
p. 4. 7. ad p. 10.Bern. Abbas in
vita S. Bern. l. 2.
c. 10. ubi dicitur
ſi. non Fran-
cium.Vide lib. 4. c. 10.
ſ. 4.

III. Superest ut perſpiciamus quid ſibi velit famoſa illa Eccleſiae Gallicanæ Libertas: que, ut diſputatio manifeſtior evadat, à capite eſt arceſſenda. Libertas Eccleſiae in varias ſignificationes diſſunditur, pro temporum & rerum diverſitate. Ac Chriſtianorum quidem omnium libertatem aliquando complexa, duo quaedam ſignificat, & liberationem à peccato. apud Ioannem, *Si vos filium liberaverit, verè liberi eritis*, & à Moſaicæ Legis rigida obſervatione, apud Paulum. Hic enim, poſt expoſitum libertatis huius typum in Sara & Agar, concludit ad extremum: *Non ſumus ancilla filij, ſed libera. Qua libertate igitur Chriſtus nos libera- vit, in caſtate, & nolite rursus jugo ſervitutis contineri.* Deinde liberam conveniendi ad cultum Dei & ad ſynodos facultatem, & munerum immunitatem ab Imperatoribus conceſſam, Eulebium, Optatum, & ceteri antiquiores Libertatem Eccleſiae vocavere. Vnde tandem eſt factum ut privilegia Clericis aut Eccleſiis à Principibus indulta, *Libertates* dicerentur, ut videre eſt paſſim in

Tom. 6. 8.

Gal. 4. 4.

Capitularibus Regum, & in Tabulis antiquis. Quin & privilegia monasteriis concessa, quibus ab Episcoporum jurisdictione eximerentur, Libertates monasteriorum dicebantur, ut patet ex Marculfo, & ex ipsis Libertatum tabulis, & apud recentiores Græcos eodem sensu dicuntur monasteria libera, sive *ἐκκλησιαστικὰ ἀνεξάρτητα*, in Constitutione Alexij Comneni. Sed de Libertatis illo genere, quo personarum & rerum immunitas Ecclesiis concessa continetur, Tomo secundo copiosè disputabitur.

IV. Succedit alia libertatis ecclesiasticæ significatio, quam à Felice III. primùm assertam Gregorius VII. ad plures articulos extendit, ut mox dicam. Sed priùs expendenda est Felicis sententia, qui libertatem in eo constituit, ut Ecclesia sinatur uti legibus suis in causis Dei. Agebatur de Petro Alexandrino Episcopo ob hæresim Eutyrianam damnato, & de Acacio Constantinopolitano, quem Felix à communione sua repulerat, quòd absque sedis apostolicæ mandato Petrum anathemate solvisset. Legaris ob eam rem in urbem regiam missis, à Zenone violatis, Felix de contumelia illata conqueritur, suadètque Principi ut acquiescat damnationi Petri & Acacij: *Puto, inquit, quòd vobis sine ulla ambigitione sit utile, si Ecclesiam Catholicam vestri tempore principatus sinatù uti legibus suis, nec libertatis ejus quemquam permittatis obsistere, quæ regni vobis restituit potestatem.* (Scilicet Basilio tyranno ab Orthodoxis repulso) *Certum est enim hoc rebus vestris esse salutare, ut cum de causis Dei agitur, juxta ipsius constitutam, regiam voluntatem Sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre, & sacrosancta per eorum præfules discere potius quàm docere, Ecclesia formam sequi, non huic humanitus sequenda jura præferre, neque ejus sanctionibus velle dominari, cui Deus voluit clementiam tam pie devotionis colla submittere; ne dum mensura cælestis dispositionis exceditur, eatur in contumeliam disponentis.* Totum locum consulpò descripsi; quia graviter officij sui Principes admonet, ne cum de fidei negotiis agitur, auctoritate sua, quæ in Ecclesiæ subsidium illis data est, decretis apostolicæ sedis renitentur, atque ita sibi humanarum rerum fastigium noverint esse commissum, ut tamen ea quæ divina sunt, per dispensatores divinitus attributos percipienda non ambigant.

V. Certissima est ergo regula quam Felix præscribit, libertatè Ecclesiæ in eo verari, ut legibus suis utatur in causis Dei. Sed Gregorius VII. eam libertatem ad certam quædam disciplinæ capita extendit. Unde

factum ut Sacerdotium & Imperium inter se commissum sint, populique Christiani in Europa dirissimis & diuturnis bellis lugubriter attriti, cùm Gregorius pro libertate Ecclesiæ restituenda, & Henricus Imperator pro juribus Imperij retinendis, contendere. Libertas à Gregorio vindicata, Principes ab episcopatum investituris arcebat: quæ deinde porrecta fuit ad eas immunitates significandas quæ omnino in personas & res ecclesiasticas auctoritatem Principibus adimunt. Gregorius VII. in dissidio cum Henrico passim libertatem Ecclesiæ obtendit: *Nobilitas esse dignoscitur, multo tempore pro libertate sanctæ Ecclesiæ decertare, quam miserè ac diaboliè servituti subjacere.* Eadem sententia Paschalis II. respondit, apud Sugerium, Legaris Henrici, qui Investiturarum usum retinere volebat, *Ecclesiam pretio suo sanguine lesa Christi redemptam, & liberam constitutam, nullo modo ancillari oportere.* Goffridus Vindocinensis multus est in ea controversia, & commendat libertatem Ecclesiæ, quam profectam contendit à Christo, hac collectione quæ fortasse laborat vicio synonymiæ: *Quando Ecclesia seculari potestati subijcitur, quæ antè domina erat, ancilla efficitur, & quam Christus Dominus dilexit in cruce, & quasi proprii manibus de suo sanguine crucifixus, chartam libertatù amittit.* Hanc enim libertatù chartam Christus vindicavit in cruce, & sua sponte Ecclesia per semetipsam dedit; ut homines alios per peccatum factos diaboli servus, ipsa libera liberis & Dei filios faceret & suos, qui sibi diligenter servirent, & tanquam bona matri devoti filij humiliter obedirent. Artamen sapienter monuit idem Goffridus his contentionibus minui libertatem Ecclesiæ, idè quæ maximè cavendum ne nimis præfractè exigatur: *Nam*

VI. Imminuta esset libertas Ecclesiæ, si à Principum secularium imperio libera, ab Episcopis iniqua servitute premeretur. Quare Synodus Ephesina Oecumena libertatem Ecclesiæ in veterum canonum & antiquæ consuetudinis observatione collocavit adversùs Antiochenum Patriarcham, cùm de Cypriis Episcopis controversia incidisset. Etenim Ioannes Constantinus, post obitum Troili Episcopi Constantiæ, (quæ

Greg. 7. c. 17.

Sugerius vita Ludovici.

Goffridus in apud. edito. ad Gallicanos. pag. 109.

Cap. 4.

Felice ad Zenon. Angli. r. 10. a. 11. & interduo in Ap. Cod. Theod. dicit pag. 128.

urbs erat metropolitana insulæ Cypri) ordinationem ejus Ecclesiæ usurpare moliens, literas à Dionysio Duce Orientis ad Præsidem Cypri & Clerum Constantiensem impetravit: quibus præceptum erat Clero, ut ab ordinatione Episcopi abstineret, donec iudicio Synodi Ephesinæ, quæ tunc temporis cogebatur, Ecclesiæ Constantiensi prospectum fuisset. Id scilicet Ioannes à Concilio se impetraturum sperabat, si res integræ forent, ut libera sibi metropoleos Cypri ordinatio permitteretur, quia Cyprius erat una è quindecim provinciis Diocæses Orientalis, quæ à Nicæna Synodo Antiochem Episcopi administrationi creditæ fuerat. Quæ ratione fultus Alexander Antiochenus, jam olim Innocentio I. retulerat, Cyprios Episcopos fatigatos Arianæ impietatis potentia, cuius virus Episcopos Antiochenos invaserat, non tenuisse Nicænos caones in ordinandis sibi Episcopis, & *usque adhuc habere præsumptum*, ut suo arbitratu eos ordinent, neminem consulentes. Sed Innocentius persuasit tantum Cypriis, ut curarent juxta canonum fidem, unum cum ceteris sentire provinciam. Atque hoc pacto contentio oem non diremit, quamvis alter visum fuerit eruditus. Quippe Nicæna Synodus ita privilegia Antiochenæ Ecclesiæ in Orientem integra servavit, ut nihil de privilegiis Metropolitanorum detraheret. Episcopi Cyprii Ephesum accedunt, ut Ioannis Aoniochei novos conatus repellant: electum à se Rheginum in locum Troili docent, & suæ provinciæ privilegia, secundum Nicænos canones, servari postulant. Synodus Ephesina, prudenti interlocutione, docuit Nicænum canonem utriusque partis votis suffragari; sed causæ jugulum eo esse, an ex veteri more Antiochenus Cyprios Episcopus ordinaret. Quod illi nunquam factum magna coactione asserunt, sed à synodo provinciæ perpetuò Metropolitanum constitutum fuisse. Itaque Decretum editum est, quo oovus ille conatus Antiocheni Episcopi reprimetur, & Cyprii Episcoporum ordinationes ex veteri consuetudine adducitur secundo Canonum. Observandus autem est modus loquendi quo tentata innovat contra canones & mores aotiquos dicitur à synodo omnium libertatem attingere: quia scilicet exemplum illud trahi potuisset in consequentiam, ad perniciem omnium provinciarum. Quare generaliter constituit synodus: *In aliis etiam Diocæssibus & provinciis servetur, ut nullus Episcoporum aliam provinciam occupet, quæ antea & ab initio sub sua vel antecessorum suorum potestate non fuerit, sed*

& si quis occupaverit, vel per vim sibi subegerit, ipsam restituet, ne patrum canonem prætereant, neque sub sacerdotij prætextu mundanæ potestatis fastus irrepas; ne clam paulatim libertas amittatur, quam nobis donavit sanguine suo Dominus noster Iesus Christus, omnium hominum liberator. Vnde patet, non ad versus solum Antiochenum Patriarcham, sed etiam adversus ceteros Patriarchas constitutum ne plus sibi licere præsumant in suis Diocæssibus quàm sit illis & canone & veteri consuetudine concessum. Diocæsis dictio, regiones & tractus provinciarum Patriarchis subditos significat, ut monui. Quo sensu hic accipi ex eo manifestum est, quod canon Diocæssibus provincias subjungat: *Istud autem, inquit, in aliis Diocæssibus & in omnibus provinciis servetur.* Quare Theodoretus in Synagoge canonum, titulo primo, caonem istum Synodi Ephesinæ notavit, ut probaret Patriarchis non licere provincias invadere.

VII. Hinc profectum est ut Ecclesiæ Gallicana oomen libertatis ecclesiasticæ usurpaverit, cum adversus nova Pontificum Decreta, aut oovos Episcoporum conatus, vel etiam secularis potestatis illicitam usurpationem, de antiquis canonibus aut moribus excipit. Quidam novitium nomen apud nos esse putant, ut quod tempore Regis Caroli VI. tantum usi fuerimus. Certum quidem est, tunc inagropere celebratum fuisse nomen illud libertatis, cum tempore schismatis, Romani Pontifices dignitati suæ in partes dissipatæ præsidis undique conquirendis intenti, Ecclesiæ novitatibus quamplurimis vexarent, gratis expectativis, episcopatum & abbatiarum reservationibus, Annatis, & aliis huiusmodi. Quæ tempestas Concilium Ecclesiæ Gallicanæ edimpulit anno MCCCCVI. & MCCCCXVII. ut à Rege, regni sui Ecclesiam, & viros ecclesiasticos ad suam libertatem antiquam & juris communis dispositionem restitui peteret. Vnde patet vera & geouina definitio hujus libertatis, ex sensu Ecclesiæ Gallicanæ; ut sit nempe, *usus antiqui juris communis.* Iode frequentissimè usurpatum fuit in constitutionibus regis, in actis Comitiorum regni, in curiarum supremarum iudicis, & in cleri Gallicani conventibus, oomen illud *Libertatis Ecclesiæ Gallicanæ.* Sed non est quòd intra illud tempus usurpationem hujus nominis coërceamus. Etenim anno MCCCLXXXV. idem Carolus constitutione illa celeberrima, quæ curiæ Romanæ Cardinalium varias exactiones inhiibit, eo proposito id à se decerni testatur, ut *Ecclesia regni sui*, inquit,

Conc. Eph. d. 4. l. 1. c. 1. ubi dicitur quod non est licitum occupare aliam provinciam sine consensu synodi.

Theodoretus in Synagoge canonum, l. 1. tit. 1. ubi dicitur quod in aliis Diocæssibus & in omnibus provinciis servetur.

Videbimus v. cap. 12. & 109.

Missæ Cuius II.

Constitutio Caroli VI.

Innocent. in Decret. c. 44.

Conc. Eph. d. 4. l. 1. c. 1. ubi dicitur quod non est licitum occupare aliam provinciam sine consensu synodi.

in pace & tranquillitate sedent, in franchisia & libertate propagantur, atque quod Dominus nosse testis Christus Ecclesiam sanctam veluit libertate gaudere, ut nullius utilitatis obento subici debeat servituti. Libertatem à Christo Ecclesie indultam trahit in argumentum, exemplo Concilij Ephesini : quia scilicet Christiani à jugo legis Mosaicæ liberati, novis præceptorum inutilium farsinis non debent onerari. Quare cum hæc libertas æquè laicis ac Clericis competat, Libertas Ecclesie Gallicanæ ad utrumque gradum laicorum & Clericorum pertinebit, ut Philippus IV. Rex Francorum rectè urgebat in disceptatione cum Bonifacio VIII. antequam ab invicem dissidentet : quamvis fateatur à Pontificibus & regibus libertates quasdam Clericis specialiter fuisse concessas, quæ tamen jus regum tollere non debeant. Vnde monui superiore libro, Libertatem Gallicanam, si ad integrum Ecclesie Gallicanæ corpus referatur, quod ex regia & episcopali dignitate constat, utriusque ministerium cum complecti. Eo sensu, rescriptis regis bullarum executio conceditur, solenni illa formula, quòd nihil adversum juribus & libertatibus Ecclesie Gallicanæ contingant, id est, nec privilegiis canonicis Ecclesiarum, nec juribus regis. Sanè reticere non debeo quod valde commendabit usum harum libertatum, nempe à B. Ludovico Rege Christianissimo nomen & rem ipsam libertatis Ecclesie Gallicanæ restituta fuisse. De re ipsa nemo dubitat, cum edito illo celeberrimo caverit ut Ecclesia regni sui administraretur *secundum dispositionem juris communis, sacrorum Conciliorum Ecclesia Dei, & statutorum sanctorum antiquorum patrum.* Nomen autem extat in iis literis mensè Aprilis datis anno MCCCXVII. quibus immunitates Episcoporum provincie Narbonensis aliorumque confirmat, & augeat, his verbis : *Ludovicus Dei gratia Rex Francorum, universis Baroniis, & feudis fidelibus suis, Ballivis, & bonis villis in Arclatensi, Narbonensi provincia, & Rutenensi, Caturcensi, Aginensi, & Albigensi diocesis constitutis. De magnorum & prudentium virorum consilio statuimus quòd Ecclesia & viri ecclesiastici in terris illis constituti libertatibus & immunitatibus utantur quibus utitur Ecclesia Gallicana, & eis plenè gaudeant secundum consuetudinem Ecclesia memorata.* Ante ista tempora, libertas canonica dicebatur in Gallia, nomen canonum nulla vi vel impressione externa imminutus, ut constat à Privilegio concesso Ecclesiis provincie Burgundensis à Rege Ludovico juniore anno millesimo centesimo trigesimo

septimo. Sed debilitata in ceteris regnis canonum auctoritate, ut significaretur apud nos aliquam partem canonice libertatis retineri, Libertas Ecclesie Gallicanæ speciale nomen inductum est.

VIII. Quæri solet an Libertates istæ rectè Privilegia dicantur. Attigit hanc questionem Lefschæfferus, qui eruditè observat synodum Nicenam provincialium Ecclesiarum eximia jura *exemptionis* nomine complexam fuisse, quæ Dionysius Exiguus privilegia vertit : *Similiter apud Antiochiam, ceterisque provincias, privilegia servantur Ecclesiis.* Quo etiam verbo ulum fuisse veterem interpretem animadverti. Ceterum ad Lefschæfferij observationem addendum est, ante Dionysium, Leonem Pontificem Metropolitanarum dignitatem privilegij nomine passim cohonestasse, quem sequuntur Hilarus & Gelasius, Hormisdas, Gregorius Magnus, Ioannes VIII. Leo IX. Gregorius VII. quorum locis exscribendis non est quòd immerer. Quin etiam Leo Imperator privilegium Metropolitanum & Patriarchicum vocat jura sedum, seu Patriarchalium, seu Metropolitanarum. Imò verò ipse primatus Romani Pontificis, privilegium dicitur à Leone primo, Gelasio, Nicolao, ceterisque Pontificibus. Quæ jura eximia, ideo privilegia dicuntur, quòd ceterarum Ecclesiarum juribus præcellant, & à Christo ipso, ab Apostolis, aut à synodis sint olim indulta. Vnde ab Hincmaro & ceteris Ecclesie Gallicanæ Episcopis privilegia à Canonibus decreta dicuntur, verbis è Leone I. petitis, scilicet ut in eo differant à privilegijs quæ à Principibus, aut etiam à Summis Pontificibus concessa erant Ecclesiis. Quo verò proposito Metropolitanis Episcopis privilegia canonica privilegij apostolicæ sedis augeri vellent, docet idem Hincmarus in epistola ad Nicolaum : *Privilegia autem sedis apostolicæ non ideo petij, ut mihi non sufficeret quòd sacri canones & decreta sedis Romane Pontificum cuique metropoli stadi concedant, & nec alia vel amplius, quàm Ecclesia Remorum collatum est ex antiquo, mihi lægredi specialiter petij, neque appeti. Sed quia non solum dicecessis, sed etiam parocia mea inter duo regna sub duobus Regibus habetur divisa, & res mihi commissa Ecclesia sub multorum Principum potestate conjacere videntur, de quibus nihil aus parum utilitatis Ecclesia nostra posse habere : quia veteres constitutiones jam pro vili apud quosdam habentur, huiusmodi decretis carnales & animales homines territi, quiddam reverentium camera Ecclesiam indignitati meæ commissam agerent.* Ceterum quando Reges sub tempus inaugurat-

In actis inter Bonifacium & Philippum.

In libro B. Ludovici anno 1168.

Constitutio B. Ludovici, quæ ad ceteros hujusmodi privilegia referenda.

Privilegium Ludovici junioris de quo vide librum I. cap. 17. §. 1.

syn. Nic. c. 6.

l. 1. c. de invest. l. 1. c. 1.

Leo. ep. 14. Distinctio ista non est canonice instituta, & non habet vim legis, sed est decretum, nulla potestatem imperatoris continet, nulla vincit auctoritatem, ut dicitur in epistola ad Nicolaum. c. 1.

vide lib. 4. c. 7. §. 1.

tionis suæ sacramenta præstabant Episcopis & regni proceribus, juxta formulam quam conceperat Hincmarus, *Privilegiæ canonici* tuitionem se pollicebantur impensuros. De quo sacramento dicam libro IV. cap. IX. §. VI. Itaque cum privilegij significatio ambigua sit, & ad privilegium canonicum aut pontificium trahi possit, Constitutiones & Rescripta Principum ferè semper ab ea dictione abstant; ne fortasse quod jure ipso competit Ecclesiæ Gallicanæ, precario tantum concessum fuisse videatur, & cum iis privilegiis confundatur quæ à sede apostolica Regibus nostris in quamplurimis capitibus ecclesiasticis indulta sunt. Satis aliunde fit observatio singulari quæ Romanæ sedi debetur, si ejus beneficio & novis privilegiis antiqua jura seu privilegia Canonica confirmata & aliquando amplificata fuisse dicamus, ne quis nobis jurium antiquorum usum, ac si in apostolicæ sedis injuriam usurpatus fuisset, meritò exprobrare possit, vel animi ingrati vitium, si collata beneficia reticeamus.

ADDITIO

STEPHANI BALUZZI.

TANTI momenti est Constitutio illa B. Ludovici, data pro libertate ecclesiastica, cujus mentio fit in §. VII. hujus capituli. ut visum sit eam hæc integrum exhibere ex authentico quod extat in archivo Archiepiscopi Narbonensis, unde à me descripta est anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo nono. Scio quidem editam illam fuisse à clarissimis viris Catello & Duchesno. Sed tam multis illic mendis fecerat, ut vel ob hoc ipsum nova ejus editio procurari debeat.

LUDOVICUS DEI GRATIA FRANCORUM REX, universis civibus Narbonensibus, & aliis fidelibus suis per Narbonensem dioccesim constitutis, salutem & dilectionem. Capientes in primis aetate & regni nostri primordia illi servire à quo regnum recognovimus & id quod sumus, desideramus ad honorem ipsius, qui nobis calmen dedit honoris, quod Ecclesiæ Dei, que in partibus vestris longo tempore fuit assilla & tribulationibus innumeris cingensata, in nostro dominio honoraretur, & feliciter gubernaretur. Unde de magnorum & prudentium consilio statim quod Ecclesiæ & viri ecclesiastici in terris constituti præditi, libertatibus & immunitatibus utantur quibus antea Ecclesiæ Gallicanæ, & eis plene gauderent secundum consuetudinem Ecclesiæ memoratæ. Et quia heretici longo tempore vitam suam in vestris partibus effuderunt, Ecclesiæ matrem nostram multipliciter maculantes; ad ipsorum extirpationem statim quod heretici, qui à fide catholica deviant, quæcumque nomine censeantur, postquam fuerint de heresi per Episcopum loci, vel per aliam ecclesiasticam personam, que potestatem habeat, condemnati, iudiciali animaverberatione debita puniantur. Ordinantes etiam & firmiter decernentes ne quis hereticus re-

ceptare vel defendere quomodolibet, aut ipsi favere aut credere quomodo profanum. Et si aliquis contra prædita facere presumpserit, nec ad testimonium nec ad honorem aliquem de cetero admittatur, nec possit facere testamentum, nec successione aliquis hereditariis habere. Omnia bona ipsius mobilia & immobilia, que sint ipsi facta publicæ, decernimus ad ipsum vel ad posteritatem ipsius nullatenus reverti. Statim etiam & mandamus ut Barones terre, & Ballivii nostri, & alij subditi nostri presentes & futuri solliciti sint & intenti terram purgare hereticis & heretica fundare. Et precipientes quod præditi diligenter ipsos investigare studeant, & fideliter invenire; & cum eos invenierint, præsentem sine mora dispendio personis ecclesiasticis superius memoratis; ut eis præsentibus de errore & heresi condemnatis, omni odio, prece, pretio, timore, gratia, & amore possessis, de ipsis sellariis faciam quod debebit. Verum quia honorandi sumus, & maxime provocandi, qui ad inveniendum & capiendum hereticos solliciti diligentiam suam exerceant; Statim, & volumus, & mandamus, ut Ballivii nostri, in quorum ballivis capti fuerint heretici, pro qualibet heretico, postquam fuerit de heresi condemnatus, usque ad biennium, subant duas marchas integre capientis, post biennium eorum unam. Satis quia Rapturam solent devolare ac demereri terram præditam, & quietem Ecclesiæ & ecclesiasticorum virorum turbare, statim ut omnino Rapturam illis expulsi, pacè perpetuè servetur in terra; ad quam servandam deus omnes operam efficacem. Ad hæc, quia claves Ecclesiæ consecraverunt in terra ibi contenti; Statim ut excommunicati videntur, secundum canonicas sanctiones. Et si aliqui per annum continuè in excommunicatione persistant, eorum temporaliter compellantur redire ad ecclesiasticam unitatem; ut quæ à malo non retrahit timor Dei, saltem per temporis compellat. Unde precipimus quod Ballivii nostri omnia bona talium excommunicatorum mobilia & immobilia post annum capiant; nec eis aliquo modo resistant, donec præditi absoluti fuerint, & Ecclesiæ satisfactum, nec tunc etiam, nisi de nobis specialiter mandare. Decima sunt, quibus suis Ecclesiæ longo tempore per multorum inhabitationem defraudata, statim ut ordinamus quod restituatur Ecclesiæ; & amplius laici decimas non detineant, sed eas Ecclesiæ liberi habere permittant. Hæc statim inviolabiliter servari jubemus. Mandantes quod Barones, & Vassalli, & bona vills facere ista servare, Ballivii nostri ad hoc executionibus deputatis; qui infra mensem postquam fuerint in ballivis constituti, publici, & in loco publico, & de solenni, jurent quod hoc servabunt & facient ab omnibus bona fide servari. Quid si non fecerint; penam honorum omnium & corporis poterant firmidare. Noveritis etiam quod ista statuta sic volumus observari, quod etiam quando frater noster terram ipsam tenet, jurabimus servare, & quod faciet à suis fidelibus observari. Per autem hæc Statuta firma & inconvulsa permaneat, ea sigilli nostri maxime fecimus communitari. Actum Parisius anno gratiæ MCCXVIII. mensis Aprilis.

Hanc Ludovici Constitutionem misit Innocentius I V. in literis ad Regnam Franciæ scriptis anno M C C L. quæ à nobis editæ sunt in appendice Conciliorum Galliarum Narbonensium T. III.

Item eum in §. 2. hujus capituli adnotatum sit. Ecclesiæ Gallicanæ nomen celebratum esse ab ipsi Summi Pontificibus Alexandro III. & Innocentio III. discedere

discedere ab hoc loco non possum quin Innocentij IV. auctoritatem addam ex ejus literis ad Archiepiscopum Narbonensem & Episcopum Helenensem datis Perusij VIII. Kalendas Augusti anno MCCCLII. quæ exant in eodem archivo Archiepiscopi Narbonensis, & à nobis editæ sunt in Additione ad cap. XVII. libri VII. harum Disertationum: *Ad aures vestras Ecclesia Gallicana querela perferente pervenit quid nonnulli regni Francorum Barones, Ballivi, Praepositi, ac eorum & aliorum nobilium ejusdem regni Officiales, eandem Ecclesiam contra libertatem ipsius graviter comprimentes &c.*

C A P U T I I.

Synopsis.

I. Libertas Ecclesie Gallicana non solis antiquis canonibus constat, sed jure canonico è canonibus & decretalibus temperata. Insuperitur refutatio eorum qui Libertatem geminam in solo usq. veterum canonum collocant. Viri manifestissimi sunt, agendum breviter de antiquis & recentioribus juris canonici collectionibus. Ecclesia Romana ante Innocentij primi tempora nullis canonibus utebatur præterquam Nicænis, ex Innocentio.

II. Canonum collectiones ab Oriente in Occidentem manarunt, ideo de iis prius agendum. Veruliffima collectio est illa quæ canonum apostolicorum nomine inscribitur. Eos canones apostolicos vocant Constantinus Imperator, Synodus C.P. sub Nestorio, Concilium Ephesinum, Theodosius & Iustinianus.

III. Synodus Nicæna & Antiochena, Athanasius, & Basilus eos laudant sub nomine antiquorum canonum.

IV. Numerus oblonga quinquæ canonum olim receptos in Oriente.

V. Indagatur tempus hujus collectionis, quæ antè Synodum Nicænam, sed postior videtur anno CCLVIII. Firmilianus Cæsarea Episcopus iis usus non est ad probandum constantinensem quæ vigebat in Oriente repudiandi hereticorum baptismi, Constat, post Synodum Icony ea de re habitam, in eam fuisse consensum et ideo hujus collectionis, sub nomine Clementis Romani & Apostolorum, ut Stephano Summo Pontifici opponeretur Petri Apostoli auctoritas: Et traditiones scripto collectis, ne revocarentur in dubium. Ea Collectio auctoritate Hyperbæarum, quæ utebatur Orienti.

VI. Respondetur objectioni quæ erari potest à canone XLVI. quæ damnatur baptismi hereticorum, Orientalium sibi hac sententia, etiam post Synodum Nicænam; sed per indulgentiam illam baptismum recipi debere, ex Basilio.

VII. Quo tempore migraverit in Occidentem hæc collectio. Gelasius eam rejicit ut apocrypham. Post aliquot annos Dionysius Exiguus eam Latina interpretatione donavit. Vir locus esset aliquo pacto decreto Gelasij, quinquaginta tantum canones veris, ceteris omisissis. Discitur ejus dictum, videri Pontificis Romæ constantia aliquos ab iis canonibus traxisse.

LIBERTATEM Ecclesie Gallicanæ canonum & juris communis executione contineri diximus. Sed jus illud commune variè sumi potest. Aliud est

enim jus commune antiquissimum, quod antiquos canones & decreta Pontificum complectitur; aliud jus commune, quod illis canonibus & præterea decretalibus recentioribus Pontificum constat, prout apud nos usu recepto temperatæ sunt. Hoc ultimo jure Libertatem Ecclesie Gallicanæ contineri contendimus, non autem primo. In quo loquissimè recedimus à Leshasserij sententia, qui asserit curiis supremis Gallie conceditam, non solum libertatis ecclesiasticæ presentis tuitionem, sed verè illius, germanæ, & canonicæ, quæ apostolico & primitivo jure canonico nititur; adeo ut magistratibus incumbat decretis suis disciplinam illam antiquam paulatim restituere, cum per temporum injuriam id fieri non possit aperte constitutionibus regis.

Quod ut intelligatur, de antiquis & recentioribus juris canonici collectionibus agendum est, cum disputationis hujus cardo inde maximè pendat: ita tamen ut quæcumque dici hac de re possunt, sed quæ omitti non debent & à nobis in hoc genere observata sunt, proferamus. Ecclesia Occidentalis ante Concilium Nicænum nullos canones noveat; sed moribus tantum & jure non scripto regebatur. Deinde solos syoodi illius œcumenicæ canones amplexa est, usque ad tempora Innocentij primi, id est, ad aetum quadringentesimum; ut docent præsertim verba illius Pontificis in epistola ad clerum Constantinopolitanum: *Canonibus præter obsequendum esse scribimus qui Nicæna sunt decreta; quæ solos consulari decet Ecclesiam catholicam, & juxta eos judicare. Si enim alij à quæpiam proferuntur, à Nicænis canonibus dissidentes, & hereticos auctores referentes, à catholicis Episcopis rejiciuntur. Hereticorum namque inventa, catholicis canonibus non sunt annexenda, Iosignis profectò locus, ex quo multa colliguntur quæ studiosis antiquitatis ecclesiasticæ multum prodesse possint. Sed ut ejus meoerem perferèdè capiamus, observandum est aliam tunc fuisse rationem Ecclesie Orientalis, aliam verò Ecclesie Occidentalis: quia etsi hæc solis canonicis Nicænis utebatur, illa plures synodorum canones amplexa fuerat. De quibus necessariò agendum est, quia eorum canonum usus tandem ab Oriente in Occidentem manavit; necdum ab aliquo hac de re satis accuratè disceptatum est. Turriano enim omnia miscet, nec omnia arringit.*

II. Omnium antiquissimum est Collectio illa quæ canonum apostolicorum nomine circumfertur: cujus vetustas eadem origine

Ep. Innoc. apud Innocent. lib. 2. cap. 14. ubi dicitur: non magisteri sed magisteri hinc inde synodum. Illi in synodo alibi obprobriant, ut alij dicitur: hinc inde obprobriantur.

censeri debet qua Liber Constitutionum apostolicarum sub nomine Clementis Romani editus, cum eos canones ultimo capite integros Liber Constitutionum complectatur, quemadmodum Photius observavit in Bibliotheca: *εἰ δὲ τῶν ἀποστόλων ἡρώδης ἕταραφρόδου περιέχεται*. Sanè ut Clementis Romani sacrum non esse, ita etiam eradito scriptori, qui tertio saltem seculo floruerit, vindicandum, omnibus hodie persuasum esse video, cum in illo commentario anti-quæ discipline satis expressa vestigia supersint. Cujus auctoritas quanta fuerit apud veteres Christianos, inde colligitur, quòd hæretici corruptore stylo aliquot locis eum violantur, ut conqueritur Epiphanius, qui eo libro contineri *πίστις χριστιανῶν ἔχειν* testatur. Ceteram corpus illud canonum apostolicorum octoginta quinque capitalis constans, quæ ab Apostolis per Orientem manaverunt traditiones ad disciplinam ecclesiasticam constituendam complectitur. Ejus Collectionis usus maximè viguit in Orientalibus Ecclesiis. Quod duplici probationum genere demonstrari potest. Primum iis testimoniis quæ conceptis verbis apostolicorum canonum meminere. Antiquior mihi videtur esse in genere Alexander Episcopus Alexandrinus, qui eos Episcopos objurat à quibus Clerici suscipiebantur quos ipse excommunicaverat, idque ait contrarium esse canonis apostolico, *πίστις τῶν ἀποστόλων ἔχειται τῶντι ἀγγέλῳ*. quibus verbis apertissimè canon xvi. apostolicus insinuat.

Extat epistola Constantini Imperatoris ad Eusebium data, qua illius pietatem laudat, quòd ab Antiochenis ad Ecclesiam illam, quæ metropolis erat Orientis, civium & Cleri suffragiis electus, Cæsareæ episcopatum deserere noluerit, ab una in alteram Ecclesiam migrando, sed maluerit *apostolicam canonem* rigidè observare. Is autem est canon apostolicus decimus quartus, quo migrationes istæ prohibentur. In synodo Constantinopolitana habita sub Nectario in causâ Agapij, querente Arabiano Ancyræ Episcopo an liceret duobus Episcopis Episcopatum accusatum gradu dejicere, ex sententia Nectarij & Theophili Alexandrini totiusque synodi decernitur Episcopum dejecti non posse præterquam à synodo Episcoporum provincie, *ut apostolici canones constituerunt*. Quibus verbis canon apostolicus septuagesimus quartus significatur. In Concilio Ephesino refertur Antiochenum Episcopatum ordinationes provincie Cypri ad se trahere conarum *contra leges ecclesiasticas & canones sanctorum Apo-*

stolarum, id est, 34. & 35. canones apostolicos, qui verant Episcopos ne extra provinciam quique suam manus imponant. Imperator quoque Theodosius anno ccccxl. Irenæum quandam post *binas nuptias præter apostolicos canones Tyriorum civitatis Episcopum factum*, ab ea Ecclesia constitutione sua dejecit. Quibus verbis canonem xv. apostolicum respicit. Iustinianus Canones apostolicos aut ipfis Apostolis aut saltem doctrinæ ab iis traditæ asserere videtur in Novella sexta.

III. Secundum genus probationis petitur è synodo Nicæna, cujus canonem xv. ventantur migrationes ab una parœcia in aliam, quas tunc factas fuisse præter canonem observat synodus. Aliquo ergo canone anteriori vetitæ erant translationes, qui porrò alius non est quàm xv. canon apostolicus. Sed disertis verbis in v. canonem laudatur canon antiquus, quo interdictum est Episcopis ne ab uno excommunicatos alij admittant in communionem: *ἕκαστος τῶν κληρῶν τῶν ἀποστόλων τῶν ἐπίσκοπων ἀποκρίσας, ἢ ἐπίσκοπος μὴ ἀποκρίσας*. quibus verbis aperte significatur canon apostolicus x. & xxvi. Non omissendus est canon x. Nicænus, quo canon apostolicus lxxi. insinuat, & explicatur. Hoc apostolico canone, qui metu supplicij Christum negat, gradu dejecitur, & pelitur ab Ecclesia. Sed de eo qui post lapsum ordinatus fuerit, nihil caverit. Ad hanc tamen speciem Nicæna synodus dejectionem extendit, bis verbis: *Quicunque de lapsis ad ordinem Cleri promoti sunt per ignorantiam, vel per ordinantium dissimulationem, hoc ecclesiastica non præjudicet regule. cogniti namque deponantur*. quasi diceret: Subiecuta lapsum ordinatio non effugiet poenam canonis ecclesiastici, id est, apostolici lxxi. licet canon iste de eo loquatur qui adscriptus erat in clero ante lapsum, cum par sit in utraque specie ratio. Synodus Antiochena frequenter etiam alludit ad canones istos apostolicos, ita ut penè transcripserit canones xl. & xli. qui explicantur canonibus Antiochenis xxiv. & xxv. Sed disertissimè canone ix. significatur canon apostolicus xxxiv. quo inhihetur ne quid gravius momenti agant Episcopi provinciales sine sententia ejus qui præest metropoli. quod isdem ferè verbis statuitur in canone ix. synodi Antiochene, *secundum antiquam à patribus nostris regulam constitutam*. Ejusdem Concilij canone xxxi. prohibetur ne quis Episcopus sibi successorem eligat, sed electio fiat *secundum regulam ecclesiasticam*; qua significatur canon apostolicus lxxvi.

Thom. l. c. 4.

Var. lib. 1. de vi. 12. Const. c. 7. APOSTOLICI QUINQUE.

Syn. CP. 66. N. 1. de vi. 12. Const. c. 7. APOSTOLICI QUINQUE.

Conc. Eph. Ad. 1. de vi. 12. Const. c. 7. APOSTOLICI QUINQUE.

L. 1. C. de sacra. Trinit.

Novell. c. 2. de h. 1. de sacra. Trinit.

Conc. Nic. c. 11. cap. 11. q. 11.

Can. 30. de C. 1. de sacra. Trinit. c. 11. cap. 11. q. 11.

Syn. Ant. c. 12. de vi. 12. Const. c. 7. APOSTOLICI QUINQUE.

Can. 11. q. 11. de sacra. Trinit. c. 11. cap. 11. q. 11.

Athanasius quoque & Basilius non ob-
curè his canonicis utuntur. Ille quidem,
cùm de Georgij Cappadocii Arriani auda-
cia conqueritur, qui iussu Comitis per vim
sedem Alexandrinam occupavit, violatos
ab eo canones ecclesiasticos palam profite-
tur, id est, canonem apostolicum xxxi.
quo præcipitur, ut si quis seculi potestati-
bus uisus, Ecclesiam per ipsos obtineat, de-
ponatur. Basilius Diaconum à gradu deje-
ctum ob crimen, non arceat communione;
*quoniam antiquum est canon, ut qui à gradu
exciderunt, hac sola poena castigentur.*
Vetus ille canon quem laudat, est xxv.
canon apostolicus.

IV. Ex iis autem quæ diximus, non so-
lùm colligitur vetustas & auctoritas cano-
num apostolicorum, sed etiam eorum num-
erus. Etenim octoginta quinque canones
recentent Græci in Collectionibus suis, jux-
ta definitionem synodi in Trullo. Quo in
capite rectè illis convenit cum libro Con-
stitutionum apostolicarum, ubi canones
illi eadem serie eodémque numero refe-
runtur. Laudatur etiam vidimus canonem
Lxxiv. à Synodo Constantinopolitana
sub Nectario, & Lxxi. à Synodo Nicæna,
& Lxxvi. à Concilio Antiocheno. Quan-
tum etiam Theoderus in collectione sua eun-
dem numerum octoginta quinque canonum
apostolicorum fervavit.

V. Difficile est in tam alto veterum scri-
ptorum silentio tempus hujus Collectionis
indagare, quam tamen certum est Conci-
lij Nicæni tempora antecessisse. Tentari
fortasse posset, nondum cognitam fuisse
Orientalibus, quando controversia inci-
dit de baptismo hæreticorum, quæ Cy-
prianum in Africa & Firmilianum in Cap-
padocia cum Stephano Summo Pontifice
commisit. Aiebant illi tinctos ab hæreticis
Spiritus sanctum (qui ad solam Ecclesiam
pertinet) suscipere non potuisse. Step-
hanus asserbat traditionem veterum non esse
innovandam, neque repetendum bap-
tismum ab hæreticis collatum, sed manus
in pœnitentiam baptizatis imponendas.
Stephanus nitebatur antiqua consuetudine,
cui Cyprianus scripturas opponebat.
Sed Firmilianus Stephano objiciebat con-
trariam consuetudinem, quæ vigeat in
Oriente: *Quid quidem adversus Stephanum
vos Afri dicere potestis*, inquit ille ad Cypria-
num, *cognita veritate errorem consuetudini re-
liquisse. Ceterum nos veritati & consuetudinem
jungimus, & consuetudini Romanorum, con-
suetudinem, sed veritatis, opponimus; ab ini-
tio hæc tenentes quæ à Christo & Apostolo est tra-
ditum.* Petri & Pauli locos, quos in supe-

riori parte epistolæ laudaverat, intelligit.
Nihil opportunius accidere poterat hæc
disputatione ad citandos in testimonium
canones apostolicos, si ea tempestate com-
pacta fuisset Collectio qua hodie utimur.
Etenim ad confirmandam consuetudinem
illam constantem, quam Firmilianus Ste-
phano obteudebat, proferre poterat cano-
nem apostolicum xlv. conceptum in hæc
verba, è versione Dionysij Exiguus:
*Episcopum aut Presbyterum, hæreticorum susci-
pientem baptisma, damnari precipimus. Quæ
enim conventio Christi ad Belial, aut quæ per
fideles cum infidelis? Et canonem xlv. i.
Episcopus aut Presbyter, si cum, qui secundam
veritatem habuerit baptisma, de novo baptizaverit,
aut pollutum ab impiis non baptizaverit, de-
ponatur, tanquam deridens crucem & meritum
Domini, nec sacerdotes à falsis sacerdotibus dis-
cernens.* Itaque è silentio Firmiliani collige-
re licet, incognitos ea ætate Orientalibus
fuisse canones apostolicos. Quid si hæc con-
tentio collectionis hujus occasione præ-
buerit? & ut Romanæ Ecclesiæ traditio &
auctoritas à Stephano prolata, objecto ve-
luti clypeo repelleretur, huic collectioni,
(quæ antiquæ disciplinæ in Oriente vigen-
tis capita omnia, imò verò & sacramentorum
ritum complectitur) constitutionum
apostolicarum & canonum à Clemente Ro-
mano editorum nomen inscriptum fuerit?
Conquereretur enim Firmilianus injuriam
fieri Apostolis Petro & Paulo, quòd eos
auctores tam alienæ traditionis Stephanus
faceret: *Adhuc etiam, inquit, infamans Pe-
trum & Paulum beatos Apostolos, quasi hoc ipsi
tradiderint, qui in epistulis suis hæreticos ex-
citati sunt, & ut eos evisum manerent.*
Quare ne dignitate apostolicæ sedis, epi-
scopatus sui loco, & Cathedræ Petri, quam
per successionem tenere Stephanus profite-
batur, Christianorum animos à Firmiliani
sententia averteret, necessarium visum est
testimonium aliquod, quo Petri auctoritas
Petri successoris opponeretur. Et ne ullus
superesset dubitandi locus in controversiis
quæ traditionum antiquarum occasione ac-
cidere possent, placuit eas libro constitu-
tionum apostolicarum & Breviario cano-
num apostolicorum complecti, prout in
Oriente traditionum usus invaluerat. Com-
modùm accidit ut frequentes Orientalium
Ecclesiarum Episcopi Iconium convenirent
anno cclviii. ad controversiam illam
de baptismo hæreticorum dirimendam, ubi
eadem sententia constituta est quam apo-
stolici canones xlv. & xlvii. exhibe-
bent. Hæc sunt Firmiliani verba, rem ge-
stam narrantis: *Hæretico enim sicut ordinare*

Athanas. ep. ad
Cels.

Basilius ep. ad
Cyprianum. c. 1.
De i. q. 2. p. 10
ap. 10.

Syn. in Trullo.
c. 1. q. 1. p. 10
ap. 10.

Theoderus in
collectione.

Firmilianus in ep.
ad Cyprianum.

Clem. ap. 1. c. 42.

non licet, nec manum imponere, ita nec baptizare, nec quicumque sanclè nec spiritaliter gerere, quando alienum sit à spiritali & deifica sanclitate. Quod totum nos jampridem in Iconis, qui Phrygia locus est, collecti in unum, convenientibus ex Galatia & Cilicia & ceteris proximis regionibus, confirmavimus tenendam contra hereticos firmiter, & vindicandam, cum à quibusdam de istis dubitaretur. Quare in eam conjecturam facilè adducor ut existimem decretum Iconiensis Concilij transcripsum in eam collectionem quæ tunc confarinata est, & augusto Clementis Romani nomine ornata in publicum prodiit. Quod egregiè confirmatur è canone apostolico xxxviii. qui mensis Hyperberetæi meminit, quo significatur Octobermensis Syromacedonica, cujus erat usus per Orientem. Vt hinc pateat, nec ab Ægyptiis, nec à Græcis Europæis, qui mensibus alia nomina indi-derant, conscriptam esse collectionem illam, sed à Christianis Orientalibus. Vnde Synodus Antiochena eundem mensis Hyperberetæi nomine in simili specie designavit.

VI. Existimabit fortè aliquis alienum videri ab auctoritate illa quam huic collectioni vindicavimus, si fœreamur hæresi esse infectam, in eo capite quod tinctionem hæreticorum respicit. Sed velim cogitationem illam deponat, perpendatque hanc sententiam in Oriente retentam fuisse, donec Concilij plenarij auctoritate eliquata fuit, ut cum Augustino loquar. Qua in re adeo pertinaciter Firmilianus decessoris sui opinionem Basilij Cæsarex Episcopus fovit, ut propter bonum pacis cum Asiaticis rennenda, hæreticorum baptisma ab Orientalibus admittimus scripserit. Quare mirandum non est, si erasa non fuerit à canonicis apostolicis regula quæ summo jure niti quamplurimum videbatur, & contraria sententia per indulgentiam tantum recipi. Ceterum post Nicænam Synodum, quæ Paulicianos damnavit, hocque præjudicio docti quorundam hæreticorum repudiandum esse baptisma, nihil vetat quin retineri possit canon apostolicus etiam post sopitam contentionem, cum divisione quæstio dirēpta fuerit, & in certa specie regulæ locus esse possit.

VII. Nunc discutiendum restat, quo tempore ab Oriente in Occidentem migraverit hæc collectio canonum apostolicorum. Sanè Gelasius Pontifex in Concilio Romano habito anno quadringentesimo nonagesimo quarto eam inter cetera apocrypha rejecit: *Liber canonum apostolicarum, apocryphus*. Variæ sunt classis apocrypho-

rum in Notitiâ Gelasij, ut observarunt viri eruditi; cum non tantum fragmenta hæreticorum veniant in hunc censum, sed etiam opuscula tractatorum in quibus sunt nævi quidam. Apocryphus ergo dicitur, juxta mentem Gelasij, liber horum canonum, quod in judicio non obtineat auctoritatem, & Apostolorum nomen falsò præferat. At tamen post aliquot annos Dionysius Exiguus Latinam interpretationem Græcorum canonum aggressus, quinquaginta canones apostolicos Romanis communicavit, ceteris omisiss. Quod ab eo consultò factum puto, ut aliquam rationem haberet Concilij Romani, cujus interdicho in triginta quinque omisiss locum haberet, præsertim cum canon I. x v i. ingratus Romanis auribus futurus esset, quo damnatur, secundum veterem Orientalium Ecclesiarum consuetudinem, sabbathi jejuniis, quod tantopere in Occidente commendabatur. In principio itaque, inquit Dionysius, *canones qui dicuntur Apostolorum de Græco translatus: quibus quia plurimi consensum non præbuere facilem, hoc ipsum vestram nihilominus ignorare sanctitatem: quævis quædam consuetudo Pontificum ex ipsis canonibus assumpta esse videantur*. Ne repudientur à Romanis, quedam decreta Pontificum ab his canonibus hausta videri observat. Nempe respicit ad epistolas Innocentij primi, & Leonis, qui consuetudines Ecclesiæ Romanæ ceteris præscribent. Sed cautè loquitur Leo, qui eadem definiens quæ x v. canone apostolico continentur, ne videretur eam regulam inde sumpsisse, illam à consuetudine & traditione apostolica manasse scripsit, ut canonem scriptum repelleret: *Alienum est, inquit, à consuetudine ecclesiastica ut qui in presbyterali honore aut Diaconi gradu fuerint consecrati, his pro crimine aliquo suo per manus impositionem remedium accipiant puniendi, quod sine dubio ex apostolica traditione descendit*. Quo autem loco habiti fuerint canones illi per Occidentem, & præcipuè per Gallias, mox dicemus, cum de Dionysij Exigui editione differemus.

CAPVT III.

Synopsis.

I. Secunda Collectio post Concilium Constantinopolitanum. Antea Diocesani canonibus à se editis regerantur: ut patet ex Ancyrana Synodo, Neocesariensi, Antiochena, & Laodicena. Hujus tempus inquiratur.

II. Canonis secunda Synodi recepti non trans in Occidente temporibus Innocentij & Leonis. Canones

Pala Soliman in Nova ed. Lond. mer. pag. 187.

Notitia ep. ad Anthoni. Synodus de Græco translatus: quibus quia plurimi consensum non præbuere facilem, hoc ipsum vestram nihilominus ignorare sanctitatem: quævis quædam consuetudo Pontificum ex ipsis canonibus assumpta esse videantur.

Dionysius a to lat. Can.

ten la ep. ad to sic. Notitia.

Antiocheni nec in Occidente, nec in Tracia Diocesi. Chryſoſtomus & Innocentius reſcriptis eos nomen. Cur ab Arrianiſtaſis temporibus dicant, eum Oribasii Episcopii nomen vincerem.

III. An canones Antiocheni recepti ab Ecclesia, sine iudicio cum iis quos reſcriptum Innocentius & Chryſoſtomus. Tres conſtituta veterum eruditiorum reſuta. Apertior nova conciliationis ratio.

IV. Collectis ſecunda Canonum, quando & à quo inſiſta. Confirmata à Concilio Chalcedonenſi, & antea canonicis eius Concilii. Confirmata etiam à Iuſtiniano.

V. Queritur an canones Chalcedonenſes recepti fuerint ab Ecclesia Romana. Opinio Bellarmini expenſa. Dicitur receptos fuiſſe, à Facundo, Gelafio, & Leone ipſo. Solus xviii. canon repudiatus, ex conſenſu Anatoſi. Ratio concordia tunc inſerſa explicata. Error Hincmari. Canones Synodi Conſtantinopolitana non admiſſi. etiam poſt Dionyſii publicatioſum, in Conſtantinopolitani reſeruentur in officio.

VI. Canones Græci poſt Synodum Chalcedonenſem Latini redditi: Non nua, ſed pluribus interpretationibus. Ea collectioſne uſus eſt Gelafius, qui uſus canonibus Chalced. quemadmodum & Gregorius. Symmachus laudat canones Gangrenſes. ex ea collectioſne.

VII. Nova interpretatio canonum à Dionyſio Exiguus edita. Qua canones Græci, & præterea Sardienſes, atque Africanos, complexa eſt. Et Romanorum Pontificum decreta. Eius uſus probatus à ſede apoſtolica, à Caſſiodoro, & Iohanne II.

VIII. De collectioſne Canonum à Theodoro dogeſta in quinqueſcenta uolumina. Genuina eſſe oſtenditur, ſolutoſne difficultatioſne qua obſici ſoleat.

I. SECUNDA Collectio prodiit poſt Concilium Conſtantinopolitanum. Antea non communi quodam iure tenebantur Orientales Eccleſie, ſi canones apoſtolicos & Nicænos excipias, ſed ſua ſibi decreta duæ treſve Diocæſes conjunctis ſuffragiis conſtituerant, quibus in diſceptandis negotiis ſuis uterentur. Etenim in provinciis Diocæſeon Aſianæ, Ponticæ, & Orientalis, varij canones editi fuerant à Conciliis Ancyrano, Neocæſarienſi, Gangrenſi, Antiocheno, & Laodiceno, qui obtinebant apud eos Episcopos quorum ſuffragiis erant decreti, quemadmodum Conſtantinopolitanis auctoritate omnes deinde Orientales Eccleſie adſcribæ ſunt. Etenim in Ancyrana Synodo coacta anno cccxv. ante ipſam ſynodum Nicænam, ſtatim poſt libertatem Eccleſie redditam, in civitate Ancyræ, quæ erat metropolis Galatiæ, decem & octo Episcopos à Diocæſibus Orientis, Aſiana, & Ponticæ, xxv. canones ediderunt, quorum vis per tres illas Diocæſes extendi poterat, non autem per Diocæſim Aegyptiacam, aut Thracicam, multò minùs per Diocæſes Occidentales. Idem dicendum eſt de ſynodo Neocæſaræ habitæ, quæ eſt metropolis Ponti Po-

lemoniæ; quò ſe contulerunt iidem ipſi decem & octo Episcopos, poſt ſolutam Ancyranam Synodum. Gangris, quæ eſt metropolis Paphlagoniæ, habitum eſt Concilium anno cccxxv. à ſedecim Episcopis Ponticæ Diocæſeos. Concilium verò Antiochenum habitum anno cccxlii iis provinciis conſtitit quæ ad Diocæſim Orientis ſeu Antiocheni Patriarchatus pertinebant, Syria nempe, Phœnicia, Palæſtina, Arabia, Meſopotamia, Cilicia, & Iſauria, ut patet ex epistoſa ſynodica. Superſt ſynodus coacta Laodicæ, quæ eſt Phrygiæ metropolis, quò è variis Diocæſeos Aſianæ provinciis Episcopos convenerunt, ut ſtatut inſcriptio ſynodi. De tempore hujus Concilij queritur. Illuſtriſſimus Annaliſm conditor ante Concilij Nicæni tempora coactum ſuſcipitur. Sed canone ſeptimo damnantur Photiniani hæretici, qui aliquot annis poſt Synodum Nicænam emerſerunt. Deinde in antiqua collectioſne locum ſuum poſt Antiochenam obtinet ſynodus Laodicæna: cuius tempora in annum cccclxv. conjici poſſe puto. Illo etenim anno ſynodus habebatur ab Episcopis Aſianæ Diocæſeos, ad quos literas ſuas & ſynodicam Illyriciani Concilij Valentinianus Imperator tranſmiſit, cum hac epigraphæ apud Theodoretum: *Episcopos Diocæſis Aſianæ, Phrygiæ, Carphrygiæ Paſatiana.* Porro ſynodus Laodicæna, ut dixi, è diverſis provinciis Aſianæ Diocæſis habitæ eſt Laodicæ, quæ eſt metropolis Phrygiæ Paſatiana.

II. Canonibus Concilij Conſtantinopolitani omnes quidem Eccleſie Orientales adſtringi poterant, quia ex omnium Episcoporum conſenſu qui Diocæſes Aegypti, Orientis, Aſiæ, Ponti, & Thraciæ regerant, Conſtantinopoli decreti ſunt anno trecenteſimo octuagelimo primo. Sed Occidentis Eccleſie iis teneri non poterant, quibus omnino erant incogniti anno ccccclii. ut teſtatur Leo primus. Itaque Innocentius I. rectè juxta ſenſum Eccleſie Occidentalis ſcripſerat anno cdv. Eccleſiam nullis canonibus regi præterquam Nicænis, ut monui §. i. capitis ſuperioris. Adeoque mirum non eſt ſi canonem Antiochenum, quo nitebantur Orientales adverſus Ioannem Chryſoſtomum, conſtanter exploſerit. Nondum enim, ut dixi, nec ſynodus Antiochena nec ceteræ receptæ fuerant ab Occidentis Eccleſiis, nec etiam ab Eccleſia Conſtantinopolitana, quæ cùm Diocæſi Thraciæ accenſerentur, Ancyranæ ſynodi, Neocæſarienſis, Gangrenſis, Antiochenæ, vel Laodicæne canonibus, ab aliis Diocæſibus editis, non tenebatur.

Appl. ſynod. Conc. Antioch. Chalcedonenſis, Laodicæna, Gangrenſis, Antiochenæ, & Ancyranæ.

Thol. b. 4. 19

Quare etiam Chrysostomus ipse Constantinopolitanus Archiepiscopus, cum ab adversariis canone xii. Concilij Antiocheni premeretur, (quo non prohibetur appellatio, ut quibusdam visum, sed spes restitutionis denegatur Episcopo qui à synodo dejectus sedem suam repetit absque majoris synodi instaurato iudicio) in quem peccavisse dicebatur, excipit dupliciter. Nam & se majori Episcoporum numero sultum sedem suam repetivisse contendeat, ut hac etiam in parte canoni Antiocheno, cujus auctoritatem adversarij obtendebant, satisfecisse constaret. Et aliunde canonem illum Antiochenum refellebat, quod editus esset ab Arrianis. Vnde sequitur Antiochenos canones in Thracia Diocesi tunc temporis receptos non fuisse, quemadmodum nec recepti erant in Occidente. Certum quidem est Patres qui Antiochiz convenerant, majori ex parte orthodoxos fuisse, cum è numero xcvi. aut xcix. Episcoporum, ex quo conventus ille constabat, triginta tantum Eusebianas partes sequerentur, & clanculum Arrianæ heresi faverent, etsi aperte à communione catholica non discessissent, ut constat ex Iulij epistola apud Athanasium. Attamen apud posteros Arrianæ heresis suspicione laborarunt, quod in eo conventu Eusebiani primas partes tenerent, & eò ad fidem consubstantialis convellendam convenissent, eoque proposito expulsiorem Athanasij in Concilio Tyrio decretam olim iudicis suis ex omnium consensu redditis confirmassent. Quod eos deinde ad eam necessitatem impulit, ut orthodoxi æque ac Semiarriani ab Occidentalibus in Concilio Sardicensi discesserint. Vnde Ecclesis Occidentis Orientalium eorum Arrianæ impietatis infamia notandi occasio data est; præcipue cum Georgium Cappadocem Arrianum Athanasio substituerint. Quod ultimum etsi à triginta sex Episcopis Arrianis constitutum fuerit, ut observat Iulius, dedecus tamen nefarij hujus facinoris ad omnes Episcopos, qui synodo intererant, redundavit.

III. Ex hac animadversione componi posse videtur disceptatio illa de canonibus Antiochenis, quæ virorum eruditorum ingenia torfit: qui concoquere non poterant quo pacto refelli possent à Chrysostomo & Innocentio tanquam ab Arrianis editi, cum certum sit in censum canonum adscriptos fuisse ab Ecclesia universali, & prolatos in Concilio Chalcedonensi ut canones à sanctis Patribus editos. Illustrissimus Annalium conditor, qui sibi persuasit integrum Concilium Antiochenum ex Arrianis constitit-

se, putat canones illos laudatos in Concilio Chalcedonensi, ex alia canonum collectione quam è synodo Antiochena petitos fuisse. Alij censuerunt in causa Chrysostomi, non ipsum canonem xii. synodi Antiochenæ, sed alium quendam ab hæreticis confectum canonem in altera synodo Antiochena ab Innocentio & Chrysostomo explosum fuisse, cum tamen è Socrate & Palladio satis constet de canone xii. Antiocheno agi. Aliis placuit non omnes canones Antiochenos, sed solum xii. oppugnatum à Chrysostomo, quasi ille solus constatus fuerit ab Arrianis adversus Athanasium. Quam conjecturam eo argumento juvari putant, quod ex hac sententia elicitur verus modus conciliandi numeros canonum juxta collectionem Zonaræ & Balsamonis cum numeris collectionis antiquæ quæ prolata est in Concilio Chalcedonensi. Etiam in illa vetere collectione canon xvi. Antiochenus numeratur nonagesimus quintus, à primo canone Concilij Niceni: qui calculus est sine errore, si expungatur xii. canon Antiochenus. At verò in collectione Zonaræ idem canon xvi. numeratur nonagesimus sextus, ob malè admissum canonem xii. in collectione recentiori. Sed non erat curvir eruditione nodum in sirpo quereret. Apertissima est enim ratio discriminis in numeris illis inter utramque collectionem, à viris eruditus prolata, & ab ipso laudata, quæ sincerè refutari nequit. Nempe peccatum est in collectione Zonaræ, in numero canonum synodi Neocæsariensis, quos quindecim recenseret, distracto in duos canone decimo tertio, cum revera quatuordecim tantum canones Neocæsariensis concilij numerent Theodoretus in synagoge canonum, Vetis interpretatio Latina edita statim à Concilio Chalcedonensi, Dionysius Exiguus, Epitome Hadriani, Cresconius, & Photius in Nomocanone: quorum auctoritati opponi non debet error qui irrepit in Collectionem Zonaræ. Deinde cujus decreto rejedantur ille canon omnia universæ Ecclesie exemplaria invasisset, si darentur à codice Chalcedonensi proscriptum fuisse. Addere possumus, nihil iniqui xii. illo canone Antiocheno constitui, nec ad detrimentum Athanasij trahi potuisse, nisi per summam injuriam, cum futuris negotiis formam dare censendus esset, non præteritis, qualis erat Athanasij causa. Quare Athanasij damnatio Antiochicæ decreta, non eo solo canone nitebatur, ut docebitur romo xi. cum agatur de Athanasij iudicio. Itaque sola superest ratio conciliandi exceptiones

Fide infra, lib. 7. cap. 2.

Secund. lib. 6. cap. 17.

Infra apud Athan. in Apolog. 11.

M. Anselm. de Domina.

Secund. lib. 7. c. 104. Pallad. in vita Cypri.

Secund. Poth. lib. 1. 74. c. 60. cap. 11.

Photius T. 2. Nomoc. cap. 4. T. 1. c. 104.

Chrysoſtomi & Innocentij cum auctoritate legitima canonum Antiochenorum, quod nondum recepti fuiſſent nec in Occidente, nec in Thracia Diœceſi, ut explicui §. ſuperiore.

I V. Poſt Chryſoſtomum, ante Concilij Chalcedonenſis tempus, canones Nicæni, Ancyrani, Neocæſarienſes, Gangrenſes, Antiocheni, Laodiceni, & Conſtantinopolitani, numero centum ſexagintaquinque, in unum corpus collecti ſunt, Epiſcopi alicujus induſtriâ, forteſſe Stephani Epheſini Epîſcopi, ut præferebat vetus codex MS. in Bibliotheca Palatina, quemadmodum accepti à viro fide digniſſimo, aut forteſſe ſynodi cujuſdam Orientalis decreto. Etenim è collectione illa, in qua numerorum continua ferie canones recenſiti erant, à primo ad ultimum, recitati ſunt in Concilio Chalcedonenſi quatuor canones Concilij Antiocheni, ſuppreſſo nomine Concilij & numero quem inter ceteros canones Antiochenos obtinent. Sed relecti ſunt è codice canonum eo ordine eaque numerorum ferie qua digeſti ſunt in collectione generali; ita ut canones Antiocheni quartus & quintus recitentur ſub titulo octuageſimæ tertiz & octuageſimæ quartæ regulæ, & canones decimus ſextus & decimus ſeptimus ſub titulo nonageſimæ quintæ & nonageſimæ ſextæ. Ex eodem codice relectus eſt canon quartus Concilij Nicæni xvi. Iterum ex eodem libro ſynodicum Concilij Conſtantinopolitani, id eſt, definitio ſynodica completens primum, ſecundum, & tertium canonem illius ſynodi.

Sed quia canones collectione illa comprehenſi, quamvis utilitate ſua ſaris commendarentur, noodum tamen ab omnibus Eccleſiis, & præcipue ab Occidentali & Ægyptiaca, probati fuerant, ſtatutum eſt canone primo Concilij Chalcedonenſis ut apud omnes valerent. Verba canonis hæc ſunt, ex verſione Dionyſij Exiguî: *Regulas ſanctorum patrum per ſingula nunc uſque Concilia conſtituta propriam robur obtinere decernimus.* Adjecti ſunt canones Concilij Chalcedonenſis huic Collectioni: quæ his regulis aucta, oon ſolum per omnes Orientales Eccleſias, ſed etiam in Occidente, plena auctoritate viguit. Ad hanc canonem Collectionem Juſtinianus reſpiciebat, cum Novella conſtitutione vim legis canonibus illis tribuit qui editi erant à quatuor Synodis Oecumenicis, aut etiam confirmati, id eſt, qui decreti quidem erant à ſynodis particularibus, ſed confirmati erant canone primo Concilij Chalcedonenſis.

V. Poſſet aliquis dubitare de canonibus

Concilij Chalcedonenſis, quos Ill. Card. Bellarmious robur non habuiſſe ſcribit, niſi quatenus à Pontificibus vel aliis Conciliis renovati ſunt, eo argumento ductus, quod à Leone I. approbati non ſint, qui ſcribit, ſe non tantum per Legatos, qui vicem ſuam executi ſunt, ſed etiam per approbationem geſtorum ſynodaliū eandem cum Concilio Chalcedonenſi iniviffe ſententiam, in ſola videlicet fidei cauſa, propter quam generale Concilium & ex præcepto Chriſtianorum Principum & ex conſenſu apoſtolica ſedis placuit congregari. Cum ergo geſta in ſola fidei cauſa Leo approbat, inde ſequi Bellarmious exilimavit canones Concilij iniuriales & irritos fuiſſe. Sed eam ſententiam depoſuiſſet, ſi perpendiſſet quanta injuria ex hac aſſertione ſedi apoſtolice inferretur. Eteim neceſſitas illa confirmandorum Conciliorum, totius orbis teſtimonio ſubruitur, ſi rejecti à Leone canones perinde in Eccleſia vigerent. Atqui nihil certius quam canones iſtos Chalcedonenſes, ſaltem in Oriente, ſtatim receptos, æqua cum ceteris canonibus auctoritate. Teſtis Collectio Græca, quam Dionyſius Latinè vertit, quæ Chalcedonenſibus canoibus erat inſtructa. Teſtis Theodoretus, qui eos in ſua Synagoge recenſet. Teſtis Juſtinianus, qui vires legis addit omnibus canoibus editis aut confirmatis à quatuor ſynodis Oecumenicis. Robuſtiſ & ſincerius agitur cauſa Summi Pontificis, ſi dicamus à Leone probatos fuiſſe canones hujus ſynodi, præter xxviii. quo Epîſcopo CP. nova quædam auctoritas adverſus canones Nicænos deſerebatur. Hanc Leonis mentem fuiſſe docet eleganter Facodus Hermianenſis: *Beatiffimus Leo ſcribens, non ſententiam ſuper iſta epîſtola prolatam, neque epîſcopatum prædiſta iſta redditum, & cetera quæ in ſynodo Chalcedonenſi de quibuſdam perſonæ decreta ſunt, neque canones eccleſiaſtica diſciplina ſalubriter illis à ſanctis patribus conſtitutos attendit, cum diceret, Ut ſanctam ſynodum ad extirpandam ſolùm hæreſim & ad confirmationem fidei catholicæ, ſtudio Chriſtianiſſimi Principis congregatam, in occaſionem ambitus trahas, & hinc ſimilis, ſed ſuperbam potius elationem Conſtantinopolitani Epîſcopi, ſicut verba indicant.* Eadem fuit ſententia Gelaſij, qui ante Facundum reſponderat hæreticis ſynodi Chalcedonenſis oppugnatoribus, aut ex toto admittendam dicentibus, aut ſi ex parte repudianda ſit, firmam ex toto eſſe non poſſe, ſcilicet quæ per incompetentem præſumptionem Anatolij illic tentata ſunt, nulla ratione ſubſiſtere, ſed cetera omnia qua ſecundum

Beſarion. l. 1. de Rom. Pont. c. 18.

Leo ep. ad ſyn. Chalced. habitam.

Facod. Hermian. l. 1. c. 4.

V. Cl. Chriſt. in Biblioth.

Concil. Chalced. ad. 17.

ad. 21.

ad. 219.

Canon i. Concil. Chalced. per unum deſiſſe recipere quæ leguntur in ſynodo Chalcedonenſi.

Nov. 121. ſuper ſyn. Chalcedonenſi.

rum. Integra collectio constat de centum sexaginta quinque canonibus antiquissimæ collectionis Græcorum, deinde x xv i i. canonibus Concilij Chalcedonenfis, x x i. Sardicenfis, & c x x x v i i. Conciliorum Africanorum, præter quinquaginta apostolicos canones: quorum omnium summa redit ad c c c x c i v. canonum capita. Ceterum Dionysius, ut Collectioni suæ nihil deesset, Pontificum Romanorum Decreta, quæ ad disciplinam ecclesiasticam pertinebant, à Siricio usque ad Hormisdam, post canones subjunxit. Hæc secunda canonum interpretatio & collectio statim ab Ecclesia Romana obvis ulnis excepta est, ut testis est locupletissimus Cassiodorus, auctor illius seculi: *Ex Græcis exemplaribus*, inquit de Dionysio loquens, *canones ecclesiasticos moribus suis, ut erat planus atque disertus, magna eloquentia luce composuit, quod hodie usque celeberrimo Ecclesia Romana complectitur.* Canonum ex hac collectione petitorum auctoritate Contumeliosum Regensem Episcopum in Gallia ab episcopopatus ordine suspendit Ioannes II. Pontifex Romanus anno d x x i v. literis hac de re ad Cæsarium Arelatensem datis, quibus capita canonum adiunxit, scilicet capitulum v i i. ex epistola Siricij, ex canonibus apostolicis capitulum x x v. & x x i x. ex canonibus Antiochenis capitulum i x. & x v. quæ ad verbum de Dionysij interpretatione sunt expressa. Receptis à sede apostolica canonibus omnes Occidentis provinciæ ad dirimendas lites & iudicia Clericorum exercenda statim usæ sunt.

VIII. Ceterum prætermittenda non est canonum collectio, quæ in quinquaginta titulos distributa, Theodoretæ Cyrensis Episcopi nomine extat in manuscripto codice Bibliothecæ Regiæ; præcipuè cum aliquoties ejus meminerimus in hoc opere, & nobis usui futura sit in iis quæ sequuntur. Eam collectionem Ioannes Scholasticus Patriarcha Constantinopolitanus, qui Iustiniani temporibus floruit, collatione legum, sed præsertim Novellarum Constitutionum ejusdem Principis, ad singulos titulos addita, ornavit. Vnde sequitur hanc collectionem Iustiniani tempus antecessisse, atque adeo temporis rationem iis suffragari qui Theodoretæ genuinum opus esse censent. Quam ille ad usum privatam studio orum concinnavit, ut in numero haberent canones omnes qui ad unum negotij genus referantur, quorum sententiam & numerum tantum adnotavit. In iudiciis autem, ubi solidæ & integræ leges, non verò synopses legum vel canonum proferebantur,

collectioni isti nullus erit locus. Quidam eruditi viri eam à Theodoro abjudicant, tribus potissimum de causis, tum ob canones apostolicos, quos laudat numero i x x x v. (qua de re abundè diximus capite superiori) tum ob canonem x x v i i. Chalcedonenfis Concilij, quem expungit, licet collectio Græcorum eum agnoscat. Quod quidem verum est, si de collectione Photij & Zonaræ agatur. Sed antiqua Collectio Græca, quam Dionysius Latine reddidit, viginti septem canones solum recenset, omisso x x v i i. quemadmodum & Theodorus Anagnostes libro primo collectionem. Tertia causa dubitandi petitur de canonibus Sardicenfibus, quos Græci non admiserunt in vetere collectione. Quod sanè certum est. Attamen aperta est ratio cur Theodoretus eos in collectionem suam coniecerit, nempe, quòd sede sua à Diocoro Alexandrino in synodo Ephesina secunda depulsus, eorum canonum beneficium usus sedem apostolicam appellavit, & à Leone in communionem receptus, episcopaliq; dignitati restitutus, Imperatoris decreto, & synodi Chalcedonenfis irrefragabili iudicio, (ut cum Leone loquar) eum suum obtinuit. Quare nihil aliud à Theodoro expectandum erat, quam ut canonibus Sardicenfibus recensendis benignè se præstaret. Quod effecit ut tandem Græci in synodo Trullana Sardicenses canones susceperint, eòsq; collectioni antiquæ adjunxerint. Merito itaque Photium Nicolaus malæ fidei arguit quòd igneos Græcis hos canones esse simularet, cum & in codice canonum, & in collectione quinquaginta titulorum publicè apud illos legerentur. Qua de re dixi libri ii. c. xv. §. ix. Hanc autem collectionem seu Nomocanonem in quinquaginta titulos digestum, quo legum & canonum collatio quædam continetur, nullo serè loco habitum temporibus suis testatur Balsamo, eò quòd Photij Collectio uberior & utilior omnino visa esset.

Theod. Anag.
c. l. ap. p. 21.
3011.

Balsamo in Synop.
p. 1111.

C A P V T I V.

Synopsis.

I. Galli Collectione antiqua à Concilio Chalcedonenfi probata nisi sume, ex Concilio Agabensi, Arelatensi, Epauensi, & Cæsario Arelatensi.

II. Probabile videtur amplius dividenda interpretationem Dionysij, ex Concilio Arelatensi.

III. Libet canonum dicitur à Gregorio Turonensi, ex quo patet canones apostolicos xlv. in causis prætextati. Nondum admitti erant in eorum canonum temporibus Hincmaro. Dubia auctoritate dicuntur

Cassod. c. 11. de
v. lib.

Joanne II. 198.
ad Cæs. Arelat.
Tomo. 1. Concil.
Gall. ex antiquis ad-
m.

Vide Synop. l. 1.
c. 1. §. 7. & 10.
7. cap. 1. §. 4.

esse in Collectione Iſidori. Recepti tamen olim quin-
quaginta priores à ſede Romana.

*V. Codex Canonum non ſolum receptus in Gal-
lia, ſed etiam in Hiſpania: ubi nova Collectio con-
cinata eſt à Martino Bracarenſi. Zacharius, reſpon-
ſo ad Conſultationem Pippini, extinctum codicem iſtum
in Gallia memoriam reuocat. Eam eodem anno dedit
Carolo M. Hadriano Papæ.*

*V. Codex ille vigeat adhuc ſub Leone IV. Eius
verba explicata, de Decretaliſi qua habentur in Can-
one.*

*VI. Eccleſia Gallicana non ſolum utebatur iu-
dicio Codicis Canonum, ſed etiam canonibus Gall.
canis, à ſynodo Vaſenſi, & Caſarj, & Agobardo.
Quæſiam obtinebat in Hiſpania.*

L ECCLESIA Gallicana canones an-
tiquos, qui à Concilio Chalcedo-
nenſi probati fuerant, & Collectione anti-
qua continebantur, tenaciſſimè obſerua-
uit. Huc referenda ſunt verba Concilij
Agarbenſis, canone primo: *In primis id plac-
uit, ut canones & ſtatuta patrum per ordinem
legerentur, id eſt, ut codex canonum anti-
quorum, imò & Gallicanorum, coram ſynodo,
ſerie temporum ſervata, recitaretur.* Sanè ad canones Ancyranos, Gangrenſes, &
Africanos reſpexit canon VII. Concilij
Agathenſis, cùm de rebus Eccleſiæ conſer-
uandis aut alienandis decernit, *sicut præſca
canonum præceptis auctoritat.* In Concilio Au-
relatenſi primo, *antiquorum canonum ſtatuta*
ſervanda præcipiuntur, ut omnia bona
eccleſiaſtica in Episcopio poteſtate conſi-
ſtant. quoad canones Antiochenos referre
oportet. Concilium Epaonenſe pœni-
tentiæ homicidii indicendam ſtatuit, *quam
Ancyranis canones decreverunt.* Quantam ve-
rò reverentiam canonibus antiquis in Col-
lectione comprehenſis Gallicani Episcopi
deſerrent, docet Cæſarius Arelatenſis: qui
acceptis canonum titulis, quos è Colle-
ctione Dionyſij tranſcriptos Ioannes II. ad
Cæſarium miſerat, illorum canonum au-
doritæ Contumelioſi conatus repellit:
*Nemo mihi alia qualibet, inquit, contra aucto-
ritatem ſedis apoſtolice, aut contra eccxviii.
Episcoporum præcepta, (id eſt, Synodi Nicæ-
næ) vel reliquorum canonum ſtatuta obijciat:
quia quidquid contra illorum definitionem, in
quibus Spiritum ſanctum locutum eſſe credimus,
dictum fuerit, recipere non ſolum temerarium,
ſed etiam periculoſum eſſe non dubito.*
II. Vltim autem collectionis Dionyſi-
anæ, ſtatim atque edita fuit, priore inter-
pretatione ſpreta, per Gallias invaluiſſe
mibi facile perſuadeo; tum quia apud ſe-
dem apoſtolicam vigebar, tum etiam quòd
nitore ſuo commendabatur, præ ſquallo-
re veteris interpretationis; etſi banc om-
nino Galli non deſeruerint. Quibus conje-

cturis addenda eſt probatio deſumpta è ca-
none III. Aurelianenſis Concilij habiti an-
no DXXXVIII. ubi Decreta Leonis Papæ de
Metropolitanorum electione proferuntur:
quæ petita cùm ſint ex epiftoſa data ad
Anaſtaſium Theſſalonicensem Episcopum,
apud Gallos Decretorum nomine valere
non poterant, niſi ex eo quòd collectioni
Dionyſij ſub Decretorum appellatione in-
ſerta eſſent, cujus auctoritate Gallicani
Episcopi amplexi fuerant.

III. Hic eſt liber canonum quem Rex
Chilpericus ad Episcopos tranſmiſit anno
DLXXVII. cùm damnationem Prætextati
Rotomagenſis Episcopi urgeret. De quo
iſta ſunt Gregorij Turon. verba: *Iſſe verò,
ſcilicet Rex, ad metatum diſceſſus, tranſmi-
ſens librum canonum; in quo erat quaternio no-
vus adnexus, habens canones quaſi apoſtolicos
continentes hæc: Episcopus in homicidio, adul-
terio, & perjurio diſpenſus, à ſacerdotio di-
vellatur.* Hic locus duo oſtendit; librum ſeu
codicem canonum apud Gallos ad contro-
verſias dirimendas uſurpatum fuiſſe, & ca-
nones apoſtolicos, etiam poſt edictum Dio-
nyſij codicem, à Gallicanis Episcopis recep-
tos non fuiſſe. Canon relectus in Synodo
Parieſiſi, cujus ſummam retulit Grego-
rius, eſt canon apoſtolicus xxv. in quo
nulla mentio homicidij, ſed perjurij, adul-
terij, & furri, ita ut corruptum eſſe videatur
ad premendum Prætextatum, qui ſe deſi-
gnati homicidij reum eſſe, ſpe venire pro-
feſſus eſt. Novus ille quaternio adjectus ad
codicem canonum, complectebatur cano-
nes apoſtolicos. Vnde colligere licet Codicem
Gallicanum iis caruiſſe: quia cùm ex-
tra numerum & conſequentiam canonum
antiquæ collectionis in limine libri à Dio-
nyſio ſint adjecti, facile fuit Episcopis Gal-
licanis, qui eorum auctoritate teneri vole-
bant, ab iſis exſcribendis ſibi temperare.
Eadem ſententia reſedit majoribus noſtris,
etiam in ſecunda dynaſtia: qui licet eos ca-
nones in codices ſuos tranſcriperint, non
eo tamen conſilio id egerunt ut eorum de-
cretis omnino adſtringerentur; quemad-
modum teſtatur Hincmarus: *Canones qui
vocantur Apoſtolorum, inquit, antequam Episcopi
Concilia liberè inciperent celebrare, à di-
vitis quibuſque collecti, in quibus quædam recep-
tabilia, quædam verò ſunt non ſervanda. De
quibus interdum quædam aſſumpta ſunt in Con-
ciliis, quædam à maximis & præcipue auctori-
tatis viris in ſuis opusculis, ſicut & de apocry-
phis, aſſumpta fuiſſe legitur, quantum in quib-
uſdam ad inſtructionem valent. Et ideo ſicut
majorum traditione didicimus, ſecurum ante
Concilia, in canonum libris, ad inſtructionem, &*

Concil. Aurelian.
lib. 4. Iſſe canon
Dionyſianum à
canonibus illis
epiſtopa, ſicut
Dionyſius ſola apo-
ſtolicis canonibus
non utitur. Clau-
ſus vel circumdi-
gitur.

Gregor. Turon. l.
1. c. 97.

Publ. Valerij Nov.
lib. 1. ad Ag. 282.
pag. 111.

Hincm. Opus. c.
14.

Concil. Aurel. c.
21. m. 111.

Concil. Epaon. c.
31. m. 117.

Concil. Aurel.
T. 1. Conc. Gall.
m. 114.

propter vulgarem eorum famam, ponantur. In-
 ita: Ceterum iidem canones qui vocantur Apo-
 stolorum, non ab Apostolis conscripti esse credun-
 tur. Mox: Sed & B. Gelasius in catalogo, qui
 libri ab Ecclesia recipiuntur, de his Apostolorum
 canonibus penitus tacuit, sed nec inter apocry-
 phos eas misit. Quapropter in lectione illarum se-
 quenda est cautela ab eodem S. Gelasio preman-
 ta: Cum hæc, inquit, ad catholicorum manum
 advenerint, beati Pauli Apostoli precedas sen-
 tentia, quæ dicit: Omnia probate, quod bonum
 est tenete. Incidit Hincmarus in codicem
 mutilum synodi Romanæ sub Gelasio, in
 quo liber canonum apostolicorum est omis-
 sus, qui in vulgatis codicibus inter apocry-
 phos recensetur, ut dixi capite superiori.
 Ceterum collectio Isidori non dissimulavit
 etiam quinquaginta capitula horum cano-
 num ab omnibus non probari: cum in ge-
 nere antea de omnibus dixisset, ab hæreti-
 cis esse sanctos, & à sede apostolica repu-
 diatos. Quod sanè de quinquaginta cano-
 nibus dici non potest, quos sedes apostoli-
 ca inter ceteros canones numeravit; ut pa-
 tet à Ioannis II. epistola, & decretis Za-
 chariæ, quæ Isidori collectionem præcedunt.
 Itaque rectè Leo IV. ceteris canoni-
 bus quos Ecclesia Romana in iudiciis seque-
 batur, apostolicos quinquaginta adjungit,
 & Humbertus Silva-Candidæ Episcopus in
 Disputatione adversus Nicetam, his solis
 vim canonum tribuit, ceteris in numerum
 apocryphorum rejectis.

IV. Ceterum è loco Gregorij Turonen-
 sis egregie probatur usus codicis canonum
 qui obtinebat in Gallia. Ejus auctoritas re-
 cepta quoque erat in Hispania, ut patet ex
 Concilio Bracarensi habito anno quingen-
 tesimo sexagesimo tertio. Verùm Martinus
 Bracarensis Episcopus, qui è Græcia mi-
 graverat in Hispaniam, novam collectio-
 nem instituit, eo consilio, ut Latinæ inter-
 pretationi vel obscuræ vel minus emendatè
 scriptæ consuleret, atque contractis in pau-
 ca canonum verbis unum capitulum è variis
 locis interpolaret, ea methodo usus, ut quæ
 ad Episcopos & Clerum pertinerent, in pri-
 ma parte, quæ ad laicos, in secunda con-
 scriberet. Hæc collectio à Concilio Lucen-
 si in Gallia probata fuit anno DLXXI.
 quam sæpe laudat Gratianus sub nomine
 Martini Papæ in Concilio. Eversa tandem
 per bellorum civilium motus in Gallia ec-
 clesiastica disciplina, cum Pippinus Major
 domus de ea reitituenda sollicitus, consilio
 Ecclesiæ Gallicanæ Zachariam Papam de
 quibusdam articulis consulisset anno
 DCCXLVII. Summus Pontifex viginti
 septem capitulis consultationi respondit,

quæ Canonibus & Decretis Pontificum è
 collectione Dionysij ad verbum transcrip-
 tis munivit. Vbi proferet canones apostoli-
 cos, Ancyrahos, Neocaesarienses, Antio-
 chenos, Chalcedonenses, Africanos, &
 Decreta Siricij, Innocentij, Leonis, & Ge-
 lasij, iidem numeris distincta quibus apud
 Dionysium. Tandem Hadrianus primus
 codicem illum Carolo Magno dono dedit,
 ut testantur versus Hadriani ad Carolum
 perscripti: *A lege nunquam discede, hæc obser-
 vans statuta non quòd Gallia eo libro care-
 ret, sed ut munere illo, quæ partes Regis
 essent, & omne studium ad tuendos cano-
 nes, & Decreta Pontificum illo codice
 comprehensa, impendere admoneretur.*
 Quod ille sanè egregie præstitit, & succes-
 soribus suis exemplum hujus curæ subeunda
 præbuit. Porro in Capitularibus suis non
 solum Dionysij interpretatione, sed etiam
 veteri, quæ extat in collectione Isidori, prom-
 ptè utitur.

V. Codex ille canonum auctoritatem
 suam inviolatam retinebat anno DCCCLIX.
 cum Leo IV. Pontifex, Relatione Episco-
 porum Britanniaë consultus, respondit apo-
 stolicam sedem in ecclesiasticis iudiciis ca-
 nones tantùm usurpare, & Decretalium re-
 gulas, id est, inquit, quæ habentur apud nos
 simul cum illis in canone. Tum canones re-
 cenferet, & Decreta Pontificum, quæ collec-
 tione Dionysij continentur. Locus hujus
 epistolæ, quæ integra extat tomo tertio
 Conciliorum Galliaë, relatus apud Gratia-
 num, sinceram genuinamque Leonis men-
 tem prodit. Etenim supposititis antiquo-
 rum Pontificum epistolis, quæ jam à sexa-
 ginta annis sub Isidori nomine confarcina-
 tæ, per Europam sparæ vulgabantur, locum
 inter canones dare noluit. Hæc est
 enim verborum illorum sententia, cum de
 regulis Decretalium loquitur, *id est, quæ
 habentur apud nos simul cum illis in canone;*
 statimque non Anacleti, Evaristi, cetero-
 rumque Pontificum *Admonitiones* episto-
 las enumerat, sed Siricij, Innocentij, Zo-
 zimi, & aliorum Pontificum, quæ habentur
 in collectione Dionysij. Quare quòd
 Leo Pontifex ad cetera decreta Silvestri
 canones adjungit, omnino delendum est;
 quia, sine dubio, vitio exscriptoris in tex-
 tum irrepit, præsertim cum illa tempestate
 nondum Canones Silvestri nec apud sedem
 apostolicam nec apud provincias recepti
 fuissent, ut docet Hincmarus.

VI. Observandum tamen est, Ecclesiam
 Gallicanam in controversiis dirimendis non
 solo codice canonum usam, sed etiam Gal-
 licanarum synodorum canones usurpasse,

Isidori in Prolo-
 gis non ab
 apostolis
 canonibus
 Gelasius
 in catalogo
 de his Apo-
 stolorum
 canonibus
 penitus
 tacuit

Innotens II. 66. 134.
 Za. hincmar. 742.

Hincmarus ab.
 1044.
 C. 1044. Ap-
 ostolicorum
 canonibus
 Gelasius
 in catalogo
 de his Apo-
 stolorum
 canonibus
 penitus
 tacuit

C. 1044. 134.

134.

Innotens ep. 7.
 C. 1044. 134. 134.
 Magas.

quorum apud majores nostros non vilis erat auctoritas. Etenim, ut inquit Concilium Valense, *omnia que à sanctis sacerdotibus vel clericis observari debent, & antiqui & novelli canones probare videntur.* Quare Cæsarius Arelatenfis in causâ Contumeliosi Regensis Episcopi, non solum canones à Ioanne II. prolatos encyclica sua epistola complexus est, sed etiam Gallicanos canones, quos à ceteris hoc lemmate distinguit: *Incipiunt Tituli Canonum Gallicani.* Statimque subjungit canonem 1 v. Concilij Valentini, canonem 1 x. Concilij Aurelianensis, xxi 11. Arauscani primi, & xxi 1. Concilij Epao-nensis; tum epistolam suam his verbis claudit: *Ecce manifestissimè constat quia secundum quod & tituli antiquorum patrum, sed & Canones Gallicani continere videntur, Clerici in adulterio deprehensi, aut ipsi confessi, aut ab aliis reuicti, ad honorem redire non possunt.* Canonum Gallicanorum usum in Hispania propagatum fuisse docet Concilium Tarraconenicè habitum anno dxxv 11. cum decernit de monachis, *canonum ante omni Gallicanorum constitutionem esse seruandam.* Quoniam verò, ut docuit Augustinus, Concilia provinciarum, plenarium Conciliorum auctoritati, que sunt ex universo orbe Christiano, sine ullis ambagibus cedunt; canones Gallicani in iis causis obtinent, que canonibus antiquis definitæ non sunt. Hoc monuit Agobardus Episcopus Lugdunensis, qui sub Ludovico Pio floruit, canonum Gallicanorum sanctiones non esse passim æquali auctoritate recipiendas *ut Nicani, Chalcedonensis, & ceterarum generalium ex totius mundi consensu congregatarum, & receptorum; sed quia congrua veneratione pro causis necessariis, quarum definitiones in illis generalibus non inveniuntur, fides sit eis adhibenda religione debitâ.*

C A P V T V.

Synopsis.

1. Antiquo juri successus juri novum, ex Collectione Isidori. Hæc præter canones, complectitur epistolam veterum Pontificum. Quæ germana non sunt, ut colligitur à Dionysio Exiguo. Quod utrum probatur à Belarmino, & Baronio Id. Cardinale, & auctore Ffendi-Isidori. Canonica sunt ex antiqui epistolæ, & canibus, ut plurimum.

II. Riculfus ex Hispania in Gallias hanc Collectionem detulit. Isidoro Hispideus scribitur. Hincmaro vi atate. Quare non asserenda, ut fit vulgè. Isidoro Mercatori. Qui peccator dicitur in aliis codicibus. Isidoro Hispideus tribus non potest. Chronicon Juliano memio Isidoro Mercatori Episcopi Sebustensi.

III. Riculfus Mevgustianus Episcopus, devotus

Ecclesia Romana. Sententia harum epistolarum itam, scripta primò in Concilio Gallicano, tacite auctoram nominat. Deinde auctoribus aperti Londonæ.

IV. Emergit per Gallias alia Collectio sub nomine Capitularum Hadriani Pape; unde aliquæ transscripta in collectionem Isidori, que apud Gallos auctoritate canonica non vigebat, atque Fficerari.

V. Eius sententia de his epistolis, sicuti in illis venerabiliter, sed canones servandos invidiosè dicitur.

VI. Ricolfus urget Gallicanos Episcopos ut his epistolas admittant in canonem. Quod illi sacre recusant.

I. ANTIQVO juri, universalis Ecclesie assensu roborato, successus juri novum, quod ab anno DC CXXXVI. publicari cepit, & adnecite Nicolao I. & ceteris Romanis Pontificibus paulatim usu invaluit per Occidentis provincias. Ius illud comprehensum est Collectione Isidori, que ex Clementis, Anacleti, Evaristi, & antiquorum Pontificum epistolis, qui tempora Siricij præcesserunt, & è canonibus tam antiquis, quam Gallicanis, & Hispanicis, compacta est. Epistolæ illæ apud eruditos viros gravi suspitione laborant, tum ob verborum sordes à secundi seculi, quo datæ dicuntur, elegantia & nitore alienas; tum ob styli similitudinem, & eandem scribendi charactèrem, qui in omnibus epistolis occurrit; ita ut ab uno auctore, non à diversis Pontificibus, conscriptæ cile videantur. Accedit usus frequentissimus vulgare scripturarum versionis, unde fit ut post Hieronymi ætatem effusæ esse necesse sit. Deinde & Hieronymo, qui scriptorum ecclesiasticorum catalogum texuit, & Innocentio, Leoni, ceterisque Pontificibus, quorum germanæ epistolæ ad nos pervenerunt, omnino fuerunt incognitæ. Turrianus his similibusque argumentis à Magdeburgensibus prolatis satisfacere conatur, edito in eam rem volumine. Sed fortasse cessisset Dionysij Exigui testimonio; qui cum veterum Pontificum epistolas jam à centum & mille annis cum summa diligentia colligeret, à Siricio initium suæ compilationis incit. Hæc sunt ejus verba in epistola ad Iulianum Ecclesie Romanæ Presbyterum: *Præcriterum apostolica fidei Presalium consilia, qua valui cura & diligentia collecti, & in quendam redigens ordinem, tituli distinctionis composui; ita divitaxat ut singulorum Pontificum, quotquot à me præcepta reperia sunt, sub una numerarum serie terminarem.* Fortius verò urget Antonij Augustini Archiepiscopi Tarraconenfis observatio, qui primus adnotavit ipsa legum imperatoriarum verba, & quæ sub Aniani nomine extant ad codicem Theodosianum scholia, in illis epistolis usurpata fuisse; quamvis Pontificis, quibus

Dionysij Exigui
epistolæ ad Iulianum
Presbyterum,
videt a Fr. Bar-
onius.

Ant. Augustin. in
Not. ad Caput
Iulian.

epistolæ tribuuntur, duobus & tribus seculis Codicis Theodosiani editionem præcesserint. Hirsarguntius victus Ill. Bellarminus has epistolas *indubitatas*, inquit, esse affirmare non audeam. Sed apertioribus verbis Illust. Baronius eas ab iis auctoribus, quibus tribui solent, data opera abdicavit: *Ex multis cau reddi suspectas epistolas, quæ dicta sunt secundo Annalium tomis, dum singulari mentio facta est, satis est demonstratum, simulque ostensum, illis non indigere Romanam Ecclesiam, ut si falsitatis arguantur, suis ipsa definitur iuribus & privilegiis, cum etsi illis careat, ex legitimis germanisque aliorum Pontificum epistolis Decretalibus satis superque corroborata consistat. Ceterum quod excerpta ex illis capita à Benedicto Levita primum, ut eamouibus consentientia, probata essent, ut ipsi testatur, auctoritate Romanarum Pontificum, quod & à posterioribus factum est collectoribus, eadem usque potius recipi contigerunt, quam constant ipsorum firmitate.* Bellarmini & Baronij auctoritate fultis liberum erit venerandos Pontificum veterum titulos epistolis illis detrahere, præsertim cum eruditissimi viri industria ab aliquot annis eò processerit, ut sententia & verba ipsa, ex quibus epistolæ contextæ sunt, à quibus auctoribus petita sint accuratissime demonstraverit. Cui tamen in eo suffragari non possum, quòd atrocioribus verbis epistolas dilacerat: quas è sententiis & verbis legum, canonum antiquorum, & sanctorum patrum qui quarto & quinto seculo floruerunt, si pauca demas, concinnatas esse constat.

II. Hanc verò epistolarum & canonum Collectionem Riculfus Episcopo Moguntino debemus, qui eam ex Hispania allatam penes se habuit, & Gallis communicavit, teste Hincmaro: *De libro collectorum epistolarum ab Isidoro, quem de Hispania allatum Riculfus Episcopus Moguntinus, in huiusmodi, sicut & in Capitulis regis studiosus, obtinuit, & istas regiones ex illo repleri fecit.* Quisquis auctor hujus Collectionis fuerit, illustri nomine Isidori Hispanensis eam commendare voluit. Eo enim nomine insigniebatur temporibus Hincmari, id est, anno octingentesimo septuagesimo. Quare non assentimur viris doctis, qui manuscriptos eodices secuti, Isidorum Mercatorem Collectionis auctorem faciunt. Etenim etsi fateamur in quibusdam codicibus eam lectionem extare, in plerisque tamen & melioris notæ libris compilerator iste, Isidorus peccator dicitur. unde manavit, vitio amanuensium, Mercatoris dictio. Peccatoris autem appellatio inde fluxit, quòd Episcopus quibusdam solenne fuerit in Concilio peccatores

seipso inscribere; quemadmodum videre est in Concilio Turonensi primo, in Parisiensi tertio, in Turonensi secundo, & in Maticensi primo. Qua ratione & apud Græcos Episcopi ἀμαρτωλοὶ vocari amabant. Certum quidem est & omnino indubitatum ex sententia Illustrissimi Cardinalis Baronij, sordes verborum, quæ aliquoties in illa Collectione occurrunt, in Isidoro Hispanensem laudatissimum & eruditissimum virum non esse rejiciendas: qui etsi in Originum libris aliquando lapsus fuerit, varietate tamen & recondite lectionis speciem præbet, unde antiquiorum studia maxime juvantur. Inde autem colligitur Isidoro Hispanensi non esse tribuendam istam Collectionem, quia & Concilij Toletani undecimi habiti anno DCLXXV. & Concilij sexti eoacti anno DCLXXXI. meminit, quadraginta & amplius annis post obitum Isidori, qui accidit anno DCXXXVI. ut docet Redemptus Diaconus in ejus vita. Imò verò & Gregorij II. & III. & Zachariæ Summorum Pontificum, qui post annum septingentesimum vixerunt, epistolas auctor ille Collectioni suæ inseruit. Si fides habenda esset Chronico Iuliani Toletani à viro clariss. Laurentio Ramirefo Parisiensi edito, non laborandum esset de Collectionis auctore. Etenim juxta Chronici illius fidem, Isidorus Mercator Episcopus Sebunensis ope monachi cujusdam compilationi operam dedisse dicitur, & obiisse anno octingentesimo quinto. Verum quia Chronicon illud apud eruditos viros suspitione non caret, satius est Hincmari testimonio hæerere, qui non Mercatoris Sebunensis Episcopo, sed Isidoro Hispanensi, ætate sua, collectionem tributam fuisse testatur.

III. Riculfus autem, à quo publicaram fuisse docet Hincmarus, Ecclesiam Moguntinam tenuit ab anno DCCCLXXXVII. usque ad annum DCCCXIV. & sedem apostolicam devotè coluit; ut testis est auctor Præfationis ad Benedicti Levitæ Collectionem. Quod fortasse illi epistolarum interpolandarum desiderium iniecit, ut labantem Romanæ Ecclesiæ auctoritatem in Galliis restitueret. Sanè post tempora Riculfi, sententia aliquot selectæ ex suppositis epistolis à Gallicanis Episcopis in canones suos transcriptæ sunt. In Concilio Aquisgranensi habito anno DCCCXXXVI. quæ de unctioe olei infirmorum seu chrismate ab Episcopo decernuntis consecrando in cœna Domini quotannis juxta statuta Decretalium, è secunda epistola Fabiani hausta sunt, etsi tacito Fabiani nomine, Ceterum frequentissime ab Episcopis lau-

Dei. de Rom.
Paul. l. 2. c. 14.

Baron. ad an. 1641.
l. 7.

Baron. ad an. 1641.
l. 7.

Paul. l. 2. c. 14.
cap. 10.

David Blondellus
in vita Isidori,
edito an. 1648.

Epistola de sup-
positis non ex-
tante auctore ca-
pit. DE Hincmaro
Præfatione, quæ
epistolæ recitata
sunt.

Hincmarus in
supra. c. 14.

Hincmarus ep. 7.
c. 11.
Isidorus Hispa-
nensis Episcopus
collegit non episto-
las Romanæ sed
de Provinciis a
S. Clemente episcopo
ad S. Gregorium.

Concil. Aquisgran.
sess. 2. cap. 2.

data fuisse verba epistolarum illarum Decretalium, & earum auctoritatem usurpant, probant tres ultimi capitularium libri: quos è scribniis Ecclesie Moguntiacensis in unum corpus comiegit Bened. d. s. Leuita, Iustus Aurgarij ejuſ Ecclesie Episcopi, eoque Luthario, Ludovico, & Carolo nobilissimis Regibus filiis Ludovici Pij inscriptis circa annum octingentesimum quinquagesimum. In iis libris passim è Clementis, Anacleri, Pij, Evaristi, Fabiani, & ceterorum Pontificum apocryphis epistolis, quamvis suppresso auctorum nomine, auctoritas petitur, quod usurparum etiam ab auctoribus Additionum quæ libris capitularium adjunctæ sunt. Quin & Hincmarus ipse Anacleri, Evaristi, Fabiani, Stephani, Lucij, Alexandri, Pij, Callisti, Iulij, Melchiadis testimoniis aperte usus est in epistolis suis & aliis opusculis.

I V. Non solum autem Isidori collectio Riculfi tempestate emerſit, sed alia etiam collectio, quæ sub nomine Capitularum Hadriani Papæ per Gallias ab Ingilramno Metensi Episcopo anno DCCCLXXXV. divulgata est. Ex his Capitulis quædam in epistolis Pontificum, qui eas interpolavit, ipsis verbis transcripsit. imò & ipsæ Capitularium Additiones, Capitulis Hadriani aliquoties utuntur.

Attamen observandum est, etſi Gallicanæ synodi veterum Pontificum nominibus perſtrictæ, selectis sententiis epistolarum ejusmodi uterentur, collectionem Ingilramni aut Isidori non recepisse in canonum censum, ut testatur Hincmarus Remensis in Opusculo quo Hincmarum Laudunensem refellit, qui ex illis epistolis collectionem privatam ad usum Ecclesie suæ consuevit. De Capitulis enim Hadriani ita cenſet: *De sententiis quæ dicuntur ex Grecis & Latinis canonibus & Synodis Romanis atque Decretis Praesalæ ac Ducum Romanorum collecta ab Hadriano Papa, & ab Engelramno Metensium Episcopo data, quando pro sui negotij causa agebatur, quam dissensu inter se habeantur, quæ legit, satis intelligit, & quam diversa à sacris canonibus, & quam discrepantes in quibusdam ab ecclesiasticis judiciis habeantur.*

V. Quid autem de veterum Pontificum epistolis sentiret, apertissime ostendit eodem loco. Docet enim ex Innocentij, Leonis, & Gelasij receptis decretis, accuratè servanda quæ canones Conciliorum prescribunt, à quibus tamen discederet, si varia capita controversæ epistolis comprehensa servarentur, quæ adversa sunt canonibus: qui posteriores cum sint iis epistolis, illis, utpote prioribus, derogare censendi sunt.

Vnde tandem orationem suam hac definitione concludit, honorem quidem iis epistolis deberi ob dignitatem auctorum quorum nomina præferunt, sed Concilia servanda, quorum decreta universalis Ecclesia & sedes apostolica custodit: *Tu hac discretionem, inquit, ut præmissis ex verbis Gelasij, suscipe ad instructionem illas epistolas quas beatissimi Papa diversis temporibus ab urbe Roma pro diversorum patrum consolatione dederunt legendas, Venerabiles, & servas sacra Concilia, quas sedes apostolica & omnis sequitur Ecclesia, inviolabiliter.* Vberius quæstionem istam exequitur, cum Laudunensis Hincmari verba refellit: qui prolatis Anacleri, Victoris, Callisti, & Eleutheri testimoniis, his verbis usus erat ad Hincmarum Remensem: *Ecce, Pater, qui canones recipiendi, venerandi, ac observandi habeantur.* Excipit Hincmarus nosſter: *Si isti sunt canones recipiendi, venerandi, ac observandi, quas commemorasti: qui sunt illi quos & apostolica sedes & omnes Episcopi per univerſum orbem à prima sedis apostolica Pontifice usque ad illum qui modo novissime etiam post te est ordinatus Episcopus, imò & omnis catholica Ecclesia, canones appellent? Quique à Nicæno Concilio, quod primum in nostris codicibus quæ ab apostolica sede majores nostri acceperunt, sequendas per ordinem, usque ad Africanum Concilium, pro canonibus recipiendis, venerandis, & observandis, retinent, & Innocentius, Zelimus, & ceteri quique observandos canones nominant. Inter quos & istas epistolas apostolica sedis Pontificum, quas canones appellas, Gelasius, ut supra posui, differendum facis; & illa Concilia canonum observanda decrevis; has autem epistolas pro consolatione quorundam directas, venerabiliter suscipiendas dicis.* Quod iterum confirmat in epistola quam retulit Flodoardus auctor Historie Remensis. Ex isto Hincmari loco discimus, apud Episcopos Ecclesie Gallicanæ solum codicem canonum ex collectione Dionysij Exigui, quem superioribus verbis descripsit, circa annum DCCCLXXX. auctoritatem obtinuisse; epistolas verò contentas in Collectione Isidori, non repudiatas quidem ab Episcopis, quia de falsitate illarum nondum constabat, sed in auctoritatem canonum non fuisse receptas. Quæ in re præjudicio Leonis IV. utebantur, qui has epistolas Decretales in canone non recensebat, ut monui capite superiori §. v.

VI. Contenderat tamen Nicolaus literis ad universos Gallie Episcopos datis anno DCCCLXXV. ut Decreta illa reciperentur, & magno conatu Gallicanorum Episcoporum argumenta repulerat. Excipiebant

Capitul. l. i. c. 174. n. 103. 107. 119. 241.

L. 4. c. 17. l. 7. c. 11. & passim lib. 10. ubi add. 100. 110. c. 1. & 4. Ad. 19. c. 1. & 14. 21. & 22.

Hincmarus ep. 1. N. 77. ad Ludov. In 2. 2. de div. vortio Lotharj. in Opusc. 6. 11.

Hincm. in Opusc. 107. 11.

Hincm. in Opusc. 107. 11.

Hincm. in Opusc. 107. 14.

Hincmarus lib. 1. N. 77. cap. 11.

Hincmarus ep. 41.

enim illi Decretales epistolas priscorum Pontificum ideo non admittendas, quod in codicem canonum non essent relatae. Respondit Nicolaus, ex hoc sequi nec ipsas Scripturas sacras Veteris & Novi Testamenti suscipiendas, quia codici ecclesiasticorum canonum non sunt insertae. Si autem Galli respondeant, Innocentij decreto, quod in codicem canonum relatum est, statui ut Testamentum Vetus & Novum recipiatur, eadem ratione dici posse Decretales illas epistolas esse recipiendas, quia Decreto Leonis Papae cavetur omnia Decretalia constituta decessorum suorum custodienda esse. Itaque nihil interesse nostrum sua omnia decretalia sedis apostolica constituta inseri canones Conciliorum immixta, cum omnia in uno corpore compingari non possint. Quod Nicolaus confirmat Gelasij Papae definitione, cujus haec sunt verba: *Decretales epistolas quas beatissimi Papa diversis temporibus de urbe Roma pro diversorum patrum consultatione dederunt, venerabiliter suscipiendas decernimus.* Hic Gelasij locus à Nicolao & Hincmaro trahitur in partes. Sanè si commentitiae non essent epistolae veterum Pontificum, Gelasij Nicolai causam juvaret potius quam Hincmari. Sed aliud Hincmari argumentum invidium remanet, nempe canonibus posterioribus derogatum fuisse praevis illis Decretalibus, etsi veræ forent; quarum ratio habenda non sit in iis capitibus quæ Codici Canonum adferantur. In ceteris enim articulis, Galliae Episcopi testimoniis harum epistolarum utebantur, ut antè dixi. Quod illis Nicolaus objiciebat: *Cum ipsi, inquit, sua intentioni hac suffragari conspiciant, illis indifferenter utantur.*

auxerunt. Novus ordo judiciorum ecclesiasticorum, Beneficiorum institutio. Matrimoniorum impedimenta. & judicia. Nova constitutiones de excommunicationibus, de religiosis, de privilegiis, & exemptionibus. I restitutum status, ut antiquum jus sufficere non possit ad dirimendas controversias.

V. Ex superioribus confutatur Lestchery's sententia, qui veram Libertatem Ecclesiae Gallicanae constituit in jure antiquo. Ea sita est in recto antiquo & novo juri usque. Hoc est sententia B. Laderici, Caroli VI. & Ecclesiae Gallicanae.

VI. Decretales Episcoporum administrationem temperant, non absterunt. Cui locus est juxta juris antiqui regulas, cetero necessitate.

I. **C**VM tantopere Nicolaus exegerit à Gallis ut his epistolis in canonum censum admittendis faciles se praeberent, ipsique tam constanter sententiam suam retinuerint, non alienum erit in causam hujus contentions inquirere. Eam mihi collegisse videor ex Hincmaro: qui prolo in Concilio Attiniacensi decem provinciarum anno DCCCXXX. quinquaginta quinque capitulorum opusculo adversus Hincmari Laudanensis Episcopi collectionem edito, ejus consilium in illa collectione adornanda his verbis aperit: *Quarere*

Notandum l. 1. lib. 1. Rom. cap. 11. de sac.

*adinvenciones ut se metropolitana subjectione possit exuere, libellum de patrum antiquorum scriptis ante sacros Nicænae Synodi & aliorum sanctorum canones editis collegisti: in quibus sententias inter se dissimiles, & contra evangelicam, & apostolicam, atque canonicam, & apostolicam sedis auctoritatem, immisicisti. Haec una ratio Nicolao I. persuasit ut se acerrimum vindicem earum epistolarum praestaret, quò facilius Episcopos Romanæ sedis sine medio subiceret. Ex iis enim novam illam regulam veteribus canonibus incognitam constituit, scilicet Episcopum, etiam si non appellaverit Romanam sedem, à synodo provinciae inconsulto Romano Pontifice deponi non posse. Nicolai verba haec sunt in epistola ad Episcopos Galliae, de Rothadi Episcopi Sueslionensis causa loquentis: *Est sedem apostolicam nullatenus appellasset, contra tot tamen & tanta vos decretalia efferre statuta, & Episcopum inconsulto nobis deponere, nullamodo debuisse. In eadem sententiam in Concilio Romano peroraverat, cum Rothadum restitueret: *Quantum etsi nunquam provocasset, nunquam omnino prater scientiam nostram deponi debuisset: quia sacra statuta & veneranda decreta, Episcoporum causas, utpote majora negotia, vestra definiendis censura mandarunt. Statuta illa decretalia, quorum meminit Nicolaus, refferri debent ad epistolas Victoris, Sixti, Marcelli, Zephyrini, Julij, & aliorum Pontificum. Iisdue præcipue caventur. Primum,***

Id. ib. f. 1. c. 11. §. 1.

Nicolaus epist. 44.

Wic. in Concilio Rom. anno 1111.

CAPVT VI.

Synopsis.

I. Quaritur causa contentions inter Nicolaum & Episcopos Gallicanos ob antiquas Decretales. Scilicet in nova regula illis epistolis adserta constitueretur in synodo & judicio Episcoporum, quæ inconsulto Romano Pontifice peragi prohiberetur, etiam si appellatum non fuisset.

II. Tandem epistola ille recepta sunt initio tertie Regum dynastiae, ut patet à Concilio Remensi. Collectio Burchardi bis epistolis aucta. Ivenus quoque, qui primus in Occidente juri civili cum canonico in unum corpus contempit. Ecclesiae Gallicanae usque olim codicis Theodosij libro xvi. Gratiani collectio, ejusque auctoritas.

III. De collectionibus decretalium breviter.

IV. De novi juri incrementis, unde processerit. Juri constituti auctoritas revocata ferè ad summam Parisiensem: & nova negotiarum species corpus juris

num, ut nulla synodus provincialis Episcoporum criminales causas definiat, incon- sulta Romana sede. Secundum, ut nulla synodus præter sedis illius auctoritatem cogatur. His duobus capitibus præcipuum discrimen Iuris antiqui & novi continetur. Vnde effectum est ut Metropolitanorum dignitas, & synodorum provincialium auctoritas, quæ in canonibus decernendis aut iudiciis reddendis vigeat, maximè debilitata sit, atque adeo novæ quæ in dies emergere solent negotiorum species, non amplius in Conciliis Gallicanis, ut fieri solebat juxta mores antiquos, sed in Conciliis Romanis primùm, deinde à solis Pontificibus discutit & decise fuerint, licet synodorum provincialium congregationi & canonum condendorum potestati in univèrsum Episcopi Gallicani renuntiare noluerint. Quæ de re uberiùs tractavi in Dissertatione de Concilio Duceffeseo. Quare mirandum non est si Ecclesia Gallicana adeo rigide Collectionem Ifidori, quod ad illos articulos attinet, exploferit, & antiquos canones adversus novas Decretalium regulas constantissimè asseruerit, cum de iudiciis Episcoporum, & de synodorum provincialium potestate, post Nicolai obitum cum Hadriano II. & Ioanne VIII. discutaret, ut docui in Exercitatione de Iudiciis Canonici Episcoporum. [Vide librum septimum.]

II. Tandem verò eò devenit ut tantis nominibus veterum Pontificum cesserint, unà cum reliquis Episcopis, etiam Gallicanæ Ecclesiæ rectores: qui in Concilio Remensi ab Hugone & Roberto Regibus Francorum coacto anno nonagesimo nonagesimo secundo, Anacleti, Iulij, Damasi, & aliorum Pontificum epistolas expenderunt, in causa Arnulphi, ac si in canonem censum receptæ essent. Quare Burchardus Wormatiensis Episcopus, cum novam collectionem canonum institueret circa annum millesimum vigesimum, eam, ex seculi sui sensu, primorum Pontificum epistolis auxit: quibus & selectos ex Augustino, Hieronymo, Gregorio, & Isidoro locos adjunctit. Eandem rationem secutus est Ivo Carnotensis in ea Collectione Canonum quam ad Ecclesiæ Gallicanæ usum circa annum millesimum & centesimum publicavit. Sed Burchardo in eo superior fuit, quod ante Iuris civilis promulgationem (quæ post obitum Lotharii II. studio Mathildis Comitissæ procurata est) quamplurima ex Digestis, Codice, & Novellis transcripta in collectionem suam retulerit; ita ut exemplo Ioannis Scholastici & Photij

Patriarcharum Constantinopolitanorum, Ius Civile cum Canonico conjunxerit. Vtebatur quidem olim Ecclesia imperatoris legibus ad iudicia ordinanda; & Galliarum Episcopi Codicem Theodosianum sequebantur, ut docuit Hincmarus. Sed in Occidente prima utriusque Iuris collectio debetur Ivoni Carnotensi, qui etiam canones in synodis provincialibus editos non omisit. Succesit Gratianus, qui Decretorum corpus nova quidem methodo adornavit; sed collectionem tam Dionysij Exigui, quam Isidori, & Ivonis, in partes dissectam, in unum corpus industria sua temperatum compegit; & aliquot legibus, constitutionibus novis Pontificum & Conciliorum, & parum locis amplificavit, circa annum millesimum centesimum quinquagesimum. In scholis publicè recitatur & quotidie prælegitur Gratiani Decretum. Sed, ut rectè monuit vir eruditissimus Antonius Augustinus, cum Gratiani Collectio privato studio instituta sit, quæ refert auctorum testimonia non majori pollent auctoritate quam antea obtinebant. Quare canonum & pontificiarum Constitutionum excerpta, suprema auctoritate apud omnes excellunt. Quæ verò è provincialibus Conciliis aut Patrum libris accepta sunt, non omnes tenere possunt.

III. Gratiani Decretum subsæcutæ sunt tres Decretalium epistolarum Alexandri III. Innocentij III. & Honorij III. Collectiones: quas excepit ultima Gregorij IX. de qua loquitur Matthæus Paris: *Hic quoque temporibus Gregorius IX. videns radios Decretalium prælixissimè, sub quodam compendio eas eleganter abbreviavit, & collectas solenniter & authenticè per totum mundi latitudinem legi præcepit & publicari.* Gregorium secuti Bonifacius VIII. Sextum Librum Decretalium, Clemens Clementinas Constitutiones, Ioannes Extravagantes suas, & alius quidam Extravagantes communes ediderunt: quæ ideo Extravagantes dicuntur, quia extra Gratiani Decretum vagantur. His voluminibus comprehenduntur capita Conciliorum Lateranensium, Lugdunensis, & Viennensis, quæ per varios titulos secundùm subjectam materiam sparsa sunt.

IV. Quæri solet, qua ratione effectum sit ut Ius Canonicum, quod per octingentos annos unico codice, eoque non valde amplo, continebatur, in tantam molem excreverit, ut lacerorum perinde ac ingenj viribus opus sit ad volumina illa terenda, & an jus novum à veteri magnopere deflexerit. Ardua quidem est quæstio proposita, cui secundùm dignitatem discutiente

Hiemarus ep. 4. t. 6. ad con. Mag. Jacq. de con. l. h. sig. 1. quod in unum Iura canonica sunt condenda Ecclesia. l. 1. lib. 14. Codic. Theodosian.

Matthæus Paris in Hæroico III.

Vide eruditissimam Dissertationem Fr. Hieron. Bonaventuræ, consilij de Gregorij Iuris Canonici, p. 102. & 103.

multis verbis opus esset. Sed paucis, quod attinet ad præsentium institutum, sententiam meam proponam. Summum caput in quo jus novum ab antiquo differt, in eo jam constitui, quod suprema potestas, quam in plerisque causis judicandis synodi provinciales obtinebant, penitus extincta sit, & ad solum Summum Pontificem revocata, & ea quæ in canonibus legendis versatur, sit adeo immutata, ut Pontifici soli constitutionum condendarum onus incuberit, quibus earum rerum formam præscribat de quibus apud illum erat disceptandum. Hinc secutus est novus judiciorum ecclesiasticorum ordo ad cognitiones per scripta Pontificum instituendas in provinciis. Unde tot constitutiones emanarunt de scriptis, de iudiciis delegatis, de officio iudicis ordinarij, de dilationibus, exceptionibus, sententiis, & appellationibus, & de toto, ut generaliter loquar, iudiciorum ordine. Hæc omnia olim non adeo exactè & solenniter exercebantur, ut novis constitutionibus esset decretum; quæ magna ex parte in formulis actionum, & in ritura fori, anxie & scrupulosè versantur. Ex alio deinde capite nova ecclesiasticæ politicæ facies oborta est, scilicet ex beneficiorum ab ordinationibus discretione. Antiquo jure, quod canone Concilij Chalcedonensis probatum erat, nullus ad clerum adscisceretur, quin ad certam Ecclesiam sub Episcopi, Presbyteri, Diaconi, & ceterorum ordinum gradu adscriberetur, adeo ut manus impositionem sequeretur adscriptio in canonem seu laterculum & matriculam Ecclesiæ. Hoc obtinet adhuc in Episcopis, sed in ceteris gradibus ordinationes ἀπολυμαίνουσιν & absolute fiunt, & absque titulo Ecclesiæ, contra præscriptum Concilij Chalcedonensis. Constitutum quidem fuit in Concilio Lateranensi, ne Clerici ordinarerentur absque titulo, saltem patrimonij, scilicet ne in opprobrium cleri mendicare cogerentur. Sed hoc decreto non est restituta vetus disciplina, quæ Clericos per manuum impositionem suis Ecclesiis addebatur. Separatio ista & discretio ordinationis ab Ecclesiæ seu beneficii collatione & pinguisiorum reddituum copia, novas in jus canonicum regulas inveniit antiquo juri prorsus incognitas, de beneficiis acquirendis, conservandis, & amittendis, quæ ferè utramque paginam novi juris faciunt. Matrimoniorum impedimenta novis interditi ad tuendam honestatem publicam introducta, & revocata ad solam Ecclesiam earum causarum cognitiones, & cognitio-num, quæ hac de re habentur, adstrictis

forensibus formulis ordo, novam juri canonico materiam subministrarunt. Excommunicationum inflegendarum, & penitentiarum publicarum, quæ antiquo jure vigeant, temperatus jure novo rigor, novis constitutionibus explicandus erat. Non omittendæ sunt multiplices monachorum species, & religiosarum domuum diffusa per Europam multitudo, quæ novis regulis, & institutis, Pontificum curam ad se traxerunt. Quin & indultæ monasteriis aut canonicorum Capitulis exemptiones ab Episcoporum jurisdictione, & privilegia varia illis concessa, varias causarum figurat à Pontificibus disceptandas præbuerunt. Quæ omnia si quis accurate expendat, non adeo laborabit de discrimine antiqui juris & recentioris, quod rerum & negotiorum varietas ab invitis Pontificibus pro utilitate reipublicæ Christianæ extolli. Itaque eo statu res Ecclesiæ nunc posita sunt, ut si quis de absoluta & integra restitutione juris antiqui & novi abolitione contendat, perinde agat ac si imperiorum inveteratorum administrationem ad eam formam revocare velit, quæ in ipsius regnorum initio obtinebat. Hinc etiam sequitur necessariam esse hodie Decretalium cognitionem omnibus qui juris canonici peritia censeri velint, ea tamen lege, ut antiqui juris cognitio non deferatur. Quo vitio laborarunt superiora aliquot secula. Quod ab auctore librorum *de hierarchia subælesti* hæc verba expressit anno millesimo quadringentesimo sexto: *In Ecclesia Græca multi sunt Canonista, id est, scientes canones universalium & generalium Conciliorum; in Latina, nulli sunt Canonista, sed multi Decretalista.*

Auctor lib. 116.
lib. 1. c. 17.

V. Eo tamen tendere videtur Lessbasserij sententia. qui veram Libertatem Ecclesiæ Gallicanæ antiquo jure metitur, quod curiarum decretis in usum paulatim revocari debere contendit. Nos verò, qui veteres laudamus, nostris tamen annis urendum esse censemus, & Libertatem in recto antiqui & novi juris usu constituis, necessariisque nostro seculo Decretalium definitiones, quæ novis negotiis prospexerunt, non absque manifesta ratione existimamus. Non alia mens est aut B. Ludovici, aut Caroli V I. & totius Ecclesiæ Gallicanæ, cum libertatem Ecclesiæ in *jure communi* versari contendunt. Antiquos enim canones & jus commune intelligebant quod Gratiani Decreto & Decretalibus erat comprehensum. Id manifestè probatur, non solum ex eo quod vetus codex canonum illis esset incognitus, sed etiam è Concilio Constantensi. Etenim sessione xxxix.

cām de fidei professione à Papa edenda ca-
veret, non solum octo Concilia Oecumē-
nica ab illo conservanda decernit, sed etiam
Lateranenſe, Lugdunenſe, & Viennenſe.
Quare ſeculo Caroli V I. Conciliorum ge-
neralium nomine, Eccleſia Gallicana non
ſolum vetera, ſed etiam recentiora illa in-
telligebat. Enimvero in Gallia, quod ad
diſciplinam attinet, decretalium conſtitu-
tis locum damus, cum bona Romanorum
Pontificum venia, quæ noſtris rebus & uti-
litati publicæ accommodatæ ſunt, id eſt,
omnibus ſerè, pauciſſimis exceptis.

V I. Sanè diſſimulandum non eſt, eam
quæ jure divino Episcopis quaſita eſt Ec-
cleſiæ adminiſtrationem, nullis decretalibus
ablata fuiſſe, quamvis poteſtatis illius
exercendæ modus variis conſtitutionibus
variè pro temporum ratione præſcriptæ
fuerit. Itaque ſi ea tempora incidant ut re-
gendæ Eccleſiæ neceſſitas Episcopos à re-
gulari recentioribus diſcedere cogat, nihil
vetat quo minus jus naturale & divinum,
omniſſis formulis quæ jure novo præſcriptæ
ſunt, locum habeat. Exempli cauſa; ſi ſe-
dis Romanæ vacatio per multos annos pro-
traheretur, ſi hoſtium armis obſeſſa tene-
rentur itinera, ita ut ſecurè Romanus Pon-
tiffex adiri non poſſet, aut ſi qui alij ſimiles
aut gravioreſ caſus inciderent, jure divino
aut antiquo illo jure eccleſiaſtico admini-
ſtranda eſſet Eccleſia.

C A P V T V I I .

Synopſis.

*I. Conſtituatur communiſ opinio, qua docet præci-
pua Libertatum reglam hanc eſſe, ut Concilium
Oecumenicum ſuperius Romano Pontifice dicatur.
Quamvis hac ſi Schola Gallicana ſententia, non eſt
una ex Libertatibus Gallicanis. In foro perinde eſt,
ſi Summus Pontifex æquo vel ſuperiori jure cum Con-
cilio utatur. Pbi id tantum expenditur, an nova reſcri-
pta noceant Eccleſia Gallicana.*

*II. Canonum executionem ex pollicitatione exi-
gimus. Pontifici Romani canonis non poſſe infringi
docent falli & ſcripſi; ut Innocentius I. in cauſa
Chryſoſtomi.*

*III. Zelimus in cauſa Arclatenſis Episcopii, &
in epiftoſa generali. Et Bonifacius I.*

*IV. Sed præcipit Leo, in reprobratione canonis
x xv i i i. Synodi Chalcedonenſis. Hujus quaſtionis,
qua illuſtris eſt, ſtatut conſtituitur. Secundæ digni-
tatis gradus delatus Episcopis CP. à ſecunda ſynodo.
Quæ uſi ſunt in Oriente, ut probatur variis testi-
moniis, à C. Th. & ſynodo Chalced. Solvitur obſeſſa
patria à reſcripto Theodeſi, de Flaviana.*

*V. Nec adminiſtratio nec ordinatio Directorum
Aſiana & Ponticæ tributa eſt hoc canone; ſed uſi, in
quibusdam Eccleſiis. Canon x xv i i. expenſa, &
ſententia viri eruditii circa ejuſ explicationem, qua re-*

*ſolvitur, & verus ſenſus illius canonis exponitur, re-
ſtituta interpunctione.*

*VI. Leo approbare voluit canonem x xv i i. quid
contrarius eſſet canonibus Nicæni. Dna regula elici-
ta ex epiftoſis Leonis. Prima, nullus eſſe canonis ad-
verſus Nicæna Synodo. Secunda, Summum Pontifi-
cem eſſe caſtorem canonum.*

*VII. Leo decrevit irritum hanc canonem, et no-
mine, quid ſit contrarius Nicæna Synodo.*

I. SOLET à plerisque pragmaticis hoc
ſerè præcipuum conſtitui Liberta-
tis Gallicanæ theorema, Concilium Oecumē-
nicum ſuperius eſſe Summo Pontifice.
unde ſequatur nihil à ſedis apoſtolicæ Præ-
fulbus tenari poſſe quod ſynodorum ge-
neralium definitionibus adverſetur. Invidio-
ſam quaſtionem fecit nimium partium ſtu-
dium, quod ſi abeſſet, vexatiſſima illa con-
tentio facilè componi poſſe videretur. Scio
quid Theologi Pariſienſes conſtanter pro-
feſſi fuerint in Concilio Conſtantiſi, Ger-
ſonis auſpiciis, quod omnes Eccleſiæ Patres
tunc amplexi ſunt, in unum conſpirantibus
omnium Episcoporum & Nationum votis.
Scio quid Baſilienſis Synodus, quæ, pau-
cis exceptis, omnes ſerè Occidentis Epi-
ſcopos continebat, de hac re decreverit,
quidque à Gallicanæ Eccleſiæ Theologis
paſſim doceatur. Attamen ſi cum bona Magi-
ſtrorum venia, id quod ſentio liberè pro-
fiteri liceat, exiſtimo Libertates Eccleſiæ
Gallicanæ hoc axiomate non omnino niri.
Qui Romani Pontificis odium in has liber-
tates concitant, id præcipue urgent, eas
alia ratione conſtare non poſſe, quàm apo-
ſtolicæ ſedis dignitate in eo maximè immi-
nuta, quòd Pontifex Concilij Generalis
auctoritati ſubjiciatur. Attamen hæc ſen-
tentia, etſi in Schola Pariſienſi & ceteris
hujus regni Academiis certiffima habeatur,
in foro apud nos non diſceptatur, qui Li-
bertates perinde tuemur, ſi de Concilij Ge-
neralis novis Decretis, ac ſi de Romani
Pontificis Conſtitutionibus agatur. Quin-
etiam receptos mores & conſuetudines Ec-
cleſiæ Gallicanæ, noſtro uſui commodas,
adeo retinemus, ut etſi canone Concilij
Generalis deſtruamur, quod illæ firmatæ
ſint, tamen ab iis nobis diſcedendum eſſe
non cenſeamus. Quare non eſt quòd hærea-
mus in ea regula, quæ Romanis ſtoma-
chum movet, & quæ rebus noſtris non
proſpicit ut par eſt. Fruatur Summus Pontifex
aut æquo jure cum Conciliis Generalibus,
aut ſuperiori. Illud unum in foro expendi-
tur, an nova conſtitutio vel novum reſcri-
ptum rebus Gallicanis conſulat, aut no-
ceat. Si receptos canones vel receptos mo-
res infringat aliquo pacto, ejus ratio non

*Vide hæc ſum in
quaſtionibus factis
de præmonitione
Antichriſti.*

habebitur, nisi consensu publico accedente. Præterquam quòd enim hæc novarum legum conditio, & præcipue ecclesiasticarum, ut assensu eorum, quorum interest, probentur, id sibi præcipue vendicat Romanæ reverentia, ut iis Pontificis Romani derogare velle non censeantur, etsi fortasse formulæ rescripti ex stylo Curiz aliter cautum sit. Hæc est enim innata Canonum & Decretorum conditio, ut perpetuò vim suam obtinere debeant, nec mutationibus illis subjaceant quæ in legibus secularibus sunt frequentissimæ, ob rerum mundanarum mobilitatem, ut loquar cum Innocentio primo. Tribus autem modis præcipue antiquis legibus & canonibus derogari solet. Vel nova lege promulgata, quæ priorem abroget, vel dispensatione & venia legis, aut derogatione certo quodam casu alicui concessa, vel privilegio perpetuo indulto. Novæ leges ferri non debent, nisi magna & evidenti utilitate cogente: quia durum est ab eo jure quod diu æquum visum est recedere, ut dixit Vlpianus. Quod præcipue locum habet in legibus ecclesiasticis, quæ à Spiritu sancto conditæ dicuntur à Leone primo. Quam ob causam venia quoque canonum non faciliè indulgenda est, nec dispensationibus privatis, nec privilegiis personalibus, aut perpetuis.

II. Itaque non agimus cum fæde apostolica quasi cum potestate quadam certis regulis ita devincta ut eas nullo casu egredi possit; cum sciamus canonum dispensationem, cujus est in pollicita ecclesiastica frequentissimus usus, Summo Pontifici præcipue conceditam. Sed, veluti ex pollicitatione, quam suis Decretis Canonum & Constitutionum executionem spondent, à B. Petri successoribus cum debita reverentia exigimus. Quantum verò canonibus detulerint Romanæ Pontifices per omnes ætates, perpetuò & verbis & factis testati sunt; eademque opera libertates nostras inviolatas spondere visi sunt. Cujus rei insigne præbet exemplum Ioannis Chrysostomi contra canonem præscripta in synodo ad Quercum damnatio decreta ab Orientalibus Episcopis: cui & Innocentius I. & ceteri Italiz Episcopi consensum præbere noluerunt, quia quæ canonibus violatis peraguntur, rata esse non possunt. Vnde Occidentis & Orientis Communio interrupta fuit ad tempus. Sed tandem Ioannis nomen in Diptycha Ecclesiz relatum fuit, & restitutum inter Ecclesias Communions confortium. Servandorum canonum studium eò Romanos impulit, ut fatius duxerint in specie proposita scissionem Ecclesiz

perpeti quam connivere ut canonibus aperta vis inferretur. *Nam longe præstiterit, inquit Innocentius in epistola ad Clerum Constantinopolitanum, vel ea condemnare, fratres carissimi, quæ rectè facta sunt, quam ea robur ullum feriri quæ adversus canones gesta sunt.*

III. Zozimus Pontifex Episcopis provinciz Viennensis & Narbonensis secundæ graviter exprobrat divisionem provinciz Viennensis, quam contra patrum statuta tentaverant in Concilio Taurinensi. Etenim canone secundo certantibus de primatus honore Arelatenis & Viennensis Episcopis, à synodo definitum est ut qui ex eus probaret suam civitatem esse metropolim in laterculo Imperij, is totius provinciz primatum etiam in rebus ecclesiasticis obtineret, & jura ordinationum juxta canones, interim verò, concordiz & pacis causâ, viciniores sibi quisque civitates intra provinciam vindicaret. Hanc Concilij temeritatem, quæ delatam ab apostolica sede jam olim Arelatenis Ecclesiz potestatem subvertebat, Zozimus quidem Decreto suo repressit, & intermissum ordinem restituit, sed iis verbis usus est quæ ab Hincmaro, Ivone, & Gratiano adnotata sunt, ut constet Pontifices nolle sibi liberum esse antiqua decreta immutare: *Apud nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui statuta patrum sanxere reverentiam.* Idem testatum voluit Episcopis Africæ, Galliz, & Hispaniz, quid de hac re censeret. Cum adversus patrum statuta veniret, non tantum illorum prudentia atque sententia qui in eorum villis sanxerunt, sed ipsi quodammodo fidei & catholice disciplina irrogatur injuria. *Quid enim tam sanctum ac venerabile est, quam penitus non exorbitare ab itinere majorum, quorum canonica instituta velut quædam fundamenta sunt, ferendis fidei jacta ponderibus?*

Bonifacij par cura fuit anno **CDXXXII.** in evertenda Patrocli Arelatenis Episcopi præsumptione, qui Lutubensis Ecclesiz, prætermisso Metropolitanò, Episcopum ordinaret contra patrum regulas: *Quod nequaquam possumus ferre patienter, inquit, quia convenit nos paternarum sanctionum diligentes esse custodes.*

IV. Sed illustrius testimonium proferri non potest quàm id quod è variis Leonis Papæ epistolis petitur, cum de Concilij Chalcedonenfis confirmando canone **xxviii.** quæstio incidisset: de qua paulò uberius dicendum est, ut hinc etiam primatus Romani Pontificis adversus Novatorum ludificationes asseratur. Sed ante omnia, controverfiz status constitutum est,

Ep. Innoc. apud
Socin. lib. 4. c. 14.
p. 38. q. 2.
cap. 20. v. 18.
cap. 11. v. 18.
cap. 11. v. 18.
cap. 11. v. 18.
cap. 11. v. 18.

Cap. Taurin. c. 6.
anno 197.

Vide epistolam
Marci ad il. Vi
simum, ad eum in
Prolegomenis ad
hæreticos c. 11.
Euseb.

Anno 429.
Zozimus ep. 7.
v. 1. c. 14.
cap. 11. q. 2.
c. 11.

Vide Additionem
ad cap. 11. supra
citata.

Zozim. ep. 7. ad
Arelatenos.

Boet. ep. 9. ad
117a. ann. ep. 1077.
boet.

Fidei. 7. 227. 7.

Secundæ sedis gradus delatus fuerat Ecclesie Constantinopolitanæ canone 111. secundæ Concilij Oecumenici jam ab anno trecentesimo octagesimo primo. Ejus honoris quasi possessionem statim ideptus Nestarius in ejus Concilij subscriptione, quam primo loco, ante Theophilum Alexandrinum Patriarcham, apposuit. Lex etiam quæ à Theodosio lata est de confirmatione disciplinæ ab ea synodo decretæ, Nestarium Theophilus præponit. Eodem ordine venerabilium Ecclesiarum Constantinopolitanæ & Alexandrinæ meminit lex altera Codicis Theodosiani, ah Honorio & Theodosio lata. Synodus quoque habita sub Domino Patriarcha Antiocheno, in causâ Athanasij Perrheni Episcopi, perpetuò Archiepiscopum Constantinopoleos Proclum Cynllo Archiepiscopo Alexandrino anteposit. Elegans est locus Actionis primæ Synodi Chalcedonenfis, in qua, dum releguntur Acta prædatoris Synodi Ephesinæ sub Dioscuro, quæ Flavianum CP. post Dominum Antiochenum & Iuvenalem Hierosolymorum collocabant, Orientales Episcopi in hac exclamatione eruperunt: *Flavianum quare in proprio loco non sedit. Constantinopolitanum Episcopum quare quintum posuerunt? Paschasinus reverendissimus Episcopus dixit: Ecce nos Deo volente Dominum Anatolium primum habebimus; hi quintum posuerunt beatum Flavianum. Dignus reverendissimus Episcopus Cyzici Ecclesie dixit: Quoniam vos regulas scitis. Nihil apertius adferri potest. Orientales Episcopi, quibus cara esse debuerat Antiochenæ Ecclesie dignitas, que-runtur & vociferantur, cur Flavianus quinto loco sederit. Paschasinus verò Legatus Romani Pontificis, huic iustæ expositulationi veluti succinens, Anatolium proximo à se loco sedere demonstrat, ut Synodi Chalcedonenfis canonicum ordinem iustitiæque prælatrocinio Ephesino commendigenes Cyzici hoc tribuit canonum auctoritati, quam Paschasinus sequeretur, hac in parte non reclamante Paschasino. Itaque & Legatorum iudicio, & Synodi Chalcedonenfis approbatione, in ipsis Concilij exordiis secundæ sedis honor delatus est Anatolio, ex vicanonum ecclesiasticorum, Quare mirum videri non debet, si Nestario, & Gregorio, Orientalium omnium Ecclesiarum principatum, & per eos sedi Constantinopolitanæ tribuant patres Chalcedonenfes in Prophonetico ad Marcianum Augustum.*

xandrinum, quo primatum illi secundum canones in synodo Ephesina secunda se deferre testatur Theodosius. Quod uno ictu & dignitatem Romani Pontificis & jus Constantinopolitanæ sedis concellere videtur. Sed de Romanis Legatis dicitur libro quinto. Quod autem attinet ad sedem Constantinopolitanam, huic difficultati occurrit isdem Theodosij litteris: quibus omnis Flaviano Episcopo auctoritas derogatur, & iudicandus sistitur, non verò inter iudices adfciscitur. Vnde Elpidius comes synodo Ephesinæ suggestit, à Principe iustum, ut qui sibi iudicium in synodo Constantinopolitana contra Eutychem arrogaverant, inter reos habeantur, & de utraque parte iudicium feratur, de Flaviano scilicet, Eusebio Dorylai, & Eutychem, *μακαριωτατον τον νεστοριον εδν, εσ τωτον νεστοριου τον αντισσην.* Quare dignus Constantinopolitanæ sedi à secunda synodo tributa, illæsa remansit, etfi Flavianus insigni contumelia affectus fuerit, quòd è iudicium albo in reorum numerum sit transfatus.

V. Observandum est tamen, jura ordinationum vel administrationis in Asianas & Ponticas provincias, canone secundæ synodi concessa non fuisse. Vsu tamen invaluerat ut in viciniores quasdam civitates, ad sedendos electionum tumultus, curam suam rogatus Episcopus Constantinopolitanus extenderet. Vnde factum ut canone xxv 11. Concilij Chalcedonenfis, de omnium Episcoporum Orientalium consensu, plena Ponticæ, Asianæ, & Thracicæ Dioceseos administratio jure Patriarchico sedi Constantinopolitanæ decreta fuerit. Itaque, ut dixi, & nunc repeto, dignitas Patriarchica, & secundus gradus honoris, depulso Alexandrino Episcopo, novæ Romæ Episcopo delatus fuerat à secunda synodo, sed vis Patriarchatus, & metropolitaram ordinatio illi collata est à Concilio Chalcedonenfi. Aliud tamen elici videtur ex illo canone xxv 11. cujus verba ita concepta sunt, ut in Diocesebus Thracicæ, Ponticæ, & Asianæ, metropolitaram ordinationes à synodo secunda jam olim tributæ fuisset videantur, & à synodo Chalcedonenfi tantum confirmata. Vnde occasione sumptis vir illusterrimus & eruditissimus hunc canonem convellendi, & falsi crimen Constantinopolitanis clericis, qui canonem illum texuerant, acriter objicendi. Sed vix mihi persuadere possum eos adeo inverecundi oris fuisse ut scientes volentes eorum honoratissimo illo Concilij, Chalcedonenfis cœtu in legem Corneliam de falsis se præcipites darent, neque adeo incuriosos

Refert à Theod. in libro III. cap. 111. de synodo Ephesina. Et in libro V. de synodo Chalcedonenfi.

Refert à Theod. in libro III. cap. 111. de synodo Ephesina. Et in libro V. de synodo Chalcedonenfi.

L. I. C. de Ede. c. 1. L. I. C. de Th. de synodo Chalcedonenfi. c. 111.

In Conc. Chalced. Act. 111.

Idem Concilij Act. I. c. 111. de synodo Ephesina. Et in libro V. de synodo Chalcedonenfi. c. 111.

Syn. Chalced. in Prophon. ad Marcianum Augustum. c. 111.

Id. Conc. Chalced. in Prophon. ad Marcianum Augustum. c. 111.

Attamen hoc loco dissimulare non possum, quid contra referri possit de rescripto Theodosij Principis ad Dioscorum Ale-

Concilij patres, ut sibi os ab Aetio Archidiacono sublimi, seque ludubrio haberi passi fuerint, quasi nullus es illis liras non visset. Imò verò patres Chalcedonenses in epistola synodali ad Leonem dispersis verbis hæc duo distinguunt, honoris privilegia, & metropolitaram ordinationes. Dignitatem quidem & privilegia honoris à canone secundæ synodi indulta se decreto suo confirmasse; Metropolitaram verò ordinationes consuetudine introductas se nunc synodali decreto confirmasse profiterentur. Quòd autem contraria sententia è canone xxviii. Chalcedonensi rahi posse videatur, à vitio interpolationis & à levi sculo Latinæ interpretationis errore proficiscitur. Verus germanicusque sensus canonis in hæc verba contrahitur: Canonem centum quinquaginta patrum recensentes, eadem quoque & nos definimus & statuimus de privilegiis Constantinopoleos novæ Romæ, ut æqualibus privilegiis cum veteri Roma, etiam in rebus ecclesiasticis, fruatur: Et ut Pontica, & Thracica, & Asiana Diocesis metropolitani ab sede Constantinopolitana ordinentur. Itaque definitio de metropolitaram ordinationibus, interpolatione à superioribus verbis distincta, ad synodum Chalcedonensem refertur, non ad canonem secundæ synodi. Cui nostræ interpretationis favet lectio Græca: ἡ δὲ τῶν τῶν ποντικῆς, & quod sequitur, id est, Et ut Pontica, ita ut oratio rrahenda sit ad superiora verba, ἐπισημαίνω τὴν ἐκ τῆς ἐπιπέδα. In editione Conciliorum veteris interpretatio latina ita reddit, in verbis particulis, *Vt & Pontica*, quasi quæ de Pontica Diocesi, Thracica, & Asiana dicuntur, cum præcedentibus immediatè verbis conducerentur, atque adeo ad canonem secundæ synodi referrentur. quod viris eruditis fraudi fuit. Antiquissima ramen canonum interpretatio rectum ordinem harum particularum juxta exemplar Græcum servavit, & novam istam definitionem synodo Chalcedonensi, non Constantinopolitana, tribuit.

VI. Novam constitutionem, quæ tot metropolitaram jura infringebat contra Nicænæ synodi canones, à Leone confirmati Synodus Chalcedonensis, blandissimis verbis Pontificem demulcendo, per synodicam epistolam petivit, rem gratam Imperatori, Senatui, & urbi Constantinopolitanae facturam docens; imò verò eam gratiam illi tribuendam iri, ut patri, ad quem egregia filiorum facinora redundare solent. Attamen ab exactissimo illo sacerdote, ut consensum suum huic innovationi præberet, extorquere non potuerunt; ea præci-

puè ratione, quòd canon xxviii. synodi Chalcedonensis regulas Nicænæ à nullo synodali conventu violandas infringeret. *Tanquam*, inquit Leo epistola ad Anatholium, *refutari nequeat quòd illicitè volueris multando, & illa Nicæorum canonum per sanctum verè Spiritum ordinata candidè in aliquo nunquam sit posse solubili. Nulla sibi vires de multiplicatione congregationum synodalia Concilia blandiantur, neque trecenti illi decem & octo, quantumlibet copiosus numerus Sacerdotum comparare se audeat, vel præferre; cum tanto divinitus privilegio Nicæna sit synodus consecrata, ut sive per pauciores sive per plures ecclesiastica judicia celebretur, omni penitus auctoritate sit vacuum quidquid ab illorum furis constitutione diversum. Idem in epistola ad Marcianum Augustum, de Anatholio loquens: *Nem dignetur regiam civitatem, quam apostolicam non potest facere sedem; nec ullo licet modo quod per aliorum officioses possit auferri. Privilegia enim Ecclesiarum, sanctorum patrum canonibus instituta, & venerabilis Nicæna synodi fixa decretis, nulla possunt improbitate commoveri, nulla novitate mutari. In quo opere, auxiliante Christo, fideliter exequendo, necesse est me perseverantem exhibere famulatum; quoniam dispensatio mihi credita est, & ad meum tendit ratum, si paternam regulam sanctorum, me, quod abest, connovente, violatur, & major sit apud me amicus fratris voluntas, quam universa domus Domini communis utilitas.* In eadem sententiam præclarè idem Leo in epistola ad sanctam synodum habitam Chalcedone: *De custodiendis quoque sanctorum patrum statutis qua in Synodo Nicæna in violabilibus sunt fixa decretis, observantiam vestra sanctitatis admonto, ut jura Ecclesiarum, sicut ab illis trecentis decem & octo patribus divinitus inspiratis sunt ordinata, permanent, Nihil alienam improbus ambitus concupiscat, nec per alterius imminationem, suam aliquis quærat augmentum. Quantumlibet enim extortis assertionibus sese introat vanitatis clatio, & appetitus suos Conciliorum æstimes nomine roborandos, infirmam atque irritam eris quidquid à prædictorum patrum canonibus discrepare. Quorum regulis quàm reverenter apostolica sedes utatur, scripturam meorum, quibus Constantinopolitani antistitis canonicus repali, poterit sanctitas vestra lectio cognoscere, & me auxiliante Domino nostro, & catholica fidei & paternarum traditionum esse custodem. Ex his locis dux præcipue regulæ eliciuntur. Prima est, Nullos esse ipsò jure Conciliorum canones, si Nicænæ Synodi regulis sint adversi. Secunda est, Romano Pontifici dispensationem ita creditam, ut paternas regulas violari non sinat, cum sit paternarum**

Ep. Synod. Conc. Chalcedonensis. Hæc duo distinguunt, honoris privilegia, & metropolitaram ordinationes.

Coler MS. ed. et. in Biblioth. The. & apud Ch. Italiam.

traditionum castos, ut idem Leo loquitur.

VII. Quare sui muneris conficius, quam alius literis auctoritate vacua dixerat synodi Chalcedonenfis definitionem, utpote Nicænis canonibus contrariam, ipse in irritum mittit, id est, nullitatem declarat epistola data ad Pulcheriam Augustam, quæ hoc sibi gratum fore significaverat. *Confessiones vero Episcoporum, inquit, sanctorum canonum apud Nicæam conditorum regulis repugnantes, anxia nobiscum vestra fides pietate, in irritum mittimus, & per auctoritatem B. Petri Apostoli generali prævix definitione cassamus; in omnibus, ecclesiasticis his legibus obsequentes, quas ad pacificiorem omnium Sacerdotum per 318. anstifit Spiritus sanctus instituit; ita ut si multa plures aliud quam illi statuerit discernent, in nulla reverentia sit habendum quidquid fuerit à prædictorum constitutione diversum.* Ex quibus verbis colligitur evidentissimè, non solùm Leonem denegasse consensum suum novis Decretis, (qui tamen necessarius erat in hac specie, ex recepta juris regula, ut quæ omnes tangunt, ab omnibus probari debeant, & è novarum legum conditione, quæ illos non tenent à quibus receptæ non sunt) sed canonem solum B. Petri auctoritate irritum decrevisse. In qua definitione non adeo nifus est superiori quadam in synodum jurisdictione & auctoritate, quàm reverentiam Nicænis canonibus debuit præterdit, ut ea ratione se à canonis x x v i i i. ipso jure nullius, ut pote Nicænis regulas infringentis, approbatione excusaret. Etenim cum Romanus Pontifex sit præcipuè canonum & traditionum antiquarum custos, assertor, & executor, ad illius reatum pertinet, si in rebus gravissimis illo connivente violentur. Quare illius sententia obtinuit, adeo ut è canonum numero expunctus fuerit canon ille tantopere controversus, quemadmodum dixi cap. 111. hujus libri §. v.

Petri Latis intelligit Hincmarus.

IV. Statuta decessorum servare justitia suadet, injuriæque sibi facit Rom. Pontifex, si fratrum jura perturbet, à Gregorio Magno. Ideo passim effudit, ut canones & leges non excedat, à Leone IV. In consecratione sua professionem emittetis servandi quæ canonice efficit decreta à decessoribus suis.

V. Summa Pontificis auctoritas & canonum observatio sanciantur decreto Concilij Florentini, quod nonnullum expensum est. Contentis inter Gratios & Latinos de primatu Papæ recessit. Latini non intelligi volebant secundum dicta sanctorum, Græci, secundum canones. Decreto statuitur, Papa in B. Petro traditionem plenam potestatem regendi Ecclesiam, ad eum modum quem canones & alia synodorum docent. Corruptus leviter textus Latinus sensum mutat, Legendum, quem ad modum & in gestis Concilio. Vulgata lectio præfert, quemadmodum etiam. Græci primatum Papa velum in dicto Concilio Flor. Salvis privilegiis & juribus Patriarcharum, Sic vestri, Salvis Libertatibus Ecclesie Gallicanæ.

I. **L** E O N E M excipit Hilarus Papa, qui candidè & ingenuè fatetur scriptum quod à se per obreptionem contra Canones Ecclesiasticumque privilegia elicium fuerat, esse nullum, vimque regulis illatam in Dominum injuriam tendere. Ingenius Ebredunensis, Alpium maritimarum provincie Metropolitani, conqueritur de jure provincie suæ imminuto ab Auxanio Episcopo, qui ab Hilaro Pontifice scriptum aliquod impetriverat canonibus contrarium. Querere istius cognitionem Hilarus Episcopus quibusdam Gallicanis delegavit, his verbis: *Na vestra caritati cognitionem adnexa querimus delegamus, ut nihil adversum venerandos canones, nihil contra sanctæ memoria decessoris mei judicium valeat, quidquid obreptum nobis esse confiteris. Nolimus namque Ecclesiarum privilegia, quæ semper sunt servanda, confundi; quia per hoc non minùs in sanctorum traditionum delinquitur sanctiones, quàm in injuriam ipsius Domini profilitur.* Idem Hilarus in Concilio Romano habito anno cdlxxvii. vestigia Leonis premens, in se, qui potissimus est sacerdos, reatum omnem transferre, si constitutiones canonum vel apostolicæ sedis infringi patiatur: *Nudi sui sit, sine status sui periculo, vel divinarum constitutionum, vel apostolicæ sedis decreta temerare; quia nos, qui potissimi sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei defides fuerimus iuvenci; quia meminimus qualiter comminetur Dominus, negligentia sacerdotum. Siquidem reatu majore delinquit qui potiori honore perfuritur, & graviora facit vitia peccatorum sublimitat dignitatum.*

II. Multus est in commendanda canonum custodia Gelasius, docetque piùm & devotum esse Romanæ sedis propolium ut

C A P V T V I I I.

Synopsis.

I. Rescripta contra canones elicta, sunt nulla. Deique injuriam inferant, ex Hilaro. Summus Pontifex, qui est potissimus sacerdos, reus est culpa, si canones vel decreta violari sinat, ex eodem Hilaro.

II. Propositum Romana sedis ut canones custodiat, à Gelasio. Quis præ ceteris sedibus excoqui debet. Non sustinet qua suos contraria privilegia universalis Ecclesie, ex eodem Gelasio.

III. Pontifici decreta decessorum suorum infringere non debent, quia sunt perpetua; & omnem violationem tendit ad religionis & Pontificatus injuriam, à Symmacho. Quæ verba, de justis decretis, ex aquilano B.

Hilarusq. 4. con. 147.

paternas regulas retineat, in epistola ad Episcopos Lucaniae: Cum, inquit, nibis contra salutarium reverentiam regularum cupiamus temere nihil licere, & cum sedes apostolica superior his canonibus, favente Domino, quae posteris sunt omnibus praefixa, pia devotione sine ulla temere propofite, facti indignum est quomquam vel Pontificum vel ordinarum subsequens hanc observantiam refutare quam B. Petri fidem & sequi videat & docere, fatisque conveniens sit ut totum corpus Ecclesiae in hac fiblime observatione concordet, quam illic vigere conspiciat, ubi Dominus totius Ecclesiae praesens principatum. Hic non dissimulanda videtur antiqua lesio hujus loci, quae extat apud Hincmarum in opusculo & in epistola Caroli ad Hadrianum, ubi atri rod superioribus his omnibus legitur, super his omnibus, id est, super his capitibus. Idem Gelafius in epistola ad Episcopos Dardaniae: Confidimus quod nullus non veraciter Christianus ignoret, uniuscujusque synodi constitutum, quod univversalis Ecclesiae probavit assensus, nullam magis exceptis fidem praeter ceteris oportere quam primum, quae usumque moque synodum & sua auctoritate confirmata, & continuata moderatissime custodit. Primum sedit praecipuam canonum executionem vindicat, sed eorum canonum qui jam recepti sunt, & quos univversalis Ecclesiae probavit assensus. Non omitendus est locus ejusdem Gelasij: qui de privilegiis univversalis Ecclesiae cum loquitur, ad Ecclesiae Gallicanae privilegia, quae illis accedunt, trahi non ineliganter potest: Sedes apostolica, inquit, quae privilegia univversalis Ecclesiae contraria probantur, nulla ratione sustinet.

III. Non solum autem de canonibus custodiendis solliciti fuerunt Pontifices Romani, sed etiam de constitutis decessorum suorum, et si ex vulgata juris regula par in parem non habeat imperium, & successori par auctoritas competat cum decessore. Unde colligere licet nihil referre ad canonum custodiam an Summus Pontifex sit superior Concilio. Elegans est Symmachi locus in epistola ad Leonium Arelatensem Episcopum, qui docet decreta decessorum non esse violanda, quod unum sit Pontificum sacerdotium, quod ex sui natura decreta perpetua sint, quod religio illis infracta violetur, & in Pontificum contemptum redundet. Dum ad Trinitatem inquit, cui una est atque indivisa possessio, unum si per diversas antistes sacerdotium, quomodo priorum statuta a synodis convenit violari? Huc accedis, quod si haec eveniat sententiarum varietas, ad ipsam sacrosanctam credimus religionem pertinere: cujus omnis potestas infringitur, nisi

univversa qua a Domini Sacerdotibus semel statuta sunt, perpetua sint. Quod aliis contingere poterit, si successores decessorum auctoritate non tribuerit firmitatem, & roborando qua gesta sunt, faciat rata quae gesserit. Quanta enim vicarius B. Petri iudicabitur reverentia, si qua in sacerdotio praecipiant, eisdem transcurrentibus dissolvantur? Sed praetermittenda non est Hincmarum adnotatio; qui locum istum cum produxisset in epistola Caroli Calvi ad Hadrianum II. de justis Decretis, & quae a Vicariis B. Petri ex ejus Apostoli aequitate proferuntur, intelligendum esse Symmachum observavit his verbis: Univversa, inquit (scilicet Symmachus), perpetua sunt qua a Domini Sacerdotibus statuantur: qui, ut Moyses, ea qua statuit, ab oraculo divino suscipiant; non qua ab his statuantur, de quibus per Prophetam dicitur, Vt his qui condunt leges iniquas, & scribentes injustitiam scripserunt. Ea nihilominus qua a Vicariis B. Petri constituantur, manent inconvulsa. Quia, ut Leo dicit, nec nimia est severitas, vel remissio, ubi nihil constituitur, nisi quod ex B. Petri aequitate proferitur. Haec enim scimus esse canonicum, scimus esse apostolica auctoritate roborata, & apostolica sedis decreta.

IV. Gregorius Magnus idem cum Symmacho proficitur: Instis, inquit, ac rationis ordo suadet ut qui sua a Successoribus desiderant mandata servari, decessoris sui proculdubio voluntatem & statuta custodiant. Eodem sensu ad Natalem Salonitanum: Quod dictis nostris temporibus debere servari qua a meis quoque praedecessoribus tradita atque custodita sunt; ab his huc a me, ut statuta majorum sacerdotibus meis in qualibet Ecclesia infringam, quia mihi injuriam facio, si fratrum iura perturbo.

Non defecit etiam sententia decessorum Leo IV. cujus haec verba referuntur apud Gratianum: Ideo permittente Domino pastores hominum sanus effecti, ut quod patres nostri, sive in sanctis canonibus, sive in mundanis affixere legibus, excedere minimè decessimus. Contra eorum quippe saluberrima agimus instituta, si quod ipsi divino instituerunt consilio, intactum non conservemus.

Necessitas illa servandorum canonum, solemnibus Romanorum Pontificum professionibus sanciebatur, quas tempore inaugurationis suae edebant. Earum exempla pleraque extant in Annalibus Ecclesiasticis, quarum fragmentum Ivo retulit in Decreto. Iis prostantur Pontifices, omnia Decreta canonica praedecessorum suorum Pontificum, qua vel synodaliter statuerunt, & qua probata sunt, confirmare, & indimissa conservare, & sicut ab eis statuta sunt, in sui vigoris stabilitate custodire. Extat etiam apud Gratianum formula

Caroli Calvi in ep. ad Hadrian. II.

Greg. I. c. ep. 14. apud Grat. I. q. 1. 2. 3. 4. 5.

Apud Grat. 1. q. 1. c. 2. 3. 4. 5. 6.

Videbat Romanus T. 2. Antonium de Rep. de Dicit. p. 4. c. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

deleat. ad Episc. Lucaniae. cap. 31.

Hincmarus in Epist. ad Hadrian. II. in ep. Caroli ad Hadrian. II.

Gratius libro 10. de de. Anacleti. 20.

formula illius professionis, qua Pontifex pollicetur octo Concilia usque ad unum apicem se servaturam, & qua statuerunt, & predicaverunt, omnibus modis sequi. Quod & fidei definitiones & canonum statuta complectitur.

Possem per singula secula prolixis testimoniorum recitationibus decurrere, que Canonum, Decretorum, & veterarum consuetudinum custodiam Romanis Pontificibus summo studio commendant, nisi leioris tadio parcere vellem. Multa congescit Gratianus in Decretum suum, que docere possint Gallicanam Ecclesiam, cum ad veteres receptos mores provocat, non obliteratis monumentis nisi, sed iis que quotidie in scholis præleguntur.

V. Attamen egregium Concilij Florentini locum prætermittere non debeo, petum è Decreto Unionis Græcarum Ecclesiarum cum Romana, quo summa Pontificis auctoritas, & canonum observatio, simul vindicantur. Unde patebit, injustam esse adversus Ecclesiam Gallicanam expositionem eorum qui principatum sedis apostolicæ lædi existimant, cum novis re scriptis antiqua jura opponuntur. Sed ante omnia, rei gestæ ordo pandendus est. Cum in unam sententiã Græci cum nostris de processione sancti Spiritus ex Patre & Filio tanquam ex unico principio convenissent, disceptatum est de Purgatorio, de Azymo, de formula consecrationis Eucharistiæ, & de primatu Papæ. Eugenius coram Imperatore Græco, & ejus Metropolitans, primatus jura per Ioannem de Montenegro Provincialem Fratrum Prædicatorum explicari curavit. Tum collatione habita, Græci scripto sententiã suam ediderunt, consentientes *Papam esse summum Pontificem, Vicarium Christi, omnium Christianorum pastorem & magistrum, cum jure administranda Ecclesia Dei, salvo privilegio & juribus Patriarcharum Orientis.*

Cùm describeretur Decretum unionis, Palæologus Imperator noluit illud solo Eugenio nomine concipi, addi postulans, id consensu suo & Patriarcharum factum, quod obtinuit statim. Diutius contendendum fuit de reliquis verbis Decreti, que privilegia Papæ tribuebant, *ut habeat illa juxta determinationem sacra Scripturæ & dicta sanctorum.* Effusa nimis esse dicebat Princeps verba illa, que Papæ privilegia ad dicta sanctorum referebant. *An si quis sanctorum, inquit, in epistola honorat Papam, excipies hoc pro privilegio?* Itaque significavit Eugenio, aut verba illa delenda, aut sibi de reditu cogitandum. Teactatu habito cum

Cardinalibus, qui se non aliunde melius primarum asserere posse dicebant quam ex scriptis sanctorum, Imperator respondit, non secundum dicta sanctorum, sed juxta tenorem canonum, primatum esse explicandum. Altera die Cardinales, Archiepiscopi, & quamplurimi docti viri adiecit Imperatorem & Orientales Episcopos, quibus Iulianus Cardinalis persuadere conatus est ut admitterent clausulam illam controversam, præsertim cùm fidei symbolum & ipsi canones à sanctis editi fuerint, proinde æquum non esse ut propter dicta sanctorum, Dei opus, id est, Unio Ecclesiarum impediatur. Imperator collocutus cum Episcoporum suorum consilio respondit *habenda esse à Papa sua privilegia juxta canones & dicta sanctorum, sacrarumque Scripturarum, & dicta synodorum.* Quæ scripto tradita sunt Cardinalibus, qui Eugenio omnia fe relatuors sponderunt, & postred Decretum Unionis relectum est Græcis, eã verborum formulã que illis grata fuit, descriptumque in charta Latine, & ex adverso Græcè, hinc bulla plumbea Papæ appensa, inde chrysobullo Palæologi Imperatoris. Quare eadem sententia contineri debet in contextu Latino, que est in contextu Græco. *Item definitum, inquit Concilium juxta Græcorum verborum significationem, sanctam apostolicam sedem & Romanam Pontificem in universum orbem tenere primatum, & ipsam Pontificem Romanam successorum esse beati Petri Principis Apostolorum, & veram Christi Vicariam, totiusque Ecclesia caput, & omnium Christianorum Patrem ac Doctorem existere, & ipsi in Beato Petro pastendi, regendi, ac gubernandi universalem Ecclesiam à Domino nostro Iesu Christo plenam potestatem traditam esse, quem ad modum & in Gessis Oecumenicorum Conciliorum & in sacris Canonibus continetur.* Sententia hujus Decreti hæc est, summam & plenam administrandæ Ecclesiæ potestatem à Christo fuisse Pontifici traditam, ea lege, ut ea utatur juxta modum qui & in Actis Conciliorum Oecumenicorum & in Canonibus continetur. Itaque Græci obtinuerunt quod tantopere urgebant, scilicet privilegia Papæ secundum Canonum præscriptum esse interpretanda. Eadem esse debet mens verborum Latinorum, que tamen à contextu Græco deficiunt, propter levi mendum quod incuria amanuensium irrepfit in his verbis, *quem ad modum & in Gessis Conciliorum.* Nam Latina lectio præfert, *quem ad modum etiam in Gessis.* Qui error primam Concilij hujus è Græco in Latinum versi editionem invasit. Ejus versionis auctor est Bartholomæus Abramus Crenensis,

Decretum unionis editum in Concilio Florentino, in Epistola ad Imperatorem Græcum, in Bulla appensa, in Chrysobullo Imperatoris.

Vide Gratianum, Partem secundam, c. 7.

Vide Grat. in c. 21. causa.

Concil. Florent. sed. 21.

Idem in c. 21. de hæresibus, c. 21. de hæresibus, c. 21. de hæresibus.

Idem in c. 21. de hæresibus, c. 21. de hæresibus, c. 21. de hæresibus.

que partem par omnino est auctoritas, etsi religiosius tractanda sint quæ ritus sacros respiciunt, tam pietatem atque externum divini numinis cultum contingant. Sed, ut eleganter monuit D. Augustinus, de consuetudine dupliciter disputare possumus, vel ut est universalis Ecclesie traditio, vel ut est propria & particularis quarundam Ecclesiarum institutio. Universalis illa traditio, quæ per universam servabatur Ecclesiam, nec à Conciliis decreta erat, quin ab Apostolis profecta esset non dubitabat Augustinus. Sed traditionem illam missam facimus, quæ ad propositum nostrum non pertinet.

II. De particularibus provinciarum moribus est agendum: in quibus hæc regula tenenda est, ut si fidei non officiant, usurpari possint prout à majoribus sunt traditi, nec aliorum consuetudo aliorum contrario more subverti debeat, ut docet Gratianus ex Augustino, Hieronymo, & aliis.

Quare Gregorius Magnus, divini & humani juris callentissimus Pontifex, inveteratas consuetudines, quas in administranda Ecclesia sequebantur, Africanis integras reliquit. Concilium Numidicæ à Pelagii Gregorij decessore petierat ut vetusti mores, qui per Numidiam ab ipsius B. Petri temporibus invaluerant, involati servarentur. Gregorius post obitum Pelagij rescriptis fæ omnia antiqua capitula illis permittere quæ fidei contraria non essent. Prudens sanè responsum, quo pax Ecclesiarum continetur, & contentioibus quæ de disciplina sepeissime emergunt, via penitus occluditur. *Petistis, inquit, per Hilarium Chastalium nostrum à beata memoria prædecessore nostro, ut omnes vobis vestro temporum consuetudines servarentur, quas à B. Petri Apostolorum principis ordinationum initiis hæcitas vestras longa servavit. Et nos quidem juxta seriem relationis vestre, consuetudinem, quæ tamen contra fidem catholicam nihil usurpare dignoscitur, immotam permanere concedimus, sive de Primatibus constituendis, sive de ceteris capitulis. Eodem sensu rescriptis ad Dominicum Carthaginensem Episcopum: De ecclesiasticis privilegiis quod vestra fraternitas scribitis, hoc postposita ambitione teneat, quia sicuti vestra defendimus, ita singulis quibusque Ecclesiis sua jura servamus.*

III. Quidquid ab Africanis usurpabatur, dummodo fidei regulam non violaret, Gregorius discretè confirmat. Eadem regula usus est Theophylactus Bulgarie Archiepiscopus in epistola ad Nicolaum Diaconum & Castrinsum, qui ab eo petierant in Græcis liberum esset Ecclesie Occidentalis

communione amplecti, ob discrimen quod in jejuniis, in sacerdotum cœlibatu, in azyimis, & plerisque aliis mysticæ disciplinæ articulis intercedebat. Respondet graviter his verbis inter cetera: *Non omnia consuetudo ad dissociandas Ecclesias valet, sed quæ dogmatis differentiam inducit.* ubi alludit ad contentionem de processione S. Spiritus. Eadem fuit sententia Leonis Papæ IX. qui circa annum millesimum quinquagesimum Michaëlem Constantinopolitanum Episcopum & Leonem Acridanum acriter objurgat quòd Romanam Ecclesiam ob ritus suos & azyimum panem in sacrificiis adhibitum damnarent, & unumquemque cogent ad Græca instituta amplectenda, quamvis alio jure uterentur Romani, qui liberam in urbe Græcorum rituum observationem relinquebant, ne qua dissidij occasio inter Ecclesias oriretur. Hæc sunt verba Leonis: *Vi enim fertur, omnes Latinorum Basilicas penè clausis, monachis manseritis & Abbatibus iustis, donec vestris viverent institutis. Ecce in hac parte Romana Ecclesia quanto discretior, moderatior, & clementior vobis est. Siquidem eam intra & extra Romanæ plerisque Græcorum reperiant manseritis, sive Ecclesie, nullum eorum adhuc perhibetur vel prohibetur à paterna traditione, sive sua consuetudine; quin potius suadet & admonet eam observare. Nec enim animositate impie hereses habet, quæ semper divisione gaudet, dicens per partidam hereticam: Nec mihi nec tibi sit, sed incidatur. Sed pietate veteris matris sic Salomonem deprecatur: Obsecro, Domine, dote huic infantem vivum, & nolite interficere eum. Scitis namque quia nihil obsunt salutis credentium diversa pro loco & tempore consuetudines, quando una fides per dilectionem operatur bona quæ potest, nisi Deo commendamus omnes. Aliquot annis ante Leonem Fulbertus Carnotensis de variis observationibus Ecclesiarum Orientis & Occidentis, eadem regula usua, quod iudicium tulit: Sed nec prout nec rata sunt, quæ ab aliis necessarid servanda, aliis non adeo curanda affirmantur. Nec tamen nos offendit observantia diversitas, ubi fidei non scinditur unitas. Però in multis Græcia ab Hispania, ab illis Romania & Gallicana distrepit Ecclesia. Sed neque in hoc scandalizemus, si andimus diversam observationem, sed non diversam fidem in Christi semper Ecclesiis extitisse. Stei enim Regina Ecclesia à dextris Regis sui, in vestrum deaurato, circumdata varietate.*

IV. Sanè varias jam olim invaluisse consuetudines in Quadragesimæ ceterisque statorem dierum jejuniis adnotavit Irenæus, eamque observationem discrepantiam nullam in Ecclesiam dist-

Greg. c. 8. d. 11. Annot. p. 117.

Apud Greg. d. 11. c. 11.

August. ep. ad Caesariensis. Ichni videtur, in quibusdam scriptis Romanis scriptura dicitur, non populi. De his consuetudinibus majorum pro lege romana sunt de quibus & dicitur in veteribus, & de aliis consuetudinibus aliter in veteribus, acriter interpretatur Isidorus. Greg. c. 1. ep. 11. apud Greg. d. 11. c. 11.

Fulbert. p. 1. 11. c. 1. & 2. & 3. Non ad Agobertum 114. 14.

idem l. 1. ep. 11. apud Greg. d. 11. c. 11.

Theophyl. rebus à Dorotheo Chersoneso l. 1. Ichni Grego Rom. ubi dicitur de Theophyl. Ep. Constantin. dicitur, quod non distipat de quo dicitur, l. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Fulbertus p. ad Ichnidum.

idem. apud Fulbert. l. 1. c. 1. & 2. & 3. ubi dicitur de Theophyl. Ep. Constantin. dicitur, quod non distipat de quo dicitur, l. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

dium intrulisse, sed æquo animo pacem inter Sacerdotes reterant. Quo argumento, & aliquot Pontificum Romanorum exemplis adductis, persuasit Victori Papæ anno CXCIII. ut pacem Polycrati ceterisque Asiaticis Episcopis restitueret, quos Ecclesiæ communionem privarat, quod à reliquis orbis Christiani Episcopis dissensionibus, decimaquarta Luna, non autem die dominica, Pascha celebrarent. Censuit enim Irenæus, æquum non esse ut Victor Ecclesiis à communi unitate recideret, ob morem antiquum cuius se retinentes præstabant. Exoratus Victor, ut præcipue auctoritatis quæ in Romana sede viget specimen edidit, excommunicatione in Asianos lata universalis Ecclesiæ traditionem comprobata à quamplurimis synodis notu ejus iudiciis constantissimè vindicando, ita quoque humanitatis remissionisque in toleranda consuetudine particulari singulare exemplum præbuit. In gratiam enim statim rediisse Polycratem & Asiaticos cum Victore, retento Ecclesiarum suarum usu, testatur Sozomenus: *Decreto communi singulis, ne consueverant, system agentes, à maxima communitate non reciderant. Frivolum enim & meriti judicarent consuetudinis gratia à se mutuo separari, eos qui in præcipuis religionis capitibus consisterent.* Dissimulandum tamen non est, errorem irrepibile in textum Sozomeni in Polycrati nomine, cum lætio integra remanserit in nomine Victoris: *Sapientissimè autem arbitrat, inquit, subsisse subteritam olim de eo controversiam. Victoris tunc temporis Roma Episcopum, & Polycratem Smyrnensem.*

Legendum est, Polycratem, qui error proclivis est. Ex sola rei gestæ narratione non solum probatur assertio nostra de retinenda communitate cum diversis ritibus, sed etiam Novatorum calumniam refelluntur, qui Victoris excommunicationem à ceteris Ecclesiis spretam, & Ecclesiarum Asiaticarum consortium ab omnibus retentum prædicant, adeo ut quæ adversus illos directa erat machina, in nostros contorqueant, nec vano quidem idu, nisi exceptione à nobis proposita repellantur. Probenz enim (quod facillimum est) non reiectos Asiaticos à communitate Orientalium post Victoris censuram, hoc de dignitate sedis apostolicæ nihil demit, cum ad Irenæi suggestionem pacem reddidit à Victore docuerimus. Ex Eusebio enim & Socrate constat de excommunicatione à Victore inflicta, & de Irenæi epistola. Ex Sozomeo autem, de communitate Victoris & Polycrati non interrupta. Quod aliter contingere non potuit, nisi suspensio à Victore excommunica-

tionis effectu, post monita Irenæi. Ceterum Sozomenus & Socrates varios Ecclesiarum ritus observant qui earum concordie non officiebant. *Qui in eadem fide consensimus, inquit Socrates, iidem in ritibus & ceremoniis inter ipsos discrepant.*

V. Ex antiquissima & recentiore Ecclesiæ praxi demonstratum est varios ritus in sacrorum administratione externique cultus disciplina non interrupisse mutuum Episcoporum consortium, toleratæque à Romanis Pontificibus in aliis provinciis consuetudines quæ fidem non violarent. Unde colligere licet, eadem benignitate usuros quoque Summos Pontifices in altero discipline capite, quod personas vel res ecclesiasticas, non autem ritus ipsos respicit. Hac indulgentia Africanis consuluit Gregorius, quibus veteres consuetudines intactas præstitit, quæ fidei non adversarentur. Idem ejus consilium fuit de Gallicanæ Ecclesiæ consuetudinibus, ut patet ex epistola ad Augustinum Anglorum Episcopum: *Mihi placet, inquit, ut sive in Romana, sive in Gallicana, sive in qualibet Ecclesia invenisti quod plus omnipotentis Deo placere possit, sollicitè eligas.* Alexander III. de ceterorum vestigiis hærens, in re gravissima, id est, in matrimonij nullitate, Ecclesiæ Gallicanæ consuetudinem, licet Romanæ contrariam, tolerandam esse rescriptit: *Licet Ecclesiæ Romana, propter multificia, legitimè conjunctis dividere non consueverit, si tamen consuetudo generalis Ecclesiæ Gallicanæ habet ut hujusmodi matrimonium dissolvatur, nos patienter tolerabimus.*

VI. Quæ disputata sunt docent remissionis usum à majoribus nostris adhibitum in tolerandis consuetudinibus quæ fidei non officerent. Sed novo jure Decretalium addita est altera exceptio, nempe ut inutiles habeantur omnes consuetudines quæ aliquo pacto libertatem & immunitatem ecclesiasticam violant, id est, quæ Principibus laicis potestatem quandam in res aut personas ecclesiasticas indulgent. Quia cum rerum spiritualium tractandarum sint incæpaces, ratione destituta censetur consuetudo quæ rerum conditionem evertit, ideoque nullo tempore, etiam immemorialis, vires obtinere potest, ut docent plerique Iuris Canonici interpretes.

Hac difficultate se quidam expediunt, adhibita distinctione; ita ut immunitas omnino & in universum abrogari non possit, vel adeo restringi, ut maxima ordini ecclesiastico fiat injuria, sed in quibusdam articulis ei derogari possit, consuetudine quadam mixta quæ ex Clericoorum &

Sozomen. l. 4. c. 11. Greg. 9. c. 1. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.

Greg. 9. c. 1. ad Angli. Augli. Episc.

Alexander III. in Appendice Concil. Lat. c. 1. de ju.

C. Glorid. De p. d. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.

Sozomen. l. 4. c. 11.

Socrate. l. 4. c. 11.

Sozomen. l. 4. c. 11.

Ex eadem Irenæi in monita apud Eusebium in vita Irenæi l. 2. c. 1. de Polycrati monita.

& Imperij Lib. III. Cap. IX. 157

laicorum consensu proficitur, ut rectè observat Covarruvias. Ob quam rationem se forensium Gallorum usum non damnare profiteretur de conveniendis Clericis coram iudice seculari in actionibus realibus. Alij verò hanc nodum ita solvunt. Fatentur ex possessione immemoriali, nec præscriptionis, nec consuetudinis titulo, rerum spiritualium administrationem laicis acquiri posse; attamen ex consuetudine præscripta, per possessionem illam immemorabilem intrari probationem privilegij à Summo Pontifice concessi. Itaque aiunt in hac specie sufficere ut allegetur titulus, id est, privilegium à superiore indultum. Eius enim probatio sola possessione centenaria vel immemoriali conficitur, etiam si nullæ exhibeantur privilegij tabulæ. Morosiores requirunt, ad summum, probationem famæ, quæ doceat privilegium illud concessum fuisse: quamvis hæc conditio à multis necessaria non esse dicatur. In eum autem finem requiritur privilegij allegatio, ut constet, vel saltem censetur, laico idoneitate seu capacitate rei ecclesiasticæ tradendæ, indultum fuisse à Summo Pontifice.

VII. Hunc loquendi modum secuti sunt Gallicani auctores Aufserius & Benediclus, alique pragmatici, qui ex privilegio sedis apostolicæ Principibus nostris in plerisque ecclesiasticis negotijs iurisdictionem vindicant, & privilegij probationem è vetustissima possessione petunt, in iis capitibus, in quibus desunt privilegiorum tabulæ. Vnde Franciscus I. Constitutionibus editis profertur se privilegia à Summis Pontificibus indulta auctoritatem in quibusdam rebus consecutum esse. Hac privilegij allegatione, cui adjecta erat vetustissima possessio, jura sua à Decretalibus infracta conservabat, juxta pragmaticorum Doctorum receptam sententiam. Quare nulla est suggilandæ majores nostros relicta occasio, quòd crimina quædam *Privilegiata* dixerint, (qui mos loquendi retinetur etiam hodie apud omnia tribunalia) quòdque Libertates Gallicanas, *Privilegia* vocaverint. Id enim profectum è doctrina interpretum Juris, qui præscriptionem & consuetudinem inveteratam rejiciebant in hac specie, nisi accederet privilegij allegatio, quo vitium personæ laicæ non idoneæ ad spiritualia possidenda purgaretur. unde privilegij vocem rectè à Principes nostri usurparunt. Neque enim si quod jus aliunde iis competeat, ut se his negotijs interponerent, novo privilegio confusum vel abolutum erat, ut suprà monuimus ex Hincmaro, cap. 1. hujus libri §. ultimo. Licet enim jura cumulare, ut

docent interpretes, & privilegium adhibere ad munientia illa quæ jure communi competunt. Hoc autem loquendi modo id consecuti sunt, ut etiam Romanæ Curis lumen, Illustrissimum Cardinalem Bellarminum, ad jura nostræ confirmationem hujus tituli specie traxerint, & Franciscum Suarem, licet alioqui Principum causis sæpe minis æquam. Recitabo ejus verba: *Non audeo damnare usum talium privilegiorum; sed hoc apostolica sedi remitto. Nam etiam Cardinalis Bellarminus cap. 25. camera Barcloium, cum ille diceret esse in Gallia delicta quadam gravia quæ Privilegiata dicuntur, ipse respondet, ides dici privilegiata, quia privilegio sedis apostolicæ indultum est Regibus Francorum ut ea delicta cognoscere possint. Quibus verbis videtur illam excusationem non improbare, sicut eam non improbant talium Clerici & Aufserius, quos allegat.*

VIII. Ceterum etiam formulæ Pragmaticorum satis fecerimus, Privilegiorum mentione injecta, sincerior mihi videtur hæc respondendi ratio, si mereo jure regio in certis articulis, in aliis verò jure Patrocinij & Tutitionis, Principes ad se quamplurima olim traxisse dicamus, quæ à Summis Pontificibus perstricta non sunt; ab illis deinde aliquanto tempore cessasse, cum novis Decretis sunt vetita; quorum cognitionem iterum resumpserint, ad procurandam regnorum suorum ipsiusque Ecclesiæ Gallicanæ salutem; hanc verò possessionem sine ulla interpellatione Summi Pontificis retinuerint ab aliquot seculis, hodièque retineant. Quæ conniventia sedis apostolicæ id maxime præstat, ut bona fide Principes in eo negotio tractando versentur, quod ad se pertinere non improbabili ratione putant; ita ut patientia illa, si necesse sit, vicem privilegij & dispensationis subeat, etiam in singulis speciebus privilegium exhiberi non possit, quod tamen in gravioribus & majoris momenti capitibus, Regibus nostris non deest. Qua de re specialiter dicemus sequentibus libris, ubi per capita ostendemus quæ hic per averfionem & generaliter adnotamus. Huic autem cognitioni Principum faciles se præbent Summi Pontifices, vel ob maximam quæ inde consequitur in Ecclesiâ Gallicana utilitatem, vel ut vitetur offensio Principum, qui ægrè patienter se ab ea auctoritate dejici quam hereditario jure à majoribus suis ad se transfusam retinent, & inter præcipua regis Coronæ jura recensent.

Excitatur à quibusdam gravis quaestio, an ex tolerantia Papæ sequatur legitima præscriptio, qua Principes jura sibi tempore

L. 4. §. 1. de legem
Tale. Abbas in 6.
Paf. dicitur, quod
Devenit quod
Petro in c. In
militia, cum 1.
de iustis.
L. jura p. fin.
H. de testibus.

Spont. 4. Do.
Ecc. Titul. 16.
de 12.

Covarruvias Pra.
de. quæstion. 6.
7. §. 1.

Pouplin. de jur.
Ecc. L. 1. §. 2. f.
61. Matriculis de
probis. T. 1. Con.
175. Matriculis.
lib. 1. Part. 11. §.
47. 48. Ca.
rolus Molin. in
Concl. Part. F. 7.
6. 14. Petrus Bar.
tolus ad L. omnes.
C. de just. 19. vel
40. ut. per lo.
quendum in gener.
de præscriptio.
quando agitur in
iusticiam præ.
scribimus.

Jacques Taber.
Auteurs, in tradit.
de. féodal. §. 1.
Eccles. Gallicane 1.
§. 12. Règles prin.
cipales. Benedic. in
voto de auctor.
Dicit. c. in 129. §.
44. 45. & de
Custas in con.
fio. Burg. T. de
Justitia. Cardus
de Gradibus lib. 5.
Cap. 15. cap.
17.

quæ sita tueri possint. Eam præscriptionem Concordiæ Sacerdotij & Imperij necessariam esse non existimo: cui sufficiet ut conuiventia illa, & benignitas apostolicæ sedis erga Gallicanam Ecclesiam, per singulos quoque Pontifices paci publicæ consententes, prudentiæ consuetæ officijs continetur. Attamen non est dissimulandum quid hac in parte à viris doctis sit disputatum. Theologi enim quamplurimi existimant, è sola Papæ tolerantia nec Papæ consensum colligi, nec jurisdictioni ecclesiasticæ præjudicium aliquod inferri: cum multa per patientiam tolerentur, quæ si deducita fuerint in iudicium, non deberent tolerari: ut inquit Innocentius III. Quorum verborum sententiam eos affectuos non fuisse viri eruditi contendunt. Etenim certum est è domini patientia legitimam præscriptionis causam præstari, ita ut emenso præscriptionis spatio jus integrum acquiratur: quamvis interim patientia domino non officiat, quin rem suam persequi possit. Quod in causâ Romanæ Ecclesiæ locum habere docet caput secundum de præscriptionibus; cujus sententiam ita concipit Ioannes Andreas: *Taciturnitas Prælati non nocet Ecclesiæ, donec sit præscriptum.* Itaque, ut colligunt illi, è patientia & tolerantia Papæ oritur legitimus titulus, qui pericitur præscriptione. Hoc etiam alio capite Alexandri III. probatur, qui decretam à iudicibus delegatis pensionem uni è colligantibus, quæ summo jure constare non poterat, confirmat, illam tolerando: *Nos eam hoc adhibito moderamine toleramus,* inquit ille. Quæ dicta sunt in genere de tolerantia Papæ, maximè locum habent, cum ad vitandum scandalum & contentiones cum Principibus, ecclesiasticis iuribus connivere videtur. Quia valde interest Reipublice, scandala vitari, cum nonnulla pro utilitate communi contra juris asperitatem, ex æquitate mansuetudine tolerari nesciantur, ut verbis Decretalium utar. Vnde Navarro post D. Thomam placuit, ad extinguendas lites, ex quibus scandala oriri solent, iustam esse causam dispensandi in prohibitis & vetitis. Sed de hoc dispensationum genere secundum mentem veterum, multa dicemus sequentibus capitibus.

IX. Constitutio in Ecclesia Gallicana Canonum, Decretorum, & consuetudinum receptarum usû, nihil aliud expectandum erit à nostris quam ut se difficiles & tetricos præstent, si qua, in re gravi, immutato acciderit. Cum enim plerisque populis innata sit vetustatis retinendæ cupiditas, hæc est Gallorum indoles, ut isdem semper legibus uti velint, quemadmodum jam

olim observavit Agathias. Quare cum prudentes monuerint magnos in Republica fluctus excitari legum receptarum mutatione, dubitandum non est quin ad leges ecclesiasticas hæc regula trahi debeat. Etenim quæ in genere dicuntur de periculo quod ex legibus immutatis sequitur, Augustinus ad consuetudinem ecclesiasticam reuoluit: *Ita quippe mutatio consuetudinum, inquit, etiam quæ adiuuat utilitate, novitate perturbat.* Quod potiori iure ad canones referri debet; qui negligi non possunt sine magno dissidio, ut eleganter observat auctor constitutionum apostolicarum: *His canones vobis constitimus, Episcopi. Vos autem in his perseverantes, salvi eritis, & pacem habebitis; non obediens vero, panemini, & perpetuum bellum vobiscum geretis, parvas inobediencia debitas persequentes.* Vnde canone xxxiiii. apostolico, quo Episcoporum inter se officia præscribuntur, rectè adijcitur, his observatis concordiam retineri, *ut in his viciis legum.* Hanc regulam Leo I. eleganter expressit in epistola ad Maximum Antiochenum: *Vniuersæ pacis tranquillitas non distet poterit custodiri, nisi sua canonibus reuerentia intemerata seruetur.* Vnde videtur haussisse Symmachus Papa quæ ad Episcopos Gallicæ scripsit, qui iuxta sententiæ memores, viam quæ illis ad concordiam à Summo Pontifice præmonstrata est, quantum fieri potest, sedulo insistant. *Sedis apostolicæ insistenti prædicanda sollicitas,* inquit, *ut de concordia uniuersalis Ecclesiæ, quæ toto orbe diffusa est, pervigili cura tractemus. Quæ tunc præcipue adolefcit, si ea quæ à patribus statuta sunt, atque subsequens reuerentes obseruet.*

Non incognita fuit hæc antiqua regula Decretalium conditoribus, qui concordiam novitate parvelli professi sunt. *Plerumque discordiam parvius novitates,* inquit Honorius III. Quare Celestinus III. antiquæ consuetudini deserte maluit quam dissidiis causam præbere, inducta novitate in provinciam: *In hac parte consultius duximus multitudine & observata consuetudini deferendum, quam aliud in dissensionem & scandalum populi statuentium quædam adhibita novitate.* Hac benignitate utuntur quotidie Summi Pontifices erga Ecclesiam Gallicanam: cujus varias consuetudines ideo non convellunt, quia cum ejus administrationem eas commodas esse videant, etsi aliquando à Decretalium jure deficientes, malunt dissimulare hoc vulnus, quam novitate inducta, dissidiis & offensionibus occasionem præbere.

Agath. 26. c. 1. de Reg. 22. cap. 1. de Reg. 22.

Plerumque de Reg. 22. cap. 1. de Reg. 22. cap. 1. de Reg. 22. cap. 1. de Reg. 22.

August. ep. 118. c. 6.

Const. apud 118. c. 6. de Reg. 22. cap. 1. de Reg. 22. cap. 1. de Reg. 22. cap. 1. de Reg. 22.

Leo 1. ep. 44.

Symon. ep. ad Ep. Gallic.

C. cum consuetudine de consuet.

C. si quis dicitur de consuet. & al. de consuet.

Suarez de legib. l. 7. c. 13. n. 11.

C. cum iudicium de probat.

Salgado de supplicacione ad sanct. c. 1. p. 6. l. 8. n. 107. & seq.

C. si quis de iur. de iur. c. 1. de iur. de iur. c. 1. de iur. de iur. c. 1. de iur. de iur. c. 1.

Navar. in Notitia l. 1. c. 11. ad l. de iur. de iur. c. 1. de iur. de iur. c. 1. de iur. de iur. c. 1.



CAPVT X.

Synopsiſ.

I. An publico Bulla in causa Domini tolerantiam interrumpat. & privilegia revocet. In iis qua jure regio agunt. non perfringuntur Reges; in ceteris. est tantum comminatio & proteſtatio. Deinde Bulla illa non eſt recepta in Gallia. Reges Gallia. ex privilegio. non comprehenduntur excommunicatione generali.

II. Antiqua conſuetudo privilegij vim ſortitur. Privilegium autem ob merita conſeſſum, revocari non poteſt. Unde conſuetudines privilegiorum regni Francorum non conſentur revocata per Bullam, ex Navarra.

III. Eximia quadam jura ſua pmet Reges noſtros in rebus eccleſiaſticis. qua alij Reges non obtinent. Quia eos vocant beneficiis in Romanam Eccleſiam. Beneficia Eccleſia Romana collata, non in laicis dantur, ſed in provinciis, & ſupremo imperio.

IV. Harum donationum origo diſcutitur. Exarchia in Italia, & ſub iis Ducis poſt irruptionem Longobardorum. Hi Ravenna inſeſti. ea capta, & Eurychio Exarcho a ſuis Italia pulſo. Aſiſtrophus Romanus obſidet. Pippinus obſidem ſolvit. & Exarchatum ab Aſiſtropho reperit.

V. Hunc dono dedit Eccleſia Romana, nec detulit frequenter Gracorum Imp. provinciis; ea præcipui ratione, quid aliter Romana Eccleſia tunc eſſe non poſſet, ſub dominio hæreticorum. Quid comprehenditur illa donatione. Deſiderio viſto, Carolus M. munificentiam patris auæ. addidit aliquæ provincias.

VI. Ludovicus Pius & Carolus Calvus ſuis be. neficiis comarum avorum partemque dedit.

NON diffimulanda hoc loco mihi videtur graviffima difficultas, quæ ſæpiſſime à quamplurimis rerum noſtrarum minùs æquis æſtimatoribus moveri ſolet; ab hac tolerantia conſuetudinum noſtrarum recedere Pontifices, idque publicè quotannis teſtari ſolenni promulgatione Bullæ illius famoſæ, quæ fit die cœnæ Domini, unde illi nomen. Anathemati enim addicuntur quicumque rerum eccleſiaſticarum jurisdictionem ad ſe trahunt, etiam prætextu gratiarum illis conſeſſorum. Sed viri graviffimi cauſam noſtram egerunt, ita ut longa oratione non ſit opus. Id unum tantùm præfabor, antequam illorum verba referam, Reges noſtros vel ex mero jure regio quamplurima ad ſuam ſuorūque magiſtratum cognitionem traxiſſe, vel ex longiſſima conſuetudine, & Romanæ ſedis tolerantia, id juris ſibi quæſiviſſe. Primò caſu, cùm jure ſuo utantur, à Bullæ icibus tuti ſunt. Secundo verò caſu, etſi dæremus formula illa generali comprehendi Reges noſtros, cùm ſcripto damnati, factò ipſo & continuo tolerantia effectù abſoluti ſunt,

reſtè ſequitur ad ſummam, minas tantùm excommunicationis injectas, & pontis conſteſtationem publicè adhibitam, ad repetenda quandoque jura ſua, à quibus forteſſe præſcriptione cadere poſſet Eccleſia Romana, quàm ut Reges noſtri anathemate feriantur. Prætermitto regulam illam generalem, (de qua diſſeruiſſus libro II. cap. xv.) legibus eccleſiaſticis provincias non obſtrungi, in quibus promulgatæ & uſu receptæ non fuerint, ut accidit huic Bullæ, cui exceptio illa apud Gallos objici ſolet. Quamvis enim ea ſola reſpondendi ratio ſufficeret, alio tamen modo à minis illis ſunt tuti Reges noſtri, quibus Romani Pontifices indulſerunt, ut nullis cenſuris teneantur à ſede apoſtolica inſiſtiti, quancunque verborum formula conceptæ ſint, niſi diſertiſſis verbis cautum ſit, Reges Francorum iis quoque comprehendi. Qua de re copioſè alibi.

II. Præter eaſ rationes, aliud quoque & egregium ſuperet nobis remedium, quo omnem hujus Bullæ metum à capite regio, & eorum qui vice ſacra judicant, arceamus. Nempe conſuetudinis antiquiſſimæ uſum vim privilegij ſortiri ſuperiùs probavimus, etſi nullæ proferri poſſent privilegiorum rabulæ. Porro etſi diſceptetur inter Juriconſultos an privilegium ſemel à Principe indultum reſcindì poſſit ſine cauſa; nullas tamen dubitat quin privilegia que propter merita conceduntur, in contractus naturam tranſeant, ideòque revocari nullo modo poſſint. Tot autem tantæ ſunt in Romanam ſedem Regum noſtrorum merita, ut privilegia conſuetudine firmata, per Bullam in cœna Domini Regibus noſtris non adiri proſiteantur Bellarminus & Suares, quos laudavi capite ſuperiori. Quibus addo Navarrum, ut in ore trium hoc verbum ſtare poſſit: *Hæc declaratio, inquit, tollit privilegia dato etiam Regibus. Per quod dubitari poſſet de iudicibus Galliarum, qui judicant Clericos pro peccatis ſive delatione armorum, & aliis caſibus, quos vocant privilegias. Equidem arbitror difficile ab iis abſententias, ſive quòd præſupponant privilegia illa eſſe remuneratoria obſequiorum à ſe magni impenſis ſanguinis & fortanarum præſtitorum; ſive quòd ſint immemorialia, & ſuper criminibus levibus conſeſſa, ſive alia. Quæ an audiri debeant, iudicio ſanctiſſimi D. N. relinquo.* Periclitari non poteſt Regum noſtrorum cauſa, quam Navarrus Summorum Pontificum iudicio relinquit, cùm præjudicio ſuo Clemens V. oſtenderit quid ſucceſſores ſui amplecti deberent, quando de Franciæ Regum negotiis agitur. Nempe promotores eſſe debent erga res

Præſcriptione de jure ſuo lib. I. tit. II.

Vide ſecundum præſcriptionem Navarra. p. 9.

Statutum a. 117. titulus 19. 20.

nostras, ob magna Gallorum in sedem apostolicam merita, quam in ceteros Reges. Apud Clementem enim, *Mernis*, ut ille loquitur, & *Philippi Regis integritas*, & *progenitorum suorum praeclara merita meruerunt*, *meruit etiam regniulorum puritas ac devotionis sinceritas, ut tam Regem quam regnum specialis favore profunderetur.*

III. Sanè dubitandum non est quin eximia quaedam jura in rebus ecclesiasticis nostri Reges obtineant, quæ ceteris Principibus hodie non competunt. Quod nulli mirum videri debet qui privilegiorum multitudinem ex officiorum magnitudine metietur. Conturbaret profectò Ecclesia Romana, nec suppetere illi facultates quibus cum Gallorum Regibus decideret, nisi liberalitatis & perfectæ donationis titulo immensam beneficiorum suorum molem in eam contulissent. Si ergo liberalitate Summi Pontifices rependere volunt quod ex mera donantium liberalitate consecuti sunt, non est cur ceteri Principes nobis invident benigniorem æque Reges nostros Romanæ sedis remissionem. Certent nobiscum liberalitate, tunc integrum illis erit de privilegiis quoque nobiscum certare. Porro tanta sunt tamque illustria Regum nostrorum non solum erga Pontifices, sed etiam erga sedem apostolicam beneficia, ut si taceam, prævaricari, si ea recenseam, importunus in narratione rei notissimæ esse videar, præsertim cum in eo argumento accuratissimè versatus sit summa eruditione & pietate insignis vir Ioannes Morinus, qui magnitudinem secularis imperij quo potitur Ecclesia Romana à Regum Francorum munificentiâ profectam ostendit, fines provinciarum collarum investigat, communitiam Constantini Donationem evertit, temporum illorum historiam solertissimè discutit. Quare non dubitat Regum nostrorum in Romanam sedem beneficia cum beneficiis à Constantino Ecclesiæ collatis conferre. Constantinus enim ab infidelium tyrannide Ecclesiam Christianam liberavit: Reges Francorum ab Ecclesia Romana servitutem, qua ab Imperatoribus premebatur, armis suis depulerunt. Constantinus Christianos libertati restituit: Reges Francorum durum Græcorum & Longobardorum jugum perfregerunt, quo cervicibus Summorum Pontificum deprimebantur. Constantinus infamia damnatum quondam Christianum nomen, splendore adjecto commendatum reddidit, Romanamque Ecclesiam aliquot latifundis & redditibus auxit: Reges Francorum primi, solique, merum mixtumque, imò & summum imperium in

aliquot provincias eidem Ecclesiæ contulerunt, eique tranquillitatem procurarunt, contra infestas Græcorum hæresi infectorum quotidianas minas, & adversus impetum Longobardorum. Horum beneficiorum conscius Paulus Papa scripsit Pippino Regi ejusque filiis: *Esti omnes capituli nostri capelli lingue effelli fuerint, non valebunt ob tanta vestra beneficia dignas referre gratiarum actiones.*

IV. Ut autem quod dicturi sumus hoc capite, facilius intellegatur, observandum est, evocatos à Narsete Longobardos, in Italiam à Gothis ereptam & Imperio restitutam irrupisse, Alboino duce, adeo felicibus auspiciis, ut regnum in Traupadanis regionibus, regiamque Ticini constituerent. Fama gentis concussus Imperator Iustinus II. Longinum Exarchi titulo ornatum mittit anno **D L X I X.** qui hostium impetum exciperet, & Italix statum ordinaret. Ille præsidia in præcipuis civitatibus constituit, sub Præfectorum imperio, qui relicta veteri Corredorum, Comitum, Præsidum, & si qua alia esset, appellatione, Duces militari nomine dicerentur, & ab Exarcho penderent qui Ravennæ sedem suam collocaverat. Hinc Roma, Neapolis, Beneventum, Spoleum, Duces suos accepserunt. Anno **D C C X V.** Luitprandus Rex Longobardorum atritam superioribus bellis Exarchorum potentiam, & diffidius intestinis laborantem, evertere studuit, Ravennam capit, & diripit. Fugatum Paulum Exarchum, Venetorum copix in urbem atque ditionem reposuerunt. Sed Aistulfus Rex benigniore fato usus anno **D C C L I I.** Ravennam iterum obsessam ad deditorem compulit, Eutycium Exarchorum ultimum, à ceteris urbibus destitutum, in Graciam abire coëgit. Ravennâ captâ, Romam sibi obnoxiam putavit, eodem jure quo Exarchis paruerat, Stephano Papa conditionem tributi rejiciens, Vrbem invadit. Sed Pippini Regis Francorum auxilii, bina expeditione in Italiam illatis, Aistulfus ad modestiam redigitur: restitutus non solum Romanæ Ecclesiæ patrimoniis quæ nefariè invaserat, sed etiam Exarchata Ravennæ, & adjunctis provinciis quas subegerat jure belli.

V. Has provincias Romanæ Ecclesiæ Pippinus donavit, etsi à Legato Imperatoris Constantinopolitani rogaretur impensissimè ut eas Imperio restitueret. Sed generosus Princeps pietatem suam lædi passus non est, neque à liberandæ Ecclesiæ Romanæ proposito dimoveri, quam Græci, hæresibus infames, æquè premebant, ac Longobardorum

Longobardorum avaritia, & ambitio. Quare postquam Legato denuntiasset se bellum adeo arduum non suscepisse nisi in B. Petri honorem, donationem scriptam Exarchatus Romani transmisit anno septingentesimo sexagesimo octavo. Contenderunt per aliquot annos à Pippino Constantinopolitani missi Legatis ut res donatas Imperio restitueret, sed immotus permansit, eam precipue ob causam, quod fide Christiana à Græcis violata, tuta sub illorum principatu esse non posset Ecclesia Romana, quemadmodum illi per epistolas suas identidem suggerebant Stephanus III. & Paulus Pontifices. Donatio verò Pippini ita pœnitenda non erat, quin tres provincias, Picenum, Flaminiam, & Æmiliam, & in iis viginti præcipuas civitates complecteretur, enumeratas ab Anastasio & à Stephano, in quibus Ravennâ, Ancona, Bononia, & Ferraria eminebant. Desiderij Longobardorum Regis ultimi auctari iterum mota sunt arma in Adrianum Pontificem; Ferraria, Faventia, Comaclum occupatæ; jàmque Desiderij Urbi infestus minatur. Pontifex, in illa rerum calamitate, patriæ donationis eviçionem à Catolo Magno Francorum Rege petit, atque ita Deliderij impietas, Gallorum arma in se provocavit: qui regni fortunam Ticini secum obfessam, deditione tandem in Catolum tranquille anno septingentesimo septuagesimo tertio. Novo regno auctus Carolus, non solum primam Pippini beneficentiam confirmavit, sed immensis quoque largitionibus eam variis temporibus amplificavit, ut testantur Anastasius & Adriani epistolæ. Tusciam solidam cum insula Corsica, Capuanam provinciam sive Campaniam, Beneventanum & Spoletanum Ducatus, & provincias Venetiarum & Istricæ, antiquis donationibus adjunxit: quæ hodie in varias dynastias discretæ, à Romana Ecclesia per temporum injuriam serè omnia abjudicatae sunt. Tuscia à Ducibus Florentinis majori ex parte occupatur, Corsica à Ianuensibus; Venetiarum & Istricæ provincias Respublica Venetorum & Austriaca domus partitæ sunt. Neapolim, Campaniam, Aprutios, & Apuliam retinet quidem Hispanus, sed feudi jure. in quo Gallicanæ liberalitatis vestigia supersunt. Existimabit forte aliquis munificentie illius omne decus in Pippinum & Carolum ita redundasse, ut in hodiernos Reges nihil præter honestam recordationem derivari possit, idèoque ut obstrictam quidem Romanam sedem summis Caroli Magni beneficiis nullus distiteri possit, ita propagatum in hanc usque ætatem obligationis hujus

vinculum non sine pudende adulationis sufficitione dici posse videatur. Sed cum donationes modum, conditionem, & legem accipiant quas donator dicere voluerit tempore contractus; videndum est an id fuerit Pippini & Catoli consilium, ut in futurum quoque regno suo prospicerent. Sanè inveniemus, ut perpetuum erat beneficium, neque iis quæ usu consumuntur rebus mobilibus, aut quæ functionem accipiunt in suo genere, sed rebus soli, & immobili provincialium possessione constabat, ita quoque Pippinum & Carolum æternam expectasse, in gratiam regni Francorum, naturalem ad arduam obligationem. Eam verò legem à Pippino dictam, ut res donatæ pignus quoddam essent æternum mutux inter Romanam sedem tegnumque Francorum benevolentiz, docet Paulus Papa in epistola ad Pippinum. Laudata enim ejus Principis constantia, quòd Græcorum munera respuisset, & donorum suorum perennitatem Ecclesiæ Romanæ spondidisset, subjungit: *De nostra itaque paritate & dilectione, quam erga vos & concilium à Deo protectum regnum Francorum habere dimensimur, credimus jam vos plene esse satisfactos. Pro quo, & ampliori certificatione, Deum celi testem prefertentes, in eas nos caritatis dilectione, quam cum sancte recordationis domno & germano nostro beatissimo Stephano Papa, & per eum cum amicis Pontificibus, vos, vestrique suboles, & concilia vestra proles, atque universum regnum Francorum, usque in finem seculi conservare spondidistis, & nos etiam atque nostros successores Pontifices confitemur esse permanentes, pro exaltatione sancte Dei Ecclesiæ, & fidei orthodoxæ defensione.* Caroli quoque consilium luculentè explicat Anastasius, si rectè ejus verba capio, cum donationis suæ instrumentum corpori B. Petri manibus suis imposuisse dicit, *pro firmissima cautela, & æterna æminis sui & regni Francorum memoria.*

V. I. Ludovicus Pius Imperator beneficia patris & avi Sardinia & Siciliæ donatione cumulavit: cui dono hanc legem addidit, ut electi Pontifices post consecrationem suam Legatos suos ad Reges Francorum mittant, qui inter eos amicitiam, caritatem, & pacem socient, ut ille loquitur. Reliquam Apuliz partem & Calabriam à Sarracenis & Græcis Ludovicus II. armis ereptam Carolus Calvus Romanæ Ecclesiæ concessit, ut testantur Annales Fuldenfes, unà cum mero jure supremi dominij, sine consortio Imperatorum retinendo. *Ab illa autem die, inquit Eutropius Longobardus, honorificæ consecrationis regia dignitatis nemo Regum, nec Imperatorum adquisivit.*

Anastasio in vita Pippini III. de Legato Desiderio atque paxa scriptura narrat, ut Romanorum archiepiscopus, vel servus servorum sancte Romanæ ecclesiæ in octavo de rebus imperialis rebus dicitur. Ioh. de Pippino affirmat eum sua consuetudine per antea hanc servasse. Et in epistola ad Pippinum dicitur, quod per antea hanc servasse. Et in epistola ad Pippinum dicitur, quod per antea hanc servasse.

Paulus Papi ep. ad Col. Caroli.

Anast. in vita Hadri.

Annal. Fulden. l. 1. c. 11.

Annal. Fulden. l. 1. c. 11.

Eutropius Longobardus c. 11. c. 11.

CAPVT XI.

Synopsis.

I. Quaratione Roma ad Romanam Ecclesiam pervenerit, disputatur. Leo Isauricus Gregorium I. ob novam censuram quem à Romano exigi non sinebat, interfectum curat. Quis ibi censuram. Edictum deinde de imaginibus deiciendis Romanam missam. Omnes Itali exasperant pro salute Pontificis, & Ducem sibi eligunt.

II. In Romani Ducis electione, qua fuerint partes Pontificis. Illi licet quid libuit, sed jure ordinario hoc populo competeat. Magna tunc Pontificis reverentia per Occidentem. Ejus sedes Roma constituta, ut pacem Regibus procurat. S. Petrus ut territus Deus, Gregorius Italos compescit à rebellibus.

III. Concilio Græcorum historicorum cum Latinis. Quaratione intelligendum videtur quod alium Græci, Gregorium ab Imperio abduxerit provinciam Italia. Cum Exarcho rediit in gratiam, & consularitatem Roma quoque restituit. Leonem non excommunicavit, sed Gregorius III. generalibus verbis.

IV. Leo Imp. Ecclesia Romana patrimonia invasit. Eorum rediit, & Theophanem, qui perperam explicat ab Alemanno. Episcopalem error in donatante Ludovici Py explicanda.

V. Pontifices post latifundia invasa, & heresim Leonis, ejus imperium collatum, & Republicam amplexi sunt, ut patet à Gregorio III. & Zacharia. Exarcho pulso, Aistulfus Rex Roma mixtur. Legatus Constantinis Copronymi in urbem advenit. Stephanus III. illi se adiungit ad repetendum Ravennam à Longobardis. Auxilium prius ab Imperatore Orientis. sub eorum imperio Roma buccisque hostis. Cum nulla spes praesidijs Græcia, Stephanus arma Pippini implorat.

VI. Immutatio in Romana urbis administratione, post victoriam Pippini, & donatorem Exarchum. Una cum provinciis, Pippinus consulit Ecclesiam Romanam Patriatus dignitatem & auctoritatem. Patriatus quoque Romanorum delatus Pippino, electione, Romanam Patriatus in solidum subdita, Romanus Pontifex, & Regibus Francorum. Probatur Patriatum collatum fuisse à Pippino, ex Hadriano, unde quoque Patriatus auctoritas ostenditur. Communitio Patriatus Romani probatur ex epistolis Pauli Papa.

VII. Plena administrationem rerum civilium in urbe Roma posthac Pontifices exercent: ut patet à Gregorio III. Ceterum nondum reverentiam Imperio CP. debitam deposuerunt. quod ostenditur ex epistolis Hadriani. Inde prius ratio cur Patriatus solam collatus fuerit Stephano à Pippino, & vice versa, cur etiam in donatantibus merito Romana urbis solta non sit. Administratio Rom. Pontificum probatur quoque à Ludovico Py donatante.

VIII. Patriatus Romanorum concessus regibus nostris, apud jure cum Patriatus Exarchorum à Hadriano, & Hieria Carolo ad Leonem III. & ex Eginardo. Populus Rom. sacramentum fidei prestat Carolo Patri.

IX. Auxilium Romanis à Carolo missis, ut de auriisque Patriatus confirmando cum Leone tracta-

ret. Patriatum revertunt in dominatam urbem. Quo d significatur Læranensis pistoris, ex conjectura auctoritatis. Tunc dicitur Leo III. à Romanis Dominus Nobis: & Carolus quoque, Cujus esse dicitur civitas Romana, à Paulo Diacono.

X. Ex hoc dominio gradus factus ad Imperatoriam titulum. Eam Carolo Pontifex contulit, jure supremi domini, quo pertinebat in Romanam civitatem. Nonnullum instituit, sed infirmavit. Qui solus erat in dominio, de sua dignitate aliquid derivit. Carolum adorat. Tunc amine discerunt à Græcorum imperio. Explicatur Theophanes.

XI. Post imperium delatum Carolo, consensum domini remansit. Carolus res capis damnas Romæ, qui rei erant læsa majestatis erga Leonem. Consensum quoque probatur à constitutione Lothary, qui legem condidit Romanis ex auctoritate Papa & sua. Sententia illius legit. Carolus Calvus consensum amovit, & omnibus regis juriis cessit, Roma deinceps sub saluti Pontificis dominis, à Constantino Porphyrogeneta.

XII. Quibus gradibus Reges Francorum supremam Romanam civitatem dominium in Romanos Pontifices contulerint, breviter recensetur, & explicatur donatio Ludovici. Postquam sibi Pontifex sine commutatione Domini successit, nomen suum in annorum computantibus adhibuerunt. Omnem auctoritatem fecerunt à Regibus Francorum Italian.

IN enumeranda rerum donatarum serie, Romam ejusque Ducatum consulto omisi, quia vix constat quo pacto Summorum Pontificum dominio adscripta fuerit. Atramen si attentius rerum gestarum ordo expendatur, ad illius arcani cognitionem perveniri poterit. Nicolaus Alemannus id unum sibi expedire visus est, à Carolo non fuisse collatam. Quo autem jure à Græcis ad Romanam Ecclesiam confluerit, omnino dissimulat. Vir doctissimus existimat Carolo accepto ferendam Romani Ducatus donationem. Sed non minor restat difficultas discutienda, de jure Caroli, qui nec bello à Græcis Romanam civitatem, ut ceteras quasdam provincias, repetivit, nec in eam jure Longobardici regni aliquid sibi vindicare potuit. Quare paulò altius historię series repetenda est, maxime cum illustriores aliquo eventus, nondum satis planè discussi, occurrant. Leo Isauricus Constantinopolitanus Imperator, infensus Gregorio II. non ob novas opiniones, sed quòd novum censum agi in Romana provincia non pateretur, eum per Marinum Spatharium Ducem Romanum, deinde verò per Paulum Patricium & Exarchum interfici curavit. Sed impius conatus auxiliis Longobardorum & Spoletanorum elusus est. Censui ille, cujus exactionem Gregorius impedivit, erat capitatio et similis quam Siciliæ & Calabriae indixit, de qua hæc sunt Theophanis verba: φέρει κεφαλῶν τῶ πρῶτῳ μέτρησι

Anastasio in vita Gregorii II. Proterunt Exarchus Imperatoris infensum, tandem Pontificum interfectum interficere, et quodammodo in provincia jussum preterbatur.

ratoris nomine, Exarchi persolvebant. Ludovicus enim de iis pensionibus, censibus, & donationibus loquitur, conceptis verbis, quæ Reges Longobardorum è Tuscia & Ducatu Spoletano exigere soliti erant, quas à regio Longobardici regni ærario recidit, & Romanæ Ecclesiæ liberaliter dedit.

V. Latifundiorum & patrimoniorum captiones ab hæreticis Principibus profectæ non abalienarunt Pontificum animos quin Imperij maiestatem colerent, ut pater ex epistola Gregorij III. ad Bonifacium, quæ data est imperante Domino piissimo Augusto Leone, imperij ejus anno vicigesimotertio, sed & Constantino Imperatore ejus filio anno vicigesimo. Stephanus quoque Patritius & Dux Romanæ civitatis celebratur sub Gregorio III. & initis Zachariæ. Hic Pontifex quatuor oppida, quæ à Romano Ducatu Longobardorum Rex Luiprandus avulsisset, restitui impetravit, adjecto viginti annorum fœdere. Ticinum profectus, iterum exorato Rege, infestas Longobardorum copias à sinibus Ravennatum ab Eutychio Patritio & Exarcho rogatus avertit, atque duas partes territorij Cæsenatis à Longobardis invasi reipublicæ restituendas obtinuit, tertia parte pignoris jure retenta, donec Legati redirent, quos Constantinopolim Rex Longobardorum miserat. Non potest liquidius demonstrari retentam hac tempestate à Summis Pontificibus Imperij curam, & imperatorios magistratus Ravennæ & Romæ rebus administrandis præfuisse, ita tamen ut spes omnis conservandæ Italix in summa Pontificis dignitate collocata esset. Quare Zachariæ iterum laborandum fuit adversus Rachim Regem Longobardorum, Romanæ provinciæ infestum, quem oratione sua exuit armis & sceptro, & ad monachicam vitam amplectendam impulit.

Hactenus fœdera satis bene cesserant, & dignitatis pontificiæ ratio habita fuerat, cum etiam Aistulfus fœdus in annos undecim pepigisset. Sed potentiori, belli causæ non defuerunt. Ravenna capta, Eutychio pulso, ut antè dixi, Stephanus Pontifex à fœdisfrago Rege ipsi quæ Roma petitur. Nondum Romani deseruerant Imperatoris obsequium. Adest missus Romam à Constantino Copronymo Ioannes Silentarius, cum literis ad Papam & Aistulfum. Legatum Ravennam adeuntem comitatur Paulus Diaconus, frater Stephani III. ut provinciarum restitutionem impetret ab Aistulfo, sed frustra. Quare Stephanus suis quoque Legatis cum Imperatore, licet hæretico, summopere contendit ut valido

exercitu instructus quantocyus adventet ad tuendas Italix provincias urbemque ipsam. Cùm autem nulla spes præsidij è Græcia superesset, unicum salutis subsidium Stephanus censuit Gallicanæ pietatis arma implorare. *Cernens, inquit Anastasius, ab imperiali potentia nullum esse subveniendi auxilium;* tunc decessorum exemplo, Regem Francorum suis literis ad auxilia mittenda sollicitavit. Huc usque Romana civitas, licet calamitarius belli vexara, inperium Constantini Copronymi agnovit.

VI. Pippini de Aistulfo victoria, & collatus Romanæ Ecclesiæ Exarchatus, statum Romani Ducatus immutavit. Si tabulæ fœderis in Carisiaco facti à Stephano cum Pippino exarant, non esset laborandum de conditionibus, quas tamen ex eventu colligere licet. Monumenti libri primi capite ultimo, à Stephano & Proceribus Romanis Patriaciatum Romanum Pippino & ejus filius collatum, ut vice versa Pippinus Stephano Exarchatum sponpondit. Non opus est verborum circuitu. Pippinus non solum provincias Ravennæ subiectas, sed etiam omnem Exarchorum dignitatem & imperium Romanæ sedi contulit, quod Romanæ quoque civitatis administrationem complectebatur, quæ summæ jurisdictioni Exarchorum parebat. Pippinus quoque Patriaciatum Romanum suscepit, id est, consortium imperij in Romana urbe & provincia. Quod in hac calamitate Romani liberum sibi esse putarunt, propter necessitatem defensionis, sine injuria Constantinopolitanorum, ut inferius dicitur. Iraque duobus in solidum Patriciis exinde Roma paruit, quod deinde continuatum est sub Imperatoribus Occidentis, ut statim dicam. Hac nova animadversione res alioqui obscura poterit illustrari. Quod quidem apertius erit ex quotidiano usu alienationum patrimonij regij, quibus sæpissime redditus annui tantum & jurisdictioni ordinaria transferuntur, sed aliquando etiam Ducis vel Comitibus dignitas unâ cum imperio confertur. Hujus generis erat Pippini munificencia. Non enim solas provincias & civitates, sed solidam Exarchatus seu Patriaciatus dignitatem contulit. Cujus rei testis est Hadrianus I. qui à Carolo postulavit ne Ravennanos vel Pentapolenses, ad se commentes, sine pontificis literis susciperet, & si qua de re conquererentur, ad iudicium Romanæ sedis eos remitteret, ut integer & illibatus permaneret Patriaciatus à Pippino collatus. Sed præstat integrum locum describere, ex quo id constat quod propius, & præterea quæ tunc esset Patriaciatus significatio, nempe

*delictis ab eo
insignita ingratæ,
propterea sollicitus
dumtaxat. Iste
fuit sententiam
per eum male
quæ Reges insulas
nullo regum
verum sine nobis,
quæ quilibet al-
terum cum impo-
nere prælatum?
Et deprecari in-
periculum clamant
quod per ipsum
fuerunt, cum
sacerdoti ad men-
dam sui Italia par-
tas modo omnia
adventer, et de
impugnare hujus
mentium Roma-
nanæ hinc orbem
vel quilibet tre-
fidum proventum
sacerdoti.*

Anastasis in vita
Stephani.

Anastasis in vita
Stephani III. In
perisistam con-
suetudinem hujus
modi, vel sub-
stantiam in rebus
sacris adque
re ipsas.
Anastasis in vita
Stephani III. Con-
traque Romanam
Imperii imperio-
licetiam, sed
fuerit idem san-
cti hujus Pontificis
regem passim
suntque et ad
ad unum prælati
Regis omni dicitur
adventum om-
nem insistentem,
in Republica sua

sumum imperium cum dignitate conjun-
tum. Sed quasimus vestram regalem poten-
tiam, nullam novitatem in holocaustum quod
B. Petro sanctæ recordationis genitor vester obtu-
lit, & vestra excellentia amplius confirmavit,
impetere satagas: quia, ut satis est, honor Pa-
triciatus vestri à nobis irrefragabiliter conservat-
ur, etiam & plus amplius honorifice honoratur.
Simili modo ipse Patricius B. Petri fautoris
vestri, tum à sanctæ recordationis Domino Pippino
magno Rege gentem vestra in scriptis in
intero concessus, & à vobis amplius confirma-
tus, irrefragabiliter jure permanet. Patricij di-
cti, illo seculo, & superioribus, qui provin-
cias cum summa auctoritate sub Principum
imperio administrabant. Hinc Narfes
Patricius in Italia, apud Iustinianum; Salomon
Patricius Africae, apud Victorem
Tununcensem; Priscus Patricius Orientis,
apud Gregorium M. & alij apud auctores,
quorum testimonia sunt nonnulla. Ejus ge-
neris fuit Patriciatu uterque Romani Pon-
tificis & Regum Francorum. Communio
hujus Patriciatu patet ex epistola Senatus
populique Romani ad Pippinum, qua juxta
Regis illius monita profitentur se fideles ser-
vare esse Romanæ Ecclesiæ & Pauli Papæ,
quemadmodum se fideles Pippini inscribunt.
Ex eo etiam manavit quod Paulus Papa ait
Spoletanum Ducem ejusque Satrapas in
sede B. Petri & Pippini sacramentum pte-
buisse.

VII. Itaque post ista tempora plenam
in rebus civilibus administrationem Romæ
Pontifices exercuerunt, nisi rebellionum
motibus aliquando impedirentur. Unde
statim atque Hadrianus I. electus fuit,
quosdam proceres exilio damnatos per tu-
multum revocavit in urbem, alios è carce-
ribus dimisit, teste Anastasio. Deinde cum
de Sergij Secundicerij nece ulciscenda age-
retur, Primates Ecclesiæ, & judices mili-
tiz, Hadrianum adserunt, emixè rogantes
ut de reis questione fieri decerneret.
Quorum alij quidem erant adscripti clero,
alij è laico ordine, & inter ceteros Leona-
tus Tribunus. Tum, inquit Anastasius, pra-
fatus sanctissimus Presul, precibus judicum uni-
versisque papali Romani, jussit contradere ense-
fatam Calulam Cubicularium & prænominatos
Campanos Praefecto urbi, ut more homicidarum
eos coram universa populo examinaret. Auctor
vero nefandæ illius cædis Paulus Cubicu-
laris, Ravennæ tanti facinoris poenas luit.
Ceterum non dissimulandum est, Pontifi-
ces ea tempestate nondum ab Imperato-
rum majestate colenda recessisse, & iisdem
conditionibus cum illis egisse quas Exar-
chi & Patricij olim implebant. Id colligi-

tur ex eo quod Hadrianus poenam capitis
à Paulo amoliri cupiens, illi exilium indi-
xit, deportarique in Græciam iussit; sed
plenam criminis indulgentiam, & depor-
tationis locum, ab Imperatoribus postula-
vit: quamvis literæ perlatæ non fuerint,
dolo Ravennatis Episcopi. Adscribi fecit sug-
gestionem suam Constantino & Leoni Augustis
magnisque Imperatoribus, inquit Anastasius,
significans de ipsius Sergij cæci impia morte, ut
que deprecans eorum Imperiales amentiam, ut
ad emendationem tanti reatus ipsi Paulum sus-
cipi & in ipsius Græcia partibus in exilio man-
cipatum recineri præciperent. Extat in Actis Sep-
timate Synodi ejusdem Hadriani epistola ad
Constantinum & Irenem, qua illos tan-
quam dominos verbis quàm submissis affa-
tur; ut dubitari non possit quin supremum
imperium Principum Constantinopolita-
norum agnoscerent. Unde patet ratio cur
Pippino à Romanis collata fuerit sola Pa-
triciatus dignitas, vicissimque Pippinus
Stephano solum Patricium contulerit,
non autem regium vel imperatorium no-
men, quoniam, ut dixi, nondum Græco-
rum jugum omnino deposuerant; ideòque
iisdem dignitatum titulis utebantur quos
Imperatores conferre solebant. Eadem ra-
tione in donationibus Pippini, Romæ nulla
mentio facta est, quia sine injuria Imperij,
ejus urbis proprietatem in Romanum Pon-
tificem specialiter transcribere non po-
terat, quemadmodum ceteras Exarchatus
provincias, quas jure belli à Longobardis
eriperat, in validis ad ea bella suscipienda
& recusantibus Græcis. Itaque satis visum
est Patriciatu collato, imperium Exarcho-
rum in ceteras provincias, & per conse-
quentiam in Romanam civitatem, ejusque
Ducatum, transferre; majestate Imperij
Orientalis non omnino læsa. Hoc suum
esse consilium Pippinus satis docuit iis li-
teris quibus post collarum Exarchatum, Sen-
atum Populique Romanum monuit ut
constantiani fidei suæ B. Petro & Paulo
Pontifici demonstrarent. Præter eas pro-
bationes quæ peuntur ex historia, Ludovicus
Pius, in donationis instrumento, satis tes-
tatur ante sua tempora possessam à Ponti-
ficibus Romanam provinciam, non solum
à Leone, cui concessam à Carolo vir doctis-
simus putavit, sed etiam ab aliis. Etenim
Paschali I. qui Leonem exceperat, Concede,
inquit Ludovicus, per hoc pactum confirma-
tionis vestra, sicut à predecessoribus vestris us-
que nunc in vestra potestate & ditione tenuistis
& disposuistis civitatem Romanam, cum Ducem
suo &c. etsi non omnino anxie de variis ad-
ministrations gradibus sollicitus fuerit.

Hadrianus in 31
Codice Carolini.

Pipp. in. & 16. in
Codice Carolini.

Anastasius in vita
Hadriani I. En-
dora heri qua cir-
citer 11. crevit
sine subdito illis
An. in Romanæ ur-
bis non de Cere,
quoniam de miltia,
que in ceteris ad
transfere D. Leo-
phanti 11. ferebat
à Paulo cubicu-
laris sed de vili-
pato que in arde
cubiculari mone-
ti ut remissi erant
subiecte sunt.

Ep. 14 in Cal.
Cod.

VIII. Restat ut aliqua dicamus de Patriatiu Pippini & Caroli. Superius obseruatum est ex Hadriani epistola, utrumque Patriatum aequali gradu stertisse. Nec profecto ulla ratio evincit cur novam Patriatius significationem comminiscamur, alienam ab ejus seculi usu, ut de Regum nostrorum dignitate & auctoritate detrahamus. Quare iterum dico, merus Patriatus Romanorum Pippino à Stephano & Romanis per electionem collatus est, quo defensiono & patrocinio & Ecclesie Romanæ præcipue continebatur, (quæ de te alibi dixi) sed præterea etiam integra & solida Patriatij dignitas & auctoritas. Hoc professi sunt Romani, quando Carolum à Papæ obidione Romam advenientem, veluti Exarchum & Patrium susceperunt: *Obviam illi ejus sanctitas (id est, Hadrianus) dirigens venerandas crucez, id est, signa, sicut mos est ad Exarchum aut Patrium suscipiendam, cum cum ingenti honore suscipi fecit.* Post obitum Hadriani, Leo III. itam à pontificatu suscepto, suæ electionis certiorum reddidit Carolum, & obedientiam illi atque fidelitatem spondit, ut docent Caroli literæ ad Leonem, apud Alcuinum.

Quæ obedientia non ad personam Pontificis referenda, sed de populo Romano intelligenda est; ut ego quidem existimo, sicut egregio Eginhardi loco, qui difficultatem omnem de Patriatus auctoritate solvit. *Roma, inquit, Hadriani defuncto, Leo pontificatum suscepit. Et mox per Legatos suos claves confessionis S. Petri, ac vexillum Romanæ urbis, cum aliis muneribus Regi misit, rogavit, que ut aliquem de suis optimis hinc Romam mitteret, qui populum Romanum ad suam fidem acque subjectionem per sacramenta firmaret. Misit is ad hoc Eginbertus Abbas monasterij S. Richarij. Fides illa & subiectio populi Romani, jure Patriatus debebatur Carolo, quam novis sacramentis adhibitis confirmari Leo cupiebat. In eam rem missus est Eginbertus, cui non hoc solum Carolus mandavit, sed etiam ut tractaret cum Leone quid ad stabiliendam utriusque potestatem necessarium foret, cum sibi esset in votis fœdus idem cum Hadriano renovare cum Leone ejus successore.*

IX. Tractatus habiti cum Carolo monumentum Leo posuit in pictura illa qua tricinij à se in Lateranensi palatio ædificati cameram exornavit. Extant ex opere vermiculato imagines S. Petri, Leonis Papæ, & Caroli. Sed & Petrus in folio, dextrâ porrigens orarium Leoni, & sinistra vexillum Carolo. Ad sunt quoque inscriptiones hujus negotij interpretes, hinc, *sanctissimus D.*

*N. Leo Papa. ihinc, D. N. Carolo Regi. Nicolaus Alemannus existimabat aliquod arcani hac tabula significari, scilicet transactionem Imperij ad Carolum, & restitutionem Leonis in sedem suam. Goldastus censuit historiam rei gestæ insinuari, nempe electionem Papæ, & vexillum Patriatus ab eo missum ad Carolum. Mea verò conjectura hæc est, innovationem quæ post colloquium Angilberti cum Leone in Romanæ civitatis imperio accidit, hac tabula postea designari. Patriatum enim uterque, Leo & Carolus, in dominationem vertere, & suprema jurisdictioni quam exercebant, proprietatem & dominum Urbis adjunxerunt. Hæc est *honori stabilitas, & Patriatus firmatas*, de qua constituenda consilium iniri volebat Carolus. Nullus Pontificum ante Leonem III. *Dominus Noster* inscriptus est, ut fatetur Alemannus. Post illum, eo titulo in scriptis & in acclamationibus Pontifices *Dominus Noster* apud Romanos au jure ceperunt. Ad perpetuum hujus rei memoriam, nominis quoque usum est: in cujus altera facie simulacrum Petri cum clavibus humero impositis, in averfa hæc inscriptio expressa est, *D. N. Leoni Papa.* Titulus domini verat ne Leoni I. tribui possit, ut placuerat Illustrissimo Annalium conditori. *Dominus* quoque dicitur Carolus in hac inscriptione. unde fluxit ut Paulus Diaconus, cum breviationem Felci Carolo nondum Imperatori dedicaret, *Romuleam vestram civitatem* diceret.*

X. Hic domini titulus Leoni & Carolo adscriptus, gradus fuit ad Imperij dignitatem adipiscendam. Quod accidit post quatuor annos. Cum enim Romam se Princeps contulisset, ut injuriam illatam Leoni ulcisceretur, vicem tanti beneficii Leo rependens, ut loquitur Theophanes, Carolum Imperij corona auxit. Id factum die Natalis Domini, inter Missarum solennium, cuncto Romano populo acclamante: *Carolo Augusto à Deo coronato, magno & pacifico Imperatori Romanorum, vita, victoria.* Quæri solet magna contentio, quis Imperium Carolo contulerit. Duobus verbis Anastasius eam controversiam dirimit: *Ab omnibus constitutus est Imperator Romanorum* Sanè ut distindendum non est tanti momenti negotium sine consensu populi Romani, cujus maximè intererat, confici non debuisset, ita negari non potest quin præcipue partes essent Romani Pontificis; non solum ratione unionis & sacræ inaugurationis, sed etiam ratione novæ auctoritatis quæ tunc Carolo conferbatur. Itaque verè dici potest, Leonem III. contulisse dignitatem imperatoriam Caro-

Vide H. u. c. 11.

Anastasio.

Caroli ad Leonem ap. 14 apud Alemannum. Pontificis exactionem ap. vobis istam, quæ ante decessum Hadriani, vel de, ut fatis, quæ post fatis, sicut etiam fatis memoratur, sicut in Leontium ubi observamus, quod in possessionem ad nos pervenit. Nicolaus Alemannus non loquitur ad nos, sed ad nos, de eorum conditione. Et Hadrianus in hac rubrica ad us. 724.

Ep. Co. ad Leonem, Angilbertus usque sanctissimus dixerunt, in exaltatione munita consilium quod quæ ad stabilitionem facta Dei Trinitate, vel ad stabilitionem hinc usque, vel in p. oblatione usque firmamentum, usque firmum indicatur. ne dicere in consilio usque prodefferunt usque sanctissimus inq. Et cum lateranensi usque clypeo sicut de camera usque oblatione facta faceret de fatis Trinitate hic Alemannus, fatis Patriatum, quæ

ad nos habet, nec in fatis, ut Carolus dicitur fatis per arch. fatis Hadrianum, non autem fatis fatis in fatis. ut quædam in fatis.

Mod. Alem. D. C. fatis, c. 11.

Paulo Diacono, in ap. de fatis. fatis. Et præterea fatis, nec, velis fatis, fatis.

Theophanes in Chron. à fatis. Kaparò duarò fatis. fatis fatis. fatis. fatis. fatis. fatis. fatis.

Anastasio in vita Leonis III.

lo: quam non instituit de novo, sed jure supremi dominij, quod Romæ obtinebat, in rudibus antiquæ urbis latentem restauravit. Quæ in re de suo quoque aliquid contulit. Etenim qui antea consortes erant & focij ejusdem dominij, nunc inæquali fœdere conjungi videntur in detrimentum aliquod pontificiæ dignitatis. Quare statim post illam renuntiationem Carolus à Leone Pontifice *more antiquorum Principum adoratus est ac deinde, omisso Patricij nomine, Imperator & Augustus appellatus*; ut observat Eginhardus. Adoratio illa pro hominum conditionibus varia. Infamæ sortis homines purpuram Principis, aut pedes, hi manus, pro sua quisque dignitate, Patricij verò pectus, deosculabantur. Leo pectoris vel etiam oris osculo novam Augusti dignitatem profectus est. Et Carolus ipse, ut splendorem sibi adjectum restaretur, omisit Patricij nomen, & imperatorium assumpsit. Tunc aperte professi sunt Romani se ab Imperio Græcorum discessisse. Quæ ratio Theophanem impulit ut scriberet ab eo tempore Romam ad Francorum potestatem redactam: *ἡρωσθη τοῦ ἰμπερῆος ἐκ τῆς ἑσθίας ἐκείνης καὶ τοῦ τοῦ ἐπιτοκίου τῆς βασιλείας.*

XI. Attamen consortium dominij oblitteratum non est, etsi accessione dignitatis in Carolo pontificia majestas aliquo pacto premi videretur. Quare post Imperium susceptum Carolus ut *majestatis lege* reos capite damnavit Romanos illos qui vitæ Leonis infidiatæ erant. Quia sententia summum Leonis in urbem imperium suumque sancivit; maxime cùm precibus Leonis pecuniam damnatis condonasset. Consortium quoque dominij probatur luculentissimè ex constitutione Lotbarij Imperatoris, qua prudentissimè cavet ut populus Romanus delectum unius legis faciat, ex cujus præscripto judicia peragi possint. Perturbata enim erat ratio judiciorum ob multitudinem populi à variis regionibus in urbem confluentis, qui Longobardica, Francica, vel Romana lege, pro suo quisque arbitrata, nunc hac, deinde illà judicia reddi contendebat. Præcipit ergo Lotharius, ut quam legem ex illis populus elegerit, ejus præcepta sectetur; *cujus violatæ poena illi infligetur per dispensationem Pontificis & nostram*, inquit Lotharius. Carolus Calvus Imperator à Ioanne VIII. renuntiatus, consortium illud amovit anno octingentesimo septuagefimo sexto, solidumque jus in civitatem Romanam sedi apostolicæ tribuit. Vnde post aliquot annos conquerebatur Eutropius Presbyter Longobardus, jura & consuetudines regni à Carolo in

Pontifices transcripta; adeo ut qui vice Imperatoris præfectus erat Romanis, tunc illis subiectus esset. Quare eleganter Constantinus Porphyrogeneta Imperator CP. juxta seculi sui statum scripsit circa annum nongentesimum decimum quartum, triginta annis post Caroli Calvi liberalitatem, à Romano Pontifice Romam jure dominij teneri; *ἡμεῖς ἐπιτοκίας τῆς τοῦ ἐπιτοκίου τῆς βασιλείας καὶ τοῦ ἐπιτοκίου τῆς βασιλείας.*

XII. Ceterùm non est prætermittenda gravis difficultas quæ oritur ex donatione Ludovici Pij, qui nihil sibi auctoritatis neque in Romanam provinciam neque in ceteras reservavit, præter solas preces & *intercessionem* suam erga Pontificem, si quis à judicibus oppressus ad se confugeret. Sed nostræ sententiæ hoc nihil adversatur, quin potius Regum nostrorum pietatem commendat. Etenim Pippinus Patriciatum Ecclesiæ Romanæ contulit, id est, supremam administrationem, reservato sibi quoque Patriciatu suo. Carolus Magnus ex fœdere cum Leone inito, dominium administrationi adjecit, dominio quoque sibi in solidum retento, absque usufructu: quod illi cum Imperatoris dignitate magis confirmatum est. Ludovicus communionem exercendæ jurisdictionis, quam in gravibus saltem causis, patris exemplo, exercere potuisset, ab Imperio removit. Solum supererat jus regni, id est, potestas condendæ legis, & fides sacramento firmatæ præstant; qua Lotharius usus erat. Hoc dominij consortium, quod in hoc articulo superesse videbatur, Carolus Calvus in Romanam sedem summa liberalitate contulit. Inde fluxit mos ille adorandi Pontificum annos in subscriptionibus diplomatum. Antea enim solis Principum annis temporum ratio constabat, juxta Novellæ Iustiniani præscriptum. Quod secuti sunt omnes Romani Pontifices in actis publicis usque ad Caroli Magni inaugurationem. Tunc enim substituerunt Orientalibus, Occidentalium Imperatorum annos, non adhibita sui pontificatus annorum computatione. Sed post seculum nonum, jure illo regio usi sunt Romani Pontifices in suis diplomatibus. Etsi enim Iudæorum Pontifices ea prærogativa fruenter ut eorum nomina in actis publicis adnotarentur, idemque jus obtinerent olim Sacerdotes Augustales Nicopoleos, ut docet Arrianus; attamen penes Christianos solis Imperatoribus hoc dabatur, donec Pontifices Romani hoc quoque jus sibi vindicarunt, postquam soli supremo urbis Romanæ dominio potiti sunt. Quare constanter asserere licet, quid-

Eginh. in Annal.

Theophanes in Chronic.

Eginh. in Annal.

Lib. 6. leg. longob. § 17. *Præsumitur in omnibus populis Romanis unumque, que qualibet valeat, ut talis legi, qualis vultur professus, ut vultur: nisi ipsa demonstratur ac hoc non potest, non indicatum dicitur, vel talis que populis suis, quod si confestim contra eandem legem fecerint, eandem legem sequantur, eandem legem professorem viderent, per dispensationem nostram.*

to omnes Presbyter Romanus perdotum cum Romanis

de professore
deus in cap. de
confessione de
deus in cap. de
deus in cap. de
deus in cap. de
deus in cap. de
deus in cap. de
deus in cap. de

Lib. 6. Machab. de
Iovane Pontifici
Iovane Pontifici
Iovane Pontifici
Iovane Pontifici
Iovane Pontifici
Iovane Pontifici
Iovane Pontifici
Iovane Pontifici

quid juris, dignitatis, & auctoritatis civilis & publicæ, in Italix provinciis, Romanæ Ecclesiæ competit, à Regem Gallix munificentiâ profectum; qui jure patrociniæ ad ejus quoque auctoritatis, quemadmodum etiam ad supremæ jurisdictionis spiritualis tuitionem, tenentur. Nemo itaque Principibus nostris invidere debet, si erga nos, nostraque, sedes apostolica indulgentius se gerit, antiquis hujus regni moribus, quæ ad salutem Ecclesiæ Gallicanæ conferunt, prudenter connivendo.

CAPVT XII.

Synopsis.

I. *Agitur de donatione sive Constantini, ut consilium commentum expendatur. Card. Baronius putat à Grecis consilium. Quod refellit vir eruditus, qui Joanni Diacono tribuit hoc signum sub Orbem primo. Hujus conjecturæ rationes. Schismaticus fuisse existimatur vulgus hujus Edicti interpolator.*

II. *Ex sententia auctoris, erat potius Romana Ecclesia studiosissima. Non refert acceptam Constantini primam auctoritatem, sed Christo. Deinde primam hic decretivam ad executionem legis divinæ, exempte Phœa, Pelenimiani, & Infimiani, Leo IX. & Petrus Damiani unum hoc Edictum ad præbendam principatum spirituales æqui ut terrenum.*

III. *Probabile est interpolatum manibus Pauli Papa, advenit Grecis. Discrepans Legationem Pontificis & Imp. CP. coram Pipino. Tria capitula hujus Edicti advenit Grecis. Primum, donatio Italie & Occidentis à Constantino. Quæ explicatur.*

IV. *Secundum capitulum repræsentat solum Patriarchæ CP. Non ex imperia, sed abn. tribuitur Constantino dignitas patriarchalis Ecclesiæ Constantinopolitana, iuxta mentem Græcorum mediæ ætatis. Sed Romana illi præferatur, & ceteris. Tertio capite, iudicium in rebus disciplina & fidei tribuitur Romano Episcopo.*

V. *Sylus Edicti non alienus ab ætate Pauli. Denotant illius membris Hadrianus I. octo annis post Paulam. Extrinsecus in Collezione Isidori eodem seculo. Extrinsecus Hincmarus & Ado, ante Ottonis I. tempora.*

VI. *Orbis III. ait à Joanne Diacono consilium Edictum. Quis fuerit ille Joannes, ex sententia Fræheri & Card. Baronij. Probabile est hoc Edictum obiectum Carolo Calvo. Expendatur verba Ottonis de dilapidatione quam Pontificibus obijcit.*

I. **Q**UOD unum superest, de donatione Constantini pauca dicenda sunt non ut eam à Constantino abjudicem, cum à præclaris viris confossa & prostrata sit, sed ut meam sententiam de consilio auctoris promam. Illustrissimus Baronius existimavit hoc Edictum à Grecis confectum, ut Romanæ Ecclesiæ principatum ab Imperatore constitutum, non autem à Christo D. N. probarent. Sed illam tanti viri conjecturam refellit vir eruditissimus Joannes

Morinus variis argumentis, illoque præcipue, quod superior illa jurisdictionis Papæ in ceteros Patriarchas, à qua tantopere sunt alieni recentiores Græci, hoc Edicto constituta sit, in quam sententiam laudatur à Leone IX. adversus Michaelem Patriarcham Constantinopolitanum. Deinde hoc Edicto jura Orientalium Imperatorum in provincias Occidentis convelluntur, ut nemo suspicari possit proculsum fuisse à Græcis in suorum Principum manifestam perniciem. His addit, centum & quinquaginta annis antequam à Theodoro Balamone transcriberetur hæc donatio, laudatam fuisse à Latinis, nempe à Leone IX. anno M L I V. à Damiano anno M L X I I. ab Anselmo Lucensi, & ab Ivone. Quare ipse existimat à Græcis quidem non esse confectum hoc Edictum, sed à Joanne Diacono in gratiam Ottonis Imperatoris & Teutonicorum, tum ut paulatim beneficia Regum Francorum, quibus Teutonici erant infesti, injecta mentione Constantini deleterentur ex hominum memoria, aut collata cum illius munificentiâ, præ tenuitate obsolescerent; tum ut Pontificum electio ipsorumque rationes omnes ab Imperatorum arbitrio penderent. Joannem Diaconum auctorem hujus signi fuisse docet è diplomate Ottonis III. Imperatoris, cujus hæc sunt verba: *Hæc sunt enim commenta ab illis ipsis (id est, Pontificibus) inventa, quibus Joannes Diaconus, cognomento Digisterum matris, Præceptum auctoris literis scripsit sub titulo Magni Constantini, longa mendacis tempora finxit. Hæc sunt etiam commenta quibus dicitur quendam Carolum S. Petro nostra publica tribuisse. Rectè autem aliquot difficultatibus satisfacit, ut asserat Ottoni III. illud diploma, de quo controversiam movet Cardinalis Baronius. In tempora verò Ottonis I. id est in annum DCCCCLXIII. conjicit hunc Joannem Diaconum; quod tunc Joannes XII. pontificia sede ab Ottono dejectus, injuriam suam ultas est adversus quendam Joannem Diaconum, naso, lingua, & duobus digitis truncatum; quem designare videtur diploma Ottonis, mutilos digitos tribuendo auctori suppositiij Edicti Constantiniani. Sed conjectura ista repugnat tum Ottoni I. qui liberalitates Regum Francorum non imitabatur, cum eas disserteret privilegio suo confirmavit, tum ipsi Ottoni III. qui donationem sub nomine Constantiniani publicatam, non ab aliquo jurium regionum studio, sed à viro Romanæ Ecclesiæ commodis addicto interpolatum fuisse profiteretur.*

II. Ego verò, ut antiquitatis ecclesiæ:

sticæ

Diploma Ottonis III. editum ab anthonio. id est, a Marquardo Trivino, & edito a Baronio ad an. 1197. p. 44.

Latipendit

sticæ periculum præstare nolum hujus Edicti confarctioatorem, ita flagrantissimum auctoritatis & amplitudinis pontificiæ assertorem polliceri non dubito, tantum abest ut eum schismaticis accensem, quemadmodum viris eruditissimis placuit. Eam sanè non solum schismaticis nefandi sed etiam hæreseos damnare non dubitarem, si primum Ecclesiæ Romanæ Constantino Imperatori acceptum referret, ut putarunt auctores superius laudati, cum jure divino in B. Petro constitutum sit apostolicæ sedis principatus. Illud autem est quod conceptis verbis profiteretur auctor illius Edicti, ut mirari fubeat à viris aliquo perspicacissimis non animadversum. Rationem reddens Constantinus cur Româ discedat, & Imperij sedem in partes Orientis transferat, *Quoniam, inquit, ubi principatus Sacerdotum & Christiana religio caput ab Imperatore celesti constitutum est, justum non est ut illic Imperator terrenus habeat potestatem.* Causas quoque referens cur potiore ceteris sedibus decernat esse Romanam, has recenset: *Iustum quippe est ut ibi lex sancta caput teneat principatus, ubi sanctorum legum institutor, Salvator noster, B. Petrum apostolatum obtinere præcipit ad eum, ubi & crucis patibulum sustinens, beate mortis sumpsit poculum, suisque magistris & Domini imitator apparuit, & ibi gentes pro Christi nominis confessione colla stellant, ubi corum Doctor B. Paulus Apostolus pro Christo, extenso collo, martyrio coronatus est.* Pontifices autem successores esse B. Petri principis Apostolorum, & Vicarios Filij Dei, superioribus verbis dixerat. At, inquit, hunc primum jure suo decernit Imperator: *Decernentes sancimus ut principatum teneat tam super quatuor precipuas sedes, Antiochenam, Alexandrinam, Hierosolymitanam, & Constantinopolitanam, quàmque etiam super omnes in universo orbe terrarum Dei Ecclesias. Et Pontifex qui pro tempore ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ extiterit, celsior & princeps cunctis Sacerdotibus totius mundi existat, & ejus judicio quoque ad cultum Dei vel fidei Christianorum stabilitatem procuranda fuerint, disponatur.* Video legis verba; sed ad executionem divinæ institutionis, quod Principibus licet. Et in hac quidem causâ exemplum præbuerat Bonifacius III. qui, ut loquitur Anastasius, *obtinuit apud Phocam Principem ut sedes apostolica B. Petri Apostoli caput esset omnium Ecclesiarum, id est, Ecclesia Romana, quia Ecclesia Constantinopolitana primum se omnium Ecclesiarum scribebat.* Non hoc sibi conferri à Principi quasi jus novum postulabat Bonifacius, sed jura ætque sedis suæ à Christo ipso instituta, legis publicæ præsi-

dio muniri adversus vim Constantinopolitani Patriarchæ. A Valeonniano III. constitutionem Leo I. imperavit, quæ decernit ut *rectorem suum* Romaque Pontificem *agnoscat universitas* Ecclesiarum. Quia, ut inquit ille, *sedes apostolica primatum, B. Petri meritum, qui princeps est episcopalis corona, & Romana dignitas civitatis, sacra etiam synodi firmavit auctoritas.* Magis urget Edictum Constantini, quod prætermittit synodorum mentione, & Urbis dignitate neglecta, ad solum Christi præceptum conceptis verbis refert, non solum primum Petri, sed ejus cathedræ in urbe Roma institutionem. Iustiniano nullis vitiis vito quod Novella constitutione desiniverit Romanam Ecclesiam primam esse omnium, juxta Canones. Cur ergo schismatici adscriberetur quod auctor hujus Edicti principatum Romanæ sedis à Constantino decerni voluerit, & judicium omnium negotiorum quæ disciplinam vel fidem respiciunt, idque juxta Christi institutionem? Quare Leo IX. non dubitavit Græcis hoc Edictum objicere, non solum ad probandam regiam auctoritatem Papæ, sed etiam ad demonstrandam spirituales potestatem, quæ conservata fuit *ille privilegio, inquit ille, quod idem Princeps* (Constantinus) *quarto baptismatis sui die devotus centulis Pontificis Romano; scilicet ut in toto orbe Sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut omnes judices Regem.* Damianus quoque Cardinalis, in Disceptatione synodali inter Regium Advocatum & Romanæ Ecclesiæ Defensorem, hoc decretum allegat: *Legem Constantini Imp. editum, ubi sedes apostolica constituitur super omnes in orbe terrarum Ecclesias principatum.*

III. Tantum ergo abest ut ex hoc capite illud Edictum proscriptivum censeam, quin potius jussu Romaoorum Pontificum scriptum fuisse existumem, pia quadam indulgentia. Anno etenim DCCCLXXVII. Legatis CP. repereotibus à Pippino regionem Italiz, quas Rex Ecclesiæ Romanæ attribuerat, Ioannes Subdiaconus & Pamphilus Legati Pauli Papæ mentionem iniecerunt hæreseos à Græcis foris contra traditionem patrum, & de omnibus hujus legationis capitibus cum Græcis coram Pippino disceptarunt, quæ deo deo coeventu Gentiliacensi discussa sunt, ubi Orientalium petitio disculsa fuit. Verosimile mihi videtur tunc de consensu Pippini Regis excogitatum fuisse donationem Constantini, qua pertinacia Constantinopolitanorum retunderetur. Tria enim hoc Edictum sonneret, quæ Græcorum desiderijs omnino refragantur. Ac primò quidem, à spe recupe-

Nov. Valenz.

Nov. 13. a. 3.

Cap. ad 106. 666.

In Tracto Cito- 1166.

17. Conf. Baron. M. & alibi.

Anastasin in vita 1166. 112.

randarum Italix provinciarum dejiciuntur, cum hoc Edicto Constantinus urbem Romanam & omnes totius Italix & Occidentalium regionum provincias, loca, & civitates beatissimo Pontifici Silvestro universali Papæ concedat atque relinquat, & successorum ipsius Pontificum potestati atque ditioni per hanc divalem suam & pragmaticum constitutum decernat disponendum, atque juri sanctæ Romanæ Ecclesiæ concedat permanfurum. Quamvis autem varîe explicari possint Occidentales illæ regiones hoc Edicto comprehensæ; id tamen positum est extra controversiam, saltem Italiam, quæ discretè tribuitur, hæc donatione contineri, & aliquot regiones illi adjunctas, ut interpretatur vir eruditissimus Petrus Damianus sexcentis abhinc annis *Italiam* concessam existimabat. Orho Frisingensis Gallias & Germanias ab ea donatione Romanis sua ætate excipere solitos scribit.

IV. Secundò, fastus Patriarchæ CP. reprimitur: qui etsi honore præcellere Romanum Pontificem non inficietur, ob veteris Romæ dignitatem, attamen secundum gradum sedi novæ Romæ tribuebat, & æqualia privilegia cum veteri, in rerum ecclesiasticarum administratione. Hic verbò Constantinopolitana sedes post Antiochenam, Alexandrinam, & Hierosolymitanam recensetur; & Romano Pontifici non sola concessus prærogativa, sed etiam principatus in omnes Ecclesiâs & Universalis Papæ appellatio tribuitur. Atqui ex hoc articulo maximum inficitur argumentum trahunt viri eruditi adversis interpolatorem donationis, eò quòd Constantinopolitanam sedem inter patriarchales recenseat tempore Constantini, cum certum sit eandem tantum fuisse in eam dignitatem à Concilio Chalcedonensi, centum triginta & amplius annis post tempus Edicti. Mihi autem plus artis quàm imperitix prodere videtur auctor. Non enim de historix veritate se anxium præstat, sed de adversario- rum profligatione, qui fortius conteri non possunt, quàm si opinioniones apud illos certæ, etsi aliunde falsæ, manifestè resellantur. Græci mediæ ætatis, contra majorum suorum sententiam, contendebant honorem Ecclesiis debitum, à sola urbium dignitate pendere. Unde colligebant, & asserbant, eodem momento quo Constantinus in urbe sibi cognomine regiam sedem constituerat, primatum Ecclesiæ Constantinopolitanæ contulisse, solâ antiquitatis prærogativâ veteris Romæ Episcopo relicta, non autem aliquo potiori jure. Quæ dignitas deinde confirmata fuerat à Synodo secunda, & à

Quarta Oecumenica. Et quia nostri B. Petri privilegio sedis apostolicæ principatum commendabant, ne privilegium sedis apostolicæ suæ quoque Ecclesiæ deesse videretur, in laterculo suorum Episcoporum B. Andream primum recensebant, ut patet è Chronico Nicephori Patriarchæ. Ne autem commentus videatur quæ de dignitate patriarchali à Constantino collata Ecclesiæ Constantinopolitanæ dixi, proferam testem ea in re omni exceptione majorem. Is est Zonaras, qui in libris annalium hæc scribit: *Et cum antea Byzantij episcopus esset Heraclæ Thraciæ, evexit eum (Constantinus) ad patriarchatum honorem; privilegia veteri Romæ conservans propter antiquitatem, & quòd ex ea urbe in istam Imperium transfuisset.* In eam sententiam Alexia Comnena Alexij Imperatoris filia scripsit, translato Byzantium & adempto Romanis Imperio, translata quoque sedium prærogativam. Quare prudenter & astute donationis auctor Constantinum inducit consilium excitandæ Constantinopoleos in reliquijs Byzantij proponentem, ea lege, ut Ecclesia quæ inter sedes præcipuas ab eo alleganda erat, & reliquis ordine sequebatur, & ipsa undè cum ceteris Ecclesiæ Romanæ subesset, quæ à Christo Domino, non autem ab urbe dignitate, principatum sibi collatum susceperat. Tertiò, quia Græci cum Romanis de varijs capitibus fidem & disciplinam respicientibus contendebant, ut de processione sancti Spiritus, de imaginibus, de azymo, & aliis, hoc Edicto ea omnia quæ cultum Dei & fidei Christianorum stabilitatem concernunt, Romanæ sedis judicio disponenda relinquuntur.

V. Ceterum non solum res ipsa persuadere potest consilium Edictum temporibus Pauli Papæ, ob eam quam dixi occasionem, sed etiam stylus & scribendi character, qui apprimè convenit cum squallore illorum temporum. *Divali, Imperiali sacra, pragmaticum constitutum, Satrapa, Optimates, Signa, banda,* & plurima alia in hoc Edicto usurpata, passim occurrunt in Pauli Papæ epistolis & aliis scriptoribus illius ætatis. Accedit quòd octo annis post conventum Gentiliacensem, id est, anno septingentesimo septuagesimo quinto, Hadrianus I. Pontifex non obscure meminit hujus donationis, gratulans Carolo M. quòd exemplo Constantini, qui possedit Ecclesiâ Romanam in Hisperia partibus contulerat, omnia ipsè quoque indulgisset. Non loquitur de patrimonii donatis à Constantino, sed de potestate collata, non in omnem Ecclesiâ, ne quis hoc ad dignitatem spiritualem referat, sed in Occidente, ut de auctoritate & imperio

Zonaras in Annali- bus de Constantino & de Heraclæ Thraciæ Episcopo. Oecumenicæ Synodice Constantinopolitanæ. Alexia Comnena Alexij Imperatoris filia scripsit, translato Byzantium & adempto Romanis Imperio, translata quoque sedium prærogativam.

Annales de Alexio Comneno, & Alexia Comnena Imperatoris filia scripsit, translato Byzantium & adempto Romanis Imperio, translata quoque sedium prærogativam.

Hadrianus I. Pontifex non obscure meminit hujus donationis, gratulans Carolo M. quòd exemplo Constantini, qui possedit Ecclesiâ Romanam in Hisperia partibus contulerat, omnia ipsè quoque indulgisset. Non loquitur de patrimonii donatis à Constantino, sed de potestate collata, non in omnem Ecclesiâ, ne quis hoc ad dignitatem spiritualem referat, sed in Occidente, ut de auctoritate & imperio

Non. Nov. c. B. Petrus Damianus: Italiam concessam existimabat. Orho Frisingensis Gallias & Germanias ab ea donatione Romanis sua ætate excipere solitos scribit.

non in hoc Imperio
partibus
quod agitur est
ita et in hoc
fines
compositio
libri
non in hoc Imperio
partibus
quod agitur est
ita et in hoc
fines
compositio
libri

temporali hoc intelligeretur, quae potestatis voce in eam rem quoque utitur Edictum. Deinde Carolus componitur cum Constantino, in beneficiis collatis, quod ad injuriam Caroli pertineret, si Constantinus aliquot patrimoniorum largitionem tantum defundus esse dicatur. Relata est etiam haec donatio in Collectioe Isidori, quae Collectio tempore Caroli Magni publicata est. Ejus quoque disertissime mentioem facit Hincmarus in epistola qua Karolomanni Regis institutionem describit anno octingentesimo octuagesimo secundo: *Constantinum Magnum Imperatorem Christianum effectum, propter amorem & honorem sanctarum Apostolorum Petri & Pauli, sedem suam, urbem scilicet Romanam, Papa Sixesto edicto privilegio tradidit, & sedem suam in civitate sua, quae antea Byzantium vocabatur, nominis sui civitatem ampliando adificavit.* Ado Viennensis, qui eodem seculo scripsit quo Hincmarus, id est, desistente nonagesimo, hujus quoque Constantiani Edicti meminit, quemadmodum Luitprandus Cremonensis eo respexit in legatione ad Nicephorum.

VI. Otho III. in diplomate suo edito circa annum millesimum, à Ioanne Diacono confectum putat, is verbus quae supra retuli. Anonymus scriptor, sive Marquardus Freherus, in Notis suis ad diploma Othonis, existimat hunc Ioannem Diaconum, eum esse qui vitam sancti Gregorij scripsit, Caroli Calvi aetate. Ill. Card. Baronius refert Othonis verba ad Ioannem quendam Cardinalem, à Ioanne XII. abscissis duobus digitis, naso, & lingua deformatum. Quae opinio nititur accipiti illa lectione quae in codice Baronij cognomentum huic Ioanni Diacono tribuit *Digitorum mutus*, id est, ut ille interpretatur, truncati & mutili, è recenti voce Italica *Mozzo*. Cùm autem locus ille planè mutus sit, nihil certi ex eo colligi potest. In codice enim Freheri legitur, *Digitorum mutus*; & ad oram libri, *mutus*. Quaecunque autem lectio constituat, certum est, si aliquis Ioannes Diaconus auctor sit hujus commentitij Edicti, eum omnino alium esse à duobus illis Diaconis quos recensui, cùm formula ista privilegij longè sit illis antiquior. Fortasse Ioanni Subdiacono, qui erat unus è Legatis Pauli Papae, non absurdè tribui poterit. Vel si ad Ioannem Diaconum alterum referatur, transcriptisse potius in membranas aureis literis, ut Caroli Calvi liberalitatem provocaret, quam de novo finxisse dicendus est. Sanè cùm jura omnia quae Regibus reliqua erant Carolus remisit, ut docuit Eutropius; & Ioannes VIII. scitabat eum *omne jus*

potestatis antiquitas attributum Ecclesiae Romanae capitulariter renovasse, hanc donationem tunc Carolo objectam videretur respexisse. Quidquid sit de nomine auctoris, satis constat de origine hujus commentitij, Vnde refelli potest quod ab Othone III. affingitur Pontificibus; eos, postquam Ecclesiae suae bona proflagassent, Imperij provincias ad se traxisse, commentitiis Constantini & Caroli Calvi donationibus. Quae expositio, latio omnino aliena est à veritate rei. Nullus enim Pontificum Imperij jura invasit, quae illis à Pippino, Carolo, & Ludovico collata sunt; etsi Otho has liberalitates contumeliet. Quinimo nullus illorum reditus suos dilapidavit; eo praecipue tempore quo donatio ista emerit in lucem. Tunc enim de acquirendo rerum dominio veris Principum largitionibus, non autem de usurpando, cogitabant. Sed narrationem illam arte quadam concinnatam oportuit, ut tot provincias à Regibus Francorum collatas, & ab Othone avo suo confirmatas, per injuriam Otho III. abduceret, relicta tantum octo Comitatus specie liberalitatis, quam in gratiam Silvestri II. magistrj quondam sui, & his alienationibus committentis, exerceret. Ceterum Nicolaus primus, Anastasius Bibliothecarius, & alij antiqui scriptores à mentione hujus donationis abstinent: quia cùm Regum Francie privilegia illis sufficerent, nolebant Edicto commentitio niti.

C A P V T XIII.

Synopsis.

I. De dispensationibus agendum, quibus juri canonico derogatur. Quo sensu usurpetur vox illa apud Iureconsultos, & in sacris scripturis. In jure canonico sumitur pro venia legis. A Graecis manavit haec dispensationis significatio, qui eam vocant *επιουσια*, cuius vocis usus varius. Varia quoque dispensationis nomina.

II. Discrimen veterum dispensationum & recentiorum. Illa post canones insertas, ista ne infringantur concessa. Indulgentia criminis & poena canonica Clericis & laicis aliquando concedebantur, servata apud Eulogium, pro parentibus & communibus beneficiis post lapsum, quod Innocentium misericordiam nominat expressit.

III. Remissio poena canonica ad arbitrium Episcopi, erga Clericos vel laicos, qui aliquando ab poena durissime ad paganos deficiebant. Differentia in eo capite Episcoporum & Judicum, è Thuro.

IV. Clerici & Episcopi per vitium ordinarii, vel haereticam communionem infidelis, venia etiam dabantur; sed à synodis tantum; aut à Summo Pontifice. De Clerici Arriacorum communionem anathematis respectum Athanasij.

Ioannes VIII. 47.
12.

V. *Vria ordinationum Episcopis Hispanis quædam remissa Innocentius, quædam discursum. Non autem aliquid indulisset ante ordinationes peractas, quemadmodum nec Celestinus aliquos contra canones ordinari voluit.*

VI. *Clerici à Beneficiis hæreticis ordinatos suscipi posse pro remedio pacis respondit Innocentius Episcopus Macedonia. Regula Augustini, id fieri tantum posse quando pax Ecclesie constituitur. Similitudo præta ab infirmis arborum.*

VII. *Præ Danavisa in suis gradibus recipi possent, necessarium fuit ut consensus Africanæ Concilij firmaretur à sede apostolica, in eorum tantum Clericorum gratiam per quas fieri noluit Ecclesie compensatio.*

VIII. *Dispensatio conceditur ob publicam utilitatem, ex Cyrillo Alexandrino, cujus locus expliatum.*

IX. *Proferuntur alter locus ejusdem authoris in eandem sententiam, Corruptus apud Iovem; hic autem explicatus à illustrati, De Palestina addita Hierosolymitanis Episcopo, Symdas Episcopo viciis de gestis non demandis Theodorum Morfenseum. De economia quam Gregorius Nazianzus, in dignitas de Spiritu sancto exigebat.*

X. *In causa Chrysostrami, dispensationis equitatem repudiabat Cyrillus, à Canonum observantiam præferbat paci Occidentalem, de quibus explicandus Cyrilli locus, Sed tandem rediit in gratiam cum Romana Ecclesia.*

XI. *Ex prudentia aliquando porrigebatur ad controuersas fidei. Probat authoritas Iovani Pecci Patriarchæ CP. tum etiam ex Athanasio, Gregorio Nazianzeno, Maximo, à Basilio, Egregia regula, quæ hanc dispensationem præscripsit à Gregorio Nazianzeno.*

I. **C**VM juri canonico dispensationibus hodie derogatur, necesse est ut earum originem & processum investigemus, & quatenus apud nos locum habeant, in genere dicamus. Hoc verbum à jure canonico profectum cum sit, ex eo etiam petenda est ejus explicatio. Apud Iureconsultos enim servus ille *dispensator* dicitur qui impendit domus curat, quique rationes domini administrat. Hoc sensu usurpatur etiam in veteri Testamento, & in Novo apud Lucam: qui de fidei & prudenti dispensatore loquitur, quem constituit dominus super familiam suam, ut det illi in tempore tristici mensuram. Vnde Apostoli & eorum successores eleganter dicuntur *Dispensatores* mysteriorum Dei, & Paulus *dispensationem* sibi creditam ad Corinthios scripsit. Sed in jure canonico alius est verbi istius usus. Sumitur enim pro venia legis, quam interpretes *providam juris relaxationem* vocant: cujus is est effectus, ut lege vel canone vim suam obrinentibus, is cui indulgetur, à vinculo & obligatione legis auctoritate superioris solvatur. A Græcis manavit dispensationis nomen, hoc sensu usurpatum: quo Cyrillus Alexandrinus usus est,

oikonomia vocans eam administrandi & vendi rationem quæ non summo jure sed æquitate nitatur. Quæ voce dispensationis usus est apud Latinos Gelasius. Quamvis apud Græcos Theologos alia quoque significatione *oikonomia* usurpetur, nempe pro occulta & arcana gubernandi ratione, quæ Deus modis & rationibus humano generi incognitis omnia ad finem suum intra tempora præstituta perducit: quæ ab Apostolo dicitur *oikonomia* τοῦ πληρώματος τῆς χάριτος. Hinc Incarnationis mysterium passim apud illos *oikonomia* dicitur. Imò etiam occulta Dei iudicia, quibus permittit aliquid à regula rationis humane alienum accedere, ut id in salutem fidelium converterat, *oikonomia* dicuntur à Chrysostomo passim, ut homilia in Genesim: πολλοὶ τοῦ θεοῦ τὸ οἰκονομῆσαι ἐλάττω εἰς τὴν σωτηρίαν. Vnde dictionis hujus usus ad inflexam quandam agendi rationem à canonum tenore pro bono publico deficientem traductus est, ut patet exiis quæ dicenda sunt. Aliis quoque nominibus indulgentia ista apud Græcos Patres significatur. Non solum enim *oikonomia* dicitur, sed etiam *εὐλογία*, *εὐχρητισμός*, *συμπόνη*, & *φιλανθρωπία*. Id est, venia, condescensio, misericordia, humanitas; & apud Latinos Patres, *Remissio*, *venia*, *clementia*, *lenitas*, *mansuetudo*, & *misericordia*.

II. Attamen etiam vocibus antiquis utamur hodie, magnum intercedit discrimen inter mores antiquos & nostros: cum majores nostri severius & accuratius disciplinam canonum colerent, quæ apud nos remissius & humanius tractatur. Hæc autem est summa differentia, ut mihi videtur, quod apud veteres nunquam daretur venia canonis infringendi, sed infraacti & violati pœna ob gravissimas causas aliquando remitteretur, hodie verò legum canonicarum venia in antecessum concedatur. In Canones autem olim Clerici & laici incidebant, si ea crimina perpetrarent quæ canonicis pœnis puniebantur, vel Clerici, si eorum ordinationes vitio laborarent, id est, si promoti essent contra præscripta canonum. Primo casu, crimen reos tantum respiciebat, secundo verò, status ecclesiasticorum ordinum lædebat. His omnibus tamen indulgentia pœnæ à canonibus inflicta, cum resita ferebat, miserationis & pacis intuitu aliquando concedebatur. Remedium pœnitentiæ lapsis collatum, & remissio pœnæ canonicæ ex parte indulta, à Græcis *oikonomia* dicebatur. Hoc sensu accipiendus est Eulogij Alexandrini Archiepiscopi Titulus librorum quos aduersus Novatianum exaravit: *Eulogij alexandrini*

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

A. B. G. C. 1. 1.

L. in lege ordina-
tur & de iure iuris.
L. de dispensatione.
L. de oblat.

Gen. 41.
L. Reg. 18.
L. de oblat.

L. Cor. 1. Paul. 4.
L. Cor. 13.

Eulog. Alexande.
apud Photium, 1.
ubi sic dicitur.

adversus Novatum, & de economia seu dispensatione, libri quinque. Asperitas Novatiani hæretici lapsus sub Decio poenitentia beneficium denegabat. Ecclesia verò catholica poenitentibus, & diuturno jejuniis & orationum labore purgatis, veniam pollicebatur, & de præscripta severitate aliquando remittebat. Hæc est dispensatio de qua Eulogius Alexandrinus adversus Novatianum disseruit. Etsi enim de hac economia nihil extet in Excerptis Photij præter solum lemma Eulogij, conjunctio disputationis de Novato & de economia satis indicat agi in hoc tractatu Eulogij de poenitentia beneficio, ad quod lapsi admittebantur. Hanc Innocentius I. in simili specie misericordiam vocat, cum de iis agit qui post baptismum omni tempore incontinentia voluptatibus dediti, in extremo fine vite suæ poenitentiam simul & reconciliationem communionis exposcunt. De his enim inquit Innocentius: *Observatio prior durior, posterior incruentiente misericordia inclinatio est. Nam consuetudo prior tenuis ut cancelaretur eis poenitentia, sed communio negaretur. Pace autem Ecclesia reddita, tribuitur cum poenitentia extrema communio, ne Novatiani hæretici negantiam veniam, asperitatem & duritiam Ecclesia imitari videretur*, ut loquitur Innocentius.

III. Ceteram hanc singulis Episcopis facultatem Nicæna Synodus indulxit, ut etsi quatuor poenitentia laboriosissimi gradus per aliquot annos subeundi essent iis qui criminibus à canone vetitis se obstrinxissent, liberum esset Episcopis poenarum illarum partem remittere iis poenitentibus qui tebus ipsis conversionem suam probavissent. Quod à Synodo dicitur, *humanius aliquid cogitare, ut tunc hinc tunc tunc tunc φιλαργυρία τὸ πῶς αὐτῶν βουλεύσασθαι*. Synodus Ancyrana Diaconis lapsis, tempore Licinij, ministerij functionem adimit, sed minuendæ poenæ potestatem Episcopis tribuit, & eadem humanitate laicos prosequi. *Poenæ Episcopos erit potestas, modum conversionis eorum probantes, vel humanius erga eos agere, vel amplius tempus adicere. Ante omnia verò præcedens eorum vita & posterior inquiratur, & ita eis impertietur humanitas.*

Basilins hanc Episcoporum indulgentiam, *εὐσθένια* vocat, & φιλαργυρία, qua etiam voce utitur Gregorius Nyssenus. Sanè hæc venia necessaria visa est antiquis patribus, ne tristitia poenæ diuturnioris in desperationem adduceret poenitentes; ut monet Basilins. Ita enim duris poenitentia laboribus premebantur, ut ad Sarracenos aliquando deficerent, sicut docuit Zonaras; vel

etiam ad paganos in Occidente, ut Rodolphus Bituricensis Archiepiscopus monuit Nicolaum, qui secundum Canones modum poenitentia minuende illi committit. Porro omitrenda non est Phorij elegans observatio, nempe in eo capite potiorum esse Episcoporum potestatem, præ iudicibus publicis. His enim liberum est, cum iudicium reddunt, perspicere ne quid aut durius aut remissius constituant quam causa deposcit, & severitatem legum cum aliquo temperamento benignitatis subsque. Sed mutare sententiam non possunt, etiam si de rei innocentia post iudicium latum constet. quod duntaxat à Principibus fieri potest. Episcopi verò poenas minuire vel intendere possunt. Imò verò, si res ita ferat, à poena decernenda in reos abstinere debent; scilicet si sceleratus habet fociam multitudinem, adeo ut schismatis metus imminet. Hæc est Augustini sententia: *Cum quisque fratrum & Christianorum intus in Ecclesia societate constitutorum in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, has hoc, ubi periculum schismatis nullum est, quam sententiam fuscè persequitur. Qua de re uberiùs in exercitatione nostra de iudiciis canonicis in laicos.*

IV. Non solum autem in eo genere poenarum, quæ criminibus irrogabantur, venia usus apud veteres invaluerat, sed etiam, ut dixi, in ceteris poenis quæ regradatione & dejectione constabant adversus Episcopos & ceteros Clericos per vinum ordinatos aut hæretica communione infectos, in quo status ecclesiasticus lædebatur, atque ideo non ab Episcopis singulis, sed à synodis provinciarum, & sæpissime à Summo Pontifice venia illa concedebatur. Hujus venia exemplum à synodo indulgæ extat apud Athanasium: qui quidem interrogatus à Rufiniano Episcopo de Clericis quos tempore Constantij Imperatoris Arriana communione constabat esse pollutos, responderet variis synodis habitis in Græcia, in Gallia, Hispania, & ceteris provinciis huic malo consultum; eo temperamento adhibero, ut auctoribus impietatis venia daretur, si poeniterent, à clero tamen exciderent; iis autem qui per vim ad eam communionem adacti essent, venia plena daretur, ita ut locum suum in clero retinerent: *ὁ δὲ ἑκείνου ἀδυσίτου, ἕως ἃς τὸ τίμιο τὸ κληρῶν. Præsertim quòd eo consilio se id fecisse dicerent, ne forrè postquam repulsi essent, eorum Ecclesiæ Arrianis traderentur, exemplum secuti Aaronis, qui prævaricationi populi Israelitici in deserto consensit, ne populus Ægyptum repeteret. Hæc autem*

Vide Cyrillos pp. 11. Temporalium salubris moderatio hinc non pñ.

Innoc. in Decr. c. 16.

In. Nic. c. 18.

In. Ancyran. c. 1. Ancyran. Syn. c. 1. Ancyran. Syn. c. 1. Ancyran. Syn. c. 1.

Basilios c. 5. c. 6. c. 7. Greg. Nyss. in ep. ad Leonem.

Modestus ad Rodolphum in Appendix. Hist. eccl. p. 100. & Tom. 1. Canon. Galt.

L. Perissianus. E. de p. 100.

L. Dni. f. 100. R. 100.

Photius T. de Novat. c. 1. p. 100. & c. 2. p. 100. & c. 3. p. 100.

August. l. 1. contra Paganos.

Athanasius in ep. ad Rufin.

à Clericis illis gesta fuisse *excoꝝmunicatis* scribit Athanasius.

V. Concessit verò à Romanis Pontificibus venie plurima suppetunt exempla. Innocentius primus (quem Hilarius Episcopus monuerat violatam esse intra Hispanias Ecclesiarum pacem, disciplinæ rationem confusam, & multa contra canones patrum, contempto ordine, regulisque neglectis, in usurpatione Ecclesiarum fuisse commissâ) adhibita distinctione totum negotium temperavit. Nam Episcopatum, qui in alienis Ecclesiis contra Nicænos canones, omisso Metropolitano, erant ordinati, plenam discussionem in synodo provinciali haberi voluit, ut quia *perperam facti erant, intelligerent id quod vitioſo initio adepti erant, se diutius obtinere non posse.* Scilicet castigatam voluit esse improbam usurpationem, ne dissimulatio in deterius convalesceret, & ex consuetudine fieret regula. At verò eas ordinationes, quæ prævæ consuetudinis vitio contra formas canonum celebratæ erant, neglectis scilicet conditionibus quas in personis ordinandis canones requirunt, (nempe ne aut è foto, è militia, aut è curialibus aliqui statim adificiantur ad sacerdotium) indiscussas relinquit, ne perturbationes Ecclesiis moveret: *Quorum factum, inquit, ita reprehendimus, ut propter numerum corrigendum, ea quæ quomodo facta sunt in diuinum non vocemus, sed Dei potius iudicio dimittamus.* Et mox: *Quæ si singula discutenda mandemus, non medicos motus aut scandala Hispaniensibus provinciis, quibus mederi cupimus, de studio emendationis inducemus.* Idcirco remittenda potius hæc putamus. Eam tamen legem adiecit, ut si qui post hæc adversus formas canonum, vel ad ecclesiasticum ordinem vel ad ipsum sacerdotium venire tentaverint, unâ cum creatoribus suis, ipso in quo inventi fuerint ordine & honore proventur. Re-actè negotiorum species distinxit Innocentius. Eas ordinationes discuti voluit quæ nullæ essent ob defectum potestatis, sed alias toleravit, quæ vitioſæ erant, quamvis non essent ipso jure nullæ. Hodie diceremus cum irregularibus dispensasse post ordinationem, ne scilicet Ecclesias Hispanienses perturbaret.

Ceterùm ante ordinationes peractas nec Innocentius nec aliquis ex antiquis Pontificibus indulisset ut ad sacerdotium promoveri posset, vel læicus non antè adscriptus clero, vel bigamus, aut aliquis alius cui à Canonibus esset interdictum. Vnde Celestinus Appulorum petitionem, qui hoc se ab eo impetraturos sperabant, graviter re-
pullit: Quæ enim à nobis, inquit, res digna

servabitur, si decretalium norma constitutionum, pro aliquorum libitu, licentiâ populis permittâ frangatur?

VI. Qui ab Ecclesia catholica ad hæresim Bonosæ transferant, & ab eo ordinationem susceperant, in suis ordinibus suscipiendos non esse ex Synodi Nicæne canonibus egregie disputat Innocentius in epistola ad Episcopos Macedonice. Artamen ex eorum Episcoporum sententia, ne ordinati cum Bonosæ remanerent, pro remedio ac necessitate temporis, ad clerum admittendos statuit: *Prius ergo dimittenda dico Dei iudicio, de reliquo maxima sollicitudine præcavendum.* Exemplum bujus clementie præbuerat Synodus Nicæna: quæ canone octavo Catharis sive Novatians ad Ecclesiam redeuntibus indulserat ut accepta manus impositione manerent in clero. Quod tamen ad ceteros hæreticos promiscuè trahi non debere graviter monet Innocentius. At tamen servanda est Augustini regula, qui docet in *hujusmodi causis, ubi per graves dissensionum scissuras non hujus aut illius hominis est periculum, sed populorum strages jacent, detrahendum esse aliquid severitatis, ut majoribus malis sanandis charitas sincera subveniat.* Clericos quidem aut Episcopos ab hæresi redeuntes in suo gradu non esse suscipiendos ait, nisi illud, quod fieri non debet, *pacis ipsius compensatione sanaretur.* Ut ramus præcisus cum arbori inseritur, necesse est arborem leviter lædi, ita ergo & isti, cum ad radicem catholicam veniunt, nec eis, quamvis post erroris sui perniciem, honor clericatus aut episcopatus auferatur, si quidem aliquid tanquam in cortice arboris matris, contra integritatem severitatis, verumtamen quia neque qui plantæ est aliquid, neque qui riget, ad Dei misericordiam precibus suis, caleſcente instorem pace ramorum, charitas cooperit multitudine peccatorum.

VII. His testimoniis adjiciendum est Concilij Africani locus, quo duo præcipua capita demonstrantur, & apostolicæ sedis auctoritas in his remissionibus gravioris momenti; & necessitas publicæ utilitatis, ut venia illa indulgeri posset. Concilio transmarino, id est, Italico, seu Capuano, vetitum fuerat ne hæretici penitentes locum suum in Ecclesia retinerent. Ideo speciali decreto opus fuit, ut Donatistæ sine injuria Univerſalis Ecclesiæ ab Africanis recipi possent in clero; ita ut Synodi Carthagenensis consensum sedis apostolicæ auctoritate firmari necesse fuerit. Quod ad illius sedis dignitatem demonstrandam ut dixi, & in temperandis canonibus potestatem, est locupletissimum testimonium. Hæc sunt verba Concilij Carthagenensis: *Placuit ut*

Colf. in Decretis
c. 1. 1. 1. apud
Guz. c. 2. 1. c.
del. 18.

Innoc. in Decretis
c. 11. c. 2. 1. c.

August. ep. 10. ad
Bonosæ.

Mon. ep. ad Pyl-
dorus synodo To-
litanæ c. 1. 1. c. 4.
in. 424.

littera mittantur ad fratres & Coepiscopos nostros, & maxime ad sedem apostolicam, in qua presideret memoratus venerabilis frater & collega noster Anastasius; quo venerit (scilicet Romanus Pontifex) habere Africanam magnam necessitatem, propter Ecclesie pacem & utilitatem, ut & ipsi Donatilla, quicunque Clerici correctio consilio ad catholicam unitatem transire volunt, in sui honoribus suscipiantur. Quod si se peti aiunt; non ut Concilium, quod in transmarinis partibus de hac re factum est, dissolvatur, sed ut illud maneat circa eos qui sic transire ad catholicam volunt, ut nulla per eos unitatis compensatio procuretur; illi vero tantum in honoribus suscipiantur, per quos catholicæ unitati consuletur. Vnde colligitur aperte Africanos in gratiam unius tantum personæ solvi Concilij prohibitionem noluisse, nisi adesset compensatio publicæ utilitatis, id est, unitatis ecclesiasticæ, quam correctione sua omnino perferrent, vel manifestè juvarent. Illam venix concedendæ causam, compensationem unitatis vocat Carthagenensè Concilium, eadem voce qua usus est Augustinus in loco laudato §. superiori.

See in Prefatione Dicitur.

See, sup. ad Cyrillos, extra supra à 165. Codex 1. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

VIII. Dispensatio hujus generis, quæ temperato canonum summo jure, concordie publicæ consulit, commendatur à sancto Cyrillo Alexandrino, iis locis quos Ivo & Gratianus retulerunt, sed quorum verus sensus nondum est satis accurate expensus. Ioannes Antiochenus Patriarcha, fautor Nestorij potius quàm ejus hæreticos, magnas turbas excitavit in Concilio Ephesino, cujus sententia à communione Ecclesiæ exclusus est, & ab omni sacerdotali functione suspensus. Tandem jussu Theodosij Imperatoris damnationi Nestorij subscripsit, & à Cyrillo in communionem susceptus est. Quidam verò in Ecclesia Antiochena, qui Nestorio faverant, Ioannis communionem non deseruerunt post pacem cum Cyrillo constitutam, nec etiam à Ioanne ad ejurandam conceptis verbis hæresim Nestorij adacti sunt. A quo Ioannes consulit abstinerat, ut paci Ecclesiæ consulere, & suspectorum famæ, non verò ut detrimentum aliquod veræ fidei inferret. Qua de re certior fecit Cyrillum per Diaconos suos Cassium & Ammonium, quibus dedit in mandatis ut modum aperirent quem secutus fuerat in moderando & dispensando negotio ad Ecclesiarum utilitatem. Quod ille *εὐνοίας* appellat. Ioannis consilium Maximo Antiocheno Diacono displicuit, idèoque à Patriarchæ sui communione sibi abstinentum esse duxit. Cyrillus monet Maximum ut inquirat an illi qui nuper Nesto-

rio favebant, eandem sententiam aperte profiteantur, (quo casu repudanda erit eorum communio) an verò cum ceteris Christianis conveniant, & factis ipsius erroris sui poenitentiam sentiant, erit palam fateri illos pudeat. Quo casu & Ioannis & respicientium communionem amplectendam docet, dispensationis causa, *εὐνοίας ἕνεκα πᾶσι ἀρεσκόντων ἰδῆται. Res enim, inquit, multa dispensatione indiget. Quare dispensatio illa cujus meminit Cyrillus, ad resarciendam pacem ecclesiasticam pertinet, non ad utilitatem privatam.*

IX. Profertur alter Cyrilli locus epistola ad Gennadium, cujus species nondum est satis perspecta; cum nec verba ipsa sanam interpretationem receperint apud Ivonem. *Æliuz*, id est, Hierosolymorum Episcopus quartum quidem dignitatis locum canone septimo Nicenæ Synodi obtinuerat; sed jus meropoliticum in Palæstinam Episcopo Cæsareæ servatum fuerat. Iuvenalis Hierosolymorum Episcopus jus patriarchicum in tres Palæstinas ab Ecclesia Antiochena distrahendis tentavit Ephesinæ Synodi iudicio suæ sedi arrogare, sed repulsam passus est. Theodosij tamen rescripto Palæstinarum, Phœnicæ, & Arabiæ administratio illi concedita est; ut patet ex Concilio Chalcedonensi, cujus Decreto concordia Patriarchæ Antiocheni & Hierosolymitani firmata est. Proclius Constantinopolitanus Episcopus, & Cyrillus Alexandrinus, rescripto Theodosij consensus suum præbuerant, & Hierosolymorum Episcopus in communionem suam sub Archiepiscopi nomine & Palæstinarum administratoris iusserant. Hoc gravissimè tulit Gennadius Presbyter & Archimandrita, ob violatum canonem septimum Nicenarum, idèoque à Proclii communionem abstinerebat. Sed Cyrillus prudenter docet sæpe desistendum à tenore regularum dispensationis causâ, & ut evitaret periculis in mari, qui jacturam faciunt aliarum mercium, ut reliquæ serventur, aliqua dissimulanda, ubi summum jus locum habere non potest, ne omnium rerum dispendium sublequentur. Nul- lum jus *Æliuz* Episcopo in Palæstina ex Canonibus competere, sed effrazni ejus desiderio hoc indultum. Quare repudiandum non esse Proclii communionem, quæ dispensationis modus nulli sapientium displicuit. Prædeonæ hujus *εὐνοίας* usum à Synodo Ephesina usurpatum ostendit idem Cyrillus in epistola ad Proclium Constantinopolitanum. Etenim post recitatas in Concilio excerptas à Iuliano Theodori Mopsuesteni Epi-

Cyrillus sup. ad Maximum, a. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Apud Ivonem in Prefatione: Hierosolymorum Episcopus inquit, qui sedis debet, Antiocheni Praesulis in Episcopio. Antiocheni miter dicitur in Hierosolymorum Episcopio, in Concilio Chalcedonensi. Maximo quæritur in 1. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

See sup. ad Epistolam Synodalem, quæ incipit Hierosolymorum Episcopus inquit, quæ sit potestatis legitime Episcopio ad electionem Episcopii, in Concilio Chalcedonensi. Proclius Constantinopolitanus Episcopus, & Cyrillus Alexandrinus, rescripto Theodosij consensus suum præbuerant, & Hierosolymorum Episcopus in communionem suam sub Archiepiscopi nomine & Palæstinarum administratoris iusserant. Hoc gravissimè tulit Gennadius Presbyter & Archimandrita, ob violatum canonem septimum Nicenarum, idèoque à Proclii communionem abstinerebat. Sed Cyrillus prudenter docet sæpe desistendum à tenore regularum dispensationis causâ, & ut evitaret periculis in mari, qui jacturam faciunt aliarum mercium, ut reliquæ serventur, aliqua dissimulanda, ubi summum jus locum habere non potest, ne omnium rerum dispendium sublequentur. Nul- lum jus Æliuz Episcopo in Palæstina ex Canonibus competere, sed effrazni ejus desiderio hoc indultum. Quare repudiandum non esse Proclii communionem, quæ dispensationis modus nulli sapientium displicuit.

Cyrillus sup. ad Gennadium: 1. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

scopi olim fato fuoſti ſententias, à quibus virus ſuum Neſtorius hauſerat, impietarem quidem hæreticam damnavit ſynodus, eoſque qui ſimilia ſaperent; ſed à nomine Theodori dampnando temperavit *ἐπιευχρῶς*, ne plerique viri ejus auctoritate mori, in alia omnia abriperentur, & ab Eccleſia potiùs quàm à Theodoriani nominis communione recederent. *His verò condemnatis, inquit, qui ſic ſapient, nullam viri (Theodori) memoriam fecit (ſynodus) diſpenſati- vè, nec ipſum nominatim anathemati ſubjecit propter diſpenſationem, ne quidem ad exiſtimationem viri reſpicientes, ſeſe ipſos ab Eccleſiis ſepararent. Diſpenſatio verò in his optima res eſt & ſapient. Si enim adhuc in viris eſſet, & Neſtorij blaſphemiarum fautor, aut ſuffragari velleſis qua ſcripſit ipſe, anathema etiam in propria perſona ſubiſſet.* Vnde colligit Cyril- lum cavendum eſſe, ne ſi Principes, alio- rum Orientalium qui Conſtantinopolim acceſſerant libellis interpellati, edicto ſuo Theodori memoriam dampnatum tant, nuntulato inde ocaſio nacaſtur in Oriente: cujus periculum immoiere ſcripſerat Ioanes Antiochenus, plurimòſque Theodori memoriam proſcribi nullo modo paſſuros. Quæ ſervidis illis aſſertoribus fidei Cyril- lus denuntiar cupit, ut à diſſenſionibus excitanda ſpecie pietatis tandem abſtineant. *Peſſe enim etiæmiſi quæ hac petierunt diſpenſatio rei curarri, ut quieſcere malint, quàm Eccleſiis ſcandalio occaſionem præbere.*

Hanc *ἐπιευχρῶς* rationem ad ipſius quoque dogmatis profeſſionem traherat Gre- gorius Nazianzenus. Erenim eos qui palam & aperte Spiritus ſancti divinitatem contra Macedonianos proſitebantur, ſi cum æquus hominibus & bene ſentientibus agent, generoſos eſſe ait, ſi autem cum infirmis, qui hujus veritatis nondum ſunt ca- paces, ſermonem habeant, non eſſe *ἐπιευ- χρωτός*, id eſt providos diſpenſatores docet: *εὶ οὐκ ὀρθότατος, ὑπόδαι, εἰ ἡ ἡπιότητις, εἰς ἐπιευχρῶς.* Quod ante damnationem hujus hæreſeos à Synodo Conſtantinopolitana decretam à ſapientifſimo viro ſcriptum fuit; quemadmodum etiam quod in eandem ſententiam in eodem argumento ſcripſit alibi: *ὁ βλαſφημῶν τοῦ ἁγίου πνεῦμα, καὶ οὐκ ἐπιευχρῶς, οὐκ ἔστιν ἄξιος τῆς ἐκκλησίας, ἀλλὰ τῆς κοιλίας. Πραττας enim veritatem diſpenſatione quodam conſervari, ut nabi ſic tempori nobis tantisper cedentibus, quem eam aperte prædicando irritam face- ve. Similis tamen diſpenſatio feliciter non ceſſit Honorio Pontifici, in cauſa Monothelitarum, licet hodie in quaſitione de *Authiſiis* gratia prudentiffimè à ſummis Ponti-*

ficibus in uſum inducta fuerit.

X. Sed quàm Cyril- lus æquitatem cereris commendabat, ſuſcipere renuit in cauſa Ioannis Chryſoſtomi, qui pulſus erat episcopatus dignitate à Theo- pbilo Alexandrino, & à ſynodo habita in ſuburbio Conſtantinopoleos. Hanc dejectionem repudiavit Occidentalis Eccleſia, & quia mortui nomen in diptycha Eccleſia non reſtituebant Orientales, ſuam illis communionem denegavit. Tandem Atticus Episcopos Conſtantinopolitanos ſeditione populi coactus eſt, de ſententia Imperatoris, Ioannis nomen inter ceteros Episcopos vita functos recitare. Quod factum ſum Cyrillo probare conatur, eò ſcilicet quod totius orbis pacem hæc diſpenſatio reſtitueret, juſtitia utilitatem præpoſuendo. *Ex cogitationibus noſtris, inquit, ad populi concordiam inclinat, cavonibus quidem patrum detrimendum nullum offerimus; excelsa autem verborum obſervatam, univerſi orbis pacem præferimus. Nam ignoro quidem & B. Paulum, cum eccleſiaſiasticis ederes conſtitutiones, ſapienter occaſionibus provida diſpenſatione uſum eſſe.* Cyril- lus reſcripſit comotò animo copioſam ſatis epistolam, qua inter cetera docet, diſpenſationem tunc eſſe laudandam, cum rebus que utiles ſunt & commodæ detri- mentum non afferet. Paulum omnibus omnia factum, non ut partem perderet, & ceteros lucrificeret, ſed ut omnes lucraretur. Equidem regula Cyrilli optima eſt, cum ex Auguſtino habeamus cbaritarem non eſſe laudandam diſpenſationibus, ſed potiùs fovendam. Ceterùm in regulæ uſu errabat, præcipue cum nullam rationem haberet communionis Occidentalium, quæ hoc pacto redintegrabatur. De iis enim loquitur his verbis, quæ non ſatis accurate verſa ſunt: *Ne igitur contra ſeipſum, inquit ille ad Atticum, celebres eos qui adverſandi ſtudio diſſidium fecerunt, neque unquam juſtum iudicium de illo (id eſt, Ioanne) letam ſuſceperunt.* De Romanis & Occidentalibus loquitur, ut antea dixi, quorum pacem deinde promeruit, adnitentibus maximè Africanis. De hac enim contentione iorelligenda ſunt Concilij Carthaginenſis verba: *Pla- cuis etiam ne de diſſenſione Romana atque Alexandrina Eccleſia ad ſancillam Papam Innocen- tium ſcribatur, quò utraque Eccleſia intra ſe pacem, quam præcepit Dominus, teneat.* Eandem namque tollendi diſſidij & reſtituende pacis temporibus Cyrilli Alexandrini curam geſſit, quam teſtata fuerat Africana Eccleſia ſuperiori canone, in gratiam Theopbili ejus deceſſoris.

XI. Porro quod exemplo Gregorij Nazianzeni

Hand the history of the church of Constantinople, by the Patriarch, and the Synod, in the year 431. The same year, the Council of Constantinople was held, and the heresy of Nestorius was condemned. The Council of Constantinople, under the presidency of Cyril, condemned Nestorius and those who followed him. The Council of Constantinople, in the year 431, condemned Nestorius and those who followed him.

Hand the history of the church of Constantinople, by the Patriarch, and the Synod, in the year 431. The same year, the Council of Constantinople was held, and the heresy of Nestorius was condemned. The Council of Constantinople, under the presidency of Cyril, condemned Nestorius and those who followed him. The Council of Constantinople, in the year 431, condemned Nestorius and those who followed him.

Hand the history of the church of Constantinople, by the Patriarch, and the Synod, in the year 431. The same year, the Council of Constantinople was held, and the heresy of Nestorius was condemned. The Council of Constantinople, under the presidency of Cyril, condemned Nestorius and those who followed him. The Council of Constantinople, in the year 431, condemned Nestorius and those who followed him.

Hand the history of the church of Constantinople, by the Patriarch, and the Synod, in the year 431. The same year, the Council of Constantinople was held, and the heresy of Nestorius was condemned. The Council of Constantinople, under the presidency of Cyril, condemned Nestorius and those who followed him. The Council of Constantinople, in the year 431, condemned Nestorius and those who followed him.

Hand the history of the church of Constantinople, by the Patriarch, and the Synod, in the year 431. The same year, the Council of Constantinople was held, and the heresy of Nestorius was condemned. The Council of Constantinople, under the presidency of Cyril, condemned Nestorius and those who followed him. The Council of Constantinople, in the year 431, condemned Nestorius and those who followed him.

Antioch Ep. ad Cyrillum. In quo agitur de iusticia, et de concordia.

Hand the history of the church of Constantinople, by the Patriarch, and the Synod, in the year 431. The same year, the Council of Constantinople was held, and the heresy of Nestorius was condemned. The Council of Constantinople, under the presidency of Cyril, condemned Nestorius and those who followed him. The Council of Constantinople, in the year 431, condemned Nestorius and those who followed him.

Coloss. Abba. 6. 181.

Nazianzeni prudentiam istam aliquando porrigi ad controversias fidei, veluti per tranſiſſentem diximus, hujusque *αιωνομίας* usum male cessasse Honorio in causa Monothelitarum, nunc uberiori sermone ob materiei difficultatem atque dignitatem nobis explicandum est. Ac primam quidem prescribendi sunt fines intra quos isthæc prudentia coërceri debeat juxta veterum regulam, ne prætextu dispensationis, vera fides labefactetur. Deinde agemus de Honorij factò, docebimùsque qua in re peccaverit utendo hac *αιωνομία*, in causa fidei, quæve fuerit canonica ejus damnationis in Synodo sexta decretæ causa, cum revera hæresim Monothelitarum professus non fuerit.

Ac de primo capite nihil potest dici accuratius, quam quod Ioannes Veccus Patriarcha CP. in Oratione de Unione Ecclesiæ adnotavit ex Athanasio, Basilio, Gregorio Nazianzeno, & Maximo, *quæ ex vocibus nascuntur differentias negligendas, dummodo secundam sententiam uno consensu fratres concordant; in his è λέξις προσηκου Ἀσφοδός, ὁπλινος εἰς χεῖρ τῶν ἐπι τῆ ἰσότητος ἰσοφροσυνῶν συμφωνοῦν τῶν ἀλλήλων.*

Primum illius prudentiæ exemplum petitur ex B. Arhanalij factò: qui, dissidentibus inter se orthodoxis super trium hypostaseon professione, istis eas rejicientibus, cum verba illa non reperirentur in scripturis sacris, proindeque suspecta videri possent, aliis verò illas amplectentibus, hortatus est contendentes ut in Nicænzæ fidei confessione constanter perseverarent. Deinde exquirentes dissidentium partium sententia, postquam comperit eos qui unam hypostasim profirebantur, naturam & substantiam deitatis unà intelligere, qui verò tres hypostases admittebant, non Arrianorum more diversæ substantiæ personas docerent, aut ut ceteri hæretici sub istis vocibus tria principia aut tres deos constituerent, sed quò his verbis patefacerent se in Trinitatem ita credere ut in Dei unius natura Pater, Filius, & Spiritus sanctus verè subsisterent. Quare cum alienos esse ab hæresi utrosque comperisset, liberam illis unius hypostaseos vel trium hypostaseon proficiendarum facultatem concedi debere censuit, rejectis illis qui sanam interpretationem verbis illis non adhibebant. *συμβουλευτικὴ τοῖς ἑρμηνεύουσιν ἐν ἐπιφθασίῳ μὴδὲ ἰσομομαζίῳ ἐπὶ τῶν χριστιανῶν, μὴτὲ τῶν τοιαύτων λέξεων Ἀσφροδός, ἀλλὰ τῶν προσηκου τῶν ὁμομομαζίας συμφωνοῦν. in Tomo ad Antiochenos.* Eos verò qui spectra omni interpretatione de vocalis rixari pergunt, vocat *φθονοῦντες τῆ ἰσότητος, ἢ ἀσφροδός τῶν χριστιανῶν.*

Profert Veccus statim testimonium Gregorij Nazianzeni, qui summis laudibus effert hanc Athanasij prudentiam. *Ἐκβήδου, inquit Veccus de Gregorio, τὸ ἔργον τῆ ἰσομομαζίας.* Sanè ipse Gregorius huic voci, in hoc factò, originem dedisse videtur. Quippe de Athanasio ait, eum hanc concordie rationem inivisse, ut *μὴ γὰρ τῶν ἰσομομαζίας ἀνωμαλίας.*

Ipse quoque Gregorius cum illis de voce Dei pugnandum non esse scripsit qui, ob inscitiam, eam non tribuentur Spiritui sancto, dummodo vim & potentiam divinitatis illi tribuerent: *ὅτι τῶν δυνάμεων τῶν ἰσομομαζίας, ἢ δυνάμεων ἡμῶν τῶν φωνῶν συγγεγραμμένων.* Idem Gregorius laudat Basilij in eadem questione prudentiam: *ἠσομομομαζίας ἀνωμαλίας, inquit Veccus. Basilij itaque Spiritus sancti divinitatem sic assererat, ut deitatis voce non uteretur, τῶν κελίας φωνῶν ἀσφροδότητος; gratiæ tamen loco à propugnatoribus verè fidei petens, τῶν ἰσομομαζίας μὴ διχομαζίῳ, ne dum unam voculam mordicus retinere conarentur, propter inexplabilem cupiditatem omnia perderent; convulsâ nimirum turbulento tempore ac destructâ pietate. Αὐτοῖς ἰδοὺ τὸ ἕδωκέναι τῆ ἰσομομαζίας ἑσφαλῶν ἀσφροδότητος μομαζίῳ τῶν λέξεων, ἢ φωνῶν ἀλλὰ τῶν ἰσομομαζίας: Ipsos enim nihil ex eo incommodi ac detrimenti accepturas, si vocabula paulatim immutarentur, modo aliis verbis eadem docerentur.*

Maximus ad Pyrrhum Presbyterum ait, sæpenumero patres voces concedere, sed retinere sententias, quòd non in syllabis, sed sententiis & rebus, salutis nostræ mysterium existit, illud enim faciebant, pacis curam gerentes, hoc, animos veritate confirmantes. *Ὅτι μὴ ἐν οὐλομαζίῳ, ἀλλὰ τῶν μομαζίας ἐν ἀσφροδότητι τῶν ἰσομομαζίας ἡμῶν ἑσφαλῶν. Τὸ μὴ τῶν ἰσομομαζίας φωνῶν ἀσφροδότητος, τὸ τῶν ἰσομομαζίας ἀσφροδότητος.*

Basilij Ecclesiæ temporibus suis labefactæ statum redintegrari non posse scribit circa motam de divinitate Spiritus sancti controversiam, nisi *συμβουλευτικῶς πρὸς τοὺς ἀσφροδότητας*: quam in eo constituit, ut illi ad communionem admittantur qui hæc Nicænzæ sancitam recipiant, & Spiritum sanctum creaturam esse negant, licet Dei verbum apertè non usurpent. Rerena enim communione, futurum frequenti collatione, & minimè contentiosa disceptatione, ut si quid etiam est quo ad amplius evidentiam addito opus sit, id Dominum præstiturum.

Egregiam in univèrsam regulam prescribit Gregorius Nazianzenus in oratione de Pace: *Nec seigniorum quemquam esse debere quam patris sit, nec serventiorum; ita ut vel ob*

Grego. Nazianz. Orat. 2. de Pace.

levitatem ad omnes se aggreget, vel ob temeritatem & insolentiam ab omnibus se removeat. aquè enim & inertis segnitatis est, & mobilitas atque inconstantia in societate & communiione aliena. Verum ubi aperit se prodis impietas, tum verò nobis faciendam esse ut adversus ignem & ferrum & tempora & Principes ac denique prius adversus omnia communis feramur, quam ut mali fermenti participes efficiamur, ac male affectis assentiatur. nec quicquam perinde metuendum est quàm ut quid magis quàm Deum metuamus, ac propterea fidei & veritatis, cum veritati servimus, doctrinam perfidè deseramus. At cum suspicio sola animum nostrum male habet, timoræ nullis certis argumentis innixus; tum verò lenitatem potius quàm celeritatem, & indulgentem demissionem potius quàm arrogansiam & contumaciam adhibere convenit, multoque melius & conducibilis est ut in communi corpore manentes mutuo nos ipsos, tanquam alij alienum membra, corrigamus atque corrigamur, quàm ut præiudicio per secessionem facto, & auctoritate per separationem amissa, ex edicto possessæ, velat tyranni ac non fratres, correctionem imperemus. βαλπίς τοῦ ἑαίου, ἡ μακροβία, ἔ τ' αὐθάδεια ἡ συρρεπτικότητα. Ἐ πάλω κριτικὸν ἔ λογικὸν ἔ τὴν κριτικὴν ἰσορροπία, ἔ χριστιανικὴν ἀλλήλων ἀσ ἀλλήλων μίση, ἔ χριστιανικὴν ἡ συρρεπτικὴν διὰ τ' ἀπορίων. Ἐ τὴ ἀξίωσιν, τὴ γρηγορῆ δύναντας, ἔ πτωχὴ ἔ ἀπειρηματῶ, ἔ σὺν πνεύματι, ἀλλ' οὐκ ἀλλήλων, πομπῆτι τῶν διδύμων.

Addendus locus alter Gregorij, ex oratione III. de Pace: *Quadam ne quarenda quidem omnino sunt, quadam mediocriter, quadam contentiosius hominibus concedenda & relinquenda, quoque tandem modo se habeant, ut pote nullam doctrinam nostram detrimentum afferentis quadam fidei seli donanda, quadam etiam ratiocinationibus &c.*

STEPHANI BALVZII

ADMONITIO

De editione §. XI.

CVM in §. IX. hujus epistoli illustrissimus Archiepiscopus adnotaverit solutos olim Episcopos temeritate aliquid ex summo jure, etiam in controversiis de fide, sed dispensationem illam male cessisse Honorio Pontifici Romano in causa Monothelitarum, visum esse heic edere fragmentum uberioris scriptiois quam meditabatur ut explicaret motem veretum in tolerandis quibusdam vobis in controversiis fidei, ne dissidium aut schisma in Ecclesia inveniretur ex nimia severitate. Sanè fragmentum illud magno momenti est, & auro contra æstimandum. perierunt enim ejus ope viris eruditus aperitur via ad investigandum quomodo se gesse-

tint veteris Ecclesie Pontifices in contentionibus de fide que recenere emergunt. Illud dolendum, quòd mixta eruditionis visio non licuit absolvere succurrum opus. Nam si diutius in vita fuisset, fragmentum illud, quòd ab initio destinatum erat ut adderetur in his Differentiis, fortassis transcripsisset in epistola quam scribere destinasset ad Cl. V. Philippum Labbeum; de qua dictum est in libro de vita ejus. Sed tu, Lector, has sacrosanctas reliquias venerare, & meæ quoque diligentie aliquam gratiam habere, qui, ne perirent, effeci.

Pacis te preterece velim, mi Lector. Observatum est ab illustrissimo viro canonum severitatem interduum inflexam, & à regulis dilectum, pacis causâ, in quam rem autilit prædara veterum testimonia. Quibus addere visum est insignem locum ex epistola Symmaci Pape ad Avitum Viennensem, quæ nuper edita est à clariss. viro Domino Luca Ducherio, monacho Benedictino, in quanto tomo Spicilegij. Rescripserat Symmachus ad Aonium Episcopum Arelatensem de controversia que inter Episcopos provinciæ Viennensis & Arelatensis, circa ordinationes Episcoporum vicinarum civitatum, servandam esse antiquitatem, nec habendam rationem novæ constitutionis ab Anastasio Pape editæ, que provinciam confundebat. Aggè talis Avitus hanc injuriam sedi suæ, ut putabat, illatam. Ergo ad Symmachum scribens, expostulat: cum eo, quòd violentam ab Anastasio Ecclesie consuetudinem direrit, & spreta prædecessorum ejus statuta, in confusione provinciæ. Rescribit Symmachus, gavisus esse, si ab Aviro probatum fuerit nihil ab Anastasio contra canones actum, sed tantum præter regulam, temperato videlicet jure. *Quia quod sit præter regulam, inquit, modo fit ex iusta causa, non infringit regulam, quam sola servatice & antiquitate contemptum ledit. Nam quantum à parvum statuta, diligenter observantio. & observantio diligencia sine custodienda; nihilominus propter aliquod bonum de rigore legis aliquid relaxatur; quod & ipsa lex cavisset, si prævidisset. Et sape crudelis affectu inflitti legi, cum observantia ejus esse præjudicabilis Ecclesie videtur. Aliterum dispensationis & concessiois, ut vocat, exemplum nobis suppeditat Innocentius II. in epistola ad Hugonem Archiepiscopum Rothomagensem, que edita est in tomo secundo Spicilegij. Archiepiscopus ille fidei & obedientie professionem in Ducatu Normanniæ exigebat ab Abbatibus, contra vetulam consuetudinem. Quod adeo ægrè ferebat Henricus II. Rex Angliæ & Dux Normanniæ, ut vel ob hoc ipsum ad Innocentium scribens, mititatus aperit sit divortium ab apostolica sede, nisi Archiepiscopi illius præsumpco termitteretur. Nitebatur ille vetustis canonibus, qui volunt Abbates esse in potestate Episcoporum, & Decreto Concilij Remensis paulò antè celebrati. Dandum tamen aliquid tempore censuit Innocentius. ad Hugonem scribens. *Quod presullis quærentis iustum fuerit, inquit, & à nobis in Concilio Remensi mandatum, pro ejus caritate de rigore iustitia aliquando candelascendere debemus, & pro tempore, ipsius voluntati assensum præbere. Sed prætereccitendos non est insignis locus ex epistola Hildebrici Cænopaganensis Episcopi, que edita est in tomo quarto epistolæ Spicilegij pag. 150. & à nobis emendata ad fidem vetulsi codicis. *Multa ex locis, multa ex tempore, multa ex personis differentis sunt. Resur Ecclesie nunquam aut dissimulabilis aut facies qua accusat. Cùm videris malum***

Vide Marium in
Differentiis de
epistola Pape
Symmaci ad
Cl. V. &c.

fehifmatu imminere, cautionem fcita morabit. Debet
affare cenfura, cum diffiniatur nimirum, caritate ladi-
tur. per societat. Hæc admonere, abicujus, opinor,
momentum erit.

periori. Sed quia fufcipari poffet aliquis, eo
jure ufum fuiffe Summum Pontificem in
Occidentis Ecclefia tantum, quæ illius fol-
licitudini, nullo Patriarcha intermedio,
parebant, docendum est aliquot exemptis
hanc ejus auctoritatem ad Orientis quoque
Ecclefias porrectam fuiffe. Notiffima eft
occafio diffidij quo per aliquot annos coo-
tuffa eft Ecclefia Antiochena, ob Flavia-
ni ordinationem, quem Paulino fuperpo-
fitum fuiffe, potius quam Meletio fuceffiffie,
neglecta fide jurejurando data, con-
quererantur Occidentales & Egyptij,
adeoque ab ejus communione abftinebant,
quamvis fuperftes fuiffet Paulino & Eva-
grio Antiochenis Epifcopis, & non tam
potior quam folus fedem illam obtineret.
Attamen ftudio Ioaninis Chryfoftomi, post-
quam Theophilus Alexandrino benigniore
Flavianus ulus fuiffet, utriufque opera, Occi-
dentalium communicio reftituta eft, le-
gatioe ad Epifcopum Romaeum miffa.
Expendenda funt autem verba Socratis,
qui Theophilum à Pontifice Romano con-
tendiffie docet ut propter papæ misericordiam
vitium ordinationis Flaviani diffimularet,
quod perinde eft ac fi dixiffet, ob bonum
voitatis veniam dandam vitiofe ordinati-
oni; quam noo à fynodo Occidentalium,
fed à Damafio Chryfoftomus & Theophi-
lus petiverunt, ut hinc quoque pateat apicem
auctoritatis in fola Romæa fede,
quoad difpenfationes, tunc temporis vi-
guiffe.

Debetur t. c. ij.
Theophilus Antioch.
Chryfoftomus
Ecclefia Antioch.
Theophilus
Ecclefia Antioch.
Chryfoftomus
Ecclefia Antioch.
Theophilus
Ecclefia Antioch.
Chryfoftomus
Ecclefia Antioch.

CAPVT XIV.

Syooptis.

I. Summus Pontifex canones temperavit in Ori-
ente. Damafus remiffis vitium ordinationis Flaviani
Antiocheni, precibus Ioaninis Chryfoftomi & Theophi-
li Alexandrini. Anatolius ordinatus à Synodo
Ephesina fecunda, qua nulla erat, affenfus Leo III,
epifcopatum retinuit. Idem accidit Maximo Antio-
cheni contra canones ordinati. cui vitium illud Leo in-
dulfis, pacis ftudia. Simile vitium Stephani difpen-
fauit Sixticus Papa, in gratiam Zemonis Impera-
toris.

II. Frequentiora difpenfationum pontificiarum
exempla in Occident. Leo in Africa tolerat latro-
cium ordinationes, fed bigamorum damnat. Hilarius
veniam conceffit Epifcopo Hifpanis, ordinationis ab-
fque Metropolitani confenfu contra canones Nicenas.

III. Aliquando neceffitate cogente non perfanis
foverit, fed omnibus, concedit remiffio Canonum,
ut flatutum est à Gelafo in ordinationum intervallis.

IV. Aliquando etiam damnatis Epifcopis refi-
tatio indulta est à Summo Pontifice, ex Clementia,
de fynodorum confenfu. Quod probat exemplis.
Causa Athanafii, Chryfoftomi, & Flaviani, periti-
nem ad iura appellatiuum, non ad refiftentiam ex
benignitate indulgentiam. In quo notatur Ivo.

V. Ex diffis patet veniam infringendi canonis alim
conceffam non fuiffe, fed tantum infracti. Quod ob-
tinetur tempore Zacharia; qui negat facultatem da-
tum à deciffere fua ductenda vidua zvonens, quia hoc
est contra canones. Ea rariore petitionem Bonifaciy de
eligenda fuceffore rogit.

VI. Frequentior effe cepit difpenfationum ufus
undecimo feculo; fed nondum concedebantur, nifi
utilitatis protepta. Reftri dividi fvo præceptiones;
quarum alia funt immobiles, à jure divino; alia mo-
biles, i jure canonicis. in his, fi detur compensatio do-
ni publici, poffit indulgeri difpenfatio. Difcuffa præ-
fatio Ivoonis in aliis capitulum. Regula forinis, non re-
prehendendas Prælatos qui aliqui teletum non adver-
fa fidei antebanis moribus.

VII. Origo difpenfationum qua dantur in accu-
fationibus, vix contumacia fidelium petenda, qui canoni-
bus parere volebant, ex Anfelmo.

VIII. Regula Geffridi in his difpenfationibus,
ut non fiant ftudio laici, fed pietate fubvenienti in-
fermii. Difpenfationes fua causa, reprobata.

IX. Ob neceffitatem, vel communem utilitatem,
ha difpenfationes conceffi debent. Alioqui fua dif-
penfationes, ex Bernarda.

X. Gratianus fequitur eandem fententiam. Iure
Devotionalium, privatorum habita est ratio major quam
olim; quibus difpenfationes dantur, fi inveniantur ali-
quo merito, quod ufui Ecclefie effe poffit.

I. **Q**UANTA effet Romanz fedis
auctoritas in temperanda cano-
num executione, ex Innocentio & Con-
cilio Africano demonstratum est capite fu-

Damnato per vim & tumultum Flavia-
no Constantinopolitano Epifcopo in Syno-
do Ephesina fecunda à Diofcoro Alexan-
drino, Anatolius, qui pro oegotia Eccle-
fiae Alexandrinae Diofcori refponfalem eger-
at Constantinopoli, urbis rex Epifco-
pus ordinatus est. Hæc ordinatio celebra-
ta in illo Ephesino latrocinio, cujus acta
refcifsa fuot, constare non poterat, fi sum-
mo jure actum fuiffet. Quare Anatolij com-
munionem, utpote vitiofe ordinati, Leo
I. fufcipere recufabat, donec Marciaoi
Priocipis interventione canonum cenfu-
ram mollivt, reatæ fidei fubfcribente Ana-
tolio, cui Constantinopolitanam fedem
fuo confeffo Papa firmavit. Nos enim, in-
quit Leo in epiftola ad Marciaoum Augu-
ftum, vestra fidei & interventionis habentes
immutam, cum fecundum fua conftitutionis au-
ctores ejs initia ftabantem, benigniores circa
ipfum quam iuftiores effe volumus, quæ per-
turbationes omnes, quæ operante diabolo fur-
rans excitata, adhibitis remediis lenivimus.
Mox: Satis fit præditi quid vestra pietatis
auxilio, & mei favoris affenfu, epifcopatum

Debetur t. c. ij.
Theophilus Antioch.
Chryfoftomus
Ecclefia Antioch.
Theophilus
Ecclefia Antioch.
Chryfoftomus
Ecclefia Antioch.

Z ij

santa urbis obtinuit. Potestatis suæ conficius, non dubitat assensui suo & favori adscribere Anatolij confirmationem, qui alioqui secundum canones pelli deberat.

Ea quoque dispensationis indulgentiæ auctoritate usus est in causâ Maximi Antiocheni Episcopi, qui in locum Domni à Dioscuro damnati successit, ab Anatolio ordinatus erat. Huic ordinationi duo maxima vitia inerant: Vnum, quòd Dominus ab impia Synodo Ephefina damnatus esset: Alterum, quòd ordinationi illa *Carissimi* adversus Nicænos canones, apostolicos, & Constantinopolitanos ab Anatolio peracta esset: cui tamen Leo connivere voluit, ob pacis studium: *Neque sibi astrictus licuisse* (scilicet Anatolius) *quod Antiochena Ecclesia sine ullo exemplo, contra statuta Canonum, Episcopum ordinare presumpsit, quod nos amore reparanda fidei & pacis studio retrahere cessavimus.* Nisi Leo benignè se gessisset in Maximum, ejus ordinationem retrahere potuisset, ut ipse docet in hac epistola: quæ ad Marcianum Augustum cum sit data, potestas Leonis indubitati juris esse censenda est.

Nec enim in re ad auctoritatem non pertinente tantam *majoritatem* adhibuisset. Sed utendum non est conjecturis, ubi diserta habemus testimonia. Maximum à Synodo Chalcondensi eo solum nomine receptus est, quòd Leo Summus Pontifex ejus ordinationem & communionem probasset. Etenim cum in cognitione quæ de Iba Edesse non habebatur, (qui judicio Synodi Berytensis absolutus, à Dioscuro Ephefi damnatus erat) Iudices interlocuti essent ut Acta Ephefina relegerentur, Paschasius & ceteri Legati Romanæ sedis intercesserunt, eò quòd synodum illam in irritum Leo misisset, præter negotium Antiocheni Episcopi, cujus communionem deinde amplexus erat: *Si ergo & à beatissimo & apostolico Romanae urbis Episcopo, omnia quæ ibi gesta sunt, vana sunt habita, claret quia & sanctissimus Episcopus Antiochena civitatis extra hæc est, quem post hæc beatissimus Episcopus in propria communiōne suscepit.* Hæc ultima verba defunt in textu Græco; quæ tamen à veteri interprete juxta fidem codicum antiquorum reventa sunt. Quod patet ex sequenti Anatolij interlocutione, qui totam rem explicat:

Definimus nihil horum valere quæ in illa qua Synodus dicitur (nempe Ephefina) sunt confecta, nisi illud circa sanctissimum Maximum magna Antiochena civitatis Episcopum: quoniam & sanctissimus Leo Romanus Archiepiscopus in communionem eum recipiens, præstet eum Antiochena judicavit Ecclesia. quam formam sequens & ipse approbavi, & præstet omne sanctorum Concilium.

Illustre quoque extat exemplum veniæ canonum à Simplicio Papa concessæ Stephano Antiocheno Episcopo, in gratiam Zenonis Imperatoris, qui hoc à Pontifice enxè postulavit. Ordinatus fuerat Constantinopoli ab Acacio, quemadmodum ab Anatolio Maximus, cum à comprovincialibus ordinari debuisset, quemadmodum Flavianus Antiochenus ab Episcopis Orientalis dioceseos ordinatus fuisse dicitur in epistola synodica Concilij Constantinopolitani. Sed ad vitandos tumultus, Zeno Stephanum eligi & ordinari Constantinopoli iussit anno quadringentesimo septuagesimo nono, ea conditione, ne simile aliquid in posterum tentaretur. quæ de re certiorum fecit Simplicium, & ejus consensu roborari petiit. Cui desiderio se facile præbuit Summus Pontifex, ut patet ex ejus epistola ad Zenonem: *Vnde, inquit, quæ à vobis amore quietis sanctæ & religiose sunt ordinata, reprobare non possumus, ne status Antiochena Ecclesia sub nostra dubitatione videatur ambigua.*

II. Frequentius Ecclesiis Occidentis Romana sedes consuevit quibus Orientalibus. Quippe suos Patriarchas itæ colebant, qui canonum executioni incumbant in suis quoque dioceseibus; ut Romanus Pontifex de singulis Episcopis sollicitus non esset, sed de Patriarcharum ordinationibus; de quibus certior fiebat per literas synodicas. Quare missis Oriente, remeandum est ad Occidentem; ubi Leo I. hoc temperamentum adhibuit in dirimendis Africanorum illicitis ordinationibus, ut bigamos à sacerdotio pelleret, sed laicis studio populorum electis veniam tribueret. *Circumstanti nos, inquit, hinc mansuetudo clementia, hinc censura iustitia. Et quia universa via Domini misericordia & veritas, cogimur secundum sedis apostolica pietatem ita nostram temperare sententiam, ut transito pondere delictorum, quorum utique non una mensura est, quadam definiamus utcumque toleranda, quadam vero penitus amputanda.* Ita verò provocationibus laicorum conniver, ut vetet eas in posterum: *Quod enim nunc utcumque est veniale, inultum esse postmodum non poterit, si quisquam id quod omnino interdiximus usurpare presumpserit. Quia remissio peccati non dat licentiam delinquendi; neque quod potius aliqua ratione concedi fas erit amplius impune committi.* Vnde patet mansuetudinem, clementiam, remissionem, & veniam delictorum à Leone dici, quod nos hodie irregularitatum dispensationem dixerimus, & verbum *Tolerandi* hæc quoque notione usurpatum.

Hilarus Pontifex hac indulgentia profes-

Leo I. ep. 11. ad Episc. Maxim.

1. Confessio
2. Synodus
3. Episcopus
4. Antiochena
5. Civitatis
6. Episcopus
7. Romanus
8. Archiepiscopus
9. In communionem
10. Recipiens
11. Præstet
12. Formam
13. Sequens
14. Ipse
15. Approbavi
16. Præstet
17. Omne
18. Sanctorum
19. Concilium

cutus est duos Episcopos Hispaniæ ordina-
tos à Silvano Calagurritano; cujus præsum-
ptionem cotereri petebat Afcianus Tarra-
conensis Metropolitanus, quòd se infcio
contra canones Episcopos illos instituisset.
Factum verò Silvani excusabant honorati
& possessores earum civitatum quibus dati
erant Episcopi. Disceptatio gravissima in
Synodo Romana peracta est, & *semporum
necessitate perspersa*, id est, Gothorum omnia
devastantium furore, ad *veniam pertinere quod
gestum est* decrevit Hilarus; *ita ut nihil detin-
ceps contra præcepta beati Apostoli, nihil contra
Nicanorum canonum consuetudine tentetur.* Vnde
colligitur non solum quod contendimus,
venit ratione concedi solitas dispensationes,
sed etiam eam esse vim necessitatis ut ordi-
natio Episcopi sine Metropolitanò celebra-
ta, licet nullas vires habeat juxta Concilij
Nizani & Antiocheni canones, tamen eo
casu convalescat.

III. Ea quæ dixi, personis ob pacem Ec-
clesiæ indulta sunt. Aliquando verò exacta
disciplina ad tempus remittebatur, ut rebus
ipsis & statui ecclesiastico restituendo con-
suleretur. Qua ratione ductus Gelasius,
cùm fame & bello devastata esset Italia, ut
ministrorum officia in Ecclesiis repararet,
promotionum ecclesiasticarum intervalla
antiquis decretis præfixa ad tempus remisit,
ita ut monachis intra annum, & laicis intra
decem & octo menses, presbyterij gradum
adipisci liceret. *Quod pro accidentis defectus
remedio providetur*, inquit ille, *non adversus
sita majorum nova lege proponitur.* Id autem
necessitate cogente aggressum se fuisse ait,
& necessaria rerum dispensatione constri-
ctum: *Necessaria rerum dispensatione constri-
ngimur, & apostolica sedis moderamine conveni-
mur, sic canonum paternorum decreta librare,
& retro præsumptu decessorumque nostrorum præ-
cepta metiri, ut quæ presentium necessitas sem-
porum restaurandis Ecclesiis relaxanda deposcit,
adhibita consideratione diligenti, quantum fieri
potest temperemus.* Et mox: *Præcis igitur pro
sui reverentia manentibus consuetudinis, quæ, ubi
nulla rerum vel temporum perurget angustia,
regulariter convenis custodire.* Hic Gelasius
utitur eodem sensu dispensationis voce, quo
ἀναγκαια usurpatur apud Græcos.

IV. Aliquando etiam judicio synodali
dejectis Episcopis, restitutum est clementer
indulta à Summis Pontificibus; ita tamen
ut synodorum consensus accesserit. Quod
tribus exemplis illustrari potest: quorum
unum in Italia, alterum in Gallia locum ha-
bet, & tertium in Oriente. Misenum Epi-
scopum honore & communione in Synodo
Romana privatum Gelasius in altera Syno-

do Romana sacerdotali dignitate restituit
anno quadringentesimo nonagesimo quin-
to. Rothadus Episcopus Suetionensis sede
sua à Synodo Gallicana dejectus est anno
òdtingentesimo sexagesimo quinto. *Nostrum
judicium*, inquit Hincmarus, *per regulas exe-
cutum, sedes apostolica non cassavit; sed Rotha-
do, qui ad eam fecit confugium, humiliter pos-
centis solay benignitatem impendit.* Scio qui-
dem à Nicolao primo recessissam synodi sen-
tentiam, à qua Rothadus appellaverat. Sed
quia Gallicani Episcopi illo casu non esse
locum appellationi contendebant, ideo
Hincmarus clementiæ Nicolai tribuit Roth-
thadi restitutionem, cui Ecclesia Gallicana
assenfit, sub titulo restitutionis à Nicolao
ex benignitate & venia indultæ. Apo-
Orientalem Ecclesiam qui motus à Photio
excitatus fuerint, docent & Nicolai epistolæ
& Synodus Oðava; quæ illum Patriarcha-
tu Constantinopolitano depulit, & percu-
lit anathemate. Attamen Ignatio sancto,
Photius toties damnatus sedem suam recepit
suffragis Orientalium Episcoporum, adni-
tente Basilio Imperatore. Sed illa restituito
integra esse non poterat, nisi à sede apo-
stica probaretur. Quare Ioannes VIII.
rogatus ab Imperatore ut Ecclesiæ paci
consuleret, necessitati cedens, Leonis, Gela-
sij, Felicis, & Concilij Africani auctoritate
fretus, qui in rerum angustiis temperandas
esse regulas docent, de consensu ceterorum
Patriarchatum Photium anathemate liber-
avit, illique sedem retinere concessit, ea
lege, ut coram synodo cogenda misericor-
diam peteret. De consensu, inquam, cetero-
rum Patriarchatum & Episcoporum
Ioannes Photium solvit, ut videre est in
epistola germana ejusdem Ioannis, quan-
quam in epistola à Photio corrupta hic con-
sensus desit. Vnde occasione sumptit aucto-
r Breviarj Oðavæ Synodi, hanc Photij
restitutionem à Ioanne VIII. decretam con-
vellendi; quia scilicet unum Patriarchium
damnatos à ceteris Patriarchis solvere non
potest, *ἢ περιεργασίαν λόγου οὐ δύναται.* Imò
verò neque per modum dispensationis hoc
fieri posse concedit, quia ex Chrysostomo
dispensationis locus non est, cùm manifesta
est prævaricatio. Ceterum à culpa Ioannem
liberat Principis & ceterorum Patriarchum
totiusque Synodi Orientalis consensus,
quem datum fuisse Ioannes suis literis signi-
ficat. Profert autem ad confirmationem
sententiæ suæ exempla Athanasij, Chryso-
stomi, & Flaviani, qui à synodis damnati
cùm fuissent, à sede apostolica in integrum
restituti sunt. Quibus exemplis quoque Pho-
tium à Ioanne restitutum scribit Ivo, cùm

1176. ep. ad A.
1184. anno 411.

Collectio in ep. ad
Episc. Lucanæ.

1176. c. 1.
Dypt.

1176. c. 1. cap.
14. d. 1.

1176. VIII. ep. ad
basilicam.

1176. Breviarj VIII.
176.

Enchiridion.
Dno,

de jure dispensationum loquitur. Sed ab iis referendis temperavi, quia restitutiones illæ ad Appellationum jura pertinent, & ad judicatorum rescissionem, non autem ad restitutionem ex benignitate indultam, quemadmodum tria superiora, quæ retuli, exempla.

V. Ceterum hic repetendum est quod initio adnotavi, nullum edi posse testimonium, quo doceatur à veteribus veniam infringendi canonis alicui collatam fuisse, sed tantum infracti. Ea scilicet Canonum & Decretorum erat reverentia, ut ea violari à quoquam æquo animo Pontifices ferre non possent; quin potius statim canonica pœna reos convictos plecterent, nisi necessitatis aut publicæ utilitatis manifesta ratio aliud suaderet. Zacharias hac de re certiores nos reddit, qui rescriptis Bonifacio Mogantino conquerenti de indulta facultate à Gregorio III. ut quis viduam avunculi sui uxorem duceret: *Abstine hoc prædecessor noster ita credatur præcepisse. Nec enim ab hac apostolica sede illa diriganter qua contraria esse patrum sive canonum instituta inveniantur.* Imò verò cum idem Bonifacius enixè à Zacharia postularet ut sibi liceret Episcopum successorem eligere, respondit juxta mores antiquos: *De eo quod tibi successorem constitui velle dixisti, nite vivente in loco tuo eligatur Episcopus, hoc nulla ratione concedi possumus, quia contra omnem ecclesiasticam regulam vel instituta patrum esse monstratur.* Id autem charitate cogente homini de Ecclesia optimè merito indulget, ut ea hora qua se migraturum è seculo cognosceret, præsentibus cunctis sibi successorem designaret.

VI. Post seculum undecimum frequentior esse cœpit dispensationum usus, Ecclesie statum ita ferente; qui variis bellorum motibus & novis Decretis valde concussus erat. Attamen id superfluit ex antiqua disciplina, ut nihil indulgeretur, quin utilitate publica compensaretur; ut colligere licet ex præfatione Ivonis, quam Decreto suo præfixit. Ex ea regulas quasdam decerpere non alienum erit ab instituto, quia hodie etiam in quibusdam articulis usui esse possunt. Præceptiones, & prohibitiones, alias immobiles esse docet, alias verò mobiles. Ac primi quidem generis sunt illæ quæ lex divina sancit, quæ observata saltem conferunt, non observata eandem auferunt. Mobiles verò sunt, quæ lex aeterna non sancit; sed posterorum diligentia ratione utilitatis invenit, non ad salutem principaliter obtinendam, sed ad eam tantum muniendam. Quo in loco reponit canonicas institutiones. Mox addit: *In his*

quibus observata saltem acquirunt, vel in quibus necessitas moris indubitanter consequitur, nulla est admittenda dispensatio; sed si sunt omnia mandata vel interdita servanda, sicut sunt aeterna lege sancita. In his verò quæ propter rigorem disciplina, vel muniendam salutem, posterorum sanxit diligentia; si honesta vel utilis sequatur compensatio, potest procedere auctoritate præsentium diligenter deliberata dispensatio. Utitur voce *Compensationis*, quam è Concilio Africano hausit, ut significet utilitatem cujus ratione venia canonum indulgetur. Usum autem harum dispensationum docet testimonius aliquot petitis ex Augustino, Cyrillo, Innocentio, Leone, Gelasio, & Joanne octavo. Connumerat verò inter dispensationum exempla promotiones Felicis, Gelasij, Agapiti, Silverij Summorum Pontificum, etiam Ilij Presbyterorum essent, quorum ordinationes vetitæ erant Decretis Pontificum. Sed in eo fallitur, quòd Decreta illa aliquot seculis posteriora sint ordinationibus illis quas recensuit. Translationes etiam Episcoporum ab una civitate in aliam, jam olim à severiore Ecclesia admittas, dispensationibus accessit. Sed illæ ad canonum interpretationem referendæ sunt potius quam ad dispensationem: quoniam migrationes quidem Episcoporum voluntariæ prohibentur tantè à canonibus, Translationes verò cum causæ cognitione decreta, non sunt vetitæ. Prohibetur *mutatio*, non *mutatio*, ut loquuntur Græci. Qua de re alibi. Depositorum Episcoporum, Athanasij scilicet, Flaviani, & Chrysostrami, & aliorum aliorum restitutionem à sede apostolica decretam, inter dispensationum exempla Ivo recenset, sed perperam, ut supra monui, cum hæc ad judiciorum restaurationem pertineant.

Dispensationum usum frequenter in epistolis suis commendat idem Ivo: in quibus hanc præcipuè regulam sequendam docet, ut fides vel boni mores non lædantur: *Tunc possunt Præsules legum rigorem propter necessitates ecclesiasticas temperare, quando ipsi legum remissionem nihil continet contra fidei veritatem vel morum honestatem.* Et alibi: *A subditis non debet reprehendi Prælatorum dispensatio, si salvo fidei fundamento, & notè canonum regulâ morum, aliqua infirma faciant, aut tolerant, ut vitam subditorum in proposito sua sanitatis conservare valeant.*

VII. Eodem seculo Anselmus Cantuariensis à Paschale secundo sibi concedi petiit ut juxta arbitrium suum leges ecclesiasticas temperare possent in Anglia, ubi, ob corruptos mores, disciplina tenor servari

Zach. ad Basil. c.
1. no. 741.

Enchiridion.
Dno,

Præf. c. 107. 8.

100. 111. 112.
113. 120. & 121.

Præf. c. 107. 8.
dicitur supra in
Enchiridion ad
cap. 107.
111. 120. & 121.

non poterat, quod illi à Pontifice indultum est. Vnde colligitur, subditorum contumaciam frequentibus dispensationibus viam apertuisse, ne quis cum Novatoribus ad Curiam Romanam hujus remissionis omnem culpam revocet. Tantus enim erat in Ecclesia canonum contemptus, ut à vindicta sæpissime pro multitudinem reorum abstinendum esset, & dispensatione tanto morbo providendum. Itaque satius esse duxerunt Pontifices, probabili quadam ratione inducti, canonibus aliquos solvere, ut infractarum legum reatus vitaretur, quam post vulnus remedium parare. Verba autem Anselmi hæc sunt: *Sæpe necesse est aliquid de apostolicis & canonicis statutis pro compensationibus relaxare, & maxime in regno, in quo sæpe omnia sic corrupta & perversa sunt, ut vix ibi aliquid omnino secundum statuta ecclesiastica fieri possit.*

VIII. Goffridus Vindocinensis eadem ætate Calixto secundo insinuat quis modus sequendus sit in dispensationibus, quæ tunc in antecessum concedebantur. *Dispensationes, inquit, aliquando in Ecclesia faciende sunt, non quidem amore pecunie, vel quolibet humano favore, sed pia & misericordis intentione. Tunc enim à pastore Ecclesie dispensatio piè & misericorditer fieri dicitur, cum aliquid minus perfectè ad tempus sit ab illo, vel fieri permittitur, non voluntate sua, sed aliorum necessitate, ne in ipsis videlicet fides Christiana periclitetur. Et mox: Possunt etiam & debent fieri dispensationes, quibus Ecclesiarum & monasteriorum consuetudines immutentur; sed ubi postponitur minus bonum, ut quod est melius instauratur. Infra: Si quis verò aliter in Ecclesia dispensationes facit, rationi simul & veritati contradicit; nec solum lucernam ardentem non habet, verum etiam aliorum ardentes extinguit. Et ideo non velle dicitur Christi Vicarius; sed dux est cæcorum, ipse cæcus.*

IX. Nota est Bernardi de dispensationibus sententia, quam Eugenio sequendam proposuit: *Quid, inquit, prohibes dispensare? Non, sed dissipare. Non sum tam rudis ut ignem passus vas dispensatoris; sed in adificationem, non in destructionem. Deinde queritur inter dispensationes, ut fidelis quis inveniat. Vbi necessitas urget, excusabilis dispensatio est. Vbi utilitas provocat, dispensatio laudabilis est. Utilitas, dico, communis, non propria. Nam cum nihil horum est: non plane fidelis dispensatio, sed crudelis dissipatio est.*

X. Gratianus variis in locis, ob necessitatem, vel utilitatem Ecclesie, dispensationi esse locum docuit, ita ut illi cum ceteris conveniat. A qua regula jure Decretalium recessum non est; quamvis privatorum ma-

ior sit habita ratio, quam haberetur antiquis canonibus. Etenim scientia, morum honestas, bona fama, meritorum prerogativa, nobilitas petentis, censentur justæ causæ dispensandi, ut probari potest ex variis locis Decretalium. quod deinde placuit Concilio Tridentino. Itaque venia canonum, quæ olim ob publicam tantum causam privatim post violatos canones concedebatur, indulgeri cœpit ante omnem actum, propter privatam petentium commodum, si meritis aliunde juvantur, & eorum opera bono publico infectire possit. Vnde profecta est dispensationum frequentia, in votis, in beneficiis, irregularitatibus, & matrimonii, quæ gravissimorum virorum querelas provocant. Vt enim de B. Bernardo taceam; Hildebertus Cenomanensis, Ioannes Sariberienfis, Mattheus Parisi, Guillelmus Durandus, Nicolaus de Clemangiis, Ioannes Gerson, multis hac de re conquesti sunt.

C A P V T X V.

Synopsis.

I. Dispensatio quæstio, an dispensatio sine causa sit licita & valida. Inferioris, est illicita & invalida. Summi Pontificis, quidem licitam esse aiunt; atque autem illicitam, quia non est dominus legum.

II. Illicita autem dispensatio, à plerisque validatur; ab aliis invalidatur, quorum rationes proponuntur.

III. Distinctio auctoritatis, in iis quæ singulas respiciunt, dispensationem sine causa, absque crimine concedi & suscipi; in iis quæ iura terri ante statum publicum ledunt, nec licitam esse nec validam. Prima pars probatur, ex consuetudine recepta ab aliquot sæculis; quæ inducere potuit ut per dispensationes legi derogaret, quemadmodum omnis potest legem abrogare. Maxima vis consuetudinis in dispensationibus, unde dispensatio significatur nomine consuetudinis. Dispensationes in gravissimis rebus quotidie conceduntur sine causa, contra cantus Conciliorum generalium; quæ recepta sunt usque: quædam autem in ministeriis negotiis vix recipiuntur, ab usum contrarium. Probatur facultas concedenda dispensationis sine causa ex Concilio Lugdunensi, quod explicatur.

IV. Si verus recepti in regno ledamur, invalida dispensatio, quia sine causa legitima, & quia in iis casibus dispensationis usus non recipitur. Dispensationes mendaciter concessa ad beneficia possidenda rejicitur.

V. Caritas leditur novitate. Quare abstinendum hoc casu à dispensatione, quæ precipui ob concordiam indulta est. Ex dispensationibus intempestivis discordia oritur, à Maximo Abbate.

VI. Inquiritur in omnia rescripta, non ea proposita ut limites ponantur pontificis potestati. Omnia privilegia sedis Romana non erant cognita Gallis temporibus Fulberii. Tenuerit agendum cum Romanis.

VII. Cavent Romani Pontifices ne rescriptis suis

Cap. Tenentur de
Jure, de causa,
de transactis.

Tit. 60. l. 1. c. 1.
de J. c. 11.

Anselmus Cantuar.
apud Innocentium in
Novat. ep. l. 1.
cap. 714.

Goffridus Vindocin.
in Opus. c. 1.

Bernardus l. 1. de
Consid.

Grat. c. 1. q. 7. de
C. Reservat. c. 1.
de Jure, c. 1. de
Reservat. c. 1. de
Reservat. c. 1. de
Reservat. c. 1.

scandali occasione gravant. Tria genera scandalorum.
De Petri reprehensione à Paulo propter scandalum.

VIII. Si scandalum ariatur, temperandum ab executione rescripti. Scandalum movetur, si recepta consuetudo infringatur. Et si iusta precipiamur, suscipiendum ab executione, ratiōne scandalorum; cuius non potest dari dispensatio. Index delegatus debet rescribere & superscribere.

IX. Regula penitentiæ scandalum sufficit in foro. Quæritur tamen Theologus & interpretis, an si rescriptis pensandam disciplina ecclesiastica, ita parendum sit. Respondent ab eis exequendum abstinentiam, & si necesse sit, subsidium Principum implorandum. Quod fit per modum defensionis, non actum iurisdictionis. Etiam Summo Pontifici non censetur eo casu esse defensus auctoritatis, sed defensus intentionis. Romana fides arget executionem mandatorum que salubria sunt, à Leone IV. & Gregorio VII.

X. Ad defensionem & alionem veritatis habet primam & maximam potestatem. Contra veritatem nihil potest, à Faciende Hermianensi.

XI. Non potest concedi dispensatio juris divini, vel naturalis, sed tantum interpretatis.

I. **Q**UÆ superiorum seculorum ingenia exercuit, pertinacissimis contentionebus discipata quæstio, an dispensatio sine iusta causa concessa, licita sit & valida, hodie etiam à Theologis & Iuris Canonici interpretibus cum aliquo opinionum dissidio, quamvis modestius, tractari solet. Sanè si ab inferiore concedatur sine causa, nec licitam nec validam esse apud omnes in confesso est. De supremo Pontifice controvertitur. Sed quæstio in duo capita dirimenda est. Vnum est, an sit licita; alterum, an sit valida, et si fortasse fuerit illicita. Licitam esse dispensationem à supremis Principibus sine causa concessam asserunt Glossa, Bartolus, Innocentius IV. Panormitanus, Felinus, & alij quamplurimi; quia leges omnes ab eorum nutu pendunt. Plerisque verò Theologis & Iuris Canonici interpretibus placuit nec Summum Pontificem nec Reges ipsos licite à legibus suis solvere posse subditos, sine iusta causa. Quod probant ex iis locis qui relati sunt à Gratiano, & ex Concilio Tridentino, quod vetuit nec dispensationes in contrahendis matrimoniis dentur sine iusta causa. Sed maximè sententiam suam ex jure naturali fulciunt; quod ita Principibus leges commisit, ut earum sint dispensatores, non domini. Quare si à iusta & provida administratione aberrant, quæ reipublice consulere debet, abutuntur concredita sibi potestate, dum inter ejsdem universitatis membra inæqualitatem inducunt.

II. Sed in altero capite quæstionis idem illi interpretes in varias opiniones scinduntur, cum quaeritur, an dispensatio indulta sine iusta causa sit invalida, ut est illi-

cita. Si Parisienses sequamur & antiquos scriptores, dubium non est quin dispensatio injusta sit etiam invalida. Hanc sententiam amplexi sunt Bernardus, Goffridus Vindocinensis, Ioannes Sarisberienfis, Gerfonus, Major, Almainus, & ex Theologis recentioribus, Gabriel Vasques Hispanus, & plerique interpretum Iuris Civilis & Canonici. Quod probant comparatione ducta à lege: quæ si injusta sit, legis nomine non censetur; ac proinde nec dispensatio injusta locum dispensationis obtinebit; maximè cum potestas qua dispensans nicitur, data sit ad edificationem, non ad destructionem, ut loquitur Paulus, unde sequitur dispensationem quæ tendit ad dispersionem & destructionem non proficiat à potestate quam Deus concessit, ac proinde esse nullam. Neque opponi potest huic sententiæ quod à contrariæ opinionis vindicibus, & præsertim à Suare, asseritur, scilicet legem pendere ex arbitrio ejus qui illam tulit, ideòque si Princeps quempiam ab ejus vinculo eximat, arbitrum Principis ratum fore. Hæc enim ratio, et si alicujus momenti esse possit quoad leges seculares, attamen, quod ad ecclesiasticas attinet, vim nullam habere potest. Earum enim conditio hæc est, ut perpetuæ sint, quemadmodum pluribus docui superioribus. Quibus addendum est Leonis testimonium, qui canones nulla ratione convelli posse docet in epistola ad Rusticum Narbonensem, nisi ab necessitate rerum, vel considerationem ætatem. Quæ ultima verba adolescentes respiciunt, quibus post gestam publicam poenitentiam conjugem ducere contra regulas indulget cap. XIII. ejsdem epistolæ. Vnde Ioannes VIII. rescriptis

Vicenti Episcopo, demeritis esse Pontifici persuadere velle ut illud fieri concedat quod omnino canonice disciplinæ est contrarium. Et Chrysostronus relaxat in Brevariario Octavæ Synodi eleganter dixit, *occurrendum, si in vi majorum, ibi esse dispensandum, ubi non sit prævaricandum.*

III. Mihi verò hæc quæstio hoc pacto dirimenda videtur, ut in iis quæ singulos respiciunt, dispensationem à Pontifice etiam sine causa indultam valere dicamus, imò verò & absque crimine suscipi & concedi, in iis autem que vel jura tertij vel statum publicam lædunt, nec licitam esse nec validam. Ac primam quidem partem eorum auctororum testimoniis confirmari posse non ambigendum est qui in supremo Principe causam ad dispensandum necessariam non esse generaliter & in universum asserunt, solamque liberalitatem Papæ sufficere pro causa dispensationis, ut placuit Antonio

Butrio.

Glossa in L. de pœn. si in Bona. de zooni quæ rescribitur in l. de M. Hen. Disp. 1. 2. 1.

Thomas 1. 2. q. 7. 20. p. 1. Vnde Summus L. de leg. 1. c. 18. Conc. Trid. de q. 1. c. 14. de re. 1. c. 1.

Bernard. 1. 2. de Condem. 17. 2. ad Adam Hen. L. de Dispens. & pœn. c. 2. de 7. Goffrid. in hanc epist. l. ad hanc. c. 1. Polonus. c. 1. Gratian. de Eccles. pœn. c. 100. l. 2. 10. 10. 1.

1. Cor. 10. Vespasius. 1. 2. 17. c. 1.

Vide Summ. 1. de leg. 1. c. 15.

c. 10. de re. 1. c. 1.

Butrio. Hujus sententiæ præcipuum fundamentum non in eo constituto quod jam evecti, scilicet leges ecclesiasticas à superioris nati pendere, sed à perpetuo usu qui jam à trecentis annis & ultra in Curia Romana receptus est, ut sine cognitione causæ ple- ræque dispensationes concedantur, quibus, verbi gratia, irregularitates tolluntur, im- pedimenta consanguinitatis & affinitatis in tertio & quarto gradu amoveantur, benefi- ciorum pluralitas conceditur, ut fidem facit Guillelmus Durandus, qui de illa novitate seculo suo indulta conqueritur. Eodem etiam usu inductum est ut poenis à canone indictis liberi habeantur qui dispensationi- bus illis utuntur, adeo ut nec eorum ordina- tionum vitiosæ censentur, nec de matrimo- niorum viribus dubitentur, aut quæstio status liberis ex ejusmodi nuptiis edictis moveri pos- sit. Itaque cum præcipuum eorum canonum effectus per dispensationem indebitam ex consuetudine recepta sublatas sit, scilicet nullitas matrimonij, quid superest quod sub- ditorum conscientias onerare possit? Dicitur aliquis superesse jus illud naturale, quod ve- rat singularis ne ab ordine universitatis des- cendant sine causa. Sed redit distinctio, scilicet jam consuetudine recepta inductum so- lam Principis voluntatem legitimæ causæ vim habere apud omnes, in præcipuo effe- ctu. Ergo idem jus erit statuendum in altero capite. Tanta verò est vis consuetudinis, ut legem omnino tollere possit. Ergo & mo- dum illius solvendæ per dispensationes aho- qui indebitas inducere poterit, præsertim cum dispensationis ea sit conditio, ut à con- suetudine magnas vires accipiat. unde & dispensatio consuetudinis nomine significa- tur apud Basilium: *Nos ergo*, inquit, *stru- que scire oportet, & qua sunt summi jura, & qua sunt consuetudini*, id est, secundum Bal- samonis & Matthæi Blastaris interpretationem, sequendam esse aliquando consuetu- dinem inclinatiorem, & descendendum à summo jure. Ceterum quanta sit vis consue- tudinis in hujusmodi dispensationibus tole- randis, inde patet, quod ea quæ à Conciliis Oecumenicis instituta sunt in gravioribus negotiis, novis rescriptis dispensatoris aliam formam quoridie accipiunt. Episcoporum consecratio, quæ sine Metropolitanis fieri non debet, post abrogatam Pragmaticam Sanctionem, inconsulto Metropolitanis, tribus Episcopis ad arbitrium Summi Ponti- ficis committitur. Duabus Ecclesiis adscri- buntur frequenter Clerici contra canones Concilij Chalcedonenfis, dispensationibus indultis ad plura beneficia retinenda. Dis- pensationes in gradibus prohibitis à Conci-

lio Lateranensi olim rarissimæ, hodie verò sunt frequentissimæ. Episcopatum futuræ successiones, & in ceteris beneficiis præfren- tes successiones per resignationes in *favorem* dictas, Pontificum & Regum arbitrio fre- quenter admittuntur. Novi ordines religio- si contra rescriptum Concilij Lateranensis quoridie approbantur. Mula quoque alia peraguntur quæ summam quidem & exi- miam in Romano Pontifice à constitutioni- bus generalium Conciliorum dispensandi auctoritatem, etiam sine causâ, inesse pro- bant. Sed quanta sit vis consuetudinis recep- tæ, quæ his dispensationibus connumer, inde ostenditur, quod in minoris momenti rebus hæc dispensationes ægrè recipiantur. His ad- dendum est Concilium Lugdunense sub Gregorio X. habitum anno MCCXXIV. quod ad Romani Pontificis arbitrium retu- lit de dispensationum sufficientia disquirere, & *estimari quem modum beneficii sui Pontifex esse voluerit*. Itaque si Summo Pontifici pla- cuerit sine causâ cognitione aliquem cano- nicis solvere, dummodo status publicus non lædatur, hoc ab eo pendere colligi potest ex Concilio illo Lugdunensi, præcipuè cum dispensationem, *beneficij* à Principe collati nomine significet, id est, gratiæ sub mera liberalitate collatæ. Quare mirari super qua ratione quidam hunc locum adduxerint ut probarent dispensationem sine causâ esse nullam.

IV. At verò si status publicus aut recep- ta in regno jura lædantur, amplectenda est sententia eorum qui in universum dispensa- tionibus sine justa causâ indulgas, invalidas esse censent. Quod verum esse in specie quam tracto, hæc collectione demonstratur. Vel dispensationes illæ sine legitima & justa causâ conceduntur, & in hoc casu nullæ dicendæ sunt, propter ea quæ superius allata sunt argumenta: vel probabilis quadam ra- tione nituntur, respectu ejus habitio cui con- ceduntur; sed usui recepto in Ecclesia Gal- licana repugnant, quo certæ quedam regu- læ à canonicis & decretis Pontificum peti- tæ, ita firmatæ sunt, ut juxta legem illarum naturalem conditionem perpetuæ apud nos esse debeant. Hoc casu dispensatio carebit justa causâ, quod attinet ad statum publi- cum Ecclesiæ Gallicanæ, atque ideo nulla erit, præcipuè cum dispensandi ratio in his negotiorum articulis recepta non fuerit consuetudine aliqua. Ut enim lex ecclesia- stica debet usu recipi, ira & dispensatio illius legis debet usu probari. Hoc jure uterum in Gallia, non solum si rescriptis illis pacta conventa cum sede apostolica, quæ Con- cordata vocamus, lædantur, sed etiam si alia

Vide innotent
Protestationem 1644
ca. 14.

P. C. Ordinar. de
elic. index. in 4.

Ducand. de modo
Caus. pro. est. 1.
4. & 7.

Bellus cap. 1.
de jure minor.
etiam non dicit.
de res. 16. dicit.
Græc. 1. de res. 16.
etiam.
Matthæus Blassa-
ris: Casus de
dispensatione. 16.
etiam. 16. dicit.
Balsamon cap. 102.
Spodius in Trillo.

quædam capita, quæ moribus recepta sunt, aliquo pacto violentur, ne bene constitutis rebus novitates illæ perturbationem afferant. Exempli causa, si patronorum laicorum jura evertantur, vel si conditionibus fundationum derogetur. Ex hac regula profectum est ut majores nostri eas dispensationes non admitterent quæ Religiosis mendicantibus à Curia Romana indulgebantur ad possidenda beneficia. Cùm enim paupertatis extremæ voto se obstrinxissent, alienum visum fuit ab eorum proposito redituum legendorum desiderium. Quare regulæ mendicantium conservandæ intenti Reges nostri, & Clericorum secularium commodis prospicientes, prohibuerunt Edicto, ne qua ejusmodi dispensationum, *tantum ipso jure nullam, ratio haberetur.* Extat Caroli VII. constitutio anno MCCCXLI. lata, quæ præcipitur judicibus *ne hanc novam perniciem, seu potius superstitionem, in Clero, populo, & regno fieri vel attentari permittant, & mendicantis à beneficiis possessione sine mora expellant, exactis ab Episcopis & à cæteris quibuscunque gravissimis penis, si contra hanc interdictionem nitantur.* Hinc fit ut necessaria sit hodie Religiosis mendicantibus venia hujus legis à Rege concedenda, si ex dispensatione Summi Pontificis beneficia possidere illis indulgetur.

V. Summa verò regula quæ in dispensationibus adhiberi debet, hæc est, ut caritas non lædatur; quemadmodum docet Ivo Carnotensis; *Si quis quod legeris de sanctionibus sive de dispensationibus ecclesiasticis, ad caritatem, quæ est plenitudo legû, referas, non errabis, non peccabis; & quando aliqua probabili ratione à summo rigore declinabis, caritas excusabit.* Si tamen nihil, contra Evangelium, nihil contra Apostolos usurpaverit. Hanc regulam hausit ex Augustino, epistola ad Bonifacium, cujus verba retulit Grarianus. Augustinum etiam secuti sunt Hildebertus & Bernardus. Caritatem autem lædi quis non videt, quando invitato Principe & Ecclesia Gallicana, absque necessitate vel utilitate publica Ecclesiæ, legibus vel moribus receptis derogatur? Concordiæ & pacis ecclesiasticæ causâ introducta est tota dispensationum ratio, ut monui. Quare in contrariam partem torqueri non debet, ut offensiones in Ecclesiâ inducat. Porro autem, ut inquit Maximus Abbas adversus intempestivas dispensationes differens, bellum sapit & dissidium, non concordiam & pacem dispensationum, cùm sanctorum patrum decretis repugnat.

V. I. Enimverò quotidianæ cùm sint bujusmodi disceptationes, ob rescripta sedis

apostolicæ, quæ ad levandas petentium necessitates benignè concedi solent, paulò accuratius in hanc materiam incumbendum est. Non eo tantum proposito hæc indaganda sunt, ut meras ponamus pontificiæ auctoritati, ultra quas illi excurrere non liceat; quæ sacrilegij instar est de Principum potestate disputare, ut ait Imperator Anastasius. Quod præcipuè locum habet quando de Summo Pontifice agitur, in cujus privilegii enumerandis Gallicani Episcopi olim sibi hæterere aquam non dissimulabant. In eam sententiam eleganter & acutè Fulbertus Carnotensis Episcopus in epistola ad Arnulphum Turonensem Archiepiscopum; *Canonicatur enim quædam reverendo nobis in privilegio Romana Ecclesia, quæ propter negligentiam nostram non facile invenitur in armariis nostris. Modestis verbis sensum suum explicuit; consilium Auxiliaris Præfedi secutus, qui Hilariam Arelatensem Episcopum à dignitate metropolitana dejectum judicio Leonis I. hortatur ut ad demulcendum placandumque Pontificem se paululum demittat; quia *antes Romanorum quædam senectudine plus trahuntur, ut retulit antiquus scriptor vitæ Hilarii.**

VII. Nos quoque debita honoris præfatione usi, hanc materiam attingemus, ut sciamus quid, in effusa illa juris dicendi & condendi auctoritate, subditis qui læduntur Pontifices ipsi permittant. Ac sanè quæ de dispensationibus huc usque disputata sunt, viam aperiant iis quæ dicenda restant. Solenne est in rescriptis Pontificum, non solum dispensationum, sed etiam derogationum verba usurpari, quorum simul est effectus. Ideo quæ de una specie dicuntur, ad aliam trahi posse non est dubium. Id autem unum maxime cavere solent Summi Pontifices, ne rescriptis suis scandali occasionem præbeant. *Scandali* voce utor, quia frequentissima est in hujusmodi disceptationibus. Petita verò est ex Evangelio, & è Septuaginta interpretatione. Sumitur autem propriè pro offendiculo pedum; in quod si quis ambulando impingat, facile labatur. Inde translata est significatio ad actiones hominum quæ spiritualis ruinæ occasionem præbere possunt: quæ si ex se malæ sint, propriè scandali nomine designabuntur. quod datum vel adivum vocant. Sin autem meram virtutem spirent, & necessariæ sint ad hominum salutem, atque inde aliqui offendantur, hoc erit scandalum Iudæorum & Pharisæorum, qui doctrina & operibus Christi Domini lædebantur. quod scandalum acceptum & passivum dicitur. Inrer ista duo extrema est aliud scandali genus, quo delica-

ca. 1. Item ad 10.
deus. 1000000
10000000000
100000000000
1000000000000
10000000000000

Palmeri p. 47.

Rescripti illi, de
Fulberti. p. 118.
Et hoc est me-
dicum pontificis
vel dispensatione
Rege.

Ivo Carnotensis,
de
ca.

C. 1170. p. 100.
11. 4. Hilde-
bertus Carnotensis,
op. 11.
litteræ de dispensa-
tione. c. 4.

Maximus Abbas
adversus intem-
pestivas dispensa-
tiones differens,
bellum sapit &
dissidium, non
concordiam &
pacem dispensa-
tionum, cùm san-
ctorum patrum
decretis repugnat.

ta ingenia offenduntur, etsi revera in actione proposita aut in consilio agentis nihil sit quod argui possit, imò verò res in se sit laudabilis, quamvis non sit ad salutem necessaria. Hoc scandalum infirmorum, vel pusillorum, dicitur à Magistris. In quo hanc regalam præscripsit Paulus Apostolus, ut ab ea actione quæ ruinæ occasionem præbet, abstinendum sit, quemadmodum ipse carnis esum & vini potum sibi repudiandum duxit, si quis inde fratrum læderetur, sive scandalizaretur. Huc refertur potest Petri Apostolorum principis factum: qui licet sanam doctrinam sceleretur, cùm Iudæos & Gentiles in fidem Christi erudiret, eo tamen modo se gessit, ut etsi prudentia ejus consilium non desisteretur, in eas angustias inciderit quæ imbecilles in fidei periculum adducerent. Qua de re palam illum Paulus dispensatione usus objurgavit, ut vulnere crudo, quod incantè à Petro impadum erat, mederetur. Cessavit ergo Petrus, monente altero Apostolo, ab ea dissimulatione & dispensatione, ut scandalum à neophytis amoliretur. Y triuſque Apostoli factum, dispensationem cum Hieronymo & Chrysoſtomo vocavi. Cùm itaque vidisset, inquit Hieronymus, *Apostolum Paulum periclitari gratiam Christi, nova delatæ veteris usus esse arte pugnandi, ut dispensationem Petri, qua Iudæos salvare cupiebat, nova ipse contradictionis dispensatione corrigeret, & resistere ei in facie.* Chrysoſtomus apertè in commentario capituli x. i. epistolæ ad Galatas ait verba Pauli ad Petrum non fuisse dissidij aut contentionis, sed prudentis cuiusdam dispensationis. Quam sententiam persudare videtur agendi ratio quam in simili facti specie amplexus est Paulus Apostolus: qui ne Iudæos à se alienaret, quin potiùs Christo conciliaret, Timotheum circumcidit, caput suum rasit Hierosolymis, & alia quædam à lege indicta peregit. Itaque non ex animo Iudæicis ritibus se Paulus accommodabat, sed secundùm dispensationis remissionem, ut notavit Chrysoſtomus. Non me lateat Augustino non probari eam respondentem rationem, quam Hieronymus ab Origene & aliis veteribus hausit. Sed erratum, si quod fuit in Petro, ob scandalum quod exinde illo invito emerſit, causam nostram jurat: qui ratione scandalali ab actione abstinendum esse censemus.

VIII. Quod Apostolorum principi accidit, ejus quoque successoribus in Cathedra Romana contigit aliquando, ut rescriptis datis, quæ à regulis aliena non videbantur, ex Regum, populorum, aut Episcoporum offensiones sequerentur, quæ in scandalali nomen transirent. Quod enim sit contra

canones, scandalum dicitur à Leone I. in epistola ad Anatolium: *Sed cùm in injuriam canonum illa tentata sunt quæ omnibus Ecclesiis scandalum maximum generarent.* Attamen in his angustias, statim aut Romanus Pontifex aut Episcopi provinciales in crimen adduci non debent, cùm utrique vel moribus, vel canonibus receptis, plerumque se tueri possint, valde probabili ratione. In his difficultatibus Romanus Pontifex præcipiunt ut à rescriptorum executione superſedeant Episcopi ad quos directæ sunt. *Si mandatum nostrum (inquit Alexander III.) pro alicujus provisione receptis qui aliud beneficium habeat, de quo valeat commode sustentari, nisi forte in literis ipsi de hoc mentio habeatur, aut si non potest ei sine scandalo provideri, equanimiter sustinemus si pro eo mandatum nostrum non dixeris excequendum.* Monuimus autem superioribus capitibus scandala & offensiones in Republicam Christianam invehi, quando status ecclesiasticus aliqua novitate percellitur, & consuetudines receptæ convelluntur. Quod apertè quoque probatur ex Decretali Innocentij III. qui filium Græci Sacerdotis ex legitima uxore susceptum in Episcopum consecrari jubet, *nisi, inquit, pro eo quod inter Latinos Græci hujusmodi conversantur, regionis consuetudo repugnet.* Vbi Ioannes Andreas rectèa dnotavit, hanc exceptionem additam ob vitandum scandalum & offensionem quæ inde contingere possit, si quid alienum à consuetudine recepta inter Latinos induceretur. Itaque controversiæ similes ex hac regula dirimendæ sunt, ut à rebus novis, quæ subjectorum animos offendunt, temperetur, donec si fortè quod ab initio novum erat, accedente publico consensu, inter exempla quodque referatur. Interim tamen quandiu ex ea novitate offensiones sequuntur, desistendum omnino esse à rescriptorum executione docuit Alexander. Quod intelligendum est, etiam si justa præceptantur, & addita fuerit clausula, *non obstante scandalo.* Nec enim scandalum cadere potest in præcepti rationem, cùm sit contra caritatem, quæ finis est debitus præcepti secundùm Apostolum, quemadmodum egregè observavit Covarruvias, præsertim cùm hæc sit præceptiva cura Romanæ sedis, ut à populis scandala amoveat, sicut variis in locis Pontifices profertur. Vt enim graviter monuit Iulius in epistola ad Orientales Episcopos, relata apud Athanasium, *in rebus ecclesiasticis non speciem eloquentia, sed canones apostolicos requiruntur, operaque dari solet ne quis ex parvis in Ecclesia scandalizetur. Expedis enim, secundùm evangelicum verbum, molam asinariam suspendi à collo, atque ita demergi,*

C. Cùm novis. mar. de pœnib.

C. Cùm cùm de. C. C. C. C.

Ann. 14.

Monasterio. in 17. ad August.

Chryſ. in epist. ad Gal. c. x. i. epist. ad Gal. c. x. i. epist. ad Gal. c. x. i. epist. ad Gal. c. x. i.

Chryſ. in epist. ad Gal. c. x. i. epist. ad Gal. c. x. i. epist. ad Gal. c. x. i. epist. ad Gal. c. x. i.

I. Tit. 4. Covarruvias in Regula. Per crim. 1. par. 1. c. 1. f. 1. Gregorius in pœn. Decretal. hanc. in pref. de c. 1. de off. 1. in d. m. 10. cap. Athan. Ap. 1.

quamnum ex pusillis scandalizare. Quod ea condicione temperant & Beda, ut vitetur proximorum scandalum, in quantum id fieri potest sine peccato. Porro Episcopi qui ab executione rescripti cessant, ratione scandali emergentis, literis suis Summo Pontifici causam referre debent cur iussa non impleverint, & colligitur ex Alexandro III. In quo dispar est ratio surreptionis, qua jus tertij leditur, & scandali, quod & novitate præcepti proficitur: quia de vicio surreptionis pronuntiari potest iudex delegatus, sed ob metum scandali superferet executioni, & rescribit.

IX. Regula proposita de rescriptis non exequendis ut vitetur scandalum, sola sufficet in disceptationibus quæ apud nos frequentantur in foro. Sed quia Theologis & nostris interpretibus placuit aliam quoque difficultatem attingere, scilicet quid agendum sit, si rescripta ita canones & disciplinam violent ut in apertum Reipublicæ Christianæ detrimentum cedant, referendum duxi eorum sententiam: quæ adeo apud illos certa est, ut in eam ex æquo consentiant utriusque opinionis vindices, tum qui pro Pontifice stant in controversia de Conciliorum auctoritate, tum illi qui Concilium Pontifici præferunt. Afferunt omnes eo casu reverenter agendum cum Romana sede, ita tamen ut executio rescriptorum suspendatur. *Non quòd aliquis possit esse iudex Papæ, aut auctoritatem habeat in illum, sed per modum defensionis*, inquit Caietanus. *Cuilibet enim est jus ad resistendum injuria, & impediendum, defendendumque.* Eadem est sententia Innocentij I V. & Hostiensis, non esse parendum rescriptis Papæ, quibus status Ecclesiæ perturbaretur, aut *insigniter decoloraretur.* Panormitanus aut eo casu Imperatorem teneri ad subsidium Ecclesiæ. Vnde Victoria

& Cordubensis hauserunt, in his difficultatibus posse subditos auxilia Principum implorare, ut eorum auctoritate executio impediatur. Quæ omnia sic interpretanda sunt, ut inde argui non possit defectus auctoritatis in Summo Pontifice, sed defectus intentionis, ut loquuntur nostri. Nec enim existimandum est ab illa sede, quæ paternam regularum & juris & æqui custodiam ab aliis exigere solet, alienas à commodis Ecclesiæ institutiones consultò proficisci. Etsi enim legibus ceteris non teneretur, à rectoris rationis legibus solvi non potest. Quare ita se gerere solet & debet ut prætermittat *clavem discretionis ante clavem potestatis*, quemadmodum loquitur Innocentius IV. Vnde fluxit vulgarum illud; usurpatum à Panormitano & à ceteris interpretibus, om-

nia in arbitrio Pontificis esse posita, *clavem non errantem.* Eo sensu accipiendæ sunt Leonis IV. comminationes anathematis in eos qui mandata Romanorum Pontificum violaverint, quæ scilicet ab iis *salubriter* fuerint promulgata. Hæc sunt ejus verba relata ab Ivone & Concilio Leonis Papæ IV. Episcoporum LXXII. *Si quis dogmata, mandata, sanctiones, interdicia, vel decreta pro catholica fide, pro ecclesiastica disciplina, pro correctione fidelium, pro emendatione sceleratorum, vel interdictione impenitentium vel futurorum malorum, & sedis apostolice Prasule salubriter promulgata contempserit, anathema sit.* Eadem est sententia Gregorij VII. *Qui apostolica sedis saluberrimo præcepto obedire noluerit, idololatriæ peccatum, incurrit, teste Samuele, & beato Gregorio adferente.* Vnde patet manifestè, quod supra monui, alienum esse à proposito sedis apostolicæ ut injustis decretis & fortasse perniciosis pareatur, cum in iis tantum quæ salubria sunt, & commoda, obedientiam exigat.

X. Paucis attigi recentiorum opinionem, ut unicuique constaret hoc quoque esse Summorum Pontificum consilium, ut iniquis rescriptis consensus non accomoderetur, cum hæc sententia, à tor auctoribus exposita, nunquam ulla sedis apostolicæ censura perstricta fuerit. Sed si quis à me expectet ut quis fuerit in hac questione veterum sensus promam, nihil illustrius afferre possum eximio Facundo Hermianensis loco, qui summam quoque Romanorum Pontificum auctoritatem commendat. Agit de Vigilio Papa, quem impugnatores Trum capitulo se consuliisse dicebant. Ille, inquit Facundus, *non in destructionem paternæ sententiæ, (id est, Papæ Leonis, & Synodi Chalcedonenfis) sed potius in defensionem atque ultionem, primam accepit & maximam potestatem, nec aliquid contra veritatem, sed pro veritate plus ceteris consecratoribus potest.* *Paulus enim dicit Apostolus: Non enim possumus aliquid adversus veritatem, sed pro veritate.* Quæ verba licet negotia fidei præcipuè respiciant, at tamen ad disciplinæ justum ordinem, qui pessumdari non debet, rectè quoque trahi possunt.

XI. Ceterum observandum est, dispensationem ad jus divinum aut naturale non porrigi, ut ex Ivone docuimus, & fatentur omnes Theologi, & saniores Iuris Canonici interpretes: quia Pontifici non licet jure suo aliquem ab obligatione juris divini & naturalis eximere, licet jura illa interpretari possit. Quare meritò Almainus glossarum auctores & plerisque Iuris Canonici interpretes arguit, quòd asserant ex causa Pontifici liberum esse ut circa jus illud dispen-

a. Beda loc. p. Marti c. 2. de scandalis, de sig. nota c. de aere aperto canon.

b. c. de mundo de scriptis.

c. de Superstit. de scriptis.

d. eadem. in rebus de auct. Papæ c. 2. Fallosus mod. de prescrip. Papæ Innocentius 1. s. de Eccl. c. 1. r. 1. de auct. c. 3. de Papæ de dicitur in o. Innocentius 2. dicitur. c. 2. de prescrip. Innocentius 1. c. 2. in 1. in medio, de auct. r.

e. Innocentius 1. in c. 2. de auct. scriptis in Romanis, verbo Papa p. 1. s. Facundus in c. 2. de prescrip.

f. Victoria de prescrip. c. 2. de auct. scriptis de prescrip. c. 2. de prescrip.

g. Innocentius 4. de aere aperto.

h. Innocentius 4. de prescrip.

rehabilitatio de dicitur.

pro 1. part. de. omni cap. 11. de. 14.

pro 1. de. 14.

Facundus Herm. 1. c. 2. pro defensione Trum c. 2. de. 14.

c. 2. de. 14.

sc. quo d. dicendi genus repudiari debet, nisi ad interpretationem & declarationem juris illius referatur. Qua de re graviter scripserunt Covarruvias & Rebuffus nositer varis in locis.

C A P V T X V I.

Synopsis.

I. De privilegio agitur, quibus derogant Iuri Canonico, eximendo Capitula & monasteria ab Episcoporum jurisdictione, Monachi olim sub Episcopis.

II. Monasteria libera olim ab Episcoporum potestate Decretis Synodarum, & consensu regio. De hoc consensu hic agendum, qui adhibitus est in exemptione monasteriorum sancti Dionysii & Corbeia.

III. Decretorum regiorum usus docetur & Marculfo: quo & exemptio ab Episcopis indulget confirmatur, & immunitates quadam jure regio conceduntur. Idem probatur Floardo, & Synodo Sarrhenica. Effectus illius Decreti ostenditur & Carolo Calvo.

IV. Accessu auctoritas Summorum Pontificum, et imperibus Gregorio Magno, cum regio consensu: quamvis plena exemptio & jurisdictione Episcopis tributa non sit. Ad hoc exemptio in indolis monasterio Turonensi. Meminit regis Edilii contra laicos. Regum tamen decreta ad confirmationem exemptionum pertinere, & Pippino, & Nicolao, qui precibus Regis & Episcoporum libertatem monasterii S. Caritatis firmavit.

V. Idem observatum & proceribus Galiarum, qui ex consensu Episcoporum decreto suo monasteria & se condita eximibant, & subiacentibus Romana Ecclesie. Invenitur in istis privilegiis Episcopis consensum, apostolicam auctoritatem, & Regis Pragmaticam Sanctionem.

VI. Hinc profectum, ut tandem & sede apostolica monasteria exempta fuerint, ab immediata Episcoporum, illis impositis, ut docent Gregorius VII. & Alexander II. Tandem ex mera Pontificum arbitrio concessa sunt exemptiones. Quod displicuit Bernardo & ceteris ejus avi.

VII. Crevit exemptorum numerus, simulque creverunt Episcoporum querela, ut patet & Durando.

VIII. Regi competere ut incommodi exemptionum privilegia tueret. Novas Religiosorum ordines, nec novas Ecclesias, aut monasteria construi posse sine Regis consensu.

I. SOLIT Iuri Canonico derogari non solum per dispensationes, sed etiam per varia privilegia quae & Pontificibus indulgentur. Ea cum varij generis sint, scilicet ad tempus, vel perpetua, & personalia, vel realia, hic tantum de iis breviter aliquid dicam quae corporibus perpetuo indulta sunt, verbi gratia, exemptiones monachorum & Capitulorum ab Episcoporum jurisdictione. Quae privilegia dispensationum nomine explicant Goffridus Vindocinensis & Bernardus. Certum est monachos atque ac Clericos Episcopis subjici debere, ut definitur

Concilium Chalcedonense canone quarto. Quod multis deinde canonicis confirmatum est, & in Gallia constitutum canonicis Concilij Agathensis & canone x i x. Concilij Aurelianensis habiti anno quingentesimo undecimo: *Abbatibus pro humilitate religionis in Episcoporum potestate consistant, & si quid extra regulam fecerint, ab Episcopis corrigantur.* Quibus adhuc sit Ecclesia Hispanica, quae de monachis observandum statuit quod Synodus Agathensis, vel Arclianensis, noscitur decrevisse.

II. Sed paulatim ab eo jure recessum est, cum studio fovendae quietis monasticae, ab Episcoporum potestate monasteria liberari & eximi ceperunt. Quod tamen in Gallia tentatum non fuit abque synodorum Decretis, & Regum nostrorum consensu: qui duo praesabant rescriptis suis, & exemptionis ecclesiasticae confirmationem, & in rebus temporalibus quamplurimas immunitates. Nolo diutius immorari in hoc negotio, quod virorem eruditorum industria illustratum est, & nostram quoque operam expectat in secundo Tomo. Id tantum hic observasse sufficiet, invitit Principibus tot libertates monasteris contra jus commune non fuisse concessas, imo vero eorum consensum & Decretum interpositum fuisse. Quod abunde testatum reddit Clodovei I. Regis privilegium monasterio sancti Dionysii collatum anno d c c x. quo immunitatem & Landericio Episcopo Parisensi & ab alijs Episcopis se petente datam rescripto suo confirmat, ita ut nullus Episcopus aliquam potestatem sibi in ipsa monasteria usurpare praesumat. De bonis etiam huic monasterio collatis, & eorum immunitate, eodem rescripto cavet, adeo ut monasterio, & in rebus spiritualibus consensu suo, & in temporalibus pleno jure regio profpexerit. Hanc exemptionem ad omnia quae Abbatibus S. Dionysii in Gallia construerent monasteria Stephanus II. extendit, illaque apostolice sedis immediatè subjecit anno septingentesimo quinquagesimo septimo. Bertefridus Ambianensis Episcopus, de consensu Coepiscoporum suorum, privilegium libertatis monasterio Corbeia & Clothario Rege condito concessit anno sexcentesimo sexagesimo quarto. Quod privilegium non solum Regis consensu, sed precibus quoque nitetur: *Dum tanti gloriosissimi Principis petitis intercessis*, inquit ille. Quinetiam regio decreto confirmatum esse constat ex literis Theodorici Regis, qui electionem Erchemberti Abbatis probat secundum sanctum privilegium, quod ex regali munificencia & Sacerdotum concessione indultum est, de sanctissimis eligere rectorem.

Concil. Chalcedonense, c. 4. ubi dicitur quod monasteria ab Episcopis non sunt libera. Concil. Agath. c. 19. Concil. Arcl. c. 19.

Concil. Const.

Erant Privilegia Clodovei I. Comiti Galie.

Erant Privilegia T. I. Conc. Gall.

Covarruvias in Epitoma l. 4. de iur. jur. c. 4. f. 2. Et in prole. c. de iur. ad pro. c. 1. & alibi.

Constitutio de Thoro. de iur. iur. c. 1. de iur. iur. c. 1. de iur. iur. c. 1.

III. Vnde apud Marculfum extant privilegiorum solennes formulæ, quarum usus erat cùm Episcopus & Princeps immunitates illas concederet. Ac in prima quidem, quæ concepta est sub nomine Episcopi, Decretum regium cum episcopali conjungitur, ut scilicet constitutas fuisse immunitates monasteriorum doceatur: *Donc ab antiquitus juxta consuetudinem Pontificum, per regalem sanctionem, innumerabilia per omne regnum Francorum sub libertatis privilegium videntur consistere monasteria.*

Secunda formula apud Marculfum continet privilegij episcopalis confirmationem, quæ ideo à Rege decernitur, ut securius tranquillitas monasteriorum procuraretur ad verum futuro Episcopo qui decessitum suorum privilegia convellet tentaret. In ea formula omnia jura quæ diæcesanus Episcopus remisit, & recenserunt, & decreto regio manentur. Ad ultimum, huic formulæ adjiciuntur quædam capita ejus immunitatis qua Princeps de jure suis quamplurima remittit. In quam sententiam concepta est tertia formula, quæ de jure temporali remissis tantummodo tractat. Privilegium ab Episcopo Oriniacensi monasterio concessum, regio decreto confirmatum fuisse docet Hincmarus apud Flodoardum. Hunc morem usurpatum fuisse in privilegio monasterij Floriacensis egregie docet Synodus generalis totius Gallie collecta apud Saponarias anno DCCCLIX. quæ humili proltrata ante Carolam Regem & Rodolphum Bituricensem Archiepiscopum, obsecravit privilegium monasterij sancti Benedicti, quod annuente prefato Rege firmaverat, quòdque idem Rodolphus subscripserat, qui prefatam abbatiem irregulariter retinebat, ratum & inconvulsam servare studeret. Privilegium monasterij Floriacensis à Synodo Gallicana concessum quidem fuerat, sed de consensu Regis. Illustrius quoque bujus moris exemplum extat in privilegio quod Synodus Sueffionica monasterio Solemniacensi irrogavit anno octingentesimo sexagesimo sexto. Referunt patres Bernardum monasterij illius Abbatem, Normannis agrum Lenovicinum devastantibus, domus suæ instrumenta incendio absumpta docuisse, idèoque regionem clementiam & synodalem adesse pietatem, pro privilegio ipsi monasterio impetrandū, quibus subsistentiæ regia atque apostolica & synodali defensione perpetuò maniretur. Mox addunt: *Cujus pise petitionibus simul cum regia sublimi clementia annuente, hoc presens privilegium adjecta regia præsidencia auctoritate decrevimus laborandum.* Quantum verò momenti haberet immunitas à Principe collata docet Ca-

rolus Calvus Rex: qui cùm Magnaloci monasterium in diocesi Arvernica situm Episcopo Atverneni concessisset, inspectis immunitatis à se & à patre Ludovico datæ instrumentis, eidem Episcopo monasterium ademittit.

IV. Accessit bis decretis auctoritas Summorum Pontificum, quæ has immunitates apostolicæ sedis præsidio committit. Initium harum confirmationum ad Gregorium Magnum vulgò refertur, quod aliqua ex parte verum est. Etenim trium monasteriorum in urbe Augustodunensi privilegia ab eo concessa leguntur anno sexcentesimo secundo, sed quæ bonis oblati consulant tantum, ut ea monasteriis intemerata serventur, non autem eximant Abbates à diocæsana lege & jurisdictione Episcopi, quamvis nonnisi adhibitis sex aliis Episcopis de criminali causa adversus Abbates judicium ferre possit. Ceterum ea privilegia ad petitionem Brunichildæ Reginæ & Theodorici Regis indulta sunt, ut vel hunc pateat regio consensu indignisse illis temporibus, in Gallia, omnia quæ paulò aliena à regulis esse videbantur. Facultatum liberam administrationem, Abbatis electionem, & alia quædam diversis monasteriis indulgit, quæ quieti monachorum prospicerent, sed ab Episcoporum jurisdictione Abbates non exemit. Nam quod monasterio sancti Medardi à B. Gregorio collatum dicitur esse privilegium, supposititium esse omnibus jam ferè constat. Quare prima fortasse exemptio ab Episcopi jurisdictione, quæ à Romanis Pontificibus indulta est, tribuenda erit Adeodato Papæ: qui rogatus ab Aegyrico Abbate sancti Martini Turonensis, illi privilegium immunitatis, causâ cognitâ, concessit. Sed præfatus est hoc alienum esse à more Romanæ Ecclesiæ, ut monasteria ab Episcopi jurisdictione eximantur. *Parumper autem ambigimus*, inquit, *idcirco quod nos atque traditio sancta nostra Ecclesia plus non sapsentat à regimine episcopalis providentia religiose loca securrere.* Quare nonnisi inspecto privilegio quod Crotbertus Turonensis Episcopus irrogaverat, & Gallicani Episcopi subscriptionibus suis firmaverant, auctoritatem apostolicæ sedis interposuit. Itaque non ab invitis Episcopis Abbatem exemit, sed consentientium vota decreto suo confirmavit. Meminit quoque regiorum resciptorum, sed illorum necessitatem ad repellendos laicos restrixit. *Ergo quod & præcellentissimi totius Gallie Reges, ut scripto competimus, ad repimendum laicorum infestationes, edicte premunire idem venerabile monasterium regali pietate dignati sunt.* Attamea vis privilegij regij ad

Tom. II. Lib. I. Hist. Eccl. Gall. c. 14. §. 7.

Cap. I. c. 21. Reg. §. 11. c. 11.

Vide Gregorium L. 6. ep. 41. l. 7. ep. 18. l. 6. ep. 176. & alibi.

Privilegium Admodum T. A. Comiti Gal.

Marculf. tom. I. Vob. Not. V. C. Ita videtur D. Rigault.

Fab. Not. Vob. Ep. ad ep. 11. l. 6. si servaverit.

Flodoard. l. 1. c. 27.

Privilegium Synod. Solem. Gall.

immunitates ecclesiasticas confirmandas extendebatur, ut supra monui. Quod testatur Pippini Regis ad Bonifacium apostolicæ sedis Legatum epistola. Construxerat Bonifacius Fuldense monasterium in loco sibi à Carolomanno Pippini fratre concessò. Tum à Rege illa petit, quæ his verbis Pippinus expressit. *Si sibi ex auctoritate S. Petri principis Apostolorum, pro quo legatione fungeris, privilegio sedis apostolicæ sublimatum esse constas, ita etiam nostræ auctoritatis Præcepto roboretur, placuit nobis tuis petitioni assensum præbere. Et ideo hanc nostræ Præceptionis scribam ab honorem Dei & venerationem S. Petri conscribi iussimus, per quem privilegium sedis apostolicæ à B. Zacharia tibi collatum, cum consensu Episcoporum cunctorumq; fidelium nostrorum, per omnia roboramus precipientes ut nullus Sacerdotum in regno nostro devotius nobis concessò in præfato monasterio jurisdictionem aliquam sibi vendicet, præter apostolicam sedem &c.* Idem demonstratur ex epistola Nicolai I. qua privilegium monasterij sancti Karlesii in pago Cenomanico sit confirmat. Testatur enim chartas quasdam ab Episcopis Cenomanicis prolatas, quibus monasterium suæ civitatis subditum esse demonstrare volebant, falsas esse, *quandquidem privilegia Regum, quæ ex antiquorum Regum Francorum temporibus olim monasterio illi concessa sunt, hoc destruant, sicut & ipsa testantur, quæ in archivio monasterij ob testimonium sibi concessa libertatis hodiè servantur.* Ita-que rogatum se ait à Carolo Rege, ut libertatem illi monasterio & ab Episcopis & à Regibus Francorum concessam sua firmatè auctoritate, & futuris mansuram temporibus roboraret.

V. Eundem ordinem sequebantur proceres Galliarum, cum monasteriis à se conditis libertatem querere volebant. Consensui enim Episcoporum decretum suum addebant, & sedis apostolicæ auctoritatem. Eo modo se gessit Willelmus Sancius Vasconiz Comes, cum sancti Severi monasterium in pago Adurensi Aufuitanzæ provincie in Novempopulania situm excitaret anno nonagesimo octuagesimo secundo. Collatis enim quamplurimis relictibus, postquam Abbatibus & monachorum exhibitioni prospexisset, cenobium liberum esse iussit, non solum à tributis & omnibus siccis iuribus, sed etiam ab Episcoporum administratione & jurisdictione, Ecclesiæque Romanæ subdidit: *Nec in præfato loco quisquam Episcopus, inquit, cathedram audeat collocare, vel quavis licentiam habeat imperandi, nec aliquam ordinationem quamvis levissimam sciendi, nisi cum permisso & voluntate Abbatis ipsi sacro loco præsentis, sed sine omnibus modis liberi, & absque ulla alia calumnia & inquietudine securi.*

Quæ omnia decrevit, *cum confirmatione Archiepiscopi Ausienfis, & Burdegalensis, Episcoporum Agennenfis, Vasconensis, Valentensis, Bigorrensis, & Laodoratenfis, & apostolicæ sedis auctoritate muniri fecit.* Supererat adhuc præfixæ consuetudinis reliquæ anno millesimo quinquagesimo, cum Goffridus Andegavorum Comes monasterium Vindocinense à se fundatum auctoritate & assertione Domini sui Regis Francorum Henrici, Theodorici etiam Carnotensis Episcopi consilio, beatis principi Apostolorum Petro Ædualis in aliam & patrimonium. Quare Ivo Carnotensis, peritissimus canonicæ disciplinæ, privilegia S. Quintini eo nomine commendat, quòd ab Episcopis Belvacensibus indulta fuissent, & quòd ea apostolica minus roboravit, regia quoque majestas Pragmatica Sanctione firmavit. Possent, si necellum foret, tabulæ antiquæ monasteriorum proferri quæ à Regibus Italiz, Germaniz, Angliz, Navarrez, Castellæ, Legionis, & Aragonum condita sunt, & privilegia episcopalibus, tum regis, deinde verò etiam apostolicæ sedis decretis firmata.

VI. Ex hoc usu profectum ut si qui Episcopi immo destituti se gessissent erga Abbates & monachos, libertas illis à Summis Pontificibus indulgeretur, invidis licet & renitentibus Episcopis. Exemptionum probabilem causam hinc lumpfit Gregorius VII. in epistola ad Taurinensem Episcopum: *An igno- ras, inquit, quòd sancti patres plerumque & religiosa monasteria de subjectione Episcoporum, & episcopatus de parochia metropolitana sedis propter infestationem præsentium divisissent, & perpetua libertate donantes, apostolica sedi velut principalia capiti suo membra adherere sanxerunt.* Eo prætextu utebatur Alexander II. cum Gervasio Remensi, qui privilegia monasterio Corbeiensi concessa, ab ecclesiastico canone aliena esse existimabat, in hunc modum rescripsit: *Aliis esse leges Ecclesiarum quæ sunt generales, & alias esse eas quæ specialiter in privilegiis, quibusdam prærogantur Ecclesiis ad immunitatem, ne quorumlibet importunitate patiatur inquietudines.* Sed tandem exemptiones istæ sola Pontificum liberalitate & gratioso beneficio, Regibus conniventibus, concessæ sunt. Quod ægrè tulerunt omnibus seculis Episcopi, qui dolorem suum sæpissime litibus implicatissimis & scriptioum querelis ulti sunt. Imò & Bernardus Abbas de hac imminutione auctoritatis episcopalis graviter conqueustus est in libris de Consideratione ad Eugenium Papam: *Murmur laqueus & querimoniam Ecclesiarum, truncari se clamitant ac demembrari. Vel nulla vel parva sunt quæ plagam istam aut*

habeat p. 117.

privilegium monasterij s. Karlesii.

Chastellandis ad ead. lib. 1. tit. 1. sicut Roman. 1. 1.

In Notis ad lib. 1. Codic. Vis. doc.

170. Canon. ep. 129.

Greg. VII. ep. 17.

Bernard. lib. 1. de Considat.

*non delectant, aut non timeant. Quæris quam? Subtrahuntur Abbates Episcopis, Episcopi Archiepiscopis &c. Sic fallitudo præbati vos habere plenitudinem potestatis, sed iustitia foris non ita. Facitis hoc, quia potestis; sed utram & debeat, quaestio est. Multis deinde prosequitur inversum ordinem & consulam Ecclesie hierarchiam, adeo ut monstro similes esse dicat ecclesiasticorum graduum status, cum inferiores dignitates, à superioribus divise, capiti conjunguntur, ac si digitus supra manum constitutus capiti *apud* connectatur. Invehitur alibi in monachos qui Episcoporum imperium detrectarent, & superbiam suam honesto libertatis nomine tegerent, monasteriorum redditus devastantes, ut pecuniarum redemptione à jurisdictione diocesana emanciparentur. Ioannes Sarisburiensis & Petrus Blesensis hunc disciplinæ everse morbum suo seculo deplorarunt. Quæ privilegia deinde ad Ecclesiarum Capitula porrecta sunt, eo prætextu, quod & monasticam vitam clericatu adiecissent, quodque ab Episcopis suis iniqua dominatione premerentur.*

VII. Sed quanto incremento auctæ sint exemptiones à quadringentis annis, illi soli constabit qui diligenter & numerum religiosarum domuum ab eo tempore excitatarum, & privilegia non solum libertatis, sed etiam plurimarum facultatum, illis concessa expendet. Quæ variis motibus Ecclesie statum concusserunt, sed quantum fieri potuit, Conciliis Lateranensibus, & Viennensi, pluribusque Summorum Pontificum Constitutionibus, huic discordiæ prospectum est: qui exemptiones non resciderunt quidem, sed variè pro temporum & rerum conditione temperarunt. Guillelmus Durandus omnibus ingenij viribus haec ab Ecclesia ægritudinem depellere contendebat, accurata & supra seculi sui captum elucubrata tractatione, quæ remedium aliquod à Concilio Viennensi extorsit. Probat ille constitutum in Ecclesia ordinem à Conciliis generalibus, pro libitè à Pontificibus his gratiosæ exemptionibus everti non posse. Deinde et si hoc à Papa fieri possit, non expedire statui universalis Ecclesie, nec religioni, nec ipsis personis religiosis. Quod ille multis argumentis conficit, docens episcopatus vim in partes dividi, dignitatem violari, obsequium reverentiæque Episcopis debitam aboleri, vitia subditorum impunita relinqui, & criminibus faciliorem viam aperiri. Quin & Religiosos, qui demissionem animi scitari profitentur, his exemptionibus tumidos in superbiam adeo efflari quod non solum Abbates & Priores, Guardiani, & alij in statu alicujus ad-

ministrations & prælationis existentes, verum etiam minores fratres & persona dilectorum religionum, frequenter putant Episcopis, Archiepiscopis, & aliis Prælati se quodammodo fore æquales, & debere quibuscumque aliis personis ecclesiasticis ecclesiastica beneficia obtinentibus anteferri. Sed Durandi animus commotus detumisset, si felicitas eorum temporum religiosos homines edidisset similes nostris, quorum emendata castigatæque vita, & exacta rōs *delectus* *explicata*, squallorem seculi nostri non mediocriter exornat.

VIII. Quare cum ex hac graduum confusione scandalum ab aliquo seculis hac de re narum, nondum sit deletum, etsi non adeo ferveat ac tempore Bernardi, atque adeo eam ob causam exemptiones omnino tolli non debeant, attamen cum istæ canonum & disciplinæ sanioris remissiones publicam tranquillitatem lædant, non alienum esse à regio muovere ut ex parte sua curet his incommodis prospici, intelliget qui diligenter expendet ea quæ à nobis hoc capite adnotata sunt. Quæ de re Tomo secundo Diatriba unica copiosè dicturi sumus. Interim observandum erit morem illum qui in regno obtinet, ut neque novus Religiosorum ordo instituat, nec novæ Ecclesiarum vel monasteriorum ædificationes fiant, absque Principis rescripto, confirmatum fuisse constitutione regia anno MDCXXIX. & ex iis quæ hoc capite recensimus, originem sum-
T. 3. Lib. 1. c. 11.

ADDITIO

STEPHANI BALUZII.

[Illustre exemplum exemptionis, quæ monasterio S. Vedasti Atrebatensis in Synodo Vermeriensis concessa est ab Episcopo, postulante Karolo Calvo Rege, exhibet Hincmarus Remensis Archiepiscopus in epistola sequenti, quam nos edidimus ex archivo ejusdem monasterij, quæ verò edita etiam est ab Auberto Mirro in codice diplomatum Belgiorum pag. 2111.

PRIVILEGIUM

MONASTERII ATREBATENSIS,

Concessum in Concilio Vermeriensis anno
DCCCLXVI.

HINC MARCOS Remorum Archiepiscopus, ac plebis Dei famulus, omnibus confratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis nunc ad Synodum vocatis, atque meritis Vermeriaco Palatio constitutis, Gaudendum est nobis, fratres carissimi, ac in Domino Iesu Christo exultandum, pro senectis nostri
Karoli

Nov. ep. 173.
lib. 2. c. 11.

Nov. Sacerd. Po-
licar. lib. 7. c. 11.
Petrus Blesensis
ep. 48.

Guil. Durand de
media Concilii ex-
act. c. 10. c. 11.
Reh. de stamp-
tombat.

Karoli serenissimi ac gloriosissimi Regis serventissimo studio, quod ob amorem Dei & salutem animae suae gerit circa monasteria & loca sanctorum relevanda, insinuanda, atque religiose ordinanda. Ad quod negotium ut ferventer, si forte sepeperit, nos ipse opus committens illum admonere. Sed ille, Deo grata, Spiritu sancto plenus, utilitatibus ac necessitatibus servorum . . . pauperum Christi consules, non solum non admoeret, sed etiam humiliter deprecatur, ut in hac re illius adjuvatores prompta voluntate existamus; videlicet ut quod ille per suum Praeceptum confirmavit, nos divina auctoritate & nostra episcopalis sententia ita corroboremus ut in aeternum nullus mortalium id audeat temerarie atque violare. Nunc vero maxime de monasterio sanctissimi Confessoris Christi Vedasti, ejusdemque loci monachis, quod dicitur Nobiliacus, curam atque ordinationem per manus habet: quoniam ipsam abbatiam nunc noviter, eodem sibi nepote suo Lothario Rege, recepit, quam olim post bellum Fontanidum patri suo Lothario Imperatori ob gratiam senioris inter se amicitiae praestitit. Quapropter idem Dominus Rex Senior nosler de eadem abbacia, sicut filius suisque fidelibus vilium est, quasdam res, villas, praedia, mancipia, cum omnibus suis appendiciis imperiali Praecepto suo insidit, auctoritate sigilli sui signavit, atque confirmavit, quarum villarum nomina sunt haec. Ad maritimum scilicet Ecclesiae, Mainbovillam, Varsenates, Herthorantfernam, Pomerias, Herthincurtem, mansos decem, cum omni longo bicagio; Marnum, Matelle, & Scelodogothum, Juventiacum; & in dominica curte mansum. Has villas, cum mancipiis, & omnibus ad se pertinentibus, in usus luminariorum, maritulariorum, & ceteris quae in Ecclesiis in praesato monasterio positae necessariae fuerint, deputavit; cum omni censu de omnibus precariis monasterii; eo modo, ut quicquid etiam ad medicinam opus fuerit, ex praesatis villis suppleatur. Ad necessaria vero fratrum, victus scilicet, & potus, has villas delegavit: Medicinatem vicum qui vocatur Novavilla, juxta ipsum monasterium situm, & tabernam usani, Filicium villan, dominicam curtem Theulodum, Bigarium, Herthancurtem, & Berellam. In pago Belvacensi, Medicinam, puteas aquas, & Murgilicurtem, mansum indominitatem unum, & alios mansos viginti quatuor, cum Ecclesia, & vineis, & ceteris appendiciis. Valles super Buvium Summam, cum cumba una, & duobus molendinis, & mansis ad eandem pertinentibus, Stragas, Salciacum, Atramantarias, Maik, Marcham, Surogothum, Pincariam Emmonis & Tagentarij. Has omnes villas, cum ceteris omnibus, usibus fratrum aequaliter deservituras deputavit. Ad cameram vero fratrum praefatorum has villas destinavit: Aheras, Salciacum, Linaicum, Campanias; & in Fontanido mansos tres, & mansum unum in Lumbras, & alterum in Hadas, cum homine nomine Godone, & tabernam unam in vico monasterii, cum omnibus appendiciis, famulis, & Ecclesia, & universis ad se pertinentibus. Ad portam vero Vernei, Amullam; & in Ausinio, mansum unum, cum molendino; & in Ant, mansos quinque, cum molendino, & decimam omnino abbatiae. Ad hospitalia vero pauperum, in Dagnivilla, mansos septem; & in Boecjanyvillam, & Lesfales, mansos tres, & quintam partem omnis decima quae ad portam venit; & de omnibus

signariis omnium villarum quae ad praeposituram vel ad cameram pertinent, caros decem. Ad datum vero infirmorum, omne teloneum ex mercato. Pro remedio namque animae genitoris & genitricis suae, ac pro salute sua, & lementibus suis carissimae conjugis, dedit has villas fratribus, Trontelicurtem, Sulliacum, Lutofium montem, ac Trigidum; ut in eorum anniversariis refectio plenissima eis praepararet. Unde nos omnes Episcopi, qui synodali convocacione hic adfuit Senioris nostri Karoli Regis iussu, ex auctoritate Dei omnipotentis & potestate nobis divinitus praecipimus & statimus ut nullus Rex, nullus Episcopus, nullaque persona alia de istis factis tebus, & de nominatis villis, praediis, & mancipiis ipsis monachis deputatis unquam in sequenti tempore aliquid agere praesumat; sed illarum ordinatio in Abbate vel monacho pendet; nullaque omnino servitia, nec mansionaticos, nec parafredos, nec curaticuras ab illis villis exigat; nec placita in illorum villis quicquam teneat. Ut ipsi monachi ab omni seculari inquietudine immunes, liberi, religiosi, & quieti in monasterio videntes, absque ullius Senioris impedimento ipsas res teneant, dominentur, atque possideant, Deique misericordiam pro Senatore nostro prolisive regis sanitate & aeterna beatitudine, proque totius suae Ecclesiae statu ac pace illos fideliter exortae deleat. Monasterium vero ipsum, ejusque custodia, atque omni ordinatio ad ipsos monachos, & ad Abbatem, quem sibi elegerint, pertinet. Neque Canonici extra claustrum ad habitandum admittantur ultionis, sicuti haecenas, omnimodis inhibemus; excepto servitores illorum; quia non modicas diffensiones audivimus propter hoc in illo exortas fuisse canobio. Si quis vero, quod absit, his nostris praecipis & statutis aliqua levitatis vel avaritiae, cupiditatis vel malitiae presumptione contraire voluerit, vel aliquod impedimentum supradictis monachis vel Abbati beatissimi Vedasti inferre tentaverit quolibet ingenio, qualibet arte, quoquo modo, etiam, vel manifeste, omnium nostrorum sententia damnatus a Patre & Filio & Spiritu sancto Deo omnipotente, cui injurias facere non timuit, quis ipse dixit, Qui vos audit, me audit, & qui vos spernit, me spernit, anathematis vinculis obligatus, a cetero sanctorum separat in aeternum cum his quorum veritas non moritur, & ignis non extinguitur, nisi publica satisfactione digne penitentem, deposito, si laicus fuerit, seculari militiae singulo, si Clericus, ecclesiastici honoris dignitate. Pax vero & misericordia Dei super illos qui illa custodierint quae in isto divinarum nostraeque auctoritatis privilegio conscriptimus, nosrisque nominibus in Dei nomine firmavimus. Amen. Statuimus denique ut hoc idem privilegium a nobis editum, divinique auctoritatis roboratum, per omnes synodos quae in posterum agenda sunt deferatur. Nostrisque oramus humiliter succedentes, ut pro Dei amore & sancti Vedasti, ipsi quoque subscribendo corroborent quod a nobis constitutum est.

Hincmarus sanctae Metropolis Remorum Archiepiscopus subscripsit.
 Egilo divino nomine Archiepiscopus* subscripsit. • Romanensis
 Vvenilo Rotomagensis Archiepiscopus subscripsit.
 Herardus Turois Archiepiscopus subscripsit.
 Vvlfadus Buxurcensis Archiepiscopus subscripsit.
 Froterius Burdegalensis Archiepiscopus subscripsit.

194 De Concordia Sacerdotij & Imperij &c.

Ercanraus Catalaunensis Episcopus subscripsi.
 Hildegarus Meldensis Episcopus subscripsi.
 Folcricus Augusti Tricorum Episcopus subscripsi.
 Hilmeradus Ambianensis Episcopus subscripsi.
 Helias indignus * Episcopus subscripsi.
 Aneas Parisiacensis Episcopus subscripsi.
 Raganelanus Noviomagenis Episcopus subscripsi.
 Gumberus Ebroicensis Episcopus subscripsi.
 Ereamberus gratia Dei Episcopus * subscripsi.
 Ioannes Cameracensis Episcopus subscripsi.
 Yvalterius Aurelianensis Episcopus subscripsi.
 Vilibertus Carnotensis Episcopus subscripsi.
 Hincmarus Laudunensis Episcopus subscripsi.
 Heitarus Lexoviensis Episcopus subscripsi.
 Christianus Dei gratia * Episcopus subscripsi.
 Erpwinus Sylvaectensis Episcopus subscripsi.
 Odo Belvacensis Episcopus subscripsi.
 Rothadus Suelloensis Episcopus subscripsi.
 Anfelmus Lemovicensis Episcopus subscripsi.

Isaac Lingonicus Episcopus subscripsi.
 Actardus Nannetensis Episcopus subscripsi.
 Abbo Nivemensis Episcopus subscripsi.
 Sigenandus Conkantiacensis Episcopus sub-
 scripsi.
 Hildebrandus Saiensis Episcopus subscripsi.
 Bodo Augustodunensis Episcopus subscripsi.
 Karolomannus Abbas subscripsi.
 Hugo Abbas subscripsi.
 Gauzennus Abbas subscripsi.
 Hiduinus Abbas subscripsi.
 Vulfo Abbas subscripsi.
 Berengarius Abbas subscripsi.
 Vulfardus Abbas * subscripsi.
 Hildebertus Abbas subscripsi.
 Odo Abbas * subscripsi.
 Fulco Abbas subscripsi.
 Ego Gauzennus Abbas iussu Domini Hincmari
 Archiepiscopi hoc privilegium scripsi & subscripsi.


* Episcopus

* Episcopus

* Archiepiscopus

* Episcopus

* Episcopus





LIBER QVARTVS.

CAPVT PRIMVM.

Synopsis.

1. Dicendum hoc libro de legum executione, qua proutione ecclesiastica disciplina seruantur, quod expeditur hodie per appellationes ab abatu dictis. Formula illarum est recutitur. Sed res ipsa iisdem iocis in Ecclesia eam regia potestate coaluit. Ordo hujus distertationis. Agitur primo de auctoritate Principum Romanorum in hoc genere. Deinde inquiritur quid ex eo jure in Reges Galliarum manarit. Quatenus olim ab hodie vigere non possunt.

II. A Principibus prohibiti olim Episcopi ne canones violarent. Executio canonum differt à Tuitione: quamvis etiam apud veteres aliquando hac verba confundantur. Executio iurisdictionem ecclesiasticam respicit, & ligandi solvendiq; potestatem. Tuitione à Principibus pendet, qua declarationem auctoritatis eorum qua gesta sunt aduersus canones non egreditur. Principes legum suarum habet dicitur, Canonem veri obsequium tantum & custodiam.

III. Valgata regula, Canones vim legum obtinent, nevi, sed iuxta mentem Iustiniani, explicata. Quae non solum reuerentia & executio publica canonibus conciliantur, sed etiam Principi custodia canonum, ut ceterarum legum, asseritur. Quod ostenditur à Iustiniano Novellis. Itaque canonum executio mittitur auctoritate pontificia & regia. Hac laeditur canonibus violatis, ac si leges publica laderentur. Imò custodia

canonem Principes proficere tenentur plusquam legem civilium.

IV. Explicatur à Iustiniano ordo qui servatus suis ad hanc custodiam. Princeps Episcopo lege sua canonum executionem praecipit: & Magistratibus. Hi veritate debent ne canones violentur, si iustitiam iurint, referre ad Principem, ut ipso corrigat. Decretum Episcopi expulsioms pena, ex vi legis iustificata.

V. Quiritur an Constitutiones illa recepta fuerint ab Episcopo. Consilio Episcoporum res ecclesiasticas Iustinianus tractabat, à Procopio, & Eustabio. Procopius explicitus aduersus Nicolaum Aemacianum, Iustinianus non proceris Sanctiones Christianorum, ut ille affigit Procopio: sed dissimulavit iustas illorum conuocandi rationes, cum vexati essent à Iudaeis.

VI. Manifesta violatio canonum, à Synodo aut à Principe rebus poterat. Quod ostenditur à Synodo C. P. sub Mena, in causa Anthimi, qui iuxta Theodora ex episcopatu Trapezuntis ad Constantinianopolitannum profugerat. Inde illustratur Concilium Africanum aduersus Balsamonem. Hoc etiam ostenditur à Codice, & Liberato. Depulso à sede, qua vacante redderet Ecclesiam, in manifestissima canonum violatione, irrogabatur aliquando à Principe: non autem degradatio aut dejectione à dignitate.

SUPERIORIBUS libris praecipua iocimus fundamenta, quibus Libertas Ecclesiae Gallicanae nititur, hinc supremam Ecclesiae & Summi Pontificis auctoritatem, quae res tantum ecclesiasticas admouit, hinc supremum Principis imperium, quod reipublicae gerendae & rebus temporalibus impeditur, praeterea vero tuendae disciplinae ecclesiasticae ex ipso Christiani omnium Domini mandato inuigilat, immotisque praestat Conciliorum canones, & inconcusas Decretalium epistoliarum constitutiones, consuetudinesque receptas, nisi quatenus Ecclesiae Gallicanae commodis expedit ut pro rerum ac

temporum conditionibus, Summi Pontificis rescriptis juris rigor aliquando temperetur. Sed jus illud praesidij impertitendi ad retinendam disciplinam canonicam, otiosum esse non debet, ideoque legibus suis Principes canonum & decretorum executioni consulere tenentur, ut dixi libro secundo.

Enimvero quia condendae legis auctoritas, non in sola promulgatione versatur, sed in rerum constitutarum executione, quae est id quod ultimum in iurisdictione vocant Iurisconsulti, hinc fit ut quae proutione ecclesiasticae disciplinae leges feruntur, executioni mandari debeant ab Episcopo, vel etiam aliquando à Principibus, aut à Magistratibus, quibus auctoritatem suam ipsi de-

legaverint. Id hodie apud nos in foro solennibus quibusdam formulis expeditur, quæ *appellationes tanquam ab abusu* vulgò dicuntur: adversus quas imperitiores rerum nostrarum de novitate præcibunt, ac si res ipsa antiquiori origine non censeretur quam istud forensè vocabulum, cum tamen æquis rerum æstimatoribus faciliè persuaderi possit rem ipsam id est, tuitionis ecclesiasticæ executionem, iisdem initiis cum regia potestate in Ecclesia Christiana coaluisse. Quod eo ordine à nobis demonstrabitur, ut primò doceatur quibus finibus auctoritas illa apud antiquos Principes Romanos, quorum pietas commendatur, olim coercita fuerit, deinde quid ex eo jure ad Galliarum Reges usque ad hæc nostra tempora derivatum fuerit. Quæcunque enim apud veteres Principes in causis olim vigerunt, locum apud nos habere non possunt, nec immutata aliquantisper disciplina antiquum illum ordinem ullo pacto admittere potest. Quare quæ à me in hoc negotio proferentur, ut fidei rei gestæ narratione constabunt, ita non aliò tendent quam ut demonstretur usum fori non omnino alienum esse à præfata disciplina & à majorum nostrorum sensu, si intra debitos fines contineatur.

II. Cura autem Principum Christianorum olim non solum hæreticorum furores compressi, tumultus seditiosorum sedati, contumacia Episcoporum aut Clericorum adversus synodorum sententias rebellionem ab externa potentia repressâ, passim intet legendum occurrunt; sed etiam Principum studio prohibiti Episcopi ne legibus secularibus vel canonibus violatis, injuriis subditis inferrent. Antequam verò ejus rei probationem aggrediar, lectoris benignitatem exoritam velim ne de singulis hujus Dissertationis pericopis sententiam ferat, donec totum hunc quartam librum perpexerit. Discrimen autem initio constituere oportet inter Executionem Canonum & Tuitionem: quamvis aliqui sæpissime hæc verba confundantur, non solum in Edictis Regum nostrorum, sed etiam apud veteres. Etenim Leo primus fe canonum & traditionum antiquarum *custodiam* esse, in epistola ad Synodum Chalcedone habitam, scripsit; & vice versa, Facundus Hermianensis Episcopus Marcianum Imperatorem non canonum conditorem, sed *executorem* asseruit. Sed si propriè loqui velimus, executio canonum jurisdictionem ecclesiasticam respicit: cujus partes sunt, ut judicia canonica reddat, poenis canonicis, id est excommunicatione, regradatione, suspensione, & ceteris ejusmodi reos plectat, & ut omnia uno verbo com-

plectat, ligandi & solvendi pontificium exerceat. Tuitione verò canonum à Principibus pendet, quæ canonum custodiam respicit, & *nullitatem* rerum adversus canones gestarum aliquando declarat, atque omnia in integrum restituit. Sed ultra non progreditur, scilicet ad executionem canonum, quam ab Episcopo implendam indicit. Non ergo eadem auctoritate in rebus ecclesiasticis, ac in rebus secularibus, Principes utuntur. Quod Iustinianus satis aperte docuit, cum scripsit datam sibi à Deo legum civilium *τὴν ἐξουσίαν*, id est, plenam & liberam figendi & refigendi potestatem; sed legum ecclesiasticarum & canonum *τὴν ἐκτελεστικὴν*, id est, custodiam, tuitionem, & defensionem. Eleganter itaque monuerunt Græci scriptores, canones difficilè solvi quam leges publicas, quæ à solo Principis nutu pendet; cum canones ab Episcopis constituti, & à Principibus firmati fuerint; atque ideo illorum valde interfit ne quod summa cura decreverunt, illis invidis aliquando sine causa infringatur.

III. Vulgatissima est Iustiniani sententia, à Romanis Pontificibus summo applausu excepta, & à Gratiano in corpus Decreti relata, quæ canones legum vim habere decernit. Sed ejus vis nondum, ut existimo, satis est accuratè perpenfa. Non solum enim hoc dicto reverentia debita canonibus conciliatur, & eorum executioni, servato iudiciorum publicorum ordine, consulitur; sed etiam jus Principis ad custodiam canonum, ut ceterarum legum à se conditarum, procurandam asseritur. Et ne quis hanc interpretationem nostram hariolanti adscribat, laudandus est in auctorem ipse Iustinianus; qui alibi rectè constituit monendum esse episcopatus candidatum, antequam ordinetur, ut canones editos accuratè legat; & siquidem se canonum observantiam imparem esse dixerit, ab ejus ordinatione ablineatur; sin verò se, quantum homini est, ea constituta servaturum professus fuerit, ordinetur. Ita tamen ut ab Ordinatore suo moneatur, sacerdotio pellendum si in canones peccaverit; imò & à civili lege vindicandum quod perperam gestum erit, quæ canones vim legum obtinent: *Neque civiles leges crimen involvunt retinquent, cò quod à præcedentibus nos Imperatoribus, & à nobis ipsis rectè dictum est, oportere factas regulas pro legibus valere.* Itaque canonum executio duabus supereminis in Ecclesia auctoritatibus innititur, pontificia scilicet, & regia: *Ut ex sacerdotali & civili virtute hæc custodiantur*, inquit Iustinianus Novella LVIII. ita ut ea *convelli non possint quæ & sacerdotali ecclesiastica præscriptione*

Nov. 1371

Nov. 4. c. 1. §. 2.
 & q. 2. c. 1. §. 2.
 & q. 2. c. 1. §. 2.
 & q. 2. c. 1. §. 2.
 & q. 2. c. 1. §. 2.
 & q. 2. c. 1. §. 2.
 & q. 2. c. 1. §. 2.
 & q. 2. c. 1. §. 2.
 & q. 2. c. 1. §. 2.
 & q. 2. c. 1. §. 2.
 & q. 2. c. 1. §. 2.

Concl. Antich.
 c. 1. §. 2. de
 appellationibus
 & appellationibus
 & appellationibus
 & appellationibus
 & appellationibus
 & appellationibus
 & appellationibus
 & appellationibus
 & appellationibus
 & appellationibus

fulciretur & regia, quemadmodum loquebatur Hilarus Papa, aliquor annis ante Iustiniaoum. Quare Principis auctoritas perinde laeditur violans canonibus & decretis Pontificum, ac si Respublica & regni leges evertentur, quia canones vim legis regiae susceperunt. Tanta verò & tam diligens cura à Principibus adhiberi debet custodiæ canonum, ut posteriorum legum ecclesiasticarum quam civilium rationem habere debeant, ut monet Iustinianus in præfatione Nov. cxxxvii. *Si civiles leges, quarum potestatem nobis Deus pro sua in homines benignitate credidit, firmas ab omnibus custodiri ad obedientiam securitatem studemus, quanto plus studij adhibere debemus circa sacrorum canonum & diuinarum legum custodiam, qua super salute animarum nostrarum definita sunt.* Unde concludit capite primo illius Novellæ, se violatorum canonum vindicem esse debere: *Si enim illa qua à laicis vindicantur, generales leges non concedunt extra inquisitionem & vindictam manere, quanto à sanctis Apostolis & patribus super omnium hominum salute canonicè statuta despicere patiemur?*

Eandem sententiam Iustinianus expressit in epistola ad Dacianum Metropolitam Byzacij, qua privilegia quæ Primatibus provinciarum Africaoarum canooes tribuunt, sua quoque auctoritate confirmanda proficitur, ita ut in violatores vetustatis, non solum ecclesiastica, sed etiam Principis vindicta exerceatur. Hæc sunt verba rescripti: *Nam qua quæ in præiudicium statutorum quibuslibet rebus usurpatis, corrigenda potius quam imitanda censemus. Si quid igitur Metropolitano Carthagini, vel Primatibus Numidia vel Byzacij, Concilio non auctoritas præstitis, & inoffensa consuetudo servatis, hoc sibi quisque optes, sibi vindices, hoc nostra speres sanctione firmari. Nos tunc tantum sumus vetustatis & vindices, nec de rebus ecclesiasticis vindicta, vel nostra, in eos qui aut ambiciosa superbia aut subreptitiis postulationibus antiquitatem temerasse dicebantur. Quoniam ad divinitatis tendimus iuriam qui sancterum patrum constituta contemnere ac violare non metuit.*

IV. Hinc canonum custodiæ duobus modis prospicietur Principes, tum delegatione magistratuum, qui verarent ne quid contra canones tentaretur, tum exactis poenis à contumacibus, si quid perperam gestum esset, & aliquando in rescissis quæ contra canones acta erant. Quod unice docet Novella sexta, quæ de ordinationibus Episcoporum & Clericorum lata est, cujus executionem Patriarchis uniuscujusque diæceseos, Metropolitæ, & Episcopis Iustinianus demandat. Sed præterea constitutionem il-

lam Ioanni Præfecto prætorio Orientis & Dognico Præfecto prætorio Illyrici mittit, ut executioni ejus prospiciant, ne quid contra canones agatur. Verba ultima illius constitutionis, quæ magni momenti sunt, hic apponam: *Et tua quoque Celsinda hoc sciens una cum semper suscepturis sedem tuam hac servare festinet. Et si denuntiatum fuerit aliquod tale delictum, prohibeat, & maxime quacunque in ordinationibus curialium vel officialium interdicta sunt. Nuntiet autem & nobis, ut decens super eis imponatur correctio. Viator quoque præceptis ad clarissimos provinciarum iudices, ut & ipsi qua sunt insipientes, non permittant aliquid extra hoc quod à nobis constitutum est, fieri. Imminet enim eis parva quinque librarum auri, si quidem & ipsi prævaricari viderent, non denuntiaverint aut sedi tuae Imperio, ut audiatur decens æternis ordinationis gradui conservetur. Observandi sunt gradus quibus ad custodiam plenam canonum pervenitur. Lex decernitur à Principe post constitutos canones, quæ eorum executionem Patriarchis & ceteris Episcopis præcipit. Eadem lex in acta Præfectorum prætorio refertur, qui una cum Præsidibus provinciarum violari caones prohibeant. Et si infraacti fuerint, ea de re ad Principem referant, qui malè gesta corriget. Itaque vetare & prohibere possunt magistratus, sed corrigere quæ perperam acta fuerint, soli Principi competit. Novellæ constitutio centesima vigesima tertia, quæ compendium Iuris Canonici complectitur, ad Petrum Præfectum prætorio perscripta est, ut auctoritate sua ejus executionem jurex: *Tua igitur gloria, quæ per præsentem legem in perpetuum valituram nostræ sanxit tranquillitatis, per omnia custodiri provident. Inter ceteras autem poenas quas in Episcopos & Clericos ea lege constituit, frequens est expulsio à sacerdotio, quam vi constitutionis sue fieri diserte præcipit, aliocuique in depulsum locum subrogari.**

V. Aliquis fortasse excipiet, Iustinianum quidem proferendæ jurisdictionis suæ cupidum hoc sibi jus arrogasse ut custodiam canonum ad correctionem eorum quæ contra canones tentata erant extenderet, sed hoc Episcopis acceptum non fuisse, vel antiores Principes, quibus pietas cordis erat, ab hac usurpatione abstinuisse. Si quis tamen inspicere velit quidam sollicito studio cum peritoribus Episcopis de rebus ecclesiasticis Iustinianus tractaret, nunquam in animum inducet eum in jurisdictionem ecclesiasticam adeo impudenter grassam ut multi sibi persuaserunt. Sic autem intentus erat in rerum diuinarum contemplationem, ut Artabanus & conjurati hanc occasionem illi

Non est et alibi
Colo. l. 11. 12
veterum tractat.

Non est et alibi
in quibusdam
apostolice
C. 1. et in alio
de Præfectis
11. 12. 13. 14.
per vii. et in
quibusdam
11. 12. 13. 14.
11. 12. 13. 14.

trucidando opportunissimam sperarent, te-
ste Procopio: *Perpetuo sine custodiis desiderant*,
inquiet, *ad multam noctem in masas cum se-
nioribus quibusque Sacerdotibus attentissima stud-
ia arcana Christianorum dogmata investigan-
s*. Eustathius etiam, in vita Eutychie, eo
nomine maximè hunc Principem eommen-
dat, quòd posthabitis omnibus aliis curis,
illam unam & solam nunquam intermitteret,
divina dogmata investigandi, & hæreticos
confutandi. Quare assentiri non possum
Nicolao Alemanno viro eruditissimo: qui
perstrictum à Procopio Iustinianum putat,
quòd ecclesiasticas sanctiones perverterit,
erri passim in Novellis ipse se vindicem &
custodem canonum appellat. Quod Alemannus
non è Procopio hausit, sed è sententia
quam auctori illi sua interpretatione affinxit,
& ne prætermisissimè videretur Procopius
hanc suggillandi Iustiniani occasionem. Erenim
Procopius recitat Fauftini cuiusdam
Palaestini fœvitiæ & impietatem, qui Sama-
rita cum esset, Christianum nomen simulat-
vit, & Palaestinae proconsulatum adeptus,
Christianos ejus provincie gravissimis inju-
ris vexavit. Delatus Fauftinus, Senatus ju-
dicio, urgente Iustiano, damnatur in exi-
lium. Sed statim Princeps pecunia corruptus
sententiam rescidit, eandem dignitatem
Fauftino restituit, quæ omnia securius quam
antea per libidinem gessit. Unde colligit
Procopius Christianorum jura, seu justas eor-
um rationes, Iustinianum dissimulasse, &
insuperbuisse injurias quæ illis ab acerbo
illo & perfido Proconsule inferebantur. Hæc
sunt Procopij verba: *ὅτι ἄρα μὲν οὗτο Ἰουστινιανὸς*
ἠρώτων τὸν χριστιανῶν διατάγματα ἀποφασίζων ἔδειξε,
εὐσθῆναι δὲ πολλὰ ἐπιβόησεν αὐτῷ, ἐπὶ τῷ τῷ δὲ
ῥητορῷ ἔειπεν, ταχυστὴν δέει. Quæ sic vir
eruditus interpretatur: Pauci quidem hæc ex
quibus intelligere tamen liceat, ut Iustiano li-
beris Christianorum sanctiones pervertere. hæc
que ad Novellarum editionem transfert. Quorum
verborum tamen hæc est significatio: Quomodo
Iustinianns Christianorum jura
dissimulaveris, ex his qua breviter diximus, in-
telligere licet. Quæ de rebus à Fauftino per
summam injuriam ablati intelligenda sunt.
Ὅτι δὲ enim hic dissimulare verti debuit,
quemadmodum idem Alemannus reddit in
duobus Procopij locis ad marginem repræ-
sentatis, & διατάγματα jura, vel justas ratio-
nes, non autem sanctiones. In eandem quo-
que sententiam Procopius superioribus ver-
bis recitaverat Arsenij cuiusdam Palaestini
flagitia: qui erri cum Samaritis festiret,
Christianam fidem profitebatur, cùmque in
aula summa ejus esset gratia, per parentem
fratremque suum, quæ patriam sedem dissi-

mulabant, Christianos contumeliosissimè
vexavit. Illi quidem à civibus suis tradidit
sunt: sed à Arsenium turbarum auctorem
nullo affectu incommodo Iustinianus, nisi
quod regiâ prohibuit, ne diutius ea super re
Christianorum votis fatigaretur. Inde Pro-
copius Pauli Alexandrini depositionem nar-
rat, & Fauftini deprædationes, de quibus
jam dictum. Unde patet quantopere aliena
sit à mente Procopij sententia quæ illi ab
Alemanno de induitna tribuitur, ut inde
occasione sumat carpædæ immoderate
Iustiniani licentia in condendis ecclesiasticis
constitutionibus: quas ut ab Episcopis in
Oriente susceptas non negat, Patriarcha-
rum vel ocficiantia vel adulatione, ut ille pu-
tat, ita in Occidentis Ecclesiis minimè per-
vasisse afferit. Sed superiore libro ostendi-
mus has Iustiniani Novellas ecclesiasticas à
Romanis Pontificibus laudatas & appro-
batas fuisse.

V.I. Quod ad quæstionem præsentem
pertinet, ex Actis Synodi Constantino-
politanae sub Mena constat manifestam cano-
num violationem aut à Principe aut à Syno-
do castigati posse. Theodora Augusta An-
thimum Ecclésiæ Trapezuntinae in Diecepsi
Pontica Episcopum ad sedem Constantino-
politanaam absque synodi judicio transtule-
rat; repugnantibus licet canonicis, qui mi-
grationem istam vetant, & præcipuè cùm à
minori sede ad majorem profilitur. Agape-
tus Papa postadventum suum in regiam ur-
bem, rogante Iustiano, Anthimum à sede
Constantinopolitana removit: quem deinde
Synodus habita à Mena Patriarcha Con-
stantinopolitano, hærescos convictum, epif-
copali dignitate dejecit. Hujus Synodi actus
insertus est & ab omnibus probatus libellus
quem Marianus à se & ab omnibus provin-
ciæ Hierosolymitanae & secundæ Syriæ Ab-
batibus subscriptum Iustiano adversus
Anthimum obulit, quo docet liberum
Principi fuisse hunc Anthimum, quòd ad-
versus canones Ecclesiam Constantinopolitanaam
invasisset, ab ea sede detrudere, sed
reçtè maluisse hac de re ab Archiepiscopo
veteris Romæ judicium canonicum ferri.
Unde constat graviter errare Balsamonem
in commentario canonis Africani, quo Epi-
scopos ab una Ecclesia in alteram migrans,
judicialia potestate excludi potest, si Epi-
scoporum monitis obtemperare nolit. Erenim
Balsamo existimat auctoritatem publi-
cam adhibendam, postquam judicio synodi
ob illam translationem damnatus fuerit.
quod alienum esse ab usu horum temporum
discimus à verbis Manani. Quæ quidem non
incogitantè exciderunt, cùm ex Theodosij

Procopij lib. 1.
de bell. Goth.
Kath. 2. 2. 2.

Procopius in
historia Sacerdot.
Iustinian. 2. 2.

et. 2. 2. 2.
et. 2. 2. 2.

Procopius
1. 1. 1.

ad 2. 2. 2.
et. 2. 2. 2.

Rog. 1. 1. 1.

et. 2. 2. 2.
et. 2. 2. 2.

Balsamo in can.
1. 1. 1.

1. 1. 1. de divina
2. 2. 2. 2. 2.

lege moo CDXLIX. lata eoſteter Irenæum ppi binas nuptias, contra canones apoſtolicos, Tyriorum Episcopum factum, ab Ecclesia illa, nulla pævia damnatione canonica, ſolo Principis imperio canones infractos ulciferente dejectum, mandata Hormisdæ Præfecto prætorio rei judicatz executione. Refert etiam Liberatus non diſſimile Zenonis decretum, qui Petrum Moggum à ſedito-ribus ſuis Patriarcham Alexandriæ creatum nondum ſans ſuncto Timotheo, quem Baſilæus tyrannus ſede ſua depulerat, miſſo ad Anthemium Ægypti præfectum teſcripto amovit. Id ſingulare in Moggo repero, quod hæreſim Eutychanam palam profite- retur. Ceterum Liberatus alienæ ſedis invaſionem, ſeu inavis aulterium contra canones patratum, à Zenone coercitum docet, his verbis: *Anthemius accepta imperiali juſſione, expulſis ſacerdotibus Petrum tanquam adulterum, & contra leges Eccleſiæ ſalutem, & in episcopalem ſedem Timotheam Salophacolum revocavit. Quæ omnia à Principibus acta ſunt jute quodam extraordinario, idque in aper- tiſſima canonum violatione: quæ nulla cauſæ cognitione nec judiciorum ſolemnibus iodi- gebat, ſed in mera facti executione verſaba- tur. Etenim ſi occulto & ambiguo crimine pulſati fuiſſet Episcopos, cognitio caonica ſynodum ſolam reſpexiſſet. Sed in mani- feſtiſſima violatione, canonibus factam inju- riam iis poenis Principes ulciſcebantur quæ legibus irrogatz erant, nempe expulſione à ſede. Deturbationem enim illam, quæ vacantem Eccleſiam redderet, ſui arbitrij eſſe putabant, noo autem tegradationem, vel dejectionem ab episcopali dignitate, quæ poena erat merè eccleſiaſtica. Poenam autem illam expulſionis cum vacatione episco- paratus hodie irrogare non poſſunt Principes, ob eas cauſas quas tomo ſecundo exponam.*

C A P V T I I.

Syoopſis.

I. Philatis canonibus, dupliciter præſcribitur diſtinctione: vel lata lege, vel ſpecialiter emendato quod præteram geſtum eſt. Lata legis exemplum, è Codice Theodoſ. & Juſtin. Explicatur lex Omni innovatione. C. de ſacrif. Ecclie ſiz. Theodoſius relationes ſynodales Illyrici in verbus dubiis tribus Episcopo C.P. Quod canis eſſeſta.

II. Photy eſpofitio reſutatur, qua omnes quaſtiones canonicas tribus parat Episcopo C.P. non autem ſolum relationem rerum dubiarum. Opinio viri eruditi, qui cenſet innovationem à lege damnatam verſari in eo quod Illyriciani receſſiſſent à ſede C.P.

III. Principes ſpecialiter quoque querelis adver- ſus canonicas judicia delatus præſcribunt; quia patro-

cinum debebant non ſolum canonibus, ſed etiam Civitatis: ut probatur Concilio Chalcedonenſi.

IV. Querela ad eos contra apoſtolicas ſanctificas delata, variis ſe gerebant. Aliquando ipſi cognitionem ad ſe transferrebat. Id eſtenditur exemplo Athanaſii Alexandrini. Ejus appellatio à Concilio Tyrio ad Conſtantinum reſpondens appellacionis ab abſenſu, & diſſerit ab appellacione Donatiſtarum.

V. Quatuor viſita ſeu nullitates Synodi Tyria. He- ſtes Athanaſii à judicio non rejelli. Delegati in Ma- recidem ad teſtimonia recipienda, qui è curia illo erant ſuſpelliſſimi. Delegatio decreta à parte ſanctum Con- cilio Teſtimonia recepta in ſynodo. Dolus & inſidia judicium.

VI. Ob ea viſita Athanaſius libello poſtulat à Dio- nyſio Imperatoris legat. ut negotium integrum ejus cognitioni reſerretur.

VII. Damnatur Athanaſius. Appellat Conſtan- tinum, ob delatum, inſidias, & vim hoſtium poſitis quàm judicium. Conſtantinus cognitionem ſuſcipit, ut cognos- cat de perverſo illo judicio ordine. Ea cognitione eludunt, nova accuſatione moſtanti laſa delata. Ea de cauſa Athanaſius in Gallias relegatur à Principes. In angu- ſtias licet præteritis Athanaſius auxilia Principum implorare adverſus inſeſta judicia eccleſiaſtica.

I. PRINCIPUM auctoritate reſtituen- dos eſſe violatos canones, & malè geitarum rerum correccionem ex ea peten- dam, docuit Luſtinianus. Quod duplici modo fiebat, vel latis legibus, quæ innovationes tentatas ab Episcopis ultra progredi ve- tarent, & canonum executionem in futu- rum decernerent; vel etiam amota ſpeciali- ter canonis alicujus violatione. De primo genere extat io Codice elegans Theodoſij Junioris conſtitutio, cujus hæc ſunt verba: *Omni innovatione ceſſante, veterem ſtatem & canones priſtinos eccleſiaſticos, qui uſque nunc tenuerunt, etiam per omnes Illyrici provincias ſervari præci- pimus. Tam ſi quid dubitatus emerſerit, id oportet, non abſque ſcientia viri reverendiſſimi ſa- croſancta legis antiſtiſtis urbis Conſtantinopolita- na, qua Roma veteris prærogativa letatur, con- vincti ſacerdotali ſanctoque judicio reſeruari. Quis mihi videatur genuinus hujus legis ſen- ſus, aperiam, præcipue cùm à Photio in alienam à vero ſententiam detorta fuerit, & in ejus emarratione quoque vir eruditiffimus peccarit. Duo ſunt legis membra. Primo ca- vetur, ut antiqui mores & canones eccleſia- ſtici vim ſuam obtineant, etiam in provinciis Illyrici ut in ceteris reliquarum Dieceſeon provinciis; ita ut ſi quid innovatum fuerit contra canones, Episcoporum auctoritate vel ambitu, omni effectu careant. Ergo Theodoſius moribus antiquis & canonicis integram auctoritatem reſtituit, & innova- tiones auclitor. Pars autem iſta commare diſtinguenda eſt à verbis ſequentibus legis, juxta ſeccionem Codicis Theodoſiani quam propoſui. Secunda verò pars incipit ab hæc*

L. Oren. et G. Theod. Episc. N. S. a. de ant. eccl. lib.

Libertatis in Be- roni, 4, 16.

Vide lectum 307. 112. problem. 7. W. h. h. h. h. h. h.

particula, *7^{ma}*, quæ exrat in Codice Theodosiano, in cuius locum irrepsit in Codice Iustiniani particula *P²*; quæ licet eundem sensum exprimere possit, non tamen sic apertum, ut cum altera lectio præfert. Secundæ autem partis hic est sensus: Si quod dubium emerferit in canonum interpretatione, (quo prætextu Episcopi canonum violatorum invidiam à se depellebant) eam non unius Episcopi Metropolitanæ arbitrio temperandam, sed conventui sacerdotali & plene Illyricanæ Diœceseos synodo committendam; ita tamen ut ea de re ad sedem Constantinopolitanam referatur. Canones pristini nulli sunt alij præter Nicænos & Antiochenos, qui quæstiones canonicas synodorum iudicio hinc inde decernunt, quod Synodus quoque Constantinopolitana amplexa est, collectis provincialium synodis in unum Diœceseos integre conventum. At tamen fatendum est, sub prætextu conservandæ vetustatis, novitatem magni momenti ad amplificandam Constantinopolitanæ sedis auctoritatem hac lege induci: quæ ita canonicas quæstiones Conciliis Illyricanis referat ut res dubiæ ad Episcopum Constantinopolitanum referantur, eo quod nova Roma veteris Romæ privilegia fruatur, & novæ Romæ Episcopus primatu honoris potiarur post Romanum Episcopum, juxta canonem secundum Synodi Constantinopolitanæ. Unde sequi videbatur, eas omnes provincias quæ intra fines Orientalis Imperij comprehenderentur, ab urbis regis Episcopo eadem auctoritate regendas qua veteris Romæ Episcopus Occidentales provincias administrabat. Ideoque sicut difficiles causæ & ambigæ à synodis ad Romanam sedem referendæ sunt, ut observamus à libi ex Innocentio primo, ita quoque si quid dubitatis emerferit in canonum interpretatione, à synodis Illyrici iudicandum decernit Theodosius, non absque scientia Episcopi Constantinopolitani, id est, relatione ad eum Episcopum facta. Loquitur enim de Illyrico Orientali, quod Macedoniæ & Daciæ ambas Diœceses complectebatur, distractamque fuerat temporibus Theodosij senioris à reliquo Illyrico; quod deinceps Occidentale vocatum est, eo quod Occidentis Imperio reservatum fuerit, ut ante divisionem illam, solidum Illyricum Occidentem complectebatur. Sed Theodosij conatus irritus fuit. Etenim post tempora istius legis (quæ lata est anno quadringentesimo vigesimo primo) à solo Romano Episcopo Macedoniæ Episcopi pependerunt, ad eumque solum relationes suas in rebus dubiis destinaverunt, ut patet ex epistola Leonis ad Ana-

statum Thessalonicensis, cui vices quoque suas per Macedoniam Diœcesim commiserat. Inde est quoddam Clerici Constantinopolitani, cum privilegia sedis suæ tantopere assertum & amplificatum irent in Concilio Chalcedonensi, Illyrici mentionem nunquam iniecerunt, solisque Diœceses Thracicam, Asianam, & Ponticam obtinuerunt canone *xxviii*. illius Concilij. Quare lex Theodosij effectum sortita non est, in eo capite quod Illyricum Orientale Constantinopolitano Episcopo addicebat, cum Patriarchatus Romano semper paruerit, donec per vim à sedis apostolicæ administratione distactum est, ut dixi cap. i. libri primi.

ADDITIO

STEPHANI BALUZII.

CUM illustrissimus Archiepiscopus observaverit hoc locorum fuisse conatam Theodosij, qui relationem secum dubiarum Illyricanæ Diœceseos tribuere tentaverat Episcopo Constantinopolitano, officij atque muneris mei esse puto hanc illius observationem confirmare auctoritate ejusdem Theodosij præsertim edm immortalis memoriæ viro (de Baronio dicebat Sirmundus) debere me iudicem, ut quæ rectè & verè ab eo dicta sunt, ea ut pro veris habeantur, emittat quoad possum, itaque conjecturas ejusdem Archiepiscopi ostendam veram esse ex scripto Theodosij ad Honorium Augustinum, quo (ut rectè adnotatum est ab Holstenio) abrogavit legem illam in hoc paragrapho Marcæ suscepit explicandam, privilegiaque Romani Pontificis in Illyricanas Ecclesias renovavit ac confirmavit rogata Honorij. Edita est nuper ab Holstenio Synodus habita Romæ anno *dxxi*, sub Bonifacio secundo: inter cujus *A^{da}* extat epistola Honorij ad Theodosium, qua eum rogat ut temetis quorundam Episcoporum Illyricanorum subreptionibus, antiquum ordinem præcipiat custodiri, & ut privilegia Romæ sedis in concensu perducens. Præfert autem ista Honorij verba referre. *Peris enim (Sedes apostolica) ut hæc privilegia qua dudum à patribus concessa usque ad nostram tempora servata sunt, intacta perdurant. In qua parte perspicua severitas tua nihil vetulis decretis, si qua canonum conscripta sint rogulis, penitus derogandum, nec tot jam seculorum reverentiam novellis præjudiciis sanciantiam, Domine. Unde majestas tua, recentibus nostris pictatis affatibus, Christianitatis memor, quam pellaribus nostris misericordia cunctis infundis, universis remotis qua diversorum Episcoporum subreptionibus per Illyricam imperatori dicantur, antiquum ordinem præcipiat custodiri; ut sub Principibus Christianis Romana perdat Ecclesia quod alij Propteratibus non amisit. Rescriptis itaque Theodosius ad Honorium, remotam à se esse subreptionem Episcoporum Illyricanorum, præsertimque apostolicam disciplinam & canones veteres obtinere debere fancivisse, demandata hujus decreti executione Prefectis prætorio Illyrici sui, id est, Illyrici orientalis, cui præerat Theodosius Imperator Orientis. Hæc suntque verba: *Vnde omni supplicium Episcoporum per Illyricam subreptionem**

subreptiis remota, statim observari quod prisca apostolica disciplina & canones veteres eloquentur. Super qua re, secundam formam oraculi perennitatis tuae, ad viros illustres Praesides praetory Illyrici nostri scripta perreximus, ut cessantibus Episcoporum subreptionibus, antiquam ordinem simuliter faciant custodiri, ut venerabilis Ecclesiae sanctissima Roma privilegia & veteribus consuetudine amittat, quae petimus nobis sui nominis consecratio imperium.

II. Restat ut Photij dolosam expositionem paucis refellam: qui studio augendae Constantinopolitanae sedis, quam invaserat, indefinita locutione omnia canonica iudicia in Illyrico facta ab Archiepiscopo Constantinopolitano & ejus synodo definienda esse ait. Quod alienum est à mente Theodosij, qui definitiones istas synodis provinciarum, vel etiam generali synodo Dioeceseos Illyricianae attribuit, non autem synodo Constantinopolitanae. Quaestiones enim istae locis suis & à suae Dioeceseos synodis audiri debent, ut inquit Valens, Gratianus, & Valentinianus, idque disertè cautum est canonibus Secundae Synodi. Id unum excepit Theodosius, ut si quod dubium emergeret, ad sedem Constantinopolitanam referretur. Ita quae quod de una specie dictum est, ad omnes generaliter trahi non debet. Porro vir illustrissimus & eruditissimus in specie hujus legis fingenda lapsus est. Existimare enim Theodosio ab Attico Episcopo Constantinopolitano suggestum fuisse, Illyricanos Episcopos res novas molentes, à sedis Constantinopolitanae obsequio recessisse, sub Arsacio decessore suo. & hoc colore eliciisse rescriptum illud, quo cessante illa innovatione, veteres canones servari praecipiantur, scilicet, ut ille explicit, canon Secundae Synodi, quo primatus deferretur Episcopo novae Romae, post Romanum Episcopum. Sed adeo apertum erat Illyricum nunquam sedem Constantinopolitanam coluisse ut nemo tam petri frons frontis fuisse censendus sit qui libertatem Illyricanorum, innovatorem appellaret, praesertim cum ipso canone secundo CP. (quem sub nomine vetustatis & pristinorum canonum vult significari vir summus) nulla Dioeceseos Illyricianae mentio facta fuerit, sed tantum Aegyptiacae, Antiochena, Asiense, Pontice, & Thracice; ut alibi monui.

III. Ut autem redeam ad Principum auctoritatem, non solum lege generaliter facta canones adversus novitates vindicabant, sed etiam specialiter injuriam illatam in judiciis canonicis per canonum violationem decretis suis resargiebant, si quis ad eos querelam suam deferret. Cui rei ex officio incumbent, non solum quod canonum custodia illis commissa esset, sed etiam quod civium

& praecipue Clericorum patrocinium, & tranquillitatis publicae cura ad eos spectaret. Id eximie docet libellus porrectus Marciano ab Eusebio Dorylaei Episcopo, & insertus Actis Concilij Chalcedonensis, ubi de is quae adversum se à Dioscoreo patrata erant in Epbesino Concilio graviter conqueritur: *Intentio & propositum est majestati vestrae, universis quidem sibi subditis providere, & manum perferre omnibus in jussu oppressis, praecipue tamen fungentibus sacerdotibus, in hoc devotitate placentes, à qua vobis impetore & dominari sub hoc solodanatum est. Ergo quemam multa & diversa contra omnem consequentiam fides quae in Christum est, & nos, sumus perpeffi à reverendissimo Dioscoreo Episcopo Alexandria magna civitate, ad imas vestram pietatem, supplicantes justitiam promereri.* Vnde pater Eulebium fiducia patrocini ductum, quod Marcianus Sacerdotibus oppressis praestare tenebatur, ad eum accessisse, ut Principis auctoritate jus suum consequi posset, ob ea quae contra canones à Dioscoreo gesta erant Epbesi. Bassianus quoque Epbesi quondam Episcopus preces obtulit Marciano, quae relatae sunt in Concilio Chalcedonensi, quibus iniquo iudicio se ab episcopatu depulsum exponit, subsidiūque regis tuitionis exposcit: *Omni salu violentiam patientiam possi Deum vestra tranquillitas est, praecipue autem Sacerdotum Christi. Quapropter & ego ad has preces veni provelatu vestigiis vestris, ut in huius misereamini.* Eunomius Episcopus Nicomediae in Bithynia auxilium quoque Marciano imporat adversus invasionem Anastasij Niceni, quia, ut inquit ille, *imperium Principis collatum est ad salutem orbis & pacem Ecclesiarum.*

IV. Tot nominibus adstricti Principes ad juvandos eos qui de aperta canonum violatione & de iudiciis ecclesiasticis conquirebantur, duorum alterum faciebant, aut ipsi cognitionem suscipiebant, eo tantum sine ut illis de violentia constaret, quam deinde amoveri procurarent, aut aliis modis prospiciebant, de quibus dicemus sequentibus capitibus. Cum autem harum rerum probatio ex historia Conciliorum petenda sit, quae nobiles tantum eventus recenset, pauca de illa illustra proferemus testimonia. Est quidem à B. Athanasio Alexandrino auspicabimur, qui primus omnium à iudicio adversum se reddito in Concilio Tyrio Constantiniano Augustum provocavit. Princeps autem appellationem suscepit, & partibus diem dixit, quae se in Consistorio suo susterent. Rem gestam narro; ut omnibus pateat hanc appellationem ejus generis esse quae hodiernis appellationem *saquam ab abusa formalis* apprine respondet,

Phot. in Epist. l. 1. c. 1. In hoc oraculo ad regem Theodosium scripto dicitur, ut cessantibus Episcoporum subreptionibus, antiquam ordinem simuliter faciant custodiri, ut venerabilis Ecclesiae sanctissima Roma privilegia & veteribus consuetudine amittat, quae petimus nobis sui nominis consecratio imperium.

E. the. Th. de Epist. Synodis hinc laqueo vitata est in Regibus, sed non sic ut accepit a Photio, ut patet ex Basilianensi. a. Mem. c. 10.

17. Cod. Paven. a. 1. Replic.

AA. 1. Gena. Chas. Euseb. ep. Dorylaei quondam Episcopus Epbesi, qui de is quae adversum se à Dioscoreo patrata erant in Epbesino Concilio graviter conqueritur: Intentio & propositum est majestati vestrae, universis quidem sibi subditis providere, & manum perferre omnibus in jussu oppressis, praecipue tamen fungentibus sacerdotibus, in hoc devotitate placentes, à qua vobis impetore & dominari sub hoc solodanatum est. Ergo quemam multa & diversa contra omnem consequentiam fides quae in Christum est, & nos, sumus perpeffi à reverendissimo Dioscoreo Episcopo Alexandria magna civitate, ad imas vestram pietatem, supplicantes justitiam promereri. Vnde pater Eulebium fiducia patrocini ductum, quod Marcianus Sacerdotibus oppressis praestare tenebatur, ad eum accessisse, ut Principis auctoritate jus suum consequi posset, ob ea quae contra canones à Dioscoreo gesta erant Epbesi. Bassianus quoque Epbesi quondam Episcopus preces obtulit Marciano, quae relatae sunt in Concilio Chalcedonensi, quibus iniquo iudicio se ab episcopatu depulsum exponit, subsidiūque regis tuitionis exposcit: Omni salu violentiam patientiam possi Deum vestra tranquillitas est, praecipue autem Sacerdotum Christi. Quapropter & ego ad has preces veni provelatu vestigiis vestris, ut in huius misereamini. Eunomius Episcopus Nicomediae in Bithynia auxilium quoque Marciano imporat adversus invasionem Anastasij Niceni, quia, ut inquit ille, imperium Principis collatum est ad salutem orbis & pacem Ecclesiarum.

1. Epist. de Photio in Concilio Chalcedonensi.

AA. 21. Conc. Chalced. ubi dicitur, quod Bassianus Episcopus Epbesi preces obtulit Marciano, quae relatae sunt in Concilio Chalcedonensi, quibus iniquo iudicio se ab episcopatu depulsum exponit, subsidiūque regis tuitionis exposcit: Omni salu violentiam patientiam possi Deum vestra tranquillitas est, praecipue autem Sacerdotum Christi. Quapropter & ego ad has preces veni provelatu vestigiis vestris, ut in huius misereamini.

AA. 21. Conc. Chalced. ubi dicitur, quod Eunomius Episcopus Nicomediae in Bithynia auxilium quoque Marciano imporat adversus invasionem Anastasij Niceni, quia, ut inquit ille, imperium Principis collatum est ad salutem orbis & pacem Ecclesiarum.

& in eo maxime differt à Donatistarum appellatione, quam idem religiosissimus Princeps merito execratus est. de qua dicemus capite sequenti. Quæ explicatio, Novatorum quoque & aliorum aliquot opinionem refellet, qui judicia canonica Principum imperio olim subiecta fuisse, hoc præcipue argumento ducti, sibi persuadent.

V. Eusebiani & Meletiani, infensissimi Atbanasij hostes, decantatam illam fabulam calicis fracti, altaris eversi, & Arsenij Episcopi ab Athanasio cæsi, in apertam accusationem vertunt, Synodum Tyriam à Constantino impetrant, quò se conferret ex Europa, Asia, Africa, & Ægypto sexaginta Episcopi à Principe ad arbitrium accusatorum delecti, qui criminum delatorum cognitionem susciperent. Quò misit etiam Princeps Dionysium Consularem, ut in synodo omnium rerum gerendarum Episcopos admoneret, atque animadverser esset & castos conservande equabilitatè & ordinis. Concilium istud, quod partim ex Episcopis orthodoxis constabat, partem ex iis qui occultè Arrianam impietatem fovebant, omnem judiciorum ordinem insuperbavit. Etenim hostium Atbanasij studis eò res provecta est, ut Episcopi quidam in Marceionem Ægypti regionem delegarentur, qui testimonium exciperent de calice fracto & altari everso. In quo quatuor peccata fuerant contra judiciorum ordinem & juris naturalis præscriptum. Primum est, quòd à rejectione seu recusatione hostium suorum Atbanasius excedit. Secundum est, delegationem datam ab adversariis Atbanasij, non verò ab integro Concilio. Tertium, delegatos fuisse suspectissimos homines, imò verò & apertissimos Atbanasij hostes. Quartum, absente Athanasio, nec vocato, aut ejus Clericis, testimonia recepta fuisse ex *juuoyaybe*. Itaque Episcopi Ægyptij libello hæc vitia synodo exponunt, obsecrântque ne delegationem illam, tam nefariè à paucis decretam, omnium sententia firmet. Quosque, inquit,

ex toto grege suspectissimi erant, in Marcionem delegavimus. Intra: Ceterum quia post scelus suum, submissisque suspectissimos homines, androvinus eos singulas vestram ambientes, postulare vestram subscriptionem, ut omnium vestram Concilio id altum videri possit, ides & nos ista scribimus, oramusque, ut suscepto Dei timore, indignantisque sine vestri auctoritate illas missos esse, quos ipsi voluerunt, abstinere à subscriptione, ne quas ipsi scelus consuevit, eas tanquam vobis auctoribus factas jactent. Intra: Equum certè erat, siquidem Legati Marcionem mittendi fuerant, nos quoque una cum illis pressio esse, ad bo-

das, ut puram istum rei scrutinium haberi possit. Sanè Dionysius Comes iniquo animo ferebat Legatos communi omnium sententia decretos non fuisse, ut patet ex ejus epistola ad Eusebianos: Cum admoerem vestram bonitatem, Legatos communi suffragia & judicio delegendos esse.

VI. Quapropter Athanasius & Episcopi Ægyptij libello contestatorio (qui hodie in foro evocatorius diceretur) à Dionysio postulant ne calumnias confarcinatis de locum, utque negotium integrum Imperatori servet, ne invidis ab Eusebianis confidit innocentes premerentur. Vnde colligere licet, dolum, insidias, calumniam, & hostium, qui in illo Concilio iudices sedebant, gratiam, Athanasio & Ægyptiis occasione deditur ut iudicij ecclesiastici cognitionem ad Consistorium Principis transferrent. Hoc docebant verba ipsa libelli Dionysio oblati: *Cum multarum videremus calumniam confarcinationem, & ex confarcinationibus insidias Euseby, Narcissi, Flacilii, Theogny, Maris, Theodori, & Pastrophyi adversum nos, quos quia principis detrectantes rejicere non licuit, necessariò ad hanc protestationem devenimus, presterim eam animadvertamus multa ad gratiam Meletianorum, multa rursus ad insidias catholicae Ecclesie sub nostris criminibus agitari. Necessariò ad id quoque hunc libellum tibi porrigimus, cum multis obsecrationibus, ut Dei metu in animo servato, qui imperium augustissimè & piensissimè Imperatoris Constantii tuetur, cognitionem causarum nostrarum ipsi augustissimo Imperatori reserves. Equum est enim te ab Imperatore missam, negotium hoc integrum retinere.*

VII. Attamen insuperbabit libellus contestatorius, iudicium redditur in Athanasium absentem & inauditum, qui episcopali dignitate sententia Concilij Tyrij dejectus est. A qua sententia Constantinum appellavit, qui ejus causæ suscepit cognitionem, eò quòd Athanasius de vi sibi per insidias illata, adversus fas omne, conquerebatur. Cujus rei fidem facit rescriptum Constantini, quod extat apud Athanasium: *Ego quidem ignarus, inquit, quid sibi velint ista, que à vestra synodo pertamatum & tempestatem judicata sunt. Mihi sanè videtur nescio quo pacto veritas per immadestiam aprimi, dum per vestrum contentiorem, quam involitam capitis, ea qua Deo placeat non consideratis. Mox de Athanasio loquens: Magna libertate mihi quid pestulavit, quòd ut vos huc evocari inierem; quòd nobis prescribis, que per vim passus es, conquiri possit. Quod cum mihi equum & temporibus regis congruum videretur, scripto vobis demanatum volui, ut quotquot synodum Tyrii absolvistis, suis omni tergiversatione, ad Prætorium nostra clementia*

Epistola Constantini ad Athanasium, 40-114 f. 1.

Libellus Episcopi Ægypti apud Athanasium, 101.

Sententia Constantini ad Athanasium, 102-103.

Sententia Constantini ad Athanasium, 102-103.

Epistola Constantini ad Athanasium, 102-103.

Epistola Constantini ad Athanasium, 102-103.

Epistola Constantini ad Athanasium, 102-103.

Epistola Constantini ad Athanasium, 102-103.

Epistola Constantini ad Athanasium, 102-103.

apud Tit. L. 1. c. 11. §. 1. §. 2. §. 3.

convenitis, re ipsa quantum severitatis integritatisque sit in vestris sententiis, eorum melius declaratori. Artamen cognitionis istius eventus malè certat Athanasio per fraudes Eusebianorum, qui sententiæ suæ contra iudiciorum ordinem late viribus diffidentes, novam calumniam compingunt; scilicet minarum fuisse Athanasium, se cataplum seu frumentariam subvectionem, quæ classe Alexandrina Constantinopolim quotannis deferretur, interversurum. quod redemptis testibus cùm Principi probassent, ejus iudicio in Gallias relegatur. Meminerunt utriusque sententiæ Episcopi Orientis in epistola sua synodica, apud Hilarium: *In presentem Athanasium dignum pro criminibus sententiam dicunt. Propter quod Tyro fugiens, Imperatore appellat. Nulli etiam Imperator; qui que in interrogatione habita, omnia ejus flagitia recognoscens, sua illum sententia in exilium deportavit.* Ex Athanasij libellis, & rescripto Constantini, apertissimè constat Athanasium existimasse in his angustiss liberum esse afflictio subsidium tuitionis imperatoris implorare, & Principis partes esse ut perspiciat an vis ulla contra præscriptum legum & canonum illata sit.

apud Tit. L. 1. c. 11. §. 1. §. 2. §. 3.

de Nestorio. De causis criminalibus pronuntiaverat, quæ Principi evocaverat Constantinopolim. Idem Theodosius ordinem eandem præscripsit Concilio Ephesino, ut nulla lites civiles agerentur ante quaestionem fidei. Juste etiam Flavianum obliisere à iudicio, & sedere inter res; quomodo ordinario jure aliter fieri debuisse.

A VCTORITAS Principum in aliis quoque iudiciorum ecclesiasticorum articulis exercebatur, de quibus nunc agendum est; quamvis pleraque à nostris moribus sint aliena, atque ideo in usum deduci non possunt, quin apertè Sacerdotij & Imperij Concordia lædatur. Imperatores ergo Romani à Sacerdotibus interpellati, iudices dare poterant, sed Clericos, qui de negotiis ecclesiasticis sententiam ferrent. Eam auctoritatem apertè Principibus asseruit Concilium Milevitanum secundum anno quadringentesimo decimo sexto, quod relatum est à Grariano: *Placuit ut quicumque ab Imperatore cognitionem publicorum iudiciorum petierit, honore proprio privetur. Si autem episcopale iudicium ab Imperatore petierit, nihil ei obstit.* Visus istius auctoritatis manavit à Constantino in causâ Cæciliani Carthaginensis Episcopi, qui per summam injuriam à septuaginta Episcopis Donati schismate infectis damnatus, Ecclesiam retinebat. Quæ de re conquesiti sunt Donatistæ Amulino Proconsuli Africæ, impendiò postulantes ut fasciculum in aluta signatum cum libello sibi oblato ad sacrum Comitatum dirigeret. Constantinus juris religiosissimus Princeps cognitionem criminis ecclesiastici (de traditione enim librorum sacrorum agebatur) adversus Episcopum suscipere noluit. Sed Donatistis acriter ea de re objurgatis, & Episcopos è Gallia, ubi Princeps tunc morabatur, sibi iudices dari postulantes, eò quòd Africana iudicia per contentiones partium suspecta essent, Princeps pacis ecclesiasticæ studiosissimus tres Galliarum Episcopos, Maternum Agrippinensem, Reticium Augustodunensem, & Marinum Arelatensem delegavit, qui unà eum Melchiade Romano Pontifice litem dijudicarent. Nec enim causa illa generalis, quæ totius Ecclesiæ communionem perturbabat, abique Romano Pontifice rite definiri poterat. Meminerunt Eusebius, Opratus, & B. Augustinus hujus delegationis, cujus sunt hæc verba in epistola ad Melchiadem: *V. sum est mihi ut idem Cæcilianus cum decem Episcopis qui illum rem facere videantur, & decem alijs quos ipse sua lites dyndicationis necessarios existimaverit, Romam navigio trajiciat: ut ibi coram vobis, Reticio etiam, & Matreno, & Marino collegis vestris, quos ea de causa Romam mature inviserim,*

Prælib. l. c. 11. §. 1.

Prælib. l. c. 11. §. 2.

C A P V T III.

Synopsis.

I. Auctoritas Principum Romanorum in plerisque capitibus iudiciorum ecclesiasticorum expenditur. Dabant iudices, sed Clericos. in causis ecclesiasticis, è Concilio Milevitano, & à delegatione trium Episcoporum Gallia in negotio Donatistarum à Constantino facta, qui unà cum Melchiade de Cæciliano iudicium ferrent. Ex illa delegatione Augustinus probat contra Donatistas, iudicium illud non fuisse usurpatum.

II. Eadem iudicium dandi potestatem probatur à Concilio Chalcedonensi.

III. Episcopi delegati auctoritatem dabant iudicandi eos qui alia sibi subditi non essent, è Cyrillo Alexandrino.

IV. Metropolitanis aut Patriarchis suspectis, ab una provincia iudicium transferrebant in aliam; è Concilio Beryptensi, quod relatum est in Chalcedonensi.

V. Synodi à se inditiis præscribebant iudiciorum ordinem. Quod docetur aliquot exemplis. Theodosius irritum declaravit Concilium Ephesinum, quia hæc præscripta à Principe in modo procedendi excessisset. Causa tamen cognationem integram reliquit Concilio.

VI. Synodus Ephesina conqueiritur, non de incompetencia Principis, sed de obsequio; quem Legatus missus ostendit. Discussio, an ordo reverentis esset à Concilio, fieri poterat in Consistorio, ut facerent Orientales. Negotio discussio, Theodosius confirmat Alia Synodi Ephesina, qua amea residerat.

VII. Explicatur in quo fines præscripti à Theodosio excessisset Concilium Ephesinum. Absente Iovane Antiocheno & delegato Principi, iudicium habereat

possit audiri, sicut sanctissima Dei lex, ut nostris, postulat. Iudicio habito Romæ, Cæcilianus à Melchiade, omnium Episcoporum suffragiis, absolutus est. Sententia enim sub Melchiadis nomine concepta est apud Optatum. Victi Donatistæ (ut hoc obiter dicam) Constantinum appellarunt post sententiam Melchiadis & Synodi Arelatenensis, eius iudicium postulantes: *Meum iudicium postulant*, inquit Constantinus in epistola ad Episcopos, *qui ipse iudicium Christi expecto*. Cognitionem istam recusabat, licet Athanasij provocationem admisisset, eò quòd iste de insidiis & dolo Synodi Tyne conquereretur, illi verò de iniquitate iudicij. quam discussionem à se Constantinus amovit. Ceterum ut pateat an Constantini delegatio alicuius momenti haberetur tempore Augustini, observandum est Donatistas sententiam Melchiadis refellere solitos, quòd ab Episcopis transmarinis lata esset, quibus ex Africanæ Ecclesiæ privilegio iudicia Africanarum causarum etiam ex appellatione usurpare non licebat. Excipit Augustinus de Constantini Imperatoris delegatione: *An ferè non debuit*, inquit, *Romana Ecclesia Melchiades Episcopus cum collegi transmarini Episcopis illud sibi usurpare iudicium, quòd ab Afris septuaginta, ubi Primas Tiphitanus presedit, fuerat terminatum? Quid quòd nec ipse usurpavit? Rogatus quippe Imperator iudicis misit Episcopos, qui cum eo viderent, & de tota illa causa, quod iustum videretur, statuerent. Hoc probamus, & Donatistarum precibus, & verbis ipsius Imperatoris. Non disputo an summo jure Melchiadi liberum fuisset de causa Cæcilianij iudicium agere. Id tantum aio, ex sententia Augustini, decretam à Constantino delegationem iudicium transmarinum ita constituisse ut Donatistis de foro non competente excipere non liceret.*

II. Ex illa constituendi iudicij ecclesiastici auctoritate proficiscitur quòd Bassianus depulsus à sede Ephesina, libello petivit à Marciano ut decerneret hac de re cognitionem à Concilio Chalcedonenis suscipi: *Supplicatio vestra pietati, & provolvor divinis vestris sacratisque vestigijs, quatenus sancire dignetur vestra clementis pietas, sacra vestra subnotatione missa ad sanctum Concilium, ut cognitio fiat inter me miserum & eos qui in me talia perpetraverunt, ac dicant se aliquid adversum me habere*. Principes causam illam synodi iudicio permisit, rescripto ad eam misso, quod verbus perquam modestis conceptum est: *Festinet igitur vestra reverentia, has nostras suscipiens literas, causam discutere, & formam que vobis visa fuerit proferre*. Inde etiam manavit quòd Eusebius Dorylæ Episcopus non antè cum

Dioscuro congregari voluerit in Concilio Chalcedonenis, & adversus eum accusationem instituire, quàm libello à Marciano contendisset ut cognitionem illam Concilio demandaret: *Provoluti precamur vestram clementiam ut precipiatis reverendissimum Episcopum Dioscurum respondere de his que ei à nobis ingeruntur*. Infra: *Sacrum & venerabile vestram mandatum dirigentes sancta & universali synodo religiosissimarum Episcoporum, quòd possit inter nos & prefatum Dioscurum audire & proferre ad scientiam vestra pietatis omnia que geruntur*.

III. Non solum autem eis Episcopis iudicium delegabat qui ordinario jure intra provinciam suam iudicium ferre possent, sed etiam extra territorium jurisdictionem aliquando prorogabat. Hanc prorogandæ jurisdictionis ecclesiasticæ auctoritatem respiciebant Cyrillus Patriarcha Alexandrinus & Memnon Episcopus Ephesiorum in libello quem Concilio Epbesino porrexerunt. Conqueruntur se à Joanne Antiocheno per summam injuriam damnatos, etsi nulla penitus illi competeret auctoritas ad iudicium illud reddendum, neque ex legibus ecclesiasticis, neque ex Principis Edicto. Vnde patet synodus Episcoporum, in eos qui sibi secundum canones aliis subditi non essent, prorogari jurisdictionem mandatis Principum solenne fuisse. *Et quidem*, inquit, *ne per leges ecclesiasticas, nec per imperiale Decretum, potestatem habuit, que sultus vel quæpiam ex nobis iudicare vel omnino simile quæpiam attendere possit, presertim verò contra majorem sedem*.

IV. Si quis etiam Episcoporum de Metropolitanis aut Patriarchæ suspicionem quereretur, literis suis iudicium ab ea sede avocabant, & in aliam provinciam transferebant, Ibas Edeffcenorum Metropolitanus, Ioannes & Daniel Episcopi, de hæresi à Clericis accusati coram Domino Patriarcha Antiocheno, etsi lis contestata fuisset in Synodo Antiochie, rescripto tamen & auctoritate Theodosij Imperatoris, ex sententia Flavianij Archiepiscopi Constantinopolitani, ab Ostrhæna provincia ad provinciam Phœnicæ transfati sunt, ut à Photio Episcopo Tyri, Eustathio Beryti, & Vranio Himeriorum Episcopo iudicibus datis, iudicium de accusatione ferretur. Damascius Tribunus, sicut ei in mandatum erat à Theodosio, in Orientem se contulit, & accusatoris unà cum reis Episcopis, in Colonia Tyri iudicibus delegatus exhibuit. Iudices verò communitorium Principis à Damascio prolatum actis inferi jusserunt, ut de collata sibi à Principe cognitione constaret: *Pium communitorium dignetur tua magnificentia demonstrare, ut per*

Constant. epist. ad Episc. cathol.

Aug. 9. 11.

Ad. 21. Conc. Chalced. p. 107. Quamvis episcopi et in causa ista non sint iudices, sed iudicium dant. Item in epistola ad Episc. cathol. p. 107. Item in epistola ad Episc. cathol. p. 107. Item in epistola ad Episc. cathol. p. 107.

Ad. 1. Conc. Chalced. p. 107. Quamvis episcopi et in causa ista non sint iudices, sed iudicium dant. Item in epistola ad Episc. cathol. p. 107. Item in epistola ad Episc. cathol. p. 107.

Wide Gooden Prefationem lib. 2. p. 2.

Libellus Cyrilli et Memnonis ecclesie Synode Epbesino p. 1. Ad. 4. Quod dicitur in libello (Chalcedonen. 2. p. 107. cap. 2. Item in epistola ad Episc. cathol. p. 107. Item in epistola ad Episc. cathol. p. 107.)

Conc. Chalced. Act. 1. quod dicitur de iudicio translati ad episc. p. 107.

omnia intentionem piissimi & Christianissimi Imperatoris nostri sequamur. Praefulgere etenim debet huius gestis.

V. Alio etiam eoque eximio jure utebantur Principes in praesentibus judiciorum ordine quae in synodis à se indicendis peragenda erant. Hinc profectum est ut praecipuos magistratus delegarent, qui Concilio interessent, non solum ut vis publica & tumultus arcerentur, sed etiam ut ab Episcopis cognitionum ordo servaretur. Quare Dionysius Comes, ut vidimus supra, à Constantino ad Concilium Tyrium missus est, ut *animadversus esset & custos conservanda aequalitatis & ordinis*. Theodosius Candidiano Comiti retinendi ordinis curam in Synodo Ephesina inunxit, sed angustioribus sinitibus mandatum coërcuit, scilicet ad submovendos tumultus monachorum & laicorum, mutuas Episcoporum contentiones impediendas, & suffragium cujusque liberum conservandum. Concilio Ephesino secundo adfuit Elpidius Comes cum Theodosij mandatis amplioribus, nempe ut tranquillitate Episcopis procurata, cognitiones *ex ordine* instituerentur, *quod et patrum scriptis non est constitutum*. In Concilio Chalcedonensi eminentissimi magistratus, quo quidem ordine gerendum sit, praescribitur. Tanta autem severitate hac in parte à Concilio obedientiam Principes exigebant, ut praescriptum sibi judiciorum ordinem egressa fuissent, quidquid neglecta cognitionis lege decretum foret, Principes in irritum mitterent, ut patet ex Theodosij rescriptis adversus Synodum Ephesinam latas. Theodosius omnibus Metropolitanis synodum generalem Ephesi celebrandam ad Pentecosten anni quadringentesimi trigesimi primi indicxit, ut communi omnium Episcoporum suffragio rebus Ecclesiae consuleretur, coram Comite Candidiano, qui tranquillitati synodi prospiceret. Ioannes Antiochenus Patriarcha plusquam dies quindecim ultra conditum diem in itinere moratus, Cyrillo Alexandrino & reliquis patribus significat non esse quod diutius expectaretur, seque absente de Nestorio quætionem haberi posse. Itaque Nestorio, qui Ephesi praesens aderat, tribus Edictis intra triduum in jus vocato, & se synodo sistere renuente, causantemque Ioannem Antiocheni absentiam, cujus adventus intra quadratum expectabatur, de fidei causa deliberatum est, atque *absente Candidiano* Nestorius sententia omnium Episcoporum dejectus est. Ioannes Antiochenus, qui statim post damnatum Nestorium Ephesum appulerat, ægerrimè tulit se absente sententiam latam, ideoque à Concilio secedens, ex triginta

Metropolitanis, quos secum duxerat, Concilium quoddam coegit, Cyrillumque Alexandrinum, & Memnonem Ephesum, veluti turbaram auctores, episcopatu deiecit, & vicissim Ioannes & Orientales Episcopi germanæ Synodi Ephesinae iudicio à functionibus sacerdotalibus suspensi sunt. Quibus de rebus cum Candidianus ad Theodosium retulisset, ille rescripto suo quaecunque gesta erant & decreta à synodo rescidit, ex eo scilicet capite, quod Concilium integrum non fuisset, & à praescripta literis imperialibus forma patres discessissent, iussitque ut omnia de integro discuterebantur, atque ex communi omnium sententia fidei regula constitueretur. Præterea se Legatum quandam à Palatio missurum monuit, qui, unà cum Candidiano, quæ acta essent perspiceret, eaque prohiberet quæ legitimo ordini adversarentur. Quibus verbis significatur tam dejectio Cyrilli & Memnonis ab Orientalibus Episcopis, quam Nestorij depositio, & Ioannis Orientaliumque suspensio à Synodo Ephesina decreta. Hoc Theodosij rescriptum magni momenti mihi quidem esse videtur, ut fines jurisdictionis regis, quando de politia ecclesiastica violata agitur, rectè constitui possint. Etenim Theodosius quæ canonum & legum rescriptorumque suorum ordine non servato gesta sunt rescidit quidem, sed causæ ipsius integram cognitionem synodo relinquit. Custos est ordinis canonici, non autem executor canonum. Verba rescripti hæc sunt: *Proinde sacra majestati nostræ placuit talem procedendi modum nullum habere locum aut momentum, his verbis quæ ineptè & contra ordinem gesta sunt cessantibus, doctrinam de pietate prius, scripti decretum fuit, discussi, etiamque juxta communem totius synodi sententiam in posterum obtinere*. Infrà: *Et quisihiem à sacro nostro palatio unà cum magnificentissimo Candidiano Comite destinetur, qui nostro iussu qua acta sunt cognoscatur, quique qua legitimo ordini dissentanea sunt prohibeat*.

VI. Synodus Ephesina, his literis acceptis, non expostulat cum Theodosio de usurpata jurisdictione, sed conqueritur à Candidiano obreptum Principi fuisse antè quam ex epistola synodica de rerum gestarum ordine certior factus esset. Quare obsecrat ut Candidianum unà cum Episcopis quinque à Concilio delegandis evocet, qui ejus pietati comprobent omnia canonice peracta fuisse: *δέματα τῶ ὑμετέρῃ χειρίτι μετεσθλάτι τῶν τῆς ἁγίας συνόδου, ἐκ τῆς ἐμῆς τῆς πτωκαγμοῦς ἐπιτῆς ὑμῶν ἐκδοχίας*. Vnde patet non abnuere Concilium quin Princeps cognoscat an ordo canonicus & legitimus in synodo à

In Actis Concilii Chalcedonensis, ubi dicitur quod Theodosius rescriptum suum non rescidit, sed confirmavit, quod est contra verum sensum, etiamque juxta communem sententiam in posterum obtinere.

Proponitur sibi dicitur, ad. i. Concil. Chalcedon.

patribus retentus fuerit. Theodosius statim Ioannem sacrarum largitionum Comitem Ephesum mittit: qui rebus omnibus accurate discussis, Orientalium calumnias detexit, & synodo indulset ut septem Episcopos ad Comitatum delegaret. Eadem facultas concessa est Orientalibus, qui mandatis suis instructos septem etiam Episcopos ad Principem destinarent. Sed mandati illius verba expendenda sunt, quæ docent maximam illam contentionem de ordine servato, vel interverfo, discussi posse, aut à Principe ipso, aut intra Consistorium, vel in Senatu, aut in Synodo Episcoporum, prout Principi colibuisse: *Si quaesita habeantur de rebus controversis, vel apud piissimum Principem, vel in sacro Consistorio, vel apud sacrum Senatum, vel in synodo patrum.* Cum autem utriusque partis Legati Constantinopolim se contulissent, peripeto rerum actuum ordine, Synodum Ephesinam *canonicè* Nestorij causam discussisse Theodosio constitit, ideòque statim acta Synodi Edicto confirmavit.

VII. Ceterum non eo solum nomine conquestum vidimus Theodosium, quòd pleno & integro Concilio negotia discussa non fuissent in Synodo Ephesina, sed eo etiam, quòd à forma literis suis perscripta temerè discessum fuisset. Liberum enim sibi esse Principes exstimabant ut rerum gerendarum ordinem etiam Conciliis Oecumenicis præscriberent, quemadmodum superius dixi. In duobus autem capitibus præcipue fines præscriptos à Principe patres excesserant. Vnum est, quòd absente Candidiano iudicium adversus Nestorium peregerant. Alterum, quòd licet synodo Princeps denuntiasset nullam civilem aut criminalem causam, etiam si ecclesiastica esset, movendam esse adversus quempiam Episcoporum, vel in synodo, vel in publico iudicio, sed omnia ejusmodi Constantinopolim avocanda, attamen Cyrilli, & Memnonis, Ioannisque, & Orientalium damnationes subsecuta legem datam violaverant. Eandem rationem secutus est postea idem Theodosius in secunda Ephesina Synodo. Prohibuit enim communitorio suo, quod Elpidio Comiti datum est, ne lites ullæ intruderentur in synodo antè quam fidei quæstio finem accepisset. Præterea autem vetuit ne Flavianus Episcopus Constantinopolitæ, aut ceteri Episcopi qui sententiam adversus Eutychem in Synodo Constantinopolitana dederant, suffragium suum ferrent in Concilio Ephesino. Elpidius executionem mandati hæc in parte graviter urfit, Theodosio ordinem rerum vindicans his verbis: *Imperator adimplens ipse primus ordinem legum, cuius est conditor &*

custos, iussit eos qui semel iudicaverunt, iudicandum locum obtinere. Itaque Theodosius Flavianum & Synodum Constantinopolitanam eodem loco habuit quo ceteros iudices à quibus provocari potest, qui iudicis non interfuit in quibus de eorum appellatione cognoscitur. Quin etiam cum à canonicis constitutum sit illi simplicem penam indicendam qui contra sanes excommunicacionis aut dejectionis sententiam protulerit, Theodosius cum cognitioni reos ordinem præscripsit, ut Flavianus inter feos haberetur. Alio tamen jure usi fuerant Episcopi Orientales qui Antiochiæ in Athanasium sententiam dixerant. Illis enim & Julius, qui eos literis suis Romam ad secundum iudicium evocabat, & Constantius & Constanti Imperatores, qui Synodum Sardicensem dixerant, suffragia integra reliquerunt, quæ unà cum Occidentalibus Episcopis in synodo conferrent. Discrimen ex eo proficiscitur, quòd Concilij Antiocheni ratio habita fuit, perinde ac si appellari ab ejus iudicio non posset, sed tantum retractionis cognitio institui, ut fieri solebat adversus sententias Præfectorum prætorio. Ad synodum Flaviani non eo jure posita est, sed eo loco habita ac si ab ea provocari posset. Quod non alia ratione nitebatur quam immo Theodosij arbitrio, qui ordini hujus cognitionis quas voluit leges præscripsit, etiam à ceterorum iudiciorum ordine alienas.

CAPITULUM IV.

Synopsis.

I. Principes aliquando suspenderant prioris Synodi iudicium, nova synodo indita. Quod factum à Theodosio in causa Nestorij. Qui damnatus à Synodo Romana & Alexandrina, nisi resipisceret intra decem dies, Theodosius Synodo Ephesina indita ad petitionem Nestorij, interim nihil innovari iussit. Ostenditur à Concilio habitam rationem suspensionis.

II. Auctoritas Theodosij interpellata à Leone, ut suspendi iuberet executionem secunda Synodi Ephesinae. In qua Diastorini omnia per tumultum episcopi contra canones, deposito Flaviano. Leo hanc synodum reprobat in Concilio Occidentali. Sed auxilium Principis implorat adversus Orientales. His verbis utitur quæ auctoritatem Principum in hac re significat.

III. Leo de iniquitate Synodi iudicium tulit. A Principe verò petit rescissionem, ex eo capite, quòd per vim & contra canonum ordinem auctoritas gestasset. Per eruditissimos patres à Leone petiti prioris legis revocationem, quæ Theodosij Synodum Ephesinam confirmaverat. Sed novum rescissionem legem illam latam fuisse. Resumit Novatores, qui à Principe solo rescissionem synodorum tunc pendisse volunt. Theodosius nihil satisfacere desiderio Leonis. Sed Marcianus indixit Synodum Chalcedonensem, quæ necessarium putavit Principi legem ad Synodum Ephesinam rescindendam, quam à Principe abstinuit.

Cyillus in ep. ad Theopropium.

Mandati Oriem-
tium in rebus
controversis
discussis, vel
apud piissimum
Principem, vel
in sacro Consistorio,
vel apud sacrum
Senatum, vel in
synodo patrum.

Capitulum post-
terius. Comiti
Elpidio, ut
interdiceret
omnes causas
intruderentur
in synodo, antè
quam fidei quæ-
stio finem
accepisset.

In hunc modum
Theodosius
adimplens ipse
primus ordinem
legum, cuius est
conditor &

IV. Legati Romani implorant auxilium Iudicium in Synodo Chalcedonensi, adversus illum synodi decessit, quo canonicis Nicanis trans contraria.

V. Principes restaurantem iudicium ecclesiasticorum rescriptis sui permittent, qua de re alibi.

*VI. Ab Episcopis quos in causis ecclesiasticis delegabat Principes, ipsi appellabantur, à Justiniano. Quod obviatum in civitibus negotijs, & criminalibus, etiam Episcoporum, tempore Gregorii Magni, quod ipse re-
litem esse scripsit. Lis in appellatione commissa Diacono sacris Romana, & uni à Magistratibus, Iudicium vero latum à Principe.*

VII. Apud Græcos posterioribus seculis jus illud continuatum. Imo recitata synodo Patriarcha à reo. Imperator causam ecclesiasticam ad suum tribunal traiecit, à Balsamone, qui hoc fallum non probat, quomodo iudicium seculari admissi possit à Principe, iudicij ecclesiastici potest. Quibus sciam quomodo tunc visum, à senentia Patriarcha, Principem appellari posse, cum distinctione.

VIII. Qua ratione Principes Romani se gesserint in iudicij causis, secundum ea qua superioribus capitibus observata sunt.

L. NON solum autem iudicia ecclesiastica Principes ordinabant, sed etiam aliquando synodo indicta ad controversias dirimendas, prioris sententiæ in iudicio ecclesiastico latæ executionem suspendebant: Ejus suspensionis exemplum, quamvis scelerato homini indultæ, dissimulare non debemus. Is erat Nestorius, vesanæ hæresis, quæ Christum dividebat, auctorem quem Celestinus Pontifex communionem Ecclesie catholice deiecit, nisi decem dierum intervallo ab adnotationis die numerandum, nefariam doctrinam suam conceptis verbis anathematizaret, lireris ad Cyrillum Alexandrinum & Nestorium hac de re datis. Cyrillus Synodo Alexandriæ coacta, in eandem sententiam cum Celestino consensus, & Nestorius sui officij communivit, missa ex auctoritate utriusque synodi damnationis sententiâ, nisi intra decem dies resipisceret, Nestorius de injuria sibi illata apud Theodosium conquirat, & synodum generalem indicendam curat. Quod vix animadversum est, quia Nestorij petito rescripto Principis inserta non est, ejus tamen Celestinus fidem facit in epistola ad Clerum Constantinopolitanum: *Quis petitorum synodi, inquit ille de Nestorio loquens, crederet synodo futurum? Compem ad certamen exposcit, sacerdotale postulat, cui non erat adfuturus, exarum.* Basilus quidem monachus synodi indicationem apud Theodosium libello dato urris, sed Nestorij precibus coactam fuisse constat. Quod ad rem nostram attinet, rescripto suo Theodosius Concilium generale Ephesi celebrandum indixit, sed nihil innovari à quoquam, ante synodi cognitionem, jussit. Itaque executio sententiæ à Synodis

Romana & Alexandrina adversus Nestorium decretæ, suspensa fuit à Principe, ne præjudicium aliquod fieret cognitioni futuræ Synodi Oecumenicæ: De indicta autem sanctissima Synodo, nostra serenitas ad omnes omnino Deo dilectos Episcopos Metropolitanos litteras scripsit, quò nimirum hac tandem ratione turbæ, quæ ex multis dissidijs & concertationibus hinc inde enata sunt, rite secundum ecclesiasticos canones conspiciantur, & illa præterea quæ parum decenter habemus admissa sunt, corrigantur, & pietatis denique, quæ in Deum est, publicaque utilitatis similitas consulatur. Ceteram ante sanctissimam coactam synodum, communiquè ejusdem, quæ de omnibus dabitur sententiam, nihil quidquam in nulla præterea re privatum à quoquam innovetur. Equidem non perspicuo quæ ratione hanc suspensionem Theodosius decerneret potuerit, nisi petitioni Nestorij, qui se indicta causa damnatum conquirebatur, ejusque, si lubet, appellari locum demus, quæ ad Concilium indicendum Theodosium provocavit, ita ut interim appellatione pendente, vel si majori restitutione in integrum, nihil innovaretur. Cujus suspensionis tantum abest ut querelam moverent patres in Concilio Ephesino, quin potius rescriptum Actis inseri jussissent, & suspensionis rationem omnino habuerint. Nam conventus est tribus Edictis Nestorius ut se synodo adjungeret, & unâ cum ceteris Episcopis consideret, quemadmodum loquitur Petrus Episcopus Lampæ, scilicet ut *si fidei doctrinam unâ cum synodo discerneret, sicut retulit Ioannes Hephæsti Episcopus, ipseque passim Actione prima Concilij, Deo amantissimus Episcopus dicitur.* Deinde ipsa damnationis Nestorij formula nunc primum illum episcopo palii dignitate deiecit, non autem auctore dejectum fuisse pronuntiat.

II. His adjiciendum quæ auctoritatem quoque Principum à Romanis Pontificibus interpellatam ut res contra canones à synodis geitas restitutionem in integrum, aut saltem earum executionem suspenderent, donec majori synodo omnia componerentur. Cujus rei illustrissimum exemplum præbet Leo I. in causa Flaviani, Eutyches Presbyter & Archimandrita Constantinopolitanus, nefandæ hæresis auctor, damnatus à Flaviano Archiepiscopo Constantinopoleos & ab ejus synodo, ad Concilia omnium Patriarcharum eam provo cassæ, à Theodosio Imperatore impetravit Concilium Ephesinum secundum, cui ex rescripto Principis præfuit Dioscorus Alexandrinus. Rectè & ex ordine indictum erat Concilium, cui & Legati Romanæ sedis ceterique Patriarchæ aderant, ita ut nihil huic conventus videretur

Epist. Theod. ad Synod. Ephes. ad h. 10. ubi dicitur: Quod si quid in hac synodo fuerit, quod non est in canonicis scripturis, vel quod contra canones sit, non sit in hac synodo. Et dicitur: Quod si quid in hac synodo fuerit, quod non est in canonicis scripturis, vel quod contra canones sit, non sit in hac synodo.

Act. 1. Conc. Ephes. ad h. 10. ubi dicitur: Quod si quid in hac synodo fuerit, quod non est in canonicis scripturis, vel quod contra canones sit, non sit in hac synodo.

Act. 1. Conc. Ephes. ad h. 10. ubi dicitur: Quod si quid in hac synodo fuerit, quod non est in canonicis scripturis, vel quod contra canones sit, non sit in hac synodo.

Act. 1. Conc. Ephes. ad h. 10. ubi dicitur: Quod si quid in hac synodo fuerit, quod non est in canonicis scripturis, vel quod contra canones sit, non sit in hac synodo.

Edictio. ep. ad Const. N. 10. ad Nestorium.

Pala Balsamone. non dicitur. Hæc. sunt conc. Procl. synoda.

deesse quò minus pro Concilio Oecumenico haberetur. Sed Dioscorus omnia per tumultum vi manūque miscuit; Eutychem, qui se orthodoxum profitebatur, restituit; Flavianum & Eusebium Episcopum Doriæ damnavit, eo prætextu, quò adversus canones Eutychem gradu suo deiecissent; ceteris Episcopis per minas & terrores ad Flaviani & Eusebii damnationem adactis. Huic iudicio intercessit Flavianus recufato Dioscoro, & Legati Romani contradixerunt; quibus scripto, ex more Conciliorum, libellum appellationum porrexit Flavianus, ut auctoritate & studio Romani Pontificis alterum Concilium institueretur. Et Leo quidem, hujus calamitatis nuntio accepto, Italiæ Concilium in Romana urbe cogit; in quo quid auctum sit, malo verbis Hilari Diaconi proferre quàm meis: *Vestra itaque veneranda clementia cognoscit, à prefato Papa Leone cum omni Occidentali Concilio reprobari omnia quæ in Epheso contra canones per tumultus & odia secularia à Dioscore Episcopo gesta sunt, & nulla ratione hac in his periculis suscipi posse; quia per potentiam predicti (id est, Dioscori) non sine lesione fidei & præjudicio sanctissimi viri innocentiæ Flaviani commissa sunt.* Sed quia de Concilij Oecumenici decreto agebatur, quod etiam repudiatum esset Romæ, nec unquam suscipi posset in Occidente, magno studio fovebatur à quamplurimis Orientalibus Episcopis, necessariò Theodosij auxilium Pontifex implorat, eumque obsecrat ut quæ gesta sunt aut à Flaviano contra Eutychem, aut ab Ephesino Concilio contra Flavianum, decreto suo rescindat, aut suspendat, donec à numerosiori Concilio his tumultibus consulatur. Ea sunt verba Leonis; à quibus scribendis temperasset, nisi illi constitisset de auctoritate qua poteratur Princeps; præsertim cum ab eo non Concilij Romani executionem postulet, sed ut ipse rescripto suo omnia resiliat quæ per vim contra canones acta erant. Cui decreto Orientales parituros non dubitabat, qui scient quæ Principum esset auctoritas in iis rescindendis quæ vi & metu definita erant. *Ecce ergo, Christianissime & venerabilis Imperator, cum consecrandis meis implens erga reverentiam clementiam vestra sancti amoris officium, cupiensque vos placere per omnia Deo, cui pro vobis ab Ecclesia supplicatur, ne ante tribunal Christi Domini de silentio rei judicemur, obsecramus coram unius deitatis inseparabilis Trinitate, quæ tali factu leditur, cum ipsa vestri sit custos & auxiliatrix impetrij, & coram sanctis angelis Christi, ut omnia in eo statu esse subeatis in quo fuerant ante omne iudicium, donec major ex toto orbe numerus Sacerdotum congregetur.* De Fla-

viano agi docent ultima epistolæ verba, ubi & Legatos reclamasse, & Flavianum libellum appellationis dedisse, idè quæ generalem synodum à Principe cogendam, ut appellatio discutatur, ex canonibus Nicænis, id est, Sardicenisibus, Leo probare conatur. In epistola verò ad Pulcheriam Augustam data, Flaviani communionem è se retineri aiunt, simulque postulationis suæ æquitatem ex eo probant & Leo & Romana Synodus, quia quod factum est sine consideratione iustitiæ, & contra omnium canonum disciplinam, ratum haberi nulla ratio permittit. Unde concludunt, ut quia diffusionis scandalum non abstulisset Ephesina Synodus, sed auxisset, habendo intra Italiæ Concilio & locus constitueretur & tempus, omnibus querelis & præjudiciis partis utriusque suspensis, quò diligentius universa quæ offensionem generaverant, retractentur. Quod ut obtinere possint, pietatem Pulcheriæ Augustæ, quæ labores Ecclesiæ semper adjuvabat, enixè interpellant, ut eorum supplicationem apud Principem, sibi specialiter à beatissimo Petro legatione commissa, dignetur asserere.

III. Leo de iniquitate iudicij Ephesini sententiam tulerat. A Theodosio verò suspensionem postulabat, quia per vim & iudiciorum ordine non servato, canones violati erant. Illustrissimus Cardinalis Peronius alio modo hoc componit. At enim, quod attinet ad ecclesiasticam & spiritualem auctoritatem, Synodum Ephesinam à Leone in irritum missam, à Principe verò, quod attinet ad secularem potestatem, quæ necessaria videbatur ad rescindendam priorem legem, qua Theodosius acta illa Ephesina & Flaviani damnationem confirmaverat. Sed, pace tanti viri dixerim, non ob eam rationem Summus Pontifex à Theodosio decretum illud suspensionis postulavit, cum nondum relatione ulla accepisset Synodum Ephesinam à Principe confirmatam. Quod apertissimè demonstratur ex eo quòd Flaviani necem nondum resciverat; quamvis post triduum à damnatione obiisset, nondum soluta synodo. Per Hilarum enim Diaconum, qui itatim Epheso fugiens, Romam erat reversus, cladem illam accepit. Ad cuius relationem suas literas ad Theodosium & ad Pulcheriam dedit, & ad Clerum plebicumque Constantinopolitanæ urbis. In hac ultima epistola meminit Flaviani ranquam superfluit. Quare qui nondum de ejus neccertior erat factus, non potuit rescire legem Theodosij, quæ post aliquot dies à soluta synodo data erat. Nihil ergo reverentiùs erga sedem apostolicam neque veriùs dici potest quam

Vide lib. 7. cap. 7.
L. 6.

Witem in ep. ad
Pulcheriam p. 1.
Concil. Chalced.
N. 14.

Illustr. Card. Per.
tom. 6. p. 141.

Leone epist. ad
Theodosium.

Leone ad Clerum
Constantinopolitanæ
urbis. In hac
ultima epistola
meminit Flaviani
ranquam superfluit.
Quare qui nondum
de ejus neccertior
erat factus, non
potuit rescire legem
Theodosij, quæ
post aliquot dies
à soluta synodo
data erat. Nihil
ergo reverentiùs
erga sedem apostolicam
neque veriùs dici
potest quam

quã suspensionem rei judicatz ideo Leonem petivisse à Theodosio quòd Ecclesie causam juvari vellet auctoritatis regie præsidio, quæ tunc in iudiciis ecclesiasticis in Oriente obinebat; scilicet ut ea quæ canonicè & servato iudiciorum ordine peracta non erant aut rescinderet, aut suspenderet, quemadmodum Ephesinam primam Synodum resciderat. Quod si æquo animo & semotis partium studiosi à Novatoribus expenderetur, non ex hac Leonis epistola collegissent, à solo Principe, non autem à Summo Pontifice, rescissionem eorum quæ perperam in synodis gesta essent, tunc pependisset. Enimvero et si Valentianiani, & Placidiaz, Liciniaz, & Gallæ Augustularum literis commendaretur hæc tam iusta & necessaria Leonis obsecratio, à Theodosio extorqueri non potuit ut res semel iudicatas adversus Flavianum rescitari sineret. Qua de re ad Leonem & Valentianianum scripsit. Vnde constat Theodosio persuasum fuisse Concilij Romani præiudicis se adeo non urgeri quin libera sibi superesset restitutionis, de qua rogabatur, disceptatio. Quod tamen à Theodosio imperari non potuit, Marcianus Augustus precibus Leonis indulgit, indicto Concilio Chalcedonensi. Concilij verò Patres secundum sententiam Paschasini Legati Romani à Marciano poposcerunt ut Ephesini latrocinijs potiùs quàm Concilij vires lege lata infringat: *Necessarium est ut rursus eundem tranquillissimum & Christianissimum Principem adeamus, quatenus illud Concilium sacra propria lege neque nominati precipit.* In qua petitione exemplum Leonis secuti sunt, qui hoc beneficium à religione Marciani expectabat: *Sequens in prædicta civitate (Ephesina) non potest vocari Concilium, quod in everisionem fidei fuisse constat agitarum, quodque vestra clementia amore veritatis, Catholici adfuitura, aliud statuendo cassabit.* Rescudit ergo Marcianus constitutionem Theodosij adversus Flavianum editam, postquam Synodi Chalcedonensis iudicio laudatum Flavianum vidit. *Non enim, inquit ille, possunt Sacerdotes constitutione damnari, quos synodicum etnat decretum.*

IV. Hujus auctoritatis imperialis usum adversus Concilij generalis decretum, quo antiquiores canones infringebantur, imploraverunt Legati Romani Pontificis in Concilio Chalcedonensi. Etenim constituto canone xxviii. (quo Patriarchatus Constantinopolitani jurisdictione in Diocæses Asianam, Ponticam, & Thracicam porrigebatur) Legati cum Iudicibus cognitonibus de canonice, ac si per minas Anatolij extortus fuisset, graviter expostularunt. Pro-

lati hinc inde canonibus, & Episcopis confertim & viritum se canoni liberè consensisse protestantibus, Iudices, de Concilij sententia, Legatorum petitionem repellunt. Itaque nihil aliud supererat Legatis quàm ut remedio extraordinario suæ causæ consulere. Quare adversus synodi decretum ultimum, ab ipsis Iudicibus subsidium petunt. Hæc enim sunt verba Lucentij: *Sedes apostolica precepit, nobis presentibus omnia fieri. Et ideo quæcumque in præiudicium canonum hesterne die gesta sunt, nobis absentibus, sublimitatem vestram petimus ut circumduci jubeat. Sin aliis, contraditio nostra his gestis inhereret, ut moverimus quid apostolice & totius Ecclesie præcipue Episcopos referre debeamus, ut ipsi aut de sua sedis injuria, aut de canonum eversione, possit ferre sententiam. Illustriissimi Iudices dixerunt: Quæ interlocuti sumus, omnia Synodus approbavit. Si petitionem Legatorum, & Iudicum interlocutionem, fori nostri formulis explicaremus, Legatos tandem à Synodi Chalcedonensis decreto, tanquam ab abusa, ob canones Nicænos infractos, appellasse Iudices cognitores à Principe delegatos diceremus, quorum sententia Legati Romani ab appellatione excidissent. Neque refert si quis dicat legitimam fuisse Legatorum querelam, canones Nicænos violatos, Leonem ipsum hanc injuriam ultum fuisse. Illa enim omnia id tantum conficiunt, Iudicum interlocutionem fortasse non consuluisse rationi, ut par erat. Non inde tamen sequetur quin tutiorem antiquorum canonum Legati à Iudicibus contra nova decreta imploraverint; quemadmodum Leo ipse à Theodosio Ephesini Concilij decreta rescindi aut suspendi flagitaverat, eo prætextu, quòd Nicæni canones infracti fuissent.*

V. Iure alio utebantur Imperatores Romani in iudiciis ecclesiasticis, nempe ut rescriptis suis rerum à synodis iudicatarum retradationem, id est, cognitionis restaurationem, seu Revisionem, permitterent. quod plene probamus in dissertatione de iudiciis Episcoporum. [*Vide libram septimum.*]

VI. Ius illud à Iustiniano continuatum vel institutum legitimis, scilicet ut ab Episcopis Imperatoris rescripto delegatis ad controversiam ecclesiasticam dirimendam Princeps ipse appellaretur. Constituit enim Iustinianus ut Clerici, monachi, & ascetrix coram Episcopo convenirentur in civili actione, à cuius sententia iudex publicus provocari posset: *Si tamen, inquit, imperiali iussione aut iudiciali precepto Episcopus iudicis inter quoscumque personis, appellatio ad imperium aut ad eum qui transmissi negotium referatur.* Has delegaciones in criminibus quoque ecclesia-

Conc. Chalced.
Ab. 177. & p. m. p. 177. & p. m. p. 177. & p. m. p. 177. & p. m. p. 177. & p. m. p. 177.

Thod in or. Leonis ad Marcianum.

Præiudicium Ad. Concilii Chalcedonensis.

Rescriptum Marciani ad Concilium Chalcedonense.

Neque in or. de ab. de iudic. c. 17.

sticus dari solitas, & Gregorio Magno non ingratis fuisse, ex his epistolis constat quas in causa Adriani Thebanæ civitatis Episcopi scripsit. Mauritius Imperator Adriani à Diaconis suis accusati de pecuniariis criminalibusque capitulis cognitionem mandavit Ioanni Episcopo Larissæ, quæ metropolis erat Thessaliciæ provinciæ, ubi sita erat Thebarum civitas; ea lege, ut de pecuniariis causis ferret sententiam, de criminalibus vero Imperatoris clementia habita subtilius examinatione suggereret. Quas iussiones rectas vocat Gregorius; appellationemque Adriani à sententia adversus se in causa pecuniaria lata, & gesta apud Episcopum Larissæum in criminali causa, à deputatis viris piissimis iustissime discussa narrat, tanquæmque Adrianum à Principe absolutum fuisse. Verba Gregorij hæc sunt in epistola ad Ioannem Larissæum Episcopum: *Cumque porrecta appellatio per homines ejus, ceterisque qua penes se gesta sunt, piissimis fuissent deprecata Principibus, deputatis, ne diximus, Honorato Diacono sedis nostræ, & Sebastiano gregisio antigrapho, euntisque examinatis subtiliter, à serenissimis est dominis ab omnibus iussionibus absolutus.* Vbi observandum est, post judicium Metropolitanum à Principe delegati, Principem ipsum appellatum fuisse, ut constitutum erat Novella Iustiniani, & sedis Romanæ Diaconum, qui erat à Responsis Papæ in comitatu Principis, unumque è Magistratibus Imperij iterum fuisse delegatos ab Imperatore: qui deinde sua auctoritate iudicium reddidit in articulo appellationis. Quorum nihil à Gregorio Magno reprehenditur: quamvis deinde conqueratur, post iudicium illud, iterum aliam per obreptionem elicitam fuisse iussionem, qua Ioannes primæ Iustinianæ Episcopus cognitionem illam instauraret; cui Ioanni ob sententiam contra leges canonicæ prolatam merito Gregorius succenser.

VII. Potioris jure utebantur Imperatores Constantinopolitani, teste Balsamone, qui causam ecclesiasticam à synodo Patriarchæ, quem reus ut suspectum recusaverat, ad iudicium seculare transferebant. Quod factum cum Lucas Patriarcha ægrè ferret, hoc responsum accepit à Magistratibus: *Imperatoris potestatem omnia facere posse & quemadmodum primo loco potuit dare iudicem ad iudicandum Episcopum vel alium Clericum, ita & ecclesiasticum iudicium legitime in civile transfussit.* Sed Balsamo rectè observat, hunc morem in questione præsertim ecclesiastica, alienum esse à canonicis; quamvis adjunctum civilem iudicem auctoritate ab Imperatore peti posse existimet. Idem auctor adnotavit alibi, plerisque visum à Patriarchæ

sententia Imperatorem appellari posse, præsertim si de laicis habita sit querelæ, aut si Patriarcha delegatus fuerit à Principe, ad discutendum negotium unam cum iudice civili; licet ipse ab ea opinione procul recedat. Quæ ideo commemoravi, ut constaret omnibus Reges Francorum cautiùs & reverentiùs se gessisse in his controversiis quæ disciplinam respiciunt: quam quidem illæsam cupiunt, sed ita ut de questionibus canonicis non ipsi decernant, sed amota canonice violatione, Episcopis iudicandas relinquunt.

VIII. Eximia profectò auctoritate potiti sunt Imperatores Romani in rebus & iudiciis ecclesiasticis. Sed nullum, ut existimo, proferri potest exemplum iudicij canonici ab uno Episcopo redditi de quo statim reuendâ viâ querela delata fuerit ad Principem. De iudicio canonico loquor, in quo de fide, de ritibus, deque disciplina Cleri, & de questione canonica ageretur, non autem de ceteris litibus adversus Clericos motis. De iudicio synodorum tantum appellationi non obnoxii damnati conquerebantur aliquando apud Principes. Illi iudices ecclesiasticos dabant; nunquam autem de re canonica cognitionem suscipiebant, sed de ordine iudiciorum. Neque acta resciderunt, nisi ad asserenda mandata que dederant, & quorum contemptus lædebat auctoritatem publicam. Neque executionem rerum iudicarum suspenderunt, nisi ob manifestissimam canonum violationem, & qua scandala & dissensiones oriebantur.

CAPUT V.

Synopsis.

I. Vt provincia Galliarum, ita & Imperij iura Regibus Gallorum cesserunt, & cura curanda politia ecclesiastica illis respectu post Clodovei baptismum. Tanta erat cura canonum illis temporibus, ut raris ad Reges de violatione illorum querela deferrentur. Tamen si qui Episcopi in canones peccarent, à Rege corrigi poterant, à Gregorio Turonensi. Canonum magna reverentia apud Reges & Episcopos. Sacramentum Chilperici de canonicis servanda. Gregorius Turonensis tenax canonum.

II. Acta Episcoporum, qua decretis regis contraria essent, Reges in irritum mittebant; ut patet ex Heraclij electione in episcopatum Sarracenensium, que resistit à Chariberto Rege, & multati Episcopi.

III. Sequentiæ sæculis frequentius interpellati sunt Reges, quia crebriores canonum infractiones. Pipinus in Synodo Suesvicensi animadversionem sibi & Concilio regi reservavit, ratione canonum violatorum.

IV. Vt inferretur canonibus per scripta Romana Curia, aut per Episcoporum iudicia. Primum in consilio propositum ab avo Caroli Magni usque ad

notum est, ut
Basiliam in
Com. ad cap.
111. Ep. Amac.

Ep. 1. 1. 1. 1. 1. 1.

Idem q. 46.

Balsamo in Com.
ad cap. 111.
Ep. Amac.

Balsamo in cap.
111. Ep. Amac.

hanc eorum. Olim nova referipta consensu ab Ecclesia Gallicana negata suspendebantur. Quod probatur duobus exemplis. Primum in causa Dragonis, qui constitutus à Sergio Papa Vicarius Gallie & Germanie, precibus Regem, quærum erat pater. Quod effectus carnis, Episcopi consensum prebære remouendis huic referipto, ex Concilio Veronensi, & Hincmaro. Ob scandalum, cessant ab executione.

V. Secundum exemplum in causa Anselmi. Primus Gallie & Germanie illi delatus à Joanne VIII. Cuius Legati & Carolus Calvus consensum Episcoporum urgent in Concilio Panigonensi. Responso Episcoporum, se pariter decretis Papa, secundum sacros canones & decreta. Para obedientiam exacta, sed oblatam sub illa conditione. Quidam Episcopi offerunt, alij fluunt. Inde variæ Altorum Concilij Panigonensis.

VI. Hincmarus impugnat primatum Anselmi, & Alia Synodus Panigonensis, ex eo capite, quod major pars Episcoporum refragata esset novo referipto.

VII. Expenditur epistola Hincmari, ut ostendatur quem modum sequerentur illi seculo Episcopi Gallicani, ad impedendam novitates canonibus contrarias, qua inducerentur absque necessitate.

VIII. Eodem seculo Revolfus Treverensis privilegio Joannis Papa intercessit, & obtinuit ut nihil innovaretur.

IX. Episcopi Gallicani hanc auctoritatem sibi vindicabant, exemplo Ecclesie Africane, qua depravata est Cælestinum ut Clericos applicantes repellere, quia hoc Nicæni canones verabant, in quo nondum erat derogatum Ecclesie Africana.

X. Simile quoque est Cypriani factum in causa Basilidis & Marialis. Depositi ab Hispanis ob idololatram, resistuntur episcopatus sui à Stephano per obsequium, contra decreta Caruli. Ratione obsequii facta in perniciem canonum Cyprianus docet super sedendam ab executione referipti.

I. **Q**UOMODUM Imperij Romani mole in varias partes dissecta, Galliarum provincie in victorie præmium Francorum Regibus divini numinis auspiciis cesserunt; ita etiam Imperij jura plene & integrè cum illis communicata sunt. Præcipue verò tuitionis ecclesiasticæ cura Reges nostros tetpexit, postquam gloriosissimus Princeps Clodoveus, paganam impietatis labe aquis divini lavacri feliciter absterfa, in Ecclesie catholicæ filium primogenitum adoptatus est. Eo munere & Clodoveus ipse & ceteri Principes studiosissimè defuncti sunt, tum indicis Episcoporum Conciliis, tum latis ad ornandam poltiam ecclesiasticam legibus. Sed tanta & tam assidua cura custodia canonum ab Episcopis adhibebatur, ut nullus serè de infractis canonibus apud Reges nostros esset querelæ locus; aut sanè coactis synodis, & præscriptis de quibus tractandum esset articulis, huic morbo remedium parabant, ut dicam uberius in Dissertatione de Conciliis Gallicanis. Sanè quum Regum censuræ subicerentur Episcopi, ob canones violatos, non

d ubiabat Gregorius Turonensis: qui objugatus à Chilperico Rege, quod jus sibi reddere nollet adversus Prætextatum Rotomagensem Episcopum, cui majestatis crimen à synodo djudicandum Rex impegerat, respondit Episcopos ab eo corrigi posse, si à justitia deflexerint, sed Regem solius Dei judicio obnoxium esse. Diligentiam autem quam in canonibus ad amissum exequendis adhibebat, ex eodem scriptore discimus, qui à Rege ipso accenso contra Prætextatum promissionem extorfit de servandis canonibus. Tanea erat sacrarum regularum reverentia, ut alii ab eis alienum sibi licere nollet nec Episcopi nec Reges ipsi. Cùm enim Chilpericus Gregorium post objurgationem demulcere vellet, obtulit ei & juscello quod in mensa appositum erat. Sed Gregorius mensæ regie particeps esse noluit, donec eam quæ dixi promissionem exegit. Tu verò, inquit Gregorius ad Regem, qui alius de justitia culpas, pollicere prius qui à legibus & canones non omittas, & tunc credimus, quod justitiam persequaris. Ille verò porrecta dextera juravit per omnipotentem Deum quod ea qua lex & canones edocebant, nullo prætermittere passus. Quantum verò Gregorius tenax esset canonum, docuit responso suo; quo nuntios Fredegundis Reginæ, promissis ducentis argenti libris illum in perniciem Prætextati stimulantem, & suffragia ceterorum Episcoporum in eam sententiam versa jactantes, elusit. Unum tantum pollicor, inquit, quod ea qua ceteri secundum canonem statuta consenserunt, sequar. Et illi non intelligentes qua dicebant, gratias agentes discesserunt.

II. Enimvero non solum defensionum canonum Reges invigilabant; sed etiam si qua judicia ab Episcopis adversum decreta regia lata essent, statim contrariis judiciis infringebant. Cujus rei insigne extat exemplum apud eundem Gregorium Turonensem. Emerius decreto Regis Clotarij ad episcopatum Santonensem provectus, ac sine Leontij Metropolitani Burdegalensis consensu ordinatus, post obitum Clotarij à Leontio congregatis provincie Episcopis episcopatu depulsus est. Heraclius electione synodi Emerio suffectus, à Chariberto Rege electionis confirmationem exposcit: qui Clotarij patris decretum violatum ægrè ferens, Synodi Santonice judicium rescidit, Heraclium malè acceptum exilio damnavit, Emeritum restituit, & à Leontio mille aureorum multam exegit. *Puisse*, inquit Charibertus, quod non est super quisquam de filiis Clotarij Regis, qui patris facta custodias, quod hi Episcopum quem ejus voluntas exegit, absque nostra judicio projecerunt? Et statim directis viris reli-

Greg. Tur. l. 4. c. 15. dicitur de rebus à Romanis transmissis ven. Indis, à re magis prof. Sicut in concilio, que in concilio 1477.

Greg. Tom. I. 4. c. 24. no. 140.

man Ansegisi; & post multas ab Imperatore & Legatis apofpulfis contra Epifcopos querimonias habitas, tantum in noviffimo, quantum in principio fynodi exinde Ansegifis obtinuit. Rem geflam recitavi, ut referat apud Aimoinum ex veris actus fynodi; à quibus differunt acta confcripta ab Odone Belvacenfi, & recitata in fynodo, quæ confenfum Epifcoporum præferunt, eo quòd plures metu Principis tacuiffent.

VI. Post fynodum folutam, Hincmarus Epifcopos Remenfis provincie monuit, quæ circumferrentur decreta Synodi Pontigonenfis, illa fcilicet quæ Odo Belvacenfis confcriperat de primatu Ansegifis, nullius effe momenti, eò quòd illis plures Epifcopi refragati fuiffent. Verba capitis xxxi. integra recitabo, ut liquidò conftet in hac epiftola agi de primatu Ansegifis, qui in controverfiam deductus fuerat in Synodo Pontigonenfis; ut inde quoque omnibus pateat quantopere neceffaria cenferetur, hoc feculo, Ecclefie Gallicanæ confenfio ad recipienda nova refcripta, quorum effectus fola refragatio impediretur. *Si quid in hoc humilitatis noftre conventu, inquit, duorum vel trium favore, ac paucorum fientio, fifti imperialis potentia, contra fuprafcripta facrorum canonum & apofolica fedis Pontificum decreta ex eifdem facris canonibus promulgata, contraque fingulis Metropolitanis antiqua privilegia, etiam per facras leges, quibus & venerandis canonibus fancta moderatur Ecclefia confervando, immuturo atque incanfiderato juffu efl fuperindultum fivofancitum, (prohibente Domino ut non plantetur nemus fecus templum fuum, nec obumbratur, & decoleretur typho terreni principatus finceritas & fulgor humilitatis ecclefiaftica) juxta decreta myftica Nicæna Synodi, quo dicitur, Si duo aut tres propter contentionem proprias contradicunt, obtineat fententia plurimorum, f, ut diximus, duo vel tres propter affentationem forè, non corde, fed verbo, vel fientio confpiterent, generalitas noftre Deo aultere non annuit, fed corde ac contradicente ore confentiffimè abnuis, & fententia plurimorum debitum robur atque vigorem obtinuit, obtinet, ac adjuvante Domino perpetim obtinebit. Quia, ut memoratus fanctus Leo ad Maximum Antiochenum Epifcopum fcripfit, fi quid à quaquam contra Nicæanorum canonum ftatuta in quacunque fynodo vel tentatum efl, vel ad tempus videtur extortum, nihil præjudicij inviolabilibus potefl inferre decretis. Et facillius erit quarumlibet confenfionem pactum diffulvi, quam prædiftorum canonum regulas ex ulla parte corrumpi.*

VII. Torius autem epiftolæ fcopus hic efl, ut conftet non omnia decreta Concilij Pontigonenfis à fe convelli, fed quædam

tantùm. Etenim apertè docet ea decreta Ioannis VIII. quæ in Synodo Ticinenfi conftruta fuerant, & deinde in Concilio Pontigonenfis recitata, fufcipi debere ab Epifcopis Gallie, quia funt ex facris canonibus promulgata; ita tamen ut fingulis Metropolitanis fua jura ferventur. Quam exceptionem addit, ut primatum Ansegifis, & fi quid fimile aliquando tentaretur, penitus excludat. Hujus autem epiftolæ ordo expendendus efl, ut pateat qua ratione Epifcopi Gallicani cum novis decretis confligerent, Primum ergo Metropolitanorum jura accuratè effe cultodenda docet, prolatis testimonis Nicænae Synodi, Innocentij, Bonifacij, Concilij Africani in epiftola ad Celeftinum, Celeftini, Leonis. Offendit deinde canones à quocquam violari non debere, adductis locis petitis è Leonis epiftolis, Hilario, Gelafio, Auguftino, Symmacho, & Gregorio. Tum probat, qui pofteriùs ordinati funt, prioribus non effe anteferendos, nec alicui in alterius provincia, Metropolitanò inconfulto, aliquid aggrendum efl, ex Concilio Africano, Conftantinopolitano, Antiocheno, Chalcedonenfi, Pelagio, & Gregorio. Aliquod tamen vices apoftoлицæ fedis datas Epifcopo Arelatenfi, & Remeni, deinde etiam Bonifacio Moguntino, ea conditione tamen, ut fingulis Metropolitanis fua jura ferventur. Tum examinat privilegium indultum Remeni Ecclefie à Benedicto Papa, quod facris canonibus convenire demonftrat; atque adeo à nemine infringi poffe, quia decretis Romanorum Pontificum derogari non potefl, è Zoximo, Leone, Hilario, & Symmacho. Quare cum Gallie fine hoc Primicerio vel Primatè à fede apofolica delegato annos circiter xxxi. manferint, & quadraginta annorum præfcriptio jura Ecclefiarum excludat, ut docet è Gelafio, Iuftiniano, & Gregorio, inde colligit, non fedem apofolicam, vel aures imperiales, fine ulla nova neceffitate, pro hoc indebito fupercilio inquietari debere. Eadem libertate qua Hincmarus refcriptum Ioannis VIII. repellit, quòd jura Metropolitanorum infringeret, Ediétum Caroli, quo Ansegifis primatum fibi collatum tuebatur, eadem epiftola refellit, quia Gelafius jam olim monuerat Anafthafium Imperatorem, obfequi folere Principes Chriftianos decretis Ecclefie, non fuam præponere poteflatem, & Valentianus profelfus fuerit caufas ecclefiafticas non fubjici legibus publicis. *Quæ non dicimus, inquit ille, quod abfi, poteflati ac per hoc Dei ordinationi refiftentes, fed potius obfequentes: quia ficut Dominus præcepit reddi qua funt Cafaris Cafari, & qua*

sunt Dei Deo sua que sunt Imperatoris obsequia, obediunt ipsius obsequiis exhibemus, & que sunt sacerdotij, ordini sacerdotali dependimus. Quare certum erat apud Episcopos Gallicanos, hoc seculo, canones receptos absque manifesta necessitate à quoquam violari non posse, nec à Pontifice, nec à Rege, solique Synodi Gallicanæ refragatio, antiquis canonibus & decretis nixa, novarum rerum effectum impediabat. Non frustra autem necessitatem excepit, quia sæpe ea tempora incidunt ut Ecclesie inter se jus antiquum aliquando immutari, ut his posterioribus seculis factum videmus.

VIII. Eodem jure, quo ceteri Episcopi Gallicani, usus est Bertolfus Treverensis Metropolitanus, qui Ioanni Papæ privilegio Vvaloni Episcopo Metensi concessio, ut exemplo aliquot decessorum suorum Pallium ferre posset, constanter intercessit, ut docet Flodoardus, qui refert contentionem illam ab Hincmaro sopitam. Ita tamen ut Episcopus Metensis à Pallio abstineret, quemadmodum pluribus narrat Historia Trevetica manuscripta à viris eruditiss. laudata.

IX. Hanc sibi auctoritatem Ecclesia Gallicana, exemplo Africanæ, vindicabat, cuius collationes cum Faustino & ceteris Legatis Zozimi, Bonifacij, & Celestini in codice canonum legebantur, de appellationibus Episcoporum & Clericorum. Has sedi apostolicæ assererat Zozimus prolatis canonibus Sardicenis Concilij sub titulo canonum Nicænorum: qui cum in exemplaribus Concilij Nicæni ab Africanis non reperirentur, duo quædam constituerunt, & petenda exempla eorum canonum ab Episcopo Constantinopolitano, apud quem authenticum Concilium Nicænum esse ferebatur, & à Sacerdotibus Alexandrino & Antiocheno, ut si capitula à Faustino prolata ibidem reperta forent, à Synodo Africana firmarentur, aut si non invenirentur, collecta synodo de hoc tractaretur. Alterum est, interim servandos esse canones prolatis à Faustino, salva diligentiori inquisitione Concilij Nicæni. Tandem verò allatis ab Oriente veris Nicæni Concilij canonibus, à quibus capitula commonitorio Zozimi comprehensa aberant, Synodus Africana Celestinum impendit deprecata est ut Presbyterorum & sequentium Clericorum improba refugia ejus sanctitas repelleret, Quia & nulla patrum definitione hoc Ecclesie derogatum est Africana, & decreta Nicæna sive inferiori gradus Clericis, sive ipsos Episcopos, sive Metropolitanis aperissimè commiserunt. Unde colligebatur Episcopi Gallicani, sibi liberum

esse ab eorum decretorum executione abstinere quæ canonibus & decretis Pontificum ab Ecclesia Gallicana receptis adversarentur.

X. Quod præjudicio suo constituisse videbatur Cyprianus, in causâ Basilidis Legionensis Episcopi, & Martialis Asturicensis: qui à sacerdotio dejecti ab Episcopis Hispaniæ, quòd se idololatriam polluisent, Sabino & Felice in eorum locum successis, reponi se in episcopatum à Stephano Romano Pontifice exambierunt. Hac sententia percussis Hispani Episcopi, quid sibi agendum sit, à Cypriano exposcunt. Ille, coacta synodo, respondet à Cornelio Summo Pontifice & ab omnibus Episcopis constitutum, lapsos ad pœnitentiam quidem admitti posse, ab ordinatione autem Cleri atque sacerdotali honore prohiberi. Unde concludit Basilidem & Martiale episcopatum sibi usurpare frustra conari. Stephano Pontifici obreptum, quod eorum delicta cumula veritè potius quàm aboleverit, cum ad superiora peccata, fallaciæ & circumventionis crimen accesserit. *Neque enim tam culpandus est ille Cyprianus, cui negligenter obreptum est, quam hic excommunicatus qui fraudulenter obrepsit,* inquit Cyprianus. Hinc patet ab antiqua disciplina non fuisse alienum ut si contra canones in Ecclesia constitutos Romano Pontifici ab aliquo obreptum fuisset, Episcopi inferiores decretorum executionem suspendere. Quod in causâ Basilidis gratum fuisse Stephano Papæ docet illustrissimus Cardinalis Baronius,

CAPVT VI.

Synopsis.

I. In contentionibus de jurisdictione, Episcopi Gallicani aliquando urgebantur excommunicationem minis, ut accidit Hincmaro Remensi. Respondit illi Nicælan I. excommunicationi non esse locum, nisi quando canones violantur per contempsum.

II. Vt ab excommunicationibus tari essent Episcopi, patrocinium Regum interpellabant. Quod probatur duabus epistolis Caroli Calvi. Primâ, Hadrianum II. monet, alienum esse à canonibus ut Episcopus Laudunensis damnatus in Gallia, sistatur Roma: sed in provincia retrahendam esse iudicium. Romana sedis iudicia contraria canonibus non esse mittenda excoimuni.

III. Quia non sunt lata ex privilegio B. Petri. Phrasis illa petita est à Lesuo I. Explicatur ex Hincmaro. Iudicium illud ferri dicitur ex privilegio B. Petri quod fertur ex illius equitate. Itaque quod illa equitate caret, non vincit quoque privilegio. Eadem phrasin usurpat à Synodo Tricassina contra Iuanem octavo. Idem significans hoc verba Concilij Parisiensis secundum lecturam ministrorum.

IV. Secundâ epistola pro Episcopis conqueritur Carolus apud Ioannem VIII. quod Presbyterorum dam-

Footnot. L. 1. p. 31.

In Notis N. 7. ep. 11. tom. 2. lib. 1. c. 12. Gall.

Concil. Afric. in Fatis.

Footnot. 7. ep. 11.

Footnot. 7. ep. 11.

uorum appellationes admitterent. Hac rescripta à canonibus aliena ministris tribuís, non Pontifici. Transalpini privilegia exallius seruanda, quia longe absum ab urbe Roma. Id patet Ecclesie congruit. Iudicia legibus & canonibus contraria, nulla esse debet.

V. Ex seculo persuasum erat iudicia Patriarcharum contra canones lata, nullius esse momenti, è dispensatione Zacharia & Metropolitani in Orléans Synodo. E regula perita è Concilio Ephesino.

VI. Quod intelligendum est, si contra manifestam iuris formam expressum pronuntiat. Non privati, sed Ecclesie Gallicanae vel Principi litis in casu suspendere executionem rescriptarum.

I. CETERUM, ut fieri solet in his contentioneibus quae de iurisdictione oriuntur, supremæ illius auctoritatis apostolica pondere sapissime premebantur Episcopi Gallicani; adeo ut si se acriores vindices antiquorum canonum præstarent, & rerum à Romana curia decretarum executioni intercederent, frequentibus excommunicationum minis urgerentur. Quod Hincmaro accidit, qui cum pericula iuris canonici censeretur, & ordinationis tempore ceteris Metropolitanis potior esset, rerum in Gallicanis Synodis constitutarum aduersus Romanam rescripta inuidiam in se unum conuertit; ideòque à Nicolao I. comminatione excommunicationum oburgatus est. *Mibi verò, inquit in epistola ad Nicolaum, necesse erit me taliter gerere ne totiens auctoritatis vestra epistolae excommunicationes intentantes & oburgationes (quas raro & magna necessitate sicut in apostolicorum virorum literis legitimus) ferentes de reliquo accipiam, sicut istis temporibus peccatis meis merentibus frequenter accipi. Quod si sanctitati vestra placuerit, non vobis opus agere in postmodum erit, donec apostolica vestra iussu me inobedientem in aliquo contra regulas sacras per contemptum, quod absit, inuenierit. Non potuit modestus Nicolaum monere, excommunicationi non esse locum, nisi cum per contemptum canones violantur.*

II. Quare Episcopi Gallicani, ut se ab excommunicationibus tutos præstarent, Reges custodios canonum & Clericorum à Christo præfectos interpellabant, ut auctoritate sua novorum decretorum executionem impedirent, à qua ipsi Episcopi interim abstinere. Susceptum à Regibus canonum patrocinium ex illis epistolis probari potest quas Carolus Calvus ad Hadrianum II. Pontificem & Joannem VIII. dedit. In illa, de Episcopi dejecti appellatione, in hac, de Presbyteris damnatis agitur; & in utraque de vindicandis canonibus acriter discipatur, quamvis in prima Carolus etiam causam suam ageret. Hincmarus Laudunensis Episcopus trium synodorum Gallie iudicio depositus, & post damnationem auctoritate

Principis custodiæ traditus, quod contra quietem publicam quædam moliretur, Romanum Pontificem appellavit. Certum quidem erat apostolicæ sedis auctoritate iudicium renovari potuisse iuxta canones Sardinenses, de quo nulla erat controversia apud Episcopos Gallicanos. Sed visum fuit Hadriano II. Romæ iudicium illud agendum, & non in provincia, contra quam & Sardinensis canonis & decretis Pontificum cautum esset. Itaque literis ad Carolum Regem datis jubet Hincmarum Laudunensem regia fretum potentia ad limina sanctorum Romam mitti, *quod accusator idoneus se conferret; ut præsentem Pontificem, & totius Romanæ sedis synodali collegio, causa disiceretur.* Egerrime tulit Princeps se præceptis & iussionibus à Pontifice urgeri, qua de re dicitur cap. xii. Sed ad quæstionem præsentem quod attinet; cum Carolus multis docuisset alienum esse à canonibus & legibus ut damnatus Episcopus Romæ iudicandus fistatur, sed in provincia retractandum esse iudicium, subiungit hæc verba: *Quia, ut sanctus Hilarius Papa dicit, non minus in sanctarum traditionum delinquitur sanctiones, quam in injuriam ipsius Domini profilitur.*

III. Eleganti autem locutione utitur Carolus, ut doceat apostolicæ sedis iudicia, quæ per obreptionem canones infringunt, non esse seruanda, quia, ut inquit ille, *ex privilegio beati Petri lata non sunt.* Genus illud loquendi haustum est è Leone I. cuius hæc sunt verba: *Dicitur à Domino, beatissimo Petro, Tibi dabo claves regni caelorum, & quæcunque solveris super terram, erant soluta & in caelis. Transiit quidem etiam in alios apostolos vis istius potestatis, & ad omnes Ecclesie principes decreti hujus constitutio commecavit: sed non frustra uni commendatur, quod omnibus inimitatur. Petro enim ideo hoc singulariter creditur, quia cunctis Ecclesie rectoribus Petri forma præparatur. Manes ergo Petri privilegium, ubi ex ipsius aequitate fertur iudicium. Hunc locum ita edisserit Hincmarus Remensis, qui epistola est auctor, ut pateat ea iudicia, quæ canonica æquitate non nituntur, nullius esse momenti, utpote quæ privilegio Petri destituta sunt, cuius privilegij perpetuo debet esse indivulsa comes, beati Petri sinceritas & æquitas. *Qua sententia constat, inquit Hincmarus sub nomine Caroli, quia non manet Petri privilegium ubi ex ipsius aequitate non fertur iudicium. Cum enim ubicunque dicitur, sicut nullus locus, ita nemo rector Ecclesie, ex Petri aequitate iudicium ferens excipitur, vel contra illius aequitatem iudicium præferens commendatur. Et quia ubicunque sine ulla exceptione non manet Petri privilegium, ubi ex ipsius aequitate**

Epistola Caroli ad Hadrianum II. super appellatione Hincmaro edita. Paris.

Leo I. (rom. 1. 18. Annoto.

In eadem epistola Caroli præcipitur quod iudicium privilegio beati Petri iuxta apostolicam sententiam non debet transferri ad alios, sed solummodo in Petro, ubi ex ipsius aequitate non fertur iudicium.

Apud Hadrianum II. tom. 1. 118. Rom. 6. 31.

Item, quoniam ex parte episcoporum fuerit quod fuerit et si. Vnde dicitur in decretis ubi dicitur in Decretis, ubi dicitur quod fuerit iustitia vel iudicium a Dom-

nos fertur iudicium, abandemus iustitiam, vel recipimus iudicium, quod non ex Petri auctoritate fuerit prolatum, ac per hoc ipsum privilegio fuerit destitutum? Vnde illustratur locus Synodi Tricassinæ habitæ à Ioanne VIII. anno DCCCXXVIII, qui latam Romæ adversus Lambertum excommunicationem synodi illius confessione firmari voluit. Hincmarus enim omnium primus se damnare dixit eos omnes quos apostolica sedes per beatum & dominum nostrum Papam privilegio beati Petri damnaret, & quod in omnibus secundam scripturarum tractum, sacrarumque canonum decreta, sedes Romana tenet, per omnia & in omnibus profecti & tenent. Eodem loquendi genere usi sunt Episcopi Gallicani, cum scripto responderent petitioni Ioannis, de eadem Lamberti excommunicatione, scilicet illius iudicio se hærere, quod tulerat privilegio S. Petri & sedis apostolicæ, iuxta sacras canones spiritus Dei conditos & totius mundi reverentia sedis Pontificum decreta. Eodem sensu dicitur in Synodo Ticinensi, quæ recepta est in Synodo Pontigonensi, illa omnia à cunctis suscipi debere summa veneratione quæ Ioannes VIII. decreverit secundum sacrum ministerium suum auctoritate apostolicâ.

Concil. Pautigen.

ADDITIO

STEPHANI BALUZII.

Hæc loquendi forma prevertebat adhuc sub pontificatu Paschalis secundi, ut testatur Hugo Abbas Flaviniacensis, illorum temporum scriptor. Is enim loquens de Episcopo Eduensi, qui apud Paschalem accusatus erat de simonia, & in Concilio Valentino, cui Iohannes & Benedictus Cardinales præfuerant, sententiam damnationis acceperat, ait Paschalem, cum ab Episcopo Mansconensi rogaretur ut clementer ageat cum Eduensi, noluisse postulata eius admittere, sed mandata ad Cardinales dedisse ut eandem illum rectè & ordine iudicarent, apud se raturam fore iudicium auctoritate Petri latum. Hæc sunt enim ipsæmet Hagonis Flaviniacensis verba.

IV. Altera epistola, qua de iudiciis contra canonicum tenorem Romæ latis apud Ioannem VIII. Carolus Calvus conquestus est, apertè ostendit summissum ab Episcopis Gallicanis Principem ut liberius ex eius persona querelas suas promere possent, & eorum quæ contra regulas gerebantur restitutionem impetrare. Presbyteri damnati, & penitentia additi, ob varias causas, sed præcipuè ob exterarum & subintroducitarum mulierum consortium, Romam inconsultis Metropolitanis adibant, & inde literas reportabant, quæ iudiciis Episcoporum refragabantur, cõsque, aut eorum Vi-

Epistola Caroli Calvi ad Ioannem VIII. super episcopatu Hincmaro.

carios, Romam evocabant, ut iis presentibus de crimine Presbyteri accusati disceptaretur. Has epistolas non iussit apostolica, sed ut ne assolerentur etiam in republica, propter multiplicia reclamatorum negotia, quorumcumque ministerium quasi pia misericordia factas, & nos (inquit Carolus) & illius regionis putant Episcopi. Itaque ut hanc disciplinæ labem ab Ecclesia Gallicana amoliretur, ordinem, qui ab antiquis temporibus in appellationibus Episcoporum & Presbyterorum dijudicandis constanter retentus fuerat, copiosè edidit, scilicet Episcoporum intra provinciam auctoritate sedis apostolicæ iudicium renovari posse, sed Presbyterorum appellationem à synodo provincie ad sedem apostolicam nunquam admittas, contra præscripta Nicenæ Synodi, Antiochenæ, & Carthaginensis, quarum verba recitat. Deinde infert aliam esse causam eorum Episcoporum qui ad Synodum Romanam convenire solent, & qui in remotis ab urbe Roma regionibus commorantur. Transalpinis, inquit, & alijs qui in similibus longinquis regionibus commorantur, apostolica sedes, & sacrorum canonum promulgatores, loquente in eis sancto Spiritu, quæ sunt unicuique provinciæ possibilis, & auctoritatis convenientis, atque paci Ecclesiæ congruentia, tenenda & exequenda discretissimè præferunt. Ecclesiastica verò privilegia Ecclesiis servanda esse probat ex Gregorio. Tandem graviter concludit, prolatis Imperatorum & Pontificum conceptis verbis, quæ legum & canonum observationem commendat : *Hæc igitur servemus nostris temporibus tanto gratius, quanto & Ecclesiæ & Imperii erit capax, & servando quæ legaliter ac regulariter gesta sunt, rata esse faciamus quæ legaliter ac regulariter gesserimus.* Non potuit cautius & honorificentius canonum executionem à Pontifice exigere quàm nullitate iudiciorum quæ illis contraria essent proposita, & pacis ecclesiasticæ periculo indicato, eodemque jure in iudiciis secularibus constituto.

V. Sanè dubitandum non est quin eo seculo persuasum esset omnia iudicia, quæ canonicis contraria essent, nullius esse momenti. Quod apertissimè colligitur ex disceptatione Zachariæ Chalcedonenfis Episcopi & Metrophanis Smyrnen in Oslava Synodo. Zacharias tuendam susceperat Phorij causam, adversus iudicia Nicolai, & ceterorum Patriarcharum, qui Photium damnaverant : quorum iudiciorum auctoritatem ex eo elevat, quod et canonicis adversarentur. *Canones, inquit, supra Patriarchas etiam sunt. Quando ergo hi in canones peccant, eos non sequimur, si ex causam præscripto facta sunt.*

Item sup. 11. Item sup. 12. Item sup. 13. Item sup. 14. Item sup. 15. Item sup. 16. Item sup. 17. Item sup. 18. Item sup. 19. Item sup. 20. Item sup. 21. Item sup. 22. Item sup. 23. Item sup. 24. Item sup. 25. Item sup. 26. Item sup. 27. Item sup. 28. Item sup. 29. Item sup. 30. Item sup. 31. Item sup. 32. Item sup. 33. Item sup. 34. Item sup. 35. Item sup. 36. Item sup. 37. Item sup. 38. Item sup. 39. Item sup. 40. Item sup. 41. Item sup. 42. Item sup. 43. Item sup. 44. Item sup. 45. Item sup. 46. Item sup. 47. Item sup. 48. Item sup. 49. Item sup. 50. Item sup. 51. Item sup. 52. Item sup. 53. Item sup. 54. Item sup. 55. Item sup. 56. Item sup. 57. Item sup. 58. Item sup. 59. Item sup. 60. Item sup. 61. Item sup. 62. Item sup. 63. Item sup. 64. Item sup. 65. Item sup. 66. Item sup. 67. Item sup. 68. Item sup. 69. Item sup. 70. Item sup. 71. Item sup. 72. Item sup. 73. Item sup. 74. Item sup. 75. Item sup. 76. Item sup. 77. Item sup. 78. Item sup. 79. Item sup. 80. Item sup. 81. Item sup. 82. Item sup. 83. Item sup. 84. Item sup. 85. Item sup. 86. Item sup. 87. Item sup. 88. Item sup. 89. Item sup. 90. Item sup. 91. Item sup. 92. Item sup. 93. Item sup. 94. Item sup. 95. Item sup. 96. Item sup. 97. Item sup. 98. Item sup. 99. Item sup. 100.

Item sup. 11. Item sup. 12. Item sup. 13. Item sup. 14. Item sup. 15. Item sup. 16. Item sup. 17. Item sup. 18. Item sup. 19. Item sup. 20. Item sup. 21. Item sup. 22. Item sup. 23. Item sup. 24. Item sup. 25. Item sup. 26. Item sup. 27. Item sup. 28. Item sup. 29. Item sup. 30. Item sup. 31. Item sup. 32. Item sup. 33. Item sup. 34. Item sup. 35. Item sup. 36. Item sup. 37. Item sup. 38. Item sup. 39. Item sup. 40. Item sup. 41. Item sup. 42. Item sup. 43. Item sup. 44. Item sup. 45. Item sup. 46. Item sup. 47. Item sup. 48. Item sup. 49. Item sup. 50. Item sup. 51. Item sup. 52. Item sup. 53. Item sup. 54. Item sup. 55. Item sup. 56. Item sup. 57. Item sup. 58. Item sup. 59. Item sup. 60. Item sup. 61. Item sup. 62. Item sup. 63. Item sup. 64. Item sup. 65. Item sup. 66. Item sup. 67. Item sup. 68. Item sup. 69. Item sup. 70. Item sup. 71. Item sup. 72. Item sup. 73. Item sup. 74. Item sup. 75. Item sup. 76. Item sup. 77. Item sup. 78. Item sup. 79. Item sup. 80. Item sup. 81. Item sup. 82. Item sup. 83. Item sup. 84. Item sup. 85. Item sup. 86. Item sup. 87. Item sup. 88. Item sup. 89. Item sup. 90. Item sup. 91. Item sup. 92. Item sup. 93. Item sup. 94. Item sup. 95. Item sup. 96. Item sup. 97. Item sup. 98. Item sup. 99. Item sup. 100.

Item Hincmar. 4. c. 22.

cap. 14.

Pisidion. 40. Item Hincmar. 4. c. 22.

Concil. v. 11. Ad. 11. Item sup. 12. Item sup. 13. Item sup. 14. Item sup. 15. Item sup. 16. Item sup. 17. Item sup. 18. Item sup. 19. Item sup. 20. Item sup. 21. Item sup. 22. Item sup. 23. Item sup. 24. Item sup. 25. Item sup. 26. Item sup. 27. Item sup. 28. Item sup. 29. Item sup. 30. Item sup. 31. Item sup. 32. Item sup. 33. Item sup. 34. Item sup. 35. Item sup. 36. Item sup. 37. Item sup. 38. Item sup. 39. Item sup. 40. Item sup. 41. Item sup. 42. Item sup. 43. Item sup. 44. Item sup. 45. Item sup. 46. Item sup. 47. Item sup. 48. Item sup. 49. Item sup. 50. Item sup. 51. Item sup. 52. Item sup. 53. Item sup. 54. Item sup. 55. Item sup. 56. Item sup. 57. Item sup. 58. Item sup. 59. Item sup. 60. Item sup. 61. Item sup. 62. Item sup. 63. Item sup. 64. Item sup. 65. Item sup. 66. Item sup. 67. Item sup. 68. Item sup. 69. Item sup. 70. Item sup. 71. Item sup. 72. Item sup. 73. Item sup. 74. Item sup. 75. Item sup. 76. Item sup. 77. Item sup. 78. Item sup. 79. Item sup. 80. Item sup. 81. Item sup. 82. Item sup. 83. Item sup. 84. Item sup. 85. Item sup. 86. Item sup. 87. Item sup. 88. Item sup. 89. Item sup. 90. Item sup. 91. Item sup. 92. Item sup. 93. Item sup. 94. Item sup. 95. Item sup. 96. Item sup. 97. Item sup. 98. Item sup. 99. Item sup. 100.

CAPVT VII.

Synopsis.

1. de hinc in
prohibet et
non. et sic
non.

Nicolaus episc. ad
Phoniam, que to-
tius est A.D. 4.
Octava Synodi.

Synod. Episc. Ro-
mone ad Theol.

Cap. VI. Canon
No. 349. 221.
23. de hinc in
non. et sic non.

1. de hinc in
prohibet et
non. et sic
non.

sunt, hęc sequimur. Deinde aliquot exemplis
causam suam instruit Zacharias, & probare
contendit alienam fuisse ab Ecclesie disci-
plina sententiam à Nicolao contra Photium
latam. Metrophanes respondet quidem Za-
charie, ita tamen ut regulam ab eo positam
non evertat, & excipit tantum, Nicolaum
Papam iudicem electum fuisse à Phorio &
Ignatio in controversia sedis Constantino-
politane, atque ideo sententiam iudicis ele-
cti nullo modo rejici posse, secundum leges
civiles & ecclesiasticas. Tum exemplis in
contrarium allatis à Zacharia satisfacit. Ex
eo etiam capite Nicolaus I. Romanorum
decretorum robur & firmitatem petit, quòd
synodicas patrum constitutiones inviolabiliter
retineant. Ea regula perita est à Concilio
Ephesino, quod in relatione ad Theodosium
ait sententiam illam, quæ à canonicis
aliena est, nihil aliud in se continere quam
aperтам contumeliam: *αετιος γαρ ε μνη ταυ-
της οκ εχουσα π χειρισαν, εδδ δεχου, λουδ-
ελα εδδ ε εχου πδου.* Quod videtur haustum à
Concilij Nicæni canone sexto, quo decre-
tum illud Metropolitanis & Synodi provin-
cialis firmam esse debere constituitur quod
rationabile sit & secundum regulam eccle-
siasticam comprobatur.

VI. Illa tamen regula (quæ in iis etiam
sententiis locum habet quæ proferuntur à
magistratibus qui vice sacra iudicant) eo
sensu accipienda est, si iudicium specialiter
contra leges vel senatusconsulta vel consti-
tutionem fuerit prolatum, ut loquitur
Modestinus Iuriconsultus. Quod obtinere
etiam debet, si expressim & specialiter
contra canones & manifesti juris formam iudica-
tum fuerit, id est, ut loquuntur Magistri,
si contra jus constitutionis vel canonis iudica-
tum fuerit, non autem si contra solum jus
litigatoris. Attamen non est quòd aliquis
iudice colligat liberum fuisse amicique, qui
iudicio reddito premeretur, ut iudicatur auctoritatem contemnere. Soli Principi, &
Ecclesie Gallicanæ, nullitatis disceptatio
competebat, non ea quidem mente ut rescinderet
sententiam latam, cum in omnibus
causis apostolicæ sedis reverentiam custodirent,
sed ut rei iudicatur executionem sus-
penderent, si contra manifesti juris formam
aliquod obpreptum fuisset. Qua de re ad
Romanum Pontificem referebant, si tanti esset
res controversa ut diligentiam illam exi-
geret, ut possent *αφαισθη ε οριδου,*
quemadmodum loquitur Octava Synodus,
de iis quæ disceptantur cum Ecclesia Roma-
na.

I. *Comperentibus Clericis de iudicio Episcoporum
severitatem Principes. In eam rem extat casus
Concilij Francofordiensis. Post iudicium Metropolitanum, si
paries non consentiant rebus iudicari, accedere pos-
sunt ad Principem, eam relatione Metropolitanam.*

II. *Prudentia militum huius canonis expenditur.
Constituitur hic casus cum Amieudens Concilio. Im-
perator adiri non debet ante iudicium synodi. Cuius
temperamento, cognitionem quandam extraordinarium
Principi in his negotiis exercebat.*

III. *Suumus Capellanus dissentiebat res ecclesiasti-
cas in Palatio, ac Comes Palatii res seculares. Ad Re-
gem referebat de iis negotiis quæ majora essent momen-
ti. Apertissimum idem cum Capellano. De contentioni-
bus canonicis omnis generis iudicium ferebat. Quæ
ordinem teneret in iudiciis seculis. Intererat omnibus
constitutionibus quæ fiebant in Palatio.*

IV. *Mannus Apertissimum ipsius gratum fuit Romanis
Pontificibus. Et numerus admodum Episcopis, gratum
faciebant canonum, ut ab Ecclesiis suis abesse possent.
Ea indulgentia ostensa Synodi Francofordiensis ad pe-
titionem Regis confirmata. Apertissimum ipsi similes illis
qui morabantur in comitibus Imperatorum Constantinianorum.
Archiepiscopi Mannus tandem consensum
est cum numero Comitum Palatii, quod restitui petis
Synodus Carisiaca.*

V. *Temperibus Ludovici Py, omisso Metropolitanis,
damnati Presbyteri restis Principem adibat. Ea
de re queritur Concilium Parisense, & decessit hanc
abusum etiam habuisse ex occasione synodorum provin-
cialium. Canonis infracti erant, quia omisso Metro-
politano Principi interpellabatur.*

VI. *Missis Dominicus Regis miseratus per provin-
cias, qui canonum & legum executioni insisterent,
Regia auctoritate qua corrigenda erant. cum Episcopis
carrigebat. In eo negotio Rex Episcopis cooperabatur,
ut loquitur Carolus Magnus.*

VII. *Ludovici Pius ad sibi commissam Ecclesie &
Regni curam. Huius sui ministerii adiutores esse Episcopos,
in suo ministerio quod eis divina auctoritas
impositum est, & Comes in ministerio illis creditis,
humano mandato. Reges ita erant blonitores, ut con-
tumaces emendarent.*

VIII. *Missionem Dominicorum digni ac & muniti,
à Flodardo, & Capitularibus, Alia à Missis discen-
rentibus, qui erant ministri tantum. Cum Episcopis
prescribent canonum executionem, & valius imperdie-
bant. Appellationes ab abusu post valius remedium
parant.*

IX. *Presbyteri vexati ab Episcopis in visitationibus
& variis sumptibus, consueverunt ad Carolum
Calvum, qui lege laica illis inquis contra canones il-
latis prospexit. Carolus interpretationem canonum si-
bi vindicavit, & iudicis Epi copis executionem secun-
dum interpretationem à se datam. Communicationis deci-
marum interversionem comminavit.*

I. **N**UNC considerandum testat qua
ratione prospiceretur, si de iudi-
ciis Episcoporum moveretur aliqua qua-
estio. Sanè Principem suas partes interpo-
E e

fuisse manifestum erit, si cui lubeat Concilij Francofordiensis canonem sextum expendere, cujus hæc sunt verba: *Statutum est à Domino Rege & sancta synodo ut Episcopi iustitias faciant in suis parochiis. Si non obedierit aliqua persona Episcopo suo, de Abbatibus, Presbyteris, Diaconibus, Subdiacombus, monachis, & ceteris Clericis, vel etiam aliis in eius parochia, veniant ad Metropolitanum suum, & ille dynadice causam suam cum suffraganeis suis. Comes quoque nostrus veniant ad iudicium Episcoporum. Et si aliquid est quod Episcopus Metropolitanus non possit corrigere vel pacificare, tunc tandem veniant accusatores cum accusato, cum literis Metropolitanis, ut sciamus veritatem rei.* Magna est huius Concilij auctoritas, quod è cuotidie regni Francorum, Italiae, & Aquitanie Episcopis, & Legatis Hadriani Papæ constabat. Quare potestas quæ Regi referatur de Metropolitanorum iudiciis aliqua ex parte decedendi, legitima & canonica omnino censenda est. Hoc seculo à sententiis Metropolitanis & synodi provincie non appellabatur, si de Clericis inferioris gradus, id est, Abbatibus, Presbyteris, & ceteris, causa verteretur. Enimverò quia contingere poterat ut per injurias contra regulas à Metropolitanis premerentur, aut per contumaciam rebus iudicatis parere nolent, extraordinaria quadam cognitione Principis huic incommodo prospicitur. Decerneretur enim, si rei, vel actores, iudicio reddito refragentur, ut ambo se sistant coram Rege cum literis Metropolitanis, quibus relatio plena rei gestæ continetur; ut veritate rei perspecta, Rex auctoritatem suam interponat. De Rege eorum accipienda sunt hæc verba, *ut sciamus veritatem rei*; quemadmodum id quod antecedit, *Comites quoque nostri*, ne quis forte cavilleretur, & ad synodum referre vellet.

II. Planè hic mirari subitæ seculi huius prudentiam & iogenium ad concordiam sacerdotij & imperij narum. Patres enim isti disciplinam canonicam cum jure regio calientissimè temperant. Verum erat canone x. i. Concilij Antiocheni Presbyteris & ceteris Clericis ab Episcopo damnatis ne molesti essent Imperatori, *sed ad synodum converterentur*, si quis verò neglecta synodo Imperatorem adiret, venia indignus esset. Rursus canone xi. eusdem Concilij prohibitum erat Episcopis & Presbyteris ut absque literis Metropolitanis Principem adirent. Hoc caone Francofordiensis Metropolitanis consulti & synodis provincie, scilicet or non aotè interpellari possit Princeps à Presbyteris quàm synodis provincie causæ finieodæ impar fuerit; utque literis Metro-

politani instructæ partes ad Regem accederent. Ceterum hoc ordine servato, liberam damnatis Presbyteris facultatem facit Regem adeundi. Eo autem temperamento cognitio ista sine dubio perageoda erat, ut si minus canonicè iudicatum foret, sententia excurio impediatur, monito Episcopo, ut canonibus se accommodaret, suo verò recta & canonica sententia prompta fuisset, contumaces ad executionem imperio Principis adigerentur. Non eorum otiosa esse debet cognitio Principis, quin adhibito saltem illo temperamento, de quo dixi, conquirentibus Clericis satisfaciatur. Rursus tam exacta esse non debet ut res semel iudicatas jurisdictione quadam superiori ducatur, cum illi jure parocinij tantum hæc disceptatio extraordinaria competere possit.

III. Rebus autem ecclesiasticis discutendis imminere summus Capellanus, qui in Palatio huic ministerio præfectus erat, ut docuit Adalardus apud Hincmarum. Refert auctor ille potiores in Palatio fuisse duos regios ministros, Capellanum, & Comitem Palatii; *Et quibus præcipiè duo, id est, Apocriarius, qui vocatur apud nos Capellanus, vel Palatii custos, de omnibus negotiis ecclesiasticis vel ministris Ecclesie, & Comes Palatii de omnibus secularibus causis vel iudiciis suscipiendi curam instanter habebant; ut nec ecclesiasticis, nec seculares, prius Damnum Regem absque eorum consilio inquietare necesse haberent, quousque illi præviderent, si necessitas esset, ut causam ante Regem merito venire deberet.* Deinde summi Capellani munus in iis versari docet quæ pertinent ad officia ecclesiastica & cetera spiritualia in Palatio procuranda. Sed omitti non debent quæ de iudiciis ecclesiasticis scribit: *Apocriarius quidem de omni ecclesiastica religione, vel ordine, nec non etiam canonica vel monastica alteratione, seu quacunque palatium adhibens pro ecclesiasticis necessitatibus, sollicitudinem habet, & ea tantummodo de externis Regem adiri qua sine illo plenius definit non possunt.* Quemadmodum Apocriarij & Comitis Palatii munera hic inter se comparantur, ita existimo eandem illos iudiciorum reddendorum rationem tenuisse. Quare ut ex formula iudicij redditus ab Andebolodo Comite Palatii constat ipsum vice Regis ad seditibus sibi Episcopis & proceribus in palatio jus dixisse, & ejus sententias nomine regio inscriptas, ita etiam summus Capellanus vice Regis in consensu Episcoporum & procerum jus dicebat, ois causæ gravior exigere Regis præsentiam, ut monuit Hincmarus. Extat ejus auctoritatis exemplum in epistola Ecclesie Senonice ad Hilduinum Archiepiscopum, quæ non

Hincmar. epist.
14. c. 19.

idem. c. 10.

V. C. Hincmarus
Natis ad Martij
Idus c. 11. l. c. 13.Vide lib. 1. c. 14.
p. 6.Epistola Prefectæ
Senon. in Fortin.
scriptis parisiens.
critic. tom. 5.
ad eadem Titul.

s. Concilii Gall.
Propterea vestra
potestas vestigia
ante proclama
feliciter populo
non ut traxim non
pulsantes digre
noie, non que
cum fignis hant
ad ecclesiam col
pendiam prope
rante, nisi vobis
modo vestra
proclama vest
tiam. Et quodam
ad hoc non sermo
di postea quam
diximus suffere
vobis potestatem
autem vestra in
dicitur aut suffere
pro, aut repere
tur.

solum referuntur illi gratia quod secundam electionem huic Ecclesie impetrasset a Principe, quod ad Hilduinum gratiam pertinebat, sed etiam quod eam concessisset, quae verba ad munus Archicapellani trahi debent. Etenim omnes quaestiones canonicas, quae ad Palatium deferbantur, Archicapellanus discutebat & iudicabat. Quare cum persona secundam vice a Senonensibus electa, Missis Dominicis accepta non fuisset, negotium ad Hilduinum relatum est, à quo Senonenses contendunt ut tandem iudicium differat, donec ipis presentibus electum iudicio suo probet aut repellat. Non immerito itaque in epistola inscriptione Hilduinum sacri negotii à Deo prelatum dicunt. Praeter eam auctoritatem, quae propria erat Archicapellani, omnibus Consultationibus quae de re publica aut privata in palatio à Consiliariis (qui partim Clerici erant, & partim laici) haberentur, Capellanus semper intererat, ut docet Hincmarus.

officio à Principibus admovebantur gratiam canonum facerent, ut abesse ab Ecclesiis suis & assidue in palatio versari possent. Id testatur fecit Carolus Magnus in Concilio Francofordiensi; cuius assensum etiam perivit, ut pontificia, regia, & synodali auctoritate à praesens canonum in desertores Ecclesiarum suarum latis liber esset Hildeboldus Episcopus, cui summi Capellani munus commiserat. Haec sunt verba Concilii: *Di-*
xit etiam Dominus Rex in eadem synodo se à se-
de apostolica, id est, ab Adriano Pontifice, li-
centiam habuisse, ut Anglitarum Archiepiscopum in suo palatio assidue haberet propter utilitates ecclesiasticas. Deprecatus est eandem synodum ut eo modo sicut Anglitarum haberetur, ita etiam Hildeboldum Episcopum habere debuisset; quia & de eodem, sicut & de Anglitarum, apostolicam licentiam habeat. Omnis synodus consensus, & placuit eis eum in palatio esse debere propter utilitates ecclesiasticas. Praefectus iste Capellae regiae, Apocripharius dicitur, exemplo Respalium qui morabatur in urbe Constantinopolitana, à Romana sede aut à ceteris Patriarchis missi, ut rebus ecclesiasticis prospicerent, quamvis magnum intercederet discrimen inter eorum genera, cum regius Capellanus in Gallia jus diceret, ceteri vero negotiis praecipue procurandis in urbe regia vacarent, ut dicam alibi. Attamen Archicapellani auctoritas paulatim desinit, & cum munere Comitris Palatii confusa est; ut colligere licet ex epistola synodi apud Carisiacum, quae petit à Ludovico ut hoc munus in palatio suo restituit. Is est enim sensus horum verborum: *Si Episcopus, inquit, pro quacumque necessitate ecclesiastica ad vos direxerit, ad quem suus Missus veniat, per quem quae rationabiliter petierit obtineat, in palatio vestro, sicut Comes Palatii est in causis reipublicae, ministerio congruum constitutum habere.* Post ista tempora fit aliqua mentio Archicapellanos, sed qui non erant in illo gradu auctoritatis constituti.

Conc. Francof. 6.

Hildeboldus Episc.
Colum. apud Al.
canon. epist. 11.
canon. 106.

De Apocriphario
& Respalio
vid. lib. 1. cap. 10.
& 107.

See apud Carisiacum
canon. cap. 7. ubi
s. 11.

ADDITIO

STEPHANI BALUZII.

DE dignitate Archicapellani, praeter ea quae hinc edidit illustrissimus Archiepiscopus, occasio postulat et nos nonnulla dicamus, cum in nos susceperimus curam illustrandi hos libros pro nostra viri. ERAT itaque tanta dignitas Archicapellani, ut quocumque tandem locum ille in Ecclesia haberet, principem tamen ubique obtineret super Archiepiscopos & Episcopos, etiam in synodis. Ebozonem enim Pictaviensem Episcopum, qui fuit Archicapellanus in palatio Caroli Calvi, Concilio Vernensi. cui praeter ceteros intererat Vvenilo Senonum Archiepiscopus, praefuit anno DCCCXLIV. ut patet ex praefatione illius synodi. Quidam & Gismoldus Abbas sancti Galli Salomonis & Theodorici Episcopis praeposuit in actis de indulgentia Ludovici Regis Germaniae, non aliam ob causam, ut testè observat Simonodus, quam quod idem Regis summi erant Capellanus. Sic in imperio Constantinopolitano Caerophylax Constantinopolitanus, tamen Diaconus tantum esset, ante Anulatum seu Pontificem obique sedebat praerogativa in synodis; ut docet Theodorus Balsamo ad canonem XVIII. Nicenum & ad canonem VII. synodi in Trullo. Ceterum ex epistola XCVI. Lupi Ferracensis iam olim collegimus munus Archicapellani non fuisse perpetuum, sicut et tribui solitum à Principe, ut ei cui datum erat adimi posset pro illius arbitrio. Ea enim de causa Hilduinum Abbatem monet Lupus, ut quia scire non potest quam diuturna futura sit haec administratio, tempore bene oratur, iustumque se in iudicium reddendum exhibeat.

IV. Quam verò acceptum esset Summis Pontificibus munus summi Capellani, ex eo colligere licet, quod Episcopis qui huic

V. Sed ut optima instituta in deterris ruere solent, accidit ut paulatim, Metropolitanis inconsultis, & contempto synodorum examine, damnati Presbyteri rectè à palatio subsidium peterent. quod tunc alienum omnino erat à disciplina canonica. Sanè huic praematurae Clericorum interpellationi occasionem praebuerat inerruptus synodorum provincialium usus, quae quotannis non cogeantur. Quam disciplinam restituendam ab Imperatore Ludovico poposcit Concilium Parisiense habitum anno octingentesimo vigesimo nono: *Quoniam si haec Concilia semel in anno per unamquamque provinciam celebrata fuerint, & honor ecclesiae*

Conc. Turic. par.
c. 1. c. 14.

sticus vires ordinis sui obtinebis, & impudentia quorundam superborum Clericorum, qua possim auctoritate canonica calcata auribus imperialibus molestiam ingerit, cessabis, & impanitas diversorum flagitiorum, qua locum delitescendi nunc habes, non habebis, & alia multa qua hactenus secus quam ecclesiastica disciplina docet incesse- runt, ordinem suum Domino auxiliante serva- bunt. Sanè canones sperari erant, eò quòd synodo provinciarum non aditã, contra præscriptum Concilij Francofordiensis & An- tiocheni, Clerici ab Episcopo damnati Regem adibant. Ceterum post aditam syno- dum provinciarum, liberum erat cum literis Metropolitanis ad Principem accedere.

VI. Non est autem existimandum solis Presbyterorum, Canonicorum, & mona- chorum iudicium vacasse summum Capella- num & Regis Consistorium. Etenim cano- num executionem & Capitularium consti- tutionum ab Episcopis Princeps exigere sole- bat, delegatis per provincias viris consul- tissimis, qui *Missi Domini* vocabantur, quo- rum auctoritate, aut quæ per negligentiam peccata erant in canones, corrigebantur, aut si majorem operam desiderarent, ad Regem referabantur. Cum enim Princeps, etsi canonum executor non esset, attamen ex- actor esse deberet, suam auctoritatem unã cum episcopali adijungebat, ut conjun- ctis studiis, & communi opera, paterni canones servarentur. Qua de re sermò monuit Episcopus Carolus Magnus in Capitulari Aquigranensi, quo certa quædam Capita- la è canonibus petita servanda præscripsit Episcopis: *Et magna devotionis studio horta- rentur & compellerent greges sibi creditas ut firma fide & insatigabili perseverantia intra pa- ternas sanctiones se continerent. In quo operis studio, inquit, scias certissimè sanctitas vestra nostrum vobis cooperari diligentiam. Quapropter & nostros advocos direximus Missos, qui ex no- stri nominis auctoritate unã vobiscum corrigereis qua corrigenda essent. Sanè munus Missorum eò se porrigebat, ut discimus ex Capitulari Ludovici Pij, ut si forte Episcopus aut Comes aliquid negligentis in suo ministerio egerit, per istorum admonitionem corrigatur.*

VII. Si auctoritatis istius rationem investi- gemus, ea erit in promptu è Iustiniano, qui canonum custodiam Principibus commissa- m docuit. Eandem tamen sententiam illustrius è pro sua dignitate magnificentius expresserunt Reges nostri, quæ paucis ex- plicanda sunt, ne quis in Capitularium le- tatione impingat. Docet Ludovicus Pius in Admonitione generali ad utriusque ordinis homines, id est, Episcopos & Comites, Re- ges à Deo constitutos, ut Ecclesiæ & Regni

curam gerant; summam autem ministerij hujus ita in persona Regum consistere, ut divina auctoritate & humana ordinatione per partes divivum sit, Episcopis nempe & Comitibus, & unusquisque in suo loco & ordine partem ministerij regij habeat. Unde apparet, inquit Ludovicus, quòd ego omnium vestram admonitor esse debet, & omnes vos no- stri adjutores esse debetis. Nec enim ignoramus quid unicuique vestrum in sibi commissis portionem conveniat: & ideo prætermittere non possumus; quin unumquemque juxta suum ordinem admonemus. Statim verò monet Episcopos ut in mini- sterio suo accuratè verentur, & subjungit, ut quantum ad vestrum ministerium pertinet, nobis veri adjutores in administratione ministerij nobis commissi existatis, ut in iudicio non eodem modo pro vestra & vestra negligentia sed potius pro utro- rumque bono studio commoveri mereamur. Deinde Comites admonet ut vicissim partem mi- nisterij sibi commissi fideliter peragant, hoc inter Episcopos & Comites dilucimine consi- derato, quòd illis à divino iudicio commissa sit ministerij sui cura, Comitibus verò ex regio mandato, ut docuit capite tertio. Eo enim sensu explicanda sunt illius capitis verba, divina auctoritate & humana ordinatione, ut supra indicavi. Quare mirum nemini esse debet, si adeo diligenter rebus ecclesiasticis se Reges Francorum impendrent, cum eas ad ministerium suum pertinere existima- rent; scilicet ut admonitores se præstarent, quò Episcopi ministerium suum juxta cano- nes peragerent, & in eo capite ministerij regij adjutores essent. Monitionis autem ea vis erat, ut effectus verba sequeretur, & pena in contumaces; quemadmodum videre est tum alibi, tum in hoc Capitulari, quo ministerij sui Comites commonentur, perinde ac Episcopi.

VIII. Missi autem Domini summæ dignitatis & prudentiæ viri, ex utroque ordi- ne à Principe delicti, diligenter inquire- bant quid Episcopi, Abbates, Comites, & Ab- batissa per singulos pagos agerent, & undecum- que necesse fuisset, tam regias, quam Ecclesia- rum Dei iustitias, viduarum quoque, & orpha- norum, sed & ceterorum hominum inquirerent & perscruterent, ut loquitur Flodoardus. Quæ ad Missorum legationem pertinerent, passim in libris Capitularium occurrunt: qui à Mis- sis discurrantibus distinguendi sunt, quorum munus erat mandata Principis deferre per provincias. Missorum Dominicorum usus (qui unã cum Episcopis canonum executio- ni in paræciis & monasteriis invigilabant, aut Regem de contemptu monebant, ut ipse corrigeret perperam gesta) libitibus illis obviam ibat quæ hodie de canonum & au-

har. consiliorum. ut
sentia sua Eccl.
se & Regibus
torem gerentem.

Capitulari Lud.
in l. 1. c. 1. Cap.
1. 1.
Et quomodo
forma hujus mi-
nisterij in veteri
provincia consuevit
videretur, tam
& dicitur in
1211, & dicitur
videtur, ut
per parte dicitur
de reg. sicut in
monitione re-
gum in l. 1. c. 1.
de ordine. hanc
monitionem re-
gum regis
1211.

c. 4.

Capitulari Aquig.
quorundam 78.

Capitulari Lud.
in l. 1. c. 1.

Capit. l. 1. c. 1.
& dicitur Capitulari.
Iud quomodo con-
suevit in veteri
provincia consuevit
videretur ad

Flodoard. H. R.
Rom. l. 1. c. 1.
Fido. Taleri. Ma-
tin ad Leonem
1211. pag. 11. 12.

Capit. l. 1. c. 1.
1. 1. c. 1. c. 2. &
140. passim.

Capit. l. 1. c. 1.
& Capitulari in
dicitur. Synoda pro-
pola.

Autoritatis abusu insituntur. Ceterum Principis auctoritatem ad exigendam à Clero & plebe canonum observantiam æquè commendat, eo solo discrimine inter utrumque agendi modum, quòd prior sollicitiorem curam & magis assiduam requirat, & vulnus impediatur, hic negligentius de gerat, reclamantem aliquem expectet, atque post vulnus remedium parat.

IX. His temporibus etiam Presbyteros regium auxilium adversus Episcopos implorasse patet ex Capitulari Caroli Calvi Tolosæ dato anno DCCCXLIV. quo vexationibus illis, quibus Presbyteri Septimanie ab Episcopis suis premebantur, egregie prospicit, modum qui in visitandis parochiis ab eis tenendus sit, & sumptuum quantitatem præscribit. Imò verò prohibet Episcopis ne Presbyterorum rusticanas parochias lucri inhonesti causa dividant, sed si populi necessitas id exegerit, consilio canonico eam divisionem peragant. Ceterum capituli octavi verba expendenda sunt, quæ regis potestatis vigorem in rebus ecclesiasticis ostendunt: *Vi Episcopi sub occasione, quasi auctoritatem habeant canonum, huius constituti excellenti a nostra nequaquam resistent, aut negligant, sed canones potius ad intelligenda sunt intelligere & in cunctis observare procurant. Quia si aliter fecerint, omnimodis & qualiter canones fidelium decimis agendum statuunt, & qualiter intelligi & observari cum mansuetudini nostra decreto debeant, synodali dyndicatione & nostra auctoritate regia doceantur.* Videtur nescio quam decimarum interversionem Episcopos comminari, si à canonibus & regis decretis deficiant. Qui locus, ut existimo, in eam rem est singularis, ut cum Magistris nostris loquar.

CAPVT VIII.

Synopsis.

I. Sub tertia dynastia Regibus, antiquarum canonum desiderium vivebat, ut patet ex Concilio apud Ansum, in quo depositum est illud privilegium non essetam quod canonicis non solum non concordaret sed etiam coæteraret sententio. Patet etiam à Glabro: qui recitat offensionem Gallicanarum Episcoporum, quòd invito Turonensi Episcopo, ad preceptum Fulconis Comitis Basilica consecrata fuisset à Legato, iussu Romani Pontificis, contra canones.

II. Glaber de Ioanne Antipapa non est intelligendus, sed de Ioanne XVIII.

III. Explicite verba illa Glabri, Papam & Fulconem schisma creavisse. Schisma est scissio à communionem Ecclesie, ob questionem de disciplina. Heresi, ob questionem de fide, à Basilio. Schisma definit in heresim non solum quòd schismati sæpe heresi adiungitur: sed etiam quòd ipsam schisma, si inverteatur sit, in heresim vertatur.

IV. Id docetur à canone v. i. Concilij C. P. Qui explicatur, & conciliatur cum canone Basily, v. g. de conciliatione Balsamonis. Basilius agit de schismate mandatum deservato. Canon v. i. de perniciis & ab Ecclesia condemnatis. Emendatus canon v. i. à Nicolao. Novariani & Quartadecimari damnati ut heretici, & plures alij, ob questionem disciplinæ, quia Ecclesiam commutabant, eorum auctoritas in Scripturis commendatur.

V. Qui sunt canonici Episcopi in dicto canone facti. Corrigitur locus, & rescribendum annuali. Emendatus etiam obicit locus Concilij Chalcedonensis. Romani sunt Episcopi ejusdem communionis, Latini Communicatores. Confirmatur hæc emendatio à versive canonis qua exeat in epistola Nicolai I.

VI. Ex vi qua dicta sunt illustratur locus Glabri, qui schisma vocat dissidium Papa & Episcoporum in causa canonica. Schisma ea significatione usurpatur à Benedicto IX. à Synodo Anglicana, Hincmaro, & Ivone.

VII. Quomodo se gererent Gallicani Episcopi in resistendis canonibus adversus nova rescripta. Id ostenditur ex privilegio concessio à Paschali II. Henrico Imperatori. Concilium Viennense damnat privilegium: & minatur secessionem, si Paschalis illud revocet. Galli modestius se gerunt. Perseverant in obedientia Papæ ducenti, & parendum vi que pertinent ad Cathedralium, cetera non admittunt.

VIII. Ivo negat de Papiensi iudicium suscipiendum, nisi à fide aberraret. Si quid tamen ab eo decernatur incommodum Ecclesie Gallicane, synodus cuiusque provincia id correderat, salva reverentia Ecclesie Romane.

I. POST annum millestemum, sub tertia Regum nostrorum dynastia, non deservit apud Gallos fervandorum canonum desiderium, quo decessores flagravrant: nec cessavit usus ille antiquus ab avis usurpatus, quo aut Ecclesia synodica deliberatione sibi prospiciebat, cum rebus per obreptionem decretis Romæ assentiri non posset, aut regio patrocinio se committeret, ut executionem impediret.

Synodici decreti ejusce generis illustre exemplum peti potest ex Concilio apud urbem Ansam, in diocesi Lugdunensi sitam, ab Episcopis trium provinciarum, Lugdunensis scilicet, Viennensis, & Tarantaliensis, habito anno M. xxv. cuius verba referam ex Tabulario Ecclesie Mariconensis, unde etiam illa hausit Jacobus Severtius, eaque edidit in Chronologia Archiepiscoporum Lugdunensium Num. LXVII. Ex quibus discit lector quàm constanter se gererent illius ætatis Episcopi ad retinenda jura sua canonibus Conciliorum generalium munita adversus gratiosas monasteriorum exemptiones rescriptis Romanorum Pontificum concessas. Anno M. xxv. dominica incarnationis convenerunt apud Ansam in Ecclesia sancti Romani, causa Concilij, Archiepiscopi, cum pluribus Episcopis, scilicet Euerhardus Lugdunensis Archiepiscopus, alij Berthardus Archiepiscopus

Vienensis, Amiro Archiepiscopus Tarentasensis, Helminus Episcopus Eduensis, Gauzlenus Episcopus Matiscensis, Gaufricus Episcopus Cabillonensis, Hugo Comes Episcopus Anisiodorensis, Gaigo Episcopus Valentianensis, Vmbertus Episcopus Gratianopolitanus, Arribaldus Episcopus Vercienensis, Anselmus Episcopus Augustensis, & Vrardus Episcopus Maurianensis. Dum igitur multa de ecclesiasticis causis & de communi populi utilitate ibidem tractarent, surgens supradictus Gauzlenus Episcopus in medio proclamavit se conueniri de Burchardo predicto Viennensi Archiepiscopo, qui sine licentia & assensu suo, contra canonum statuta, ordinationes de monachis fecerat in episcopatu suo, scilicet in Cluniacensi conuio. Ad qua idem Archiepiscopus respondens, Domnum Odilonem Abbatem, qui presens aderat, illarum ordinationum adduxit auctorem in defensorem. Itaque Dominus Odilo cum suis monachis surgens, ostendit privilegium quod habebat à Rom. Ecclesia, quod eis tolem libertatem tribuebat, ut nulli, in cuius territorio degebant, nec alicui aliquatenus subicerent Episcopo, sed quemcumque uellent, adirent, uel de qualibet regione adducerent Episcopum, qui faceret ordinationes uel consecrationes in eorum monasterio. Regentes ergo sancti Chalcedonensis & plurimorum authenticorum Conciliorum sententias, quibus precipitur qualiter per unamquamque regionem Abbates & monachi proprie debeant Episcopo subijci, & ne Episcopi in parua alterius audeat ordinationes uel consecrationes absque licentia ipsius Episcopi facere, decreuerunt Chartam esse scriptam, qua canonici non solum non concordaret sed etiam contraires sententis. Adjudicauerunt quoque Domnum Abbatem non posse existere Archiepiscopo legitimam auctorem canonice defensionis. Vnde predictus Archiepiscopus ratione conuictus, petens veniam à Gauzleno Episcopo, loco satisfactionis firmavit, & per quales ipse ualuit seditores, ut unoquoque anno quadam ambo uiuere, tempore Quadragesima sufficientiam olei de olivis ad consuecendum chrisma ipsi psolueret sine negligentia.

Laudatur itaque locus Rodulphi Glabri monachi Cluniacensis, qui anno millesimo quinquagesimo florebat, ut doceatur ea tempestate persuasum Gallis Episcopis fuisse nihil à Romano Pontifice in Gallis contra canones tentari debere. Refert auctor ille Fulconem Andegavorum Comitem reducem ab Hierosolymitana peregrinatione, ut se voto exsolueret, monasterium condidisse in pago Turonico, in prospectu Castri Lucaensis, quod, iuxta consilium uxoris suæ, non alicujus Martyris, sed Cherubin & Seraphin memorie deuotus. Rogatus Hugo Turonenfis Archiepiscopus ut basilicam dedicaret, constanter renuit, donec Ecclesiæ

suæ prædia quædam male inuasa Fulco restitueret. Quod durum visum Comiti, qui Romam cum se contulisset, muneribusque suis Ioannem Pontificem honestasset, redit cum Petro Cardinali, qui ex delegata sibi facultate Basilicam dedicauit. Hæc sunt uerba Glabri: *Quod atque audientes Galliarum quique Præsules, presumptionem sacrilegam cognouerunt ex caeca cupiditate protulisse, dum uidelicet unus sapiens, aliter rapam suscipiens, recens in Romana Ecclesia schisma creuissent. Vniuersi etiam pariter detestantes; quoniam nimium indecens uidebatur ut is qui apostolicam regebat sedem, apostolicam primitus ac canonicam transgrediebatur tæneam; cum insuper multiplici sit antiquius auctoritate roboratum ut non quispiam Episcoporum in alterius dioecesi ipsud præsumat exercere, nisi Præsule, cuius fuerit, compedente seu permitteente. Mox: Licet nomenque Pontifex Romana Ecclesia ob dignitatem apostolicæ sedis ceteris in orbe constitutis reuerentier habeatur, non tamen ei licet transgredi in aliquo canonici maderaminis tæneam. Sicut enim naufragique orthodoxæ Ecclesiæ Pontifex ac sponsus propria sedis uniformiter speciem geris salutis, ita generaliter nulli conuenit quippiam in alterius procurare potestate Episcopi dioecesi. Eandem rem paucioribus uerbis & modestioribus explicuerat Hincmarus in epistola ad Nicolaum primum: Non aliud nisi quod regule sacra precipians, & mihi petendum, & uobis concedendum est.*

II. Sed locus Glabri illustrandus est ex ueteribus tabulis quarum mihi copiam fecit uir nobilitate & eruditione insignis, in perferendis antiquis monumentis exercitissimus, Michaël de Maroles Abbas Villæ-Lupæ. Si tabulæ illæ incidissent in manus illustrissimi Annalium conditoris, constitisset illi quæ ad nobis narrationem istam ad eum Ioannem referri non debere qui per factionem Crescentij schismate excitato aduersus Gregorium V. Romanam sedem inuasit anno DCCCXCVI. & statim ab Otone Imperatore oppressus, meritis sacrilegij pœnas lauit. Hic agitur de Ioanne XVIII. quem Sergius IV. excepit anno MXX. qui ambo Pontifices hujus monasterij exemptionem constituerunt. Ac primò quidem Ioannes oblatum à Fulcone monasterium *Belliloci*, sanctæ Trinitatis & Cherubin atque Seraphin memorie deuotum, sub tuitione Romanæ Ecclesiæ suscepit, interdixitque omnibus Episcopis ne quam ibi jurisdictionem exercerent. Privilegij illius insolentem rescriptum Hugonem Archiepiscopum Turonensem contumovit. Necdum enim plena immunitas monasteris indulta fuerat absque Episcoporum consensu, quemadmodum

† Hincmarus
lib. 1. c. 4.

† Hincmarus
lib. 1. c. 11.

† Hincmarus
lib. 1. c. 11.

† Hincmarus
lib. 1. c. 11.

† Hincmarus
lib. 1. c. 11.

colligi potest ex iis quæ dicta sunt lib. 111. c. ultimo. Ille verò accedens Romam, submissis precibus à Sergio IV. Joannis successore contendit ut monasterij consecrationem sibi juxta canones & *Infinianam legem* permitteret. Sed repulsus fuit hac exceptione, quòd Fulconis liberum fuerit in fundo suo propriæque hereditate monasterium contraenti monasterium ipsiusque consecrationem Romanæ Ecclesiæ conferre, quia *cujus est hereditas, ipsius & consecratio*. Quare Hugo accepta è manibus Gregorij Silvæcandixæ Episcopi virgulâ, jus omne quod sibi competeat, in Romanam Ecclesiam transtulit. Sergius verò Petrum Vipernenis Ecclesiæ Episcopus in Gallias direxit, monasterium illud vice sua consecraturum, quæ dedicatio peracta est anno M X. ut testatur Chronicon Turonenis Ecclesiæ: *Abbatia Belliloci, & Ecclesia S. Florenty de Ambasia, à Fulcone Terra fundantur anno M X.*

III. Opinio verò de Ioanne ischismatico hausta est à locutione à Glabro usurpata, cum ait Ioannem & Fulconem *recens schisma* in Ecclesia Romana creavisse. unde vir eruditissimus colligebat hic agi de Pontifice schismatico. Veruntamen hoc loquendi genus eo seculo vulgatum erat, ut violatorum canonum incommoda indicarentur, quæ pacem Ecclesiæ turbare solent, & verum ischisma in Ecclesiam invedere. Schisma autem etsi in eo consentiat cum crimine hæreseos, quòd utrumque unitatem communioneque Ecclesiæ catholicæ violet, istud si de læsâ, illud caritate corrupta, atream origine magnopere differunt. Etenim hæresis lædit regulam fidei, ipsique Christianæ professionis fundamenta evertit, schisma verò disciplinam ecclesiasticam labefactare nititur, & episcopalem auctoritatem contemere, ut docent Basilus & Hieronymus. Unde Manichæos, Valentinos, Marcionistas, & Pepuzenos inter hæreticos recenset Basilus, quia de ipsa in Deum fide controversiam movent, & à ceteris Christianis dissentiant: *Ὅτις δὲ ἐπὶ ταῖς αἰσὶν ὁθεὶς ἠρῶναι θέλει ἢ ἀποθεῖται. Novatianos autem sive Catharos schismaticos adscribit, quia de disciplina tantum cum Ecclesia contendebant, nempe an lapsi ad poenitentiam beneficium admittendi essent: *Σχίσμα δὲ, τὸ ἐπὶ τῆς μετανοίας διαφέρει τῶν αἰσὶν τῆς ἀποτομῆς ἐκείνων*. Observandum tamen est eam esse schismatis indolem, ut in hæresim vertatur. quod de Donatistis dixit alicubi Augustinus: apud quos contigit ut geminatione baptismi hæresis ex schismate nasceretur, quemadmodum loquitur Imperator in Codice Theodosiano. Et in universum Hero-*

nymus asseruit de omnibus schismaticis, eos proprium quoque dogma confingere solitos, ut secessionem suam necessariam fuisse probarent. Atream vulgatum illud quod læpissimè jacatur apud veteres, scilicet veteratum ischisma in hæresim definire, abditam quandam disciplinam ecclesiasticæ regulam præ se ferre videtur. Ea verò hoc unum significari puto, nempe ipsum ischisma, etsi nulla hæreses labe infectum, si pertinax fuerit & inveteratum, transire in naturam hæresios, & schismaticos ejus generis, Ecclesiæ frequentibus admonitionibus rebelles hæreticos accenseri.

IV. Eam interpretationem hausi è canone sextò Concilij Occumenici secundij, quo hæreticis interdicatur accusatio adversus Episcopus orthodoxum, si de crimine ecclesiastico agatur. Hæreticos autem definit eos esse qui hæreses ab Ecclesia damnatas profitentur. Subjungit autem hæc verba: *Ad hæc autem & eos qui sanam quidem fidem confiteri præ se ferunt, abscissi sunt autem, & alibi quam cum canonicis nostris Episcopis conveniunt celebrare*. Pugnare videtur hic canon cum Basilij canone, qui schismaticos ab hæreticis discrevit. Quod ita componit Balsamo, ut in canone Constantinopolitano de schismaticis agi putet, qui speciem quidem sunt orthodoxi, sed res vera hæretici, *καὶ ἡμεῖς μὲν τοῖς ἰσοπόμοις, καὶ τῶν ἀσπίων δὲ τῶν ἀποστολῶν*. Sed si ea mens esset canonis, non opus erat hæc additamento, nec schismaticorum mentio injicienda. Primum enim caput, quod hæreticos arceat, sufficiebat ad schismaticos quoque ab accusatione removendos, si necessaria sit probatio, eos præter schismatis scelus, hæresi quoque laborare. Verior est hæc conciliatio, Synodum secundam intellegendam de schismaticis pertinacibus & ab Ecclesia condemnatis, Basilium de iis schismaticis de quorum reditu nondum desperavit Ecclesia. Quod eleganter colligitur ex illius verbis, cum schismaticos eos esse definit qui dissentiant ob questiones quæ curacionem recipere possunt, *διὰ τὸν ἁγίου ἰδίου*. Quod atinet ad simulationem fidei, vel referri potest ad schismaticos, apud quos caritate violata, fides quoque non potest dici ex omnibus partibus integra, vel locus synodi emendandus juxta interpretationem quam sequitur Nicolaus I. ita ut hæc clausula canonis in duo membra divisa sit: *Præter hæc autem, & eos qui fidem sanam simulant confiteri. Schismaticos etiam, & eos qui sterium à communicantibus nobis Episcopis collectas faciunt*. Juxta hanc regulam, post condemnationem Synodi Nicenæ, Concilium secundum, quemadmodum &

Illeio in Canon. ad c. 1. Ep. ad Turon. Joann. Basilium de schisma sic interpretatur. arca. may. quæ hæreticos proprie dicitur habere schisma prout hæreticos a iis distinguitur ab Ecclesiæ genere. etiam de hoc quod dicitur in synodo de primatu papæ potest interpretari. etiam de hoc quod dicitur in synodo de schisma non solum aliquam confessionem hæresim, ut patet ab Ecclesiæ non solum interpretari, Angel. L. contra Constantin. c. 7. dicitur innotescit schisma esse in notione basilij. Can. de Concilio. Occum. ad c. 1. in synodo de schisma non solum hæresim, ut patet ab Ecclesiæ non solum interpretari, Angel. L. contra Constantin. c. 7. dicitur innotescit schisma esse in notione basilij.

Balsamo ad c. 1.

Exempla Notæ

Explicatio canonis c. 1.

*Alia illa etiam
Tuo Gall-Chroil.
pag. 110 & 104.
pag. 108. & seq.*

*Angel. L. in con
tin. Basil. c. 1.
schisma, ut foliis
et latere equivo
cum. utque evident
non credendum quo
dicitur, de hoc ex
proprietate defini
tiam dicitur.*

*Basilium ad
de quibus. c. 1.
quod per dicitur
non autem, quod si
synodo. non si
de quibus. c. 1.
de quibus. c. 1.
de quibus. c. 1.
de quibus. c. 1.
de quibus. c. 1.
de quibus. c. 1.*

*L. c. 11. de
fide, leg. 110.*

Concilium Ephesinum, non solum Novatianos, sed etiam Quartadecimanos recensent inter hæreticos, et si nudam disciplinæ quæstionem discississent ab Ecclesia, scilicet ob contentionem de die Paschatis, quod die xiv. mensis Nisan cum Iudeis, non autem die dominica cum Christianis, celebrabant. Plures quoque hæretes Epiphanius & Augustinus describunt, quæ in sola disciplina peccabant. Exempli causa, inter propria Arianorum capita sive dogmata hoc annumerat Augustinus, quod dicerent *fasti in Ecclesia non esse servanda jejunia*, id est, solennia & constituta jejunia Quadragesimæ & quartæ sextæque ferie. Media ætate imaginum contractores de hæresi damnati sunt, licet de capite disciplinæ ageretur. Ejus rei inde petenda est ratio, quod schismatici violatæ caritatæ per secessionem adducti quoque pertinacem contumaciam adversus Ecclesiæ decreta, quæ discissionis illius occasionem injustam & à perpetua tradirione alienam esse in synodo declaravit. Itaque pervicacis continuatio auctoritatem Ecclesiæ contemnit, & sacras Scripturas quæ illam commendant. Quare mirum non est si schisma ejus generis in hætesim definere dicatur. Hæc est sententia Ambrosij, qui Sartyri fratris factum laudat, quod Luciferianus partes fugisset: *Non potuit, inquit, sedem esse in schismate. Nam etsi fidem erga Deum tenerent, tamen erga Dei Ecclesiam non tenerent, cum se patiebantur velut quosdam artus dividi & membra lacerari. Etenim cum propter Ecclesiam Christus passus sit, & Christi corpus Ecclesia sit, non videtur ab eis exhiberi Christi fides à quibus evacuatæ ejus passio, corpusque distrabitur.* Vnde rectè Cyprianus negabat Novatianos habere penes se Ecclesiam; idemque de Donatistis passim asseruit Augustinus.

V. Antequam verò discedam à canone sexto CP. tollendum est vetus mendum quò laborant editiones Zonaræ & Balsamonis. Quid enim significet *Canonici Episcopi*? In Synodo Laodicena mentio fit psalterum *canonicorum*, id est Cantorum qui in Clero adscripti sunt, ut distinguantur ab extraneis Cantoribus. Sed nulla similis ratio occurrit in Episcopis: omnes enim canonici seu laterculo Ecclesiæ sunt adscripti. Eusebius Dorylyzi proponit quidem in contextu Græco Concilij Chalcedonenfis, ordinandum Ephesi *canonicum* Episcopum. Sed ex antiqua versione Latina constat locum esse corruptum, & legendum *synodus* seu *canonicæ*. Quæ lectio maximè congruit cum iis quæ reteruntur in illa actione, de ordinationibus Bassiani & Stephani, quæ factæ erant per vin & tugulum contra canones. Quare

emendandus locus canonis sexti, & legendum *synodus* vel *synodus*, ut hic sit Iulorum verborum sensus: Eos esse schismaticos, & hæreticos adscribendos, qui non celebrant conventus cum Episcopis nostræ communionis. *Kommunia* dicebantur Episcopi qui ejusdem erant communionis, qui sibi invicem communicabant. Qua dictione usæ est ipsa secunda synodus in epistula * ad Damasum, cum ait sibi non licuisse per remporis angustias monere Episcopos suæ communionis, *πέντες τῆς ἐκπαλαιῆς κοινωνίας ὑπαρχόντων*. In * Synodo Berytensi Cyrillus Alexandrinus & Ibas Edessenus dicuntur fuisse invicem *κοινωνοί*. Et in Actis Synodi ad Quercum, * monachi quidam orthodoxi dicuntur fuisse *κοινωνοί τῆς οὐκείων & τῆς ἐκείνων*. Occurrunt sæpe *κοινωνοί*, quos Latine *Communicantes* reddunt, in epistolis Hotmildæ, & alibi. His rationibus morus, ex conjectura cum locum illum emendasset, & *κοινωνοί* Episcopos canonicis substituissem, incidit in epistolam Nicolai I. quæ hunc canonem laudat, & *Communicantes* vertit, ut nullus de emendatione dubitanti super sit locus: *Eos qui seorsum à communicantibus nobis Episcopis collectas faciunt.*

VI. Ut autem redeam unde discessi, cum schisma ortum habeat à contentione ob ecclesiasticam disciplinam, quando canones de disciplina lari franguntur, schismatici præbetur occasio, imò verò in hoc animorum & sententiarum dissidio potest dici aliquid schisma constatum esse, cui deest sola secessio à communione externa, ad quam aditus fieret per impotentes excommunicationes. Eleganter verò prohat hoc seculo usum locutionis illius invaluisse, ex literis Benedicti IX. ad Stephanum Arvernensem Episcopum, qui conquestus erat de absoluteione à Papa, Pontio Comiti Arverneni indulgata, licet ab Episcopo excommunicatione constructus esset. Respondit eam sibi ignotam fuisse: de qua si certior ab Episcopo factus fuisset, Pontium non solum repulisset, sed etiam Episcopi auctoritatem firmando, eum anathematis ictu repercussisset: *Profiteor quippe, inquit, omnibus consacerdotibus meis ubique terrarum, adjutorem me & consultatorem patris esse quam contradiatorem. Ab his enim schisma à me & à Coepiscopis meis. Itaque illam penitentiam & absoluteionem quam tuo excommunicato ignoranter dederam, & ille fraudulenter accepit, irritam facio & cassam.* Schisma dicitur à Benedicto dissidium inter Papam & Episcopos, cum de corruptis canonibus iuste conqueruntur. Insignis est ad probationem hujus significationis locus Concilij Anglicani, quod habitum est & dictatum à Legatis Hadriani

Vile Grandem
Psalterium Mss.
n. 7. 11.

c. Theodo. l. 1.
c. 2.

a. In A. 3. c. Gu
el. Chabod.

a. Apud Phocin
T. 17. in Libro
Joannis Ducas c.
17. & in Lotic
Hanc c. 14.

1101. l. 1. c. 1. ad
1101.

Concl. Lucid.
1101.

Concl. Chabod.
Ab. 11. 1101.
1101. 1101. 1101.
1101. 1101. 1101.
1101. 1101. 1101.
1101. 1101. 1101.

Referentur hinc
1101. 1101. 1101.
1101. 1101. 1101.

Hadriani I. Gregorio & Theophylacto anno DCCLXXVII. Hæc sunt verba sub finem capituli quarti. *Suademus ut synodalia edicta universaliū sex Conciliorum, cum decretis Pontificum Romanorum, sapienter lætiscuntur, observentur, & juxta eorum exemplar Ecclesia status corrigatur, ne quid novi ab aliquibus introduci permittatur, ne sit schisma in Ecclesia Dei.* Eo sensu schismatis vocem usurpaverat Hincmarus de Drogone verba faciens, qui privilegio sibi contra regulas à Sergio Pontifice concessio abstinuit, *ne schisma in sanctam Ecclesiam introduceret, id est, ne dissidium inter Episcopos Gallicanos & sedem apostolicam foret, rescipitum per obreptionem adversus canones elicium urgendo.* Hæc significatione Ivo timebat ne schisma inter regnum & sacerdotium oriretur ob divisionem episcoporum Noviomensis. Inde etiam est quod opinionem eorum qui investituræ episcoporum à laicis factas tuebantur, non quidem hæreticam, sed *schismaticam* esse dicit, utpote decretis Conciliorum Romanorum contrariam.

VII. Illustrior autem evadet tota isthæc disceptatio de retinendis antiquis canonicis, si paulò accuratius inspiciamus quis esset Ecclesie Gallicanæ sensus in causa Paschalis Papæ & Henrici Imperatoris, ob contentionem investiturarum, quas Principibus ademerat Gregorius VI. & Urbanus II. pluribus Conciliorum definitionibus, Earum restitutionem, per summam vim, novo privilegio à Paschali II. extorserat Henricus Imperator. Quod privilegium Guido Archiepiscopus Viennensis & apostolicæ sedis Legatus in Concilio Viennensi & Germanicis Episcopis composito damnavit anno M C X I. ejusque Concilij confirmationem à Paschali petivit, insolenti contestatione adjecta: *Si verò, quod minimè credimus, aliam viam aggeredi cœperitis, & nostra paternitatis assertiones prædictas roborare volueritis, precipitius sit nobis Deus, quia nos à vestra subjectione & obedientia repellitis.* Modestius se in hac questione gesserunt Gallicani Episcopi, ac præcipuè Ivo, Canonici Iuris callentissimus, qui Paschalem monendum putabat *ut factum suum retractaret.* sin abnueret, temperandum quædam ab illo iudicæodo, sed sententiam evangelicam sequendam, quæ servanda docet illa quæ diceret Scribæ & Pharisei qui super cathedram Moysi sedebant, sed ab eorum operibus abstinentium. *Vult enim hæc sententia, inquit, præcepta prædictum ad cathedram pertinèntia obedienter impleri, etiamsi tales sint quales erant Pharisei, non eos fallitosa conspiciat à suis sedibus removeri. Si verò ea præcipiant quæ sunt contra*

doctrinam evangelicam vel apostolicam, sibi non esse eis obediendum, exemplo docemur Pauli Apostoli, qui Petro sibi prælato non rectè incidenti ad veritatem Evangelij, in faciem restitit, non tamen abiecit. Itaque ad summum, secundum mentem Ivonis, parendum non est decretis quæ ad cathedram non pertinent, id est, quæ privilegio B. Petri non nituntur, quæ non sunt regulariter & secundum ministerium apostolicæ sedis, ut verbis Hincmari & Synodi Tricasinæ utar. Communio autem Pontificis & ejus obedientia non est repellenda, ut malè placuit Concilio Viennensi habito à Guidone, eo prætextu quod opinionem de investituris retinendis hæreticam judicaret, & contra Ivo *schiismaticam* tantum censeret.

VIII. Eandem sententiam Ivo alibi sequitur, cum evocatus in Concilio à Joanne Lugdunensi Archiepiscopo ad Paschalis factum illud discutiendum, loco dicto se sistere noluit, nec convenire ad illa Concilia in quibus non possumus, inquit, eas personas contra quas agitur condemnare vel iudicare, quia nec nostrò nec ullius hominis probantur subjacere iudicio. Quibus verbis egregie confirmat, quod supra ostendi, constantem fuisse Gallicanæ Ecclesie sententiam, Papæ personam nullius iudicio subjici, nisi à fide manifestissime aberraret. Hanc à Bonifacio Mogunrino allatam olim exceptionem sequitur Ivo in hac epistola, his verbis: *Principales Ecclesie claves volumus sua potestate privare, quæcumque persona vices Petri habeat, nisi manifestè ab evangelico veritate discedat.* Eniavero licet honorificentissime de Pontificum dignitate & auctoritate senserit, tamen Ecclesiam Gallicanam commodis suis prospècturam docet synodorum fœvis decretis, quibus juxta Augustinum quod poterit corriget, vel quod corrigere non poterit, salvo pacis vinculo excludet, vel quod salvo pacis vinculo excludere non poterit, æquitate improbat. Observandum verò ex Ivonis sententia, liberum fuisse non solum universæ Ecclesie Gallicanæ, sed singulis Metropolitanis, salvâ reverentiâ Ecclesie Romanæ, novum illud decretum pro investituris, superioribus aliquot Conciliis Romanis contrarium rejicere. *Hæc dicentes, id est, asserentes Pontificem non esse deponendum ob novum illud rescipitum, non solimus, inquit, quin possint quique Metropolitanis Episcopos secundum jus antiquum convocare, provinciales synodum salva reverentiâ Romanæ Ecclesie celebrare.* Et mox: *His catholicorum patrum terminis contenti, quæ possumus secundum decreta patrum, salvo vinculo pacis corrigere volumus; quæ autem corrigere non possumus, assunt ad messum, si necesse sit,*

Concil. Chab. 100. 11. 12.

1100. 11. 12.

1100. 11. 12.

1100. 11. 12.

1100. 11. 12.

1100. 11. 12.

1100. 11. 12.

1100. 11. 12.

P. de P. 11. 12.

Domino docente, tolerare decrevimus. Deinde Paschalem excusat, si necessitate cogente, ad vitandam populi stragem, prudenter rigorem decrevi remisit.

[*Ejusdem argumenti extat epistola Hildeberti Comanenensis in tome v. Spicilegij Dacheriani, quem nos olim dabimus emendatorem in nova quam paramus editione epistoliarum ac reliquarum lucubratorum illius Episcopi.*] Steph. Baluzius.

CAPVT IX.

Synopsis.

I. Initio seculi decimoterti Ecclesia Gallicana reuocatur Libertates suas, solo discepta. Conuentus Bituricensis contraxerat mandatum Romani Cardinalis, de exactione duarum præbendarum in unaquaque Ecclesia. Ea de causa Legatus abstinuit ab executione mandati.

II. Eodem seculo Licentius episcopus huius collationibus an consensu. Eius rationes, & contradiçtio aliena à contumacia. Clausula, Non obstante, tunc inuoluerit capiti.

III. Non admissis quoque rescriptis illis, Galli iura sua tuebantur. Olim Clerici à Penitentiis commendati. Deinde adiuuata sunt iura excommunicationum. Initium huius collationis circa tempus Luce III.

IV. Episcopi Gallicani in his angustiis patrocinium regium implorauerunt. Tullius regis pro custodia canonum nondum erat delicta memoria in tertia dynastia, non probatur ex Leone. Eam iuuauerunt à B. Ladeuico expulsi Ecclesia Gallicana. ad conservanda iura Collationum & jurisdictionum, aduersus auaritates, cuius Ladeuicus præfixit sue Edicto.

V. Inde est quod Philippus IV. monuit Clementem in ministerium Episcoporum impedire in causa Templariorum. Se, iuxta sacramenta sua, id tolerare non posse.

VI. Quod explicandum est de sacramento præstito tempore inaugurationis regie. Eius antiqua formula, quæ promittitur conseruatio privilegij canonicis, à Philippo. Quæ dicitur uideri à formula concepta ab Hingmaro. Ea dicitur esse alim peccationis, seu sacramentum, Imperatori C. P. spontebatur fidei & canonum custodiam.

VII. Iure collationum & electionum sublato per Reservationem & Gratiam expectatiuam, regium auxilium imploratur ab Ecclesia Gallicana ad eorum restitutionem. Carolus VI. sui antiquum aduersus nouitates Edictis suis ea in parte restituit, & magistratibus suis executionem commisit.

VIII. Decreta Basilienis confirmata lege regia; cuius executione mandata iudicibus regis, qui contumaciam pletherent. Censura regni præsidium Libertatum Ecclesia Gallicana à solo Rege expellendam faceret anno milleesimo quadringentesimo nonagesimo tertio. Reges post sequebantur reservationi, lege generali, & innotam magistratibus exegendi cura. Quæ probatur Edictis B. Ladeuici & Caroli VI. & VII.

IX. Aliquando Reges ex officio nouitatis aduersus mores receptos repellabant. si ex eis detrimentum regni sequeretur. Id saltem à Carolo VII. lege data, quæ extraneis à beneficiis remouebat. Remanente Papa his iacemodis constare, imperio suo id egit. Nullam

privilegium apostolica sedis ea de re præcesserat.

X. Lex ista uidetur contraria constitutioni Innocentij III. quæ admittit ad beneficia anteaque non essent. Innocentij constitutio æqua est in sua specie. Veteri iure, Episcopi eligendi è clericis cuiusque ciuitatis. Fas illud ex parte restitutum lege Caroli, nisi saltem in regno perantur. Dauregia deducit ex illa constitutione.

PER TAB AT adhuc idem usus in Gallia anno MCCXXVI. per solum disensum Regis, Episcoporum, & Procerum, Libertates suas tuente Ecclesia Gallicana. Cùm enim Romanus Cardinalis Concilium illius Ecclesie Biturigibus coëgisset, ut Albigensium & Comitis Tolotani negotiis prospiceretur, re illa confecta, de reservatione duarum præbendarum in unaquaque Ecclesia vel monasterio, arbitrio Summi Pontificis Romanis Clericis conferendarum, cum Episcopis & Abbatibus agere uoluit. Sed Procuratores Capitulorum (quibus abundi copiam Legatus fecerat, quæsi Concilio soluto, ne intercessionibus suis omnia turbarent) cum eo grauitè expostularunt, quod mandatum Papæ in Concilio non exposuisset, ipsi præsentibus, quorum maxime intererat: Legatum rogant ut ab eare persequenda temperet, quæ abique graui scandalo & omnium offensione effectum tradi non possit, & cui renitatur non solum Episcopi, sed etiam Rex ipse, & proceres regni. Aliam esse rationem Galliarum & longè diuersam à ceteris regnis. In illis enim mandatis Papæ decretam fuisse Præbendam reservationem, sed in Gallicana Ecclesia, rem istam adeo insolitam, totius regni consensu indigere. Retulit Mattheus Paris Procuratorum suggestionem his uerbis: *Vnde regamus in Domino ne istud scandalum ordinetur per nos in Ecclesia Gallicana, scientes quod sine maximo scandalo & inestimabili damno non possit hoc ad effectum perducere. Quia est quod aliquis assensuret, nullus esset eius assensus in rebus quæ omnes tangunt; cùm sciri omnes moxeres, & generaliter omnes subditi, necnon & ipse Rex, & omnes Principes, parati sint contradicere & resistere usque ad capitis expositionem & omnium honoris priuationem; præsertim cum uideatur imminere propter hoc scandalum subuersio regni & Ecclesie generalis. Ratio autem nostri timoris est, quod cum ceteris regnis non habuissis rationem, & quibusdam Episcopis præcepissis & Abbatibus ut cum præbenda uacauerint, ad opus Domini Papa reseruent. Literis Pontificis palam lectis, quibus duarum præbendarum collatio retinebatur, Legatus præceptis exhaustis, persuaderi conatus est Concilio ut consensum huic mandato præberet. Sed cùm nihil obtinere posset, imò verò Procuratores Capitulorum sapienter monerent*

Mattheus Paris in
Itinerario 111. p. 94
117. 118.

Dionisius, ueritas
sua collata uenerit
sola Ecclesia, &
sanctis fidei de
magna quæ sit
non in illis manet
sola ipsa fidei, nisi
sua generalis de
regis, quæ dicitur
uoluerit.

cavendam esse generalem secessionem, si univēsa Ecclesia premeretur, subjunxit Legatus, *super hac, quidquid præcepti, tali conditione licet tacita intellexisse, si Imperium et alia regna consentirent. Adjunxit se nihil amplius super hac attestaturum, donec per regna alia Prælati consentirent, quod credidit provenire non posse.* Vnde patet in re nova constituenda per Gallias, consensum Regis, Episcoporum, & procerum exquisitum fuisse à Legato, eumque à rescripto exequendo abstinnisse, ob Clericorum torisūque regni diffusionis periculum.

II. Eodem animo tuendæ libertatis canonice ferebatur Robertus Lincolnensis Episcopus in Anglia, vir singulari pietate conspicuus: qui non expectato synodali decreto, sibi libetum putavit præcepto cuidam Innocentij IV. de conferenda Præbenda in sua Ecclesia reniti, quia juri recepto contrarium erat. *Noverris, inquit, discretio vestra quòd mandatis apostolicis affectuione filiali devoti & reverenter obedio; iis quoque qua mandatis apostolicis adversantur, paternam zelans honorum, adverser & obsta. Ad utramque enim tenere ex divino mandato. Infrà: Propter hoc, his que in prædicta littera continentur, univē, filialiter, & obediēter non obedio, contradico, rebelle. Mox: Breviter autem recolligens dico, apostolica sedis sanctitas non potest nisi que in adificationem sunt, & non in destructionem. Hæ autem que vocant provisiones, non sunt in adificationem, sed in manifestissimum destructionem. Non igitur eas potest beata sedes apostolica acceptare quia caro & sanguis, que regnum Dei non possidebunt, eas revelavit, & non Pater Domini nostri Jesu Christi qui est in cælis. Nec omittendum est, clausulam illam solennem, quæ in omnibus rescriptis hodie inseritur, non obstante constitutione hac vel illa, jam rum usurpari cœpisse, quod ægrè ferebat Robertus Lincolnensis, eò quòd in statuentibus inconstantiam designaret, cùm tamen leges constantia quadam & perpetuitate vigere debeant, nisi necessitate cogente alię quando remittendæ sint. De illius littera, inquit, & ei consimilium longè laticque dispersarum superaccumulato non obstante, nec ex legis naturalis observanda necessitate indulto, scates cœcylismus inconstantia. Si quis immodestæ cuidam perulantæ verba Roberti adscribenda puter, isante omnia Theodorici Regis Italiae sententiam servanda apud Castiliodorum: Pro æquitate ferpenda, & nobis patimur contradici. Ercodem sensu Regis Athalarici: Karum consuetudo genua est, interdum rescribere contra vota Principis.*

III. Gallis etiam nolitis ea mens erat, ut

non admittis Romanæ curi rescriptis, quæ Collatoribus jura per canones quæsitæ auferrebant, se ab iis novitatibus expedirent. Sed tandem Romanis Pontificibus æquum visum est ut suæ commendationis ratio haberetur. Commendationem vocavi, quia olim Episcopus Clericos aliquando sedes apostolica commendabat tantum, ut concessio Diaconi & Presbyteri gradu, eorum inopiam sublevaret; exemplo Gregorij Magni, qui Syracusano & Fanensi Episcopo duos Clericos commendavit. Sed posteri commendationes & preces in præcepta verterunt, & præceptis, quæ, ut vidimus, à Collatoribus repudiabantur, Executores adjunxerunt, qui Episcopos ad Collationem cogerent, ut rectè explicuit Duarenus. Coactionis illius iniuria referri possunt ad tempora Lucij III. ad quem invitatus fuit à Stephano Tornacensi, cujus hæc sunt verba de Herveo Clerico commendato Canonice S. Aniani Aurelianensis: *Scriptis pro eo felicitis recordationis pater Alexander (111.) Decano & Canonice sancti Aniani Aurelianensis, Scripsistis & vos primò & secundo. Sed neque preces neque præceptum vestrum, quamvis itez præbenda vocaretur, velnerunt audire. Absit, Pater, ut inanes sint preces vestra, contemptibilis auctoritas, elusorium præceptum; & nunc demum tanta, si placeat, virtute inanes super eos majestas vestra, ut qui blanditiis juvare non poterunt, imperio distant vincti.*

IV. Cùm ergo Collatione beneficio rum, imò & episcopatu, & monasteriorum, ad se traheret Romani Pontifices, rescindentes si quid contra eorum rescripta ageretur, additis excommunicationibus in contumaces, nihil reliqui erat penes Episcopos Gallicanos quin adeo severis præceptis parent & Collationum jure caderent. Quare ad remedium extraordinarium confugerunt, scilicet ad tuitionis regis præsidium, pietate Regis Ludovici X. interpellata, qui his morbis edicto suo consuluit. Nondum enim obliterata erat in Gallia, pro custodia canonum, Regum nostrorum auctoritas: quam ab Ivone commendatam sciebant anno mxcvi. Consultus enim à Philippo Rege quid agendum esset, si post habita eo anno duo Concilia ab Urbano II. Nemausi & apud Clarummontem, Hugo Legatus apostolicæ sedis ad terrium Episcopos invitaret, quod alienum erat à canonibus, qui duas synodos tantum celebrandas præscribit) respondet Ivo se nihil rescivisse de consilio Legati. *Quod tamen si faceret, non esset hæc apostolicæ insistentia, vel ecclesiastica consuetudo. Quòd si quis eos (id est, Episcopos) ultra terminos à patribus constitutos ang-*

Gregor. 3.1. ep. 148
4.1. 9. 47.

Franc. Duarenus
lib. 1. de sac. Ec.
elec. minist. cap. 8.

Stephanus Tornac.
ep. 102.

Philipp. lib. 4. cap.
12. §. 7.

110 ep. 16.

Magnus Paris 16
Honor. 11 L. 44
60-101.

Castellum 1. 1.
V. 1. 1. 1.
V. 1. 1.

riare volueris, vos habito cum eis communi consilio, iniustus oppressionibus pro personis vestras effugite, sic in qua Dei sunt, Deo reddant, & que Cesaris sunt, Cesaris reddere non amittant. Quare potestatis hujus memores Episcopi Gallicani, subsidium à Ludovico Rege exposcunt: qui Edicto suo, ita enim vucatur, omnia jura canonica de beneficiorum provisionibus decreta, quæ tunc primùm convelebantur, in integrum restituit, electiones, collationes, & ceteras dispositiones secundum juris communis & Conciliorum definitionem fieri iussit, & Romanæ curiæ exactiones inhibuit. Huic gloriofissimo Regi prima debetur Libertatis Ecclesiæ Gallicanæ restitutio, quam suo edicto post mutatam disciplinam in beneficiorum collationibus anno M C C C L X V I I I. procuravit, quo uno capite contentiones inter Episcopos & Romanam curiam tunc ferè continebantur. *Statimus & ordinamus ut Prælati regni nostri, Patronique, beneficiorum collatores, jus suum plenarium habeant. & unicuique sua jurisdictionis servent. Insuper Ecclesia cathedralis, & alia regni nostri, liberæ electiones habeant, & eorum effectum integraliter persequantur, promotionesque, collationes, provisiones, & dispositiones prælatorum, dignitatum, & aliorum quo unquam beneficiorum ecclesiasticorum regni nostri, secundum ordinationem & dispositionem juris communis, sacrorum Ecclesiæ Dei Conciliorum, atque institutorum sanctorum patrum, fieri volumus & ordinamus.*

V. Conficius erat suæ potestatis Philippus I. V. Rex Francorum, quando Clementem V. Pontificem sibi conjunctissimum ferid monebat ut quæ in Templariorum negotio agenda erant, Episcopis permitteret, nec fortè demandaret aliis: quia hoc in gravem injuriam Episcoporum vergeret, à quibus ministerium ipsis à Deo creditum sine justa causa non debet auferri, ac præterea docet sibi liberum non esse ut ea æquo animo ferri possit, cum sacramenti religione teneatur ad tuitionem jurium episcopaliū. Hic primus, ut opinor, jurandarum præterdendæ ei officio probando quod ceteri Reges ad ministerium sibi à Deo commissum recedebant. Ejus exemplo sequuti deinde Principes Carolus V I. & V I I. sacramenti sui religiosam observationem edictis suis de restitanda disciplina ecclesiastica latis inferuerunt. Hæc sunt manuscripti codicis verba de Philippo VI. *Gravis, quod absit, ferret injuria, si sine justa causa ministerium à Deo sibi traditum & defensionis fidei meritum auferretur ab eisdem (Episcopis); nec Prælati talem injuriam mererant, nec Rex salvo suo juramento posset hoc tolerare; esseque peccatum gravissi-*

imum spernere eos quos Deus misit. Qui vos enim spernit, me spernit, ait Dominus. Quis ergo sacrilegus vobis, Pater sancte, præsumet consilere quod vos eos spernatis, imò potius Jesum Christum mittentem.

V I. Sanè non absurda est hujus sacramenti mentio, quod ea mente iisque verbis olim ita concepsum fuit, ut Reges, tempore inaugurationis suæ, custodiam canonum subditis suis promitterent. Quod eò pertinebat, ut sponderent nec à se violandos canones, nec ab aliis. Extat illius sacramenti antiqua formula, quod Philippus I. patre Henrico Rege superstitit ex illius auctoritate præstitit anno millesimo quinquagesimo nono. *Ego Philippus Deo propitiante max futurus Rex Francorum, in die ordinationis meæ promitto coram Deo & sanctis ejus quod unicuique de vobis commissis (legendum, de vobis & Ecclesiis vobis commissis) canonicum privilegium & debitam legem atque justitiam conservabo, & defensionem, quantum potero, adjuvante Domino exhibebo, sicut Rex in suo regno unicuique Episcopo & Ecclesia sibi commissis per rectam exhibere debet, populo quoque nobis credito dispensationem legum in suo jure consistentem, nostra auctoritate concessoram.* Hujus formulæ posteriora verba transcripta sunt ex ea quam Hincmarus Remensis Archiepiscopus à se concepsum Ludovico Balbo Caroli Calvi filio porrexerat, cum regnum Compendij suscepiturus ungeretur anno D C C C L X V I I. Sponsio autem illa Ludovici excerpta est à Capitulis quæ Carolus Calvus eodem anno apud Carisiacum statuerat. Quam quidem promissionem non sacramentum vocant proceres Gallicani, sed perdonationem: *Est perdonatio quam dominatio vestra nobis fidelibus vestris perdonaveris & subscripsit.* Unde Ludovicus Balbus eodem verbo utitur in sponsione sua: *Promitto & perdo vobis, id est, concedo & indulgen.* Ante illa tempora sponsio quidem à Regibus inaugurandis concipiebatur, sed alius verborum solennibus, quamvis eadem significatione, ut patet ex re promissione quam Carolus Calvus præstitit, cum in urbe Metensis Lotharii regnum adipereretur anno D C C C L X I X. *Sciatis me unicuique in suo ordine secundum sibi competentes leges tam ecclesiasticas quam mundanas, legem & justitiam conservare.* Quod etiam repetitum est in secundo capite conventus apud Carisiacum habiti. In eandem sententiam Reges Galliarum se deinceps usque ad hæc nostra tempora jurando adtrinxerunt, etsi formulis diversis. More non absimili Constantinopolitani Imperatores, jam ab ipso Anastasio temporibus, scripto, βασιβ βασιλιχῶν, pollicebantur Patriarchæ fides catholicæ

Prepositus R. Lo. de vobis anno 1187.

In Capitulis Episcop. 1461. Tit. 11.

Capitula Castell. Calvi apud Carisiacum Tit. 21. cap. 11.

Vide etiam Capitula Romanensia & de re. 1072. in appendice ad Episcopum Foros. Tit. 72. § 10.

Capitula Castell. Calvi Tit. 21. cap. 11.

In Notis ad N. II. c. 11. T. 3. Adm. Basil. Gall.

& canonum observationem, antequam Imperij insignibus induti & unguento delibuti essent, ut testantur Evagrius, Nicetas, & Codinus Cusoplatas.

VII. Licet autem Edicto beati Ludovici prospectum esset nascenti morbo quo jura Collationum laborabant, paulatim tamen auctoritate Summorum Pontificum effectum est ut omnium beneficiorum imò & episcopatum collationes ad se traxerint, quin etiam ad vacatura, per gratias expectativas, contra Concilij Lateranensis præscripta jus dederint. His reservationibus, & gratis, aliisque similibus machinationibus in perniciem canonum inductis, Ecclesia Gallicana Parisiis congregata remedium parans, electiones, collationes, & præsentationes secundum constituta generalium Conciliorum, nulla habita Reservationum & Gratiarum ratione, fieri decrevit. Sed quia impar erat Romanæ curiæ auctoritati, tuitionem regiam adhiberi procuravit. Rex itaque Carolus VI. Ecclesiæ Gallicanæ & Procuratoris regij petitionem, tractatu habito cum Consilio suo, synodorum decretis conformem esse animadvertens, Clerum Galliarum ad suam libertatem antiquam & juris dispositionem, *quoad prædicta*, reducendum esse censuit, & quantum in se esset reduxit, eumque in posterum in eadem libertate conservari voluit, atque edicti executionem Curis Parlamenti ceterisque magistratibus commisit anno millesimo quadringentesimo sexto. Observandum autem est summopere, edictum illud ita conceptum, ut ad tempus locum haberet, donec Concilij generalis decreto his rebus consultum esset. Sed postquam Concilium Constantiense spem Gallicanæ Ecclesiæ hac in parte destituit, idem Rex Carolus, coactus in concilio gravissimorum ex utroque ordine hominum consensu, Constitutionis anno MCCCXVI. latæ executionem peremptorie decrevit anno MCDXVII. quam deinde edicto lato anno sequenti confirmavit, rescissa Concilij generalis expectatione: *Valentes, ac prout aliis ordinavimus, volumusque, & ordinamus, Ecclesias personarumque ecclesiasticarum eorundem regni ac Delphinatus nostrorum ad suas antiquas franchisias & libertates in perpetuum reducendo, quid Ecclesiis nostrorum regni & Delphinatus cathedralibus & collegiatis, & curiam beneficiorum electivis secularibus & regularibus, per electiones, & non electivis per præsentationes, collationes, & institutiones Ordinariarum, quibus de jure communi seu consuetudine pertinet, secundum antiqua jura communia Conciliorum generalium, de personis idoneis provideatur; cessantibus & rejectis omnino ac nonob-*

stantibus quibusvisque & ignoramentisque Reservationibus generalibus vel specialibus, ac prohibitionibus, expectationibus, aut Gratiis, etiam cum Decreti appositione factis aut faciendis, concessis seu concedendis. Præcipit deinde Curis Parlamenti & ceteris iudicibus ut executioni hujus Constitutionis diligentissimè incumbant, & contumaces, cujuscumque gradus & ordinis fuerint, graviter plectant, ut infracti Edicti regij reos.

VIII. Tandem cum rebus ita ferentibus Basileæ multa decreta essent quæ labantem disciplinam restaurarent, Synodus generalis Ecclesiæ Gallicanæ eorum executioni paucis demptis consensit quidem, sed Pragmatica Sanctione Caroli VII. confirmari curavit, qui Constitutis Basileensibus & decretis Concilij Gallicani vim & robur legis publicæ addidit, & inter ceteras Constitutiones regias recenserit jussit, plenamque executionem Curis Parlamenti reliquisque magistratibus delegavit. Qua in re Principibus nostris cum Iustiniano & aliis Imperatoribus Romanis convenit, qui Præfectis prætorio & Præsidibus provinciarum legum de disciplina ecclesiastica latarum executionem commiserant, ut apud nos demandata est Curis Parlamenti, & Seneschallis, seu Bailivis. Itaque si quis rescripto à Romana curia elicitò tentaret aliquid contra Constitutionum regiarum tenorem, conquerente Procuratore regio, iudicium prohibitionibus & multis indiciis compecebatur. Vnde Ioannes Dauvet in suo libello appellationis Curiam Parisensem pro Ecclesiarum juribus tuendis & defendendis necessariam esse rectè dicebat anno millesimo quadringentesimo sexagesimo. Ea autem regionum magistratum interpellatio in his negotiis locum habuit, donec Ludovicus XI. liberam Pontifici potestatem in administratione rerum ecclesiasticarum hujus regni permisit. Cui novo Ludovici Edicto intercessit Procurator regius, sed Regis imperio cum omnia à Pontificis nutu penderent, Episcopi Gallicani à collationibus & electionum jure tunc penè dejecti sunt. Itaque hac sola tuitionis regiarum auctoritate Libertates Ecclesiæ Gallicanæ restaurari posse profitebantur plena Comitibus regni anno MCCCXCIII. nihilque Episcopis aut Patronis superesse, quo se tutos à rescriptis & censuris Romanæ curiæ præstarent, quam regij præsidij opem. Quare supplicij petitione Carolum VIII. rogant ut Pragmaticæ Sanctionis usum restitui à Pontifice impetret, ea lege, ut si quo Pragmaticæ articulo Romana sedes offendantur, id totum à futuri Concilij definitione pendeat. Restitutus

Prop. 1. 1.
Menas et Alcius.

Plato 24. 11. 107.
1. 1.

N. 1. 1. 1. 1. 1.
1. 1.

1. 1. 1. 1. 1.
1. 1.

Concilio Tronense.

est à Ludovico XII. qui fuerat aliquot annis interruptus, Pragmaticæ Sanctionis usus, donec tandem pactis initis inter sedem apostolicam & Franciscum Regem, quæ Concordata vocantur, Libertates Ecclesiæ Gallicanæ & potestas regia ad tuendos canones plene jure sancita sunt, qua de re inferius. Præter eum agendi modum, quo regium auxilium implorabatur, solenne etiam erat hoc sæculo, à Pontificis decretis futurum Concilium provocare. de quo remedio appellationis dicitur capite xvi. hujus libri. Ex his quæ dixi colligere licet, Episcopos & Clericos in angustiis constitutos, tuitionem, patrocinium, & subsidium Regum implorasse, ut eos à Romanæ Curie novis rescriptis tuerentur. Principes verò duplex remedium adhibuisse, tum generali lege lata, quæ canonum executionem restitueret, quemadmodum B. Ludovicus & Carolus VI. & VII. se uterque gesserant, tum etiam injuncta magistratibus cura, ut in singulis negotiis executionem illam impedirent. His enim verbis Sanctionem suam concludit B. Ludovicus: *Universis justitiariis, officariis, & subditis nostris, ac loca tenentibus presentibus & futuris, & eorum cuilibet, prout ad eum pertinet, districte precipiendo mandamus quatenus omnia & singula prædicta diligenter & attentè servent, teneant, & custodiant, atque servari, tenere, & custodiri inviolabiliter faciant, nec aliquid in contrarium quovis modo faciant vel attemptent, seu fieri vel attemptari permittant; transgressores aut contra facientes juxta casus exigentiam tali pena pleneudo quod à ceteris deinceps cedat in exemplum.* Eadem est sententia Edictorum Caroli VI. & VII. quæ tamen id eorum habent, quòd jure patronij, & per modum defensionis, hoc à Regibus nostris fieri docent, non autem per modum jurisdictionis quæ in Romanæ Curie rescripta exerceatur.

IX. Non omitendum est Reges nostros aliquando, etsi nullis precibus Ecclesiæ Gallicanæ interpellati essent, novitates à Romana Curia adversus antiquos mores introductas legibus suis & magistratuum executione repulisse, ob detrimentum quod inde regni tranquillitati inferri poterat. Exemplum sumendum est à Constitutione Caroli VII. qua prohibetur ne alienigenæ, seu à regno extranei, ad beneficia in Gallis promoveantur. Ea tempestate, id est, anno millesimo quadringentesimo trigesimo primo (qui Pragmaticam Sanctionem antecedit) episcopatus & cetera beneficia à Pontificibus Romanis conferebantur passim hominibus non solùm ignotis, & à regno extraneis, sed etiam hostium Gallici nominis

studiosis, unde & Regis arcana hostibus pandebantur sæpissime; divini ministerij infrequentia, & pecuniarum transvectiones, multique alia incommoda sequebantur; præcipue Gallorum offensio, qui præmia virtutis & scientiæ ab extrinis invadi æquo animo ferre non poterant. Ob eas causas à decessoribus suis constitutum fuisse refert Carolus ne beneficia aliis quàm Gallicæ respublicæ civibus conferrentur. Quod Carolus VI. coactò utriusque ordinis procerum consilio nova constitutione iterum decrevit, quam Concilio Constantiensi & Martino Papæ edidit, ut ipsi Regis desiderio se hac in parte accommodarent. Carolus VII. post obitum patris idem Edictum renovavit, & à Martino V. ejusque successoribus suppliciter multoties contendit ut ejus Edicti rationem haberet. Quod cum illi insuperhabuissent, perniciem quæ regno ex eo capite inferrebatur amolientiæ ratus, totum istud negotium ad suam auctoritatem revocavit; jussitque edicto perpetuo ne in posterum ulla beneficia alienigenis conferrentur, vetuit Ecclesiarum Prælati ne quem extraneum à regno ad ea obtinenda admitterent in vim Bullarum quæ illis essent indultæ, aut alio quovis modo; præcepitque magistratibus ut *Bullarum retentione*, bonorum capione, & multis infestis adversus contumaces insurgerent. Nullum privilegium sibi sive decessoribus eam ob rem concessum Carolus allegat; quin potius de Pontificum contradictione conqueritur. Quare observatio Glossatoris Pragmaticæ Sanctionis, quæ solâ famâ apud illum constabat, est sublestæ fidei: *Fi serunt, inquit, Rex Francia habet privilegium quod extranei & alienigena non potest beneficiari in suo regno sine ejus permissione.*

X. Statim alicui videbitur hæc constitutio jus canonicum evertere, non autem asserere, & patrocinio regio, quod canonibus & decretis Romanorum Pontificum debetur, esse contraria. Etenim Innocentius III. exagilara asperioribus verbis & damnata Thomæ Mauroceni Veneti Patriarchæ CP. promissione sacramento firmata, qua Veneticis popularibus suis post expugnatam Constantinopolim caverat se nulli præbendas sanctæ Sophiæ collaturum nisi Veneticis, qui Patriarcham suæ gentis in futurum eligerent, præcipit *ut virus literatus, & alias idoneos, undecunque originem duxerint*, in illa Ecclesia instituat. Sed constitutio Innocentij magna æquitate nititur in sua specie. Cum enim à Francis, licet ope Venetorum, urbs regia capta fuisset, pacis publicæ intererat ne ad Veneti tractus angustias, ex-

In Pragmatica Caroli VII. Præsentibus & futuris, ac loca tenentibus presentibus & futuris, & eorum cuilibet, prout ad eum pertinet, districte precipiendo mandamus quatenus omnia & singula prædicta diligenter & attentè servent, teneant, & custodiant, atque servari, tenere, & custodiri inviolabiliter faciant, nec aliquid in contrarium quovis modo faciant vel attemptent, seu fieri vel attemptari permittant; transgressores aut contra facientes juxta casus exigentiam tali pena pleneudo quod à ceteris deinceps cedat in exemplum.

Fæderum Constitutio Caroli VII. Tit. 1. Lib. 1. Tit. 1. Gall. c. 10. a. 2.

Innocent. III. ad Thoma. Mauroceni. Veneti Patriarchæ CP. promissione sacramento firmata, qua Veneticis popularibus suis post expugnatam Constantinopolim caverat se nulli præbendas sanctæ Sophiæ collaturum nisi Veneticis, qui Patriarcham suæ gentis in futurum eligerent, præcipit ut virus literatus, & alias idoneos, undecunque originem duxerint, in illa Ecclesia instituat.

Præsentibus & futuris, ac loca tenentibus presentibus & futuris, & eorum cuilibet, prout ad eum pertinet, districte precipiendo mandamus quatenus omnia & singula prædicta diligenter & attentè servent, teneant, & custodiant, atque servari, tenere, & custodiri inviolabiliter faciant, nec aliquid in contrarium quovis modo faciant vel attemptent, seu fieri vel attemptari permittant; transgressores aut contra facientes juxta casus exigentiam tali pena pleneudo quod à ceteris deinceps cedat in exemplum.

elufis Francis aliisque Latinæ communionis hominibus, qui ad tuendum Imperium undecunq[ue] ad urbem accedere possent, beneficiorum illustrium & ipsius Patriarchatus spes omnino redigeretur. Ceterum antiquo jure è Clericis uniuscujusq[ue] civitatis Episcopus erat ordinandus, ut docet Celestinus Papa: *Tunc alter de altera eligatur Ecclesia, si de civitate ipsius Clericis, cui est Episcopus ordinandus, nullus dignus, quod evenire non credimus, potuerit inveniri. Primum enim illi reprobandi sunt, nisi aliqui de alienis Ecclesiis meritis præferantur.* Cui Celestinus decreto assenserunt olim Gallicani Episcopi; & ejus sententiam retulerunt Reges in Capitularia, qui è propria diocesi secundam statuta canonum Episcopum eligendum esse docent. Quod ab Imperatoribus quoque Romanis olim constitutum fuerat, de quibuscunq[ue] Clericis, ad capitations onera perzquanda. Regula ista cum ab aliquot annis, post electiones abolitas, Romanz Curiz rescriptis infracta esset, obtrufis Episcopis & Clericis, non solum ex aliena civitate, sed etiam ex alio regno, non omnino constitutione regia antiquorum canonum vigor assertus est, sed ad usum præsentem accommodatis rationibus prudenter temperz; ut saltem qui episcopatus vel alius beneficiis sunt admovendi, è regno petantur, si minus licet eos ex unaquoq[ue] civitate petere. Sed de hac re copiosè dicemus alibi: cujus tamen mentionem hic injecimus, ut conflaret de duabus regulis. Prima est, Reges ex officio invalescentibus malis & scandalis sedulo prospexisse, interpellata prius apostolicæ sedis auctoritate. Secunda est, Principes muneris suo satisfecisse, cum partem aliquam antiquæ disciplinae, et si non integram, in usum restituerunt, quatenus ad salutem regni illis necessaria esse videbatur.

CAPVT X.

Synopsis.

- I. Quaratione præstaretur in qui se ab Episcopis vexant querantur in negotiis ecclesiasticis adversus mores receptos. Rescripto regis requirebantur Episcopi ut à vexatione cessarent, vel se iudicio sifterent, honorum capione indulta. Formula rescripti antiqua à Regeste Curia Parisiensi.
- II. Explicatio istius rescripti. Causa decimarum recessit inter Irregularia. Si tamen insoluta decima peteretur, Reges exactionem prohibuerunt. & excommunicationis, si qua ab eorum latærent, revocari iusserunt.
- III. Consuetudine tolli possunt decima personalis, & prædialium quæta præscribit. Quia etiam induci ut à eorum genere fructuum nulla solvantur decima. Quare

constitutio que tam exactionem prohibet est iusta, à Covarruvia: qui tamen non docet qua ratione Principes ea de re statuerè poterunt.

IV. Ob scandalum quod inde oritur, Philippus auctoritatem suam huic negotio interposuit, ne patet è verbis rescripti. E nova decimarum exactione scanda- dela nasci fatetur Canonista.

V. Ad Regum Celestinum peritæ scandala è rebus ecclesiasticis amoverè, è Leone, & ex Anastasio, & è Leonis Senonensi epistola ad Childobertum. quod se jure iudicavit.

VI. Rescriptis Cancellaria Reges intabant olim Liberrates Ecclesie Gallicane, ut docet Lucas petrum è Comitibus Turonensibus anni 1495.

VII. Privilegia quoque sibi à Romanis Pontificibus concessa, nullis adversus Episcopos indulta, & honorum capione intabantur, ex constitutione anni 1567.

VIII. Severiores penes impostoribus Insuperiori leges Episcopis contumacibus adversus disciplinam.

INSPICIENDUM nunc est qua ratione sibi consulerent qui se à Galliarum Episcopis adversus consuetudines receptas & decreta Pontificum vexari in rebus ecclesiasticis contenderent. Exposita per bellum facti specie, rescriptum Principis auctori concedebatur, quo monebantur Episcopi ut ab ea vexatione abstinèrent, aut si aliquo jure se fultos putarent, ad diem rescripto conditam se in Curia Regis sisterent causam suam dicturi, suspensa interim sententiæ executione, alioqui, pignionibus captis, ad parendum cogenter per regios ministros. Quod probatur illustri in eam rem exemplo petito è veteribus Curiz Parisiensis regestis, quod hic inferendum putavi: ubi rescripto ad Baillivum seu Seneschallum Santonensem dato inferitur rescriptum ad Episcopum Santonensem. *Philippus Dei gratia Francorum Rex Bailivum Santonensi. Episcopo Santonensi literas nostras mittimus in hac verba: PHILIPPUS Dei gratia Francorum Rex dilectis in Christo Episcopo Santonensi salu- tem. Frequens ad nos pervenit relatio gravibus anasta querelâ, quod vos, seu gentes vestra, vel officiales vestri, vobis ratum habentibus, contra consuetudinem diutius observatam, decimam exigitis de rebus de quibus præfari non consuevit, novamque medam decimandi inducitis, in grave scandalum provincia: & quando populus vobis subditus vobis non obedit, per excommunicationem Consulom & simillium rectorum dictorum locorum, etiam populum ipsam gravatis, quoniam etiam villas & loca prædicta in nostro dominio existentia suppositis ecclesiasticis interdicit, contra privilegia nostra. Nos igitur his scandalis obviare volentes, vos attentè requirimus quatenus à prædictis cessetis, & attentata in præjudicium & scandalum publicum, & contra statum antiquum regni nostri, revocetis & revocare faciatis. Et si in prædictis per aliquod partem vos habere, vobis offerimus per presentes quod certa*

e. v. l. 1. d. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

die coram nobis veniatis Parisium, & Nos cum nostri deliberatione Consilij providebimus super his prout servata pace & salute Ecclesie & patrie faciendum fuerit & ad nos pertinebit. Alioquin deesse non poterit quo minus ad vitanda hac scandala & pericula que inde possunt exurgere, provideamus de remedio oportuno. Et quid inde facere volueritis, Seneschallus noster Santonensis, per quem presentes literas vobis presentari volumus, respondeatis, ut iuxta responsum vestrum circa talia possit rationabiliter provideri. Datum Parisius die septima Feb. 1312. Mandamus vobis quatenus dictas literas eidem presentetis. Et si ipse contenta in eisdem literis facere recooverit, tantum debitu distulerit, bona ipsius temporalia tamdiu ad manum nostram teneatis, donec ipse promissa adimpleverit. Datum Parisius die 7. Februarij anno 1312.

II. Ut autem hujus tescripti vis, quantum ad quæstionem istam illustrandam pertinet, penitus investigatur, sciendum est jus percipiendi decimas inter res spirituales ab omnibus recenferi, unde sequitur materiam illam ad ecclesiasticam jurisdictionem pertinere. Quod obtinebat olim apud Gallos; & confirmatione Philippi IV. Francorum Regis anno M C C C III. lata confirmatum fuit, dummodo decimarum in feudum datarum eontroersia non moveretur. At tamen si decimarum petitio fieret ab Episcopis vel ceteris Clericis adversus prædiorum possessores, quarum solutio in sueta esset in istis locis unde exigebantur, Reges nostri non alienum existimarunt à munere suo huic negotio auctoritatem suam interponere, illas exactiones insolitas impedire, excommunicationem, si que ab Episcopis in recusantes late essent, revocationem indicare, & eam pignoribus captis urgere, ut docuit rescriptum à me prolatum.

III. Certum quidem est ex omnium sententia decimas personales consuetudine aboleri posse, & prædialium quantitatem ad minorem decima fructuum parte redigi posse, seu quotam præscribi. Certum quoque est, ex Pauli Castronensis ahorumque Iuriconsultorum opinione, eam consuetudinem quæ in plerisque orbis Christiani regionibus viget, esse legitimam, nempe ut ex certo fructuum genere nulla solvatur decima, utpote ex sæno, herbis, & oleo. Vnde sequitur regiam constitutionem, qua decimarum ejus generis solutio prohibetur, summa quidem ratione niti, ut observat Covarruvias loquens de Catoli V. Imperatoris & Hispaniarum Regis lege Toleti lata anno millesimo quingentesimo vigesimo quinto. Sed summus ille Iuriconsultus non docet quæ ratione ad suam auctoritatem secularis

Princeps materiam illam metè ecclesiasticam revocare poterit. Itaque quod ille omisit in tuenda Principum suorum lege, id ego agere conabor pro asserenda constitutione jam olim à Regibus nostris decreta. Idem enim Rex Philippus IV. qui decimarum cognitionem à iudicibus suis amovit, eadem lege Seneschallis suis præcepit ut à nova & insolita decimarum exactione cives adversus Clericos defendere, & rescripto quod supra protuli, exequendæ legis & tuendorum civium modum præscripsit.

IV. Vera itaque ratio non quam Philippus negotium istud sibi vindicat, è scandalo petitur quod è nova & insolita exactione decimarum oriabatur, cujus proinde depulso à regio patrocínio expectanda erat. Id profuerit conceptis verbis in dicto rescripto ad Episcopum Santonensem dicit: *Contra consuetudinem divitiis observatam, decimarum exigitu de rebis de quibus præserti non consuevit, novissime modum decimarum induitis in grave scandalum provincia.* Mox: *Nos igitur his scandalis obviare volentes.* Infra: *Providebimus super his prout servata pace & salute Ecclesie & patrie faciendum fuerit.* Ex ea decimarum nova petitione scandala & offensiones orti non dissimulant Glossator, Ioannes Turrecremata, & Felinus, qui eam ob causam aiunt Ecclesiam ab earum exactione cessare. Sed addere debuerant exactionem illam à Principibus quoque repressam, ad procurandam Ecclesie & regni pacem, saltem in hoc Galliarum regno.

V. Ex novitatibus quæ veterem Ecclesie vel regni statum convellunt, discordias, scandala, & offensiones manare probavimus libro superiore, & ad Regis officium pertinere ut pacem Ecclesie & regni inviolatam præsetet, legibus latis aut aliis remediis impedimenta amolendo. Quibus addi potest, Leonem I. agnovisse hanc sollicitudinem Principibus competere, ne scandala in rebus ecclesiasticis emergant, in epistola ad Theodosium: *Siquidem præter imperiales & publicas curas, piissimam sollicitudinem Christiana religionis habetis, ne scilicet in populo Dei aut schismata aut hæreses aut illa scandala convalescant.* Eadem fuit Anastasij Pontificis sententia, qui Anastasium Imperatorem rogavit ut nomen Acacij Episcopi Constantinopolitani jam facti non recitaretur in mysteriis inter ceteros Episcopos. Damna erant à Felice Papa. Sed quia adversus illam sententiam pluribus exceptionibus utebantur Græci, prudenter Anastasius non urget executionem rei judicatæ. Novam rationem usurpat, scilicet scandali vitandi, quod unitatem Ecclesiarum ob nomen

Philippus: *Super istam ad reprobam consuetudinem decimarum quovum, cujusque defensas ipsi Consilio de observandis à nova consuetudine servandis, faceret de per Prætorum ista alia ratione: scilicet quia una exactione decimarum & presentis: rum.*

Classis *de c. 2. de decimis in 4. no. ho. Distinctione. Titulorum in 4. si arbitratio. c. 1. c. 1. Felinus *lib. 2. tit. 1. de pacibus.**

Leo I. ep. v. ad Theodid.

C. *Castro.* De pacis. c. 1. de pacis. *Classis* in c. *Acacio.* De decimis.

Philippus *auctoritas*: *De cognoscere decimarum non scandalum in presentibus vobis per litteras de ecclesiastica pace & graviter nos sine se videtur servare.*

Covarruvias *lib. 1. Varo. c. 27. ff. de v. 1000.*

Acacij dividebat. Illud autem scandalum auctoritate Principis amoveri petit : *Precaur itaque clementiam vestram ut specialiter nomen quod multis ex causis scandalum vel offendiculum Ecclesie concitavit, speciali appellatione taceatur.* Huic officio æquè adstrictos putavit Reges Francorum Leo Senonensis Episcopus in epistola ad Childeberrum Regem; qua Principem illum obtestatur ne canones patrum violari permittat per ordinationem & novam Episcopi institutionem in urbe Meledunensi, quam cives fieri petebant. *Quia non eorum preces, inquit, facile audiri debent à Principe quorum petitionibus potius generentur scandala quam pax Deo amata servetur: quia sicut beati sunt pedes pacem portantes, ita va his dicitum est per quos venit scandalum.* Itaque mirandum non est si in successores Reges cura illa tuendi status ecclesiastici & pacis procurandæ remotis scandalis derivata fuerit. Quo in negotio non utatur, ut sæpe monui, mera & summa jurisdictione in res ecclesiasticas, sed velut œconomica potestate, quæ à tuitionis patrociniisque jure dependet.

VI. Rescriptis regis consultum semper fuisse Libertatum Ecclesie Gallicanæ conservationi, quorum formulam superius protuli, egregie probatur & Libellis Comitiourum regni in urbe Turonensi actorum anno MCCCXCIII. Carolo VIII. porrectis. *Et jadis que le Roy, à conse de sa Couronne, tant de droit commun, comme pour la deliberation & requeste de toute l'Eglise de France & Dauphiné, soit, comme essient ses predecesseurs Roi, Protecteur & Defenseur des saints Decrets, Libertez & Franchises de l'Eglise de sondit Royaume & Dauphiné; Neantmoins a esté fait par nostre Saint Pere en cedit Royaume au contraire, dont se sont ensuivis grands inconveniens. Parquoy il est bien necessaire comme il semble aux gens desdits Trois Estats) avoir recours en cette necessité au Roy nostre souverain Seigneur, comme Protecteur & Defenseur des Droits & Libertez de sondit Royaume & Dauphiné. Et pour ce luy supplient en toute humilité que son plaisir soit de non les abandonner, & qu'il veuille, comme il a offert, donner port & faveur, tous ainsi & par la forme & maniere qu'ont fait ses predecesseurs Roi, c'est à sçavoir, le Roy Clovis; S. Louis, Philippe le Bel, le Roy Jean, Charles V. Charles VI. & dernièrement le Roy Charles VII. qui tous ont à leur pouvoir defendu les Droits & Libertez de ladite Eglise, tant au fait des élections, collations, postulations, provisions, confirmations, & casés, qu'à garder l'Evacuation des peccates, par mandemens & provision de leur Chancellerie, & remonfrance aux saints Conciles, qui ont censuré & approuvé lesdits Droits & Libertez.*

VII. Singularis etiam mihi videtur constitutio Caroli V. Regis data Parisiis xiv. Martij anno MCCCXVII. qua præscriptur Seneschallis Tolosæ, Carcassonæ, & Bellicadri, ut prohibeant Episcopis earum provinciarum, & eorum Vicariis, ne privilegia Bullis comprehensa infringant quas Alexander, Vrbanus, Gregorius, Clemens, Innocentius, aliique Pontifices Regibus Francorum concesserunt, scilicet ut nullus judex ordinarius, aut delegatus, excommunicationis aut interdicti sententiam profertat in terram Regis absque speciali mandato sedis apostolicæ, vel alia tenet quæ rescriptis illis sunt prohibita. *Quod si aliquis; inquit, contra premissa reperieris attestare, ipsos compescias per bonorum suorum temporalium captivem, & à premissis compellatis abstinere per penarum declarationem & eorundem executionem.* Itaque ligandi & solvendi potestas, quæ Galliarum Episcopis competit, auctoritate Romani Pontificis restricta est, ne Rege invito, interdictis, & officij divini cessatione, quod *Cosim* dixere recentiores, terras & ficos domanij regij vexarent. Executio Bullarum certis quibusdam Conservatoribus commissa erat, qui renitentes Episcopos ex communicationibus ad parendum cogerebant. Sed quia variis iudificationibus & judiciorum formulis negotium trabebatur, visum est Principi tuitionis jure rem ad se revocare, bonorum capione & multis inflicis, decretorum pontificiorum executioni consulendo. Eadem lés ad ceteras species tracta est, adeo ut bonorum capione & multarum indictione cogi solent Episcopi ad ea omnia rescindenda quæ canonibus & decretis Pontificum in tegno receptis adversa, per contumaciam & contemptum legum in perniciem status ecclesiastici & scandalum publicum peregerint.

VIII. Duplex coëctio hoc Edicto præscribitur adversus Episcoporum contumaciam qui indictæ à Rege decretorum pontificiorum executioni parere recusant, bonorum capio, & multæ dictio. Severius agebat Iustinianus, qui expulsiōne à sede episcopali hoc aliquando ulcisceretur, ut dictum cap. t. hujus libri. Aliquando etiam bonis Episcopi, Ecclesie adjudicatis, & annali suspensione à ministerijs ecclesiasticis: Quæ pœna indicta est Episcopo qui alium ordinavit contra formam præscriptam juxta canones à Iustiniani constitutione: *Si quis autem citra memoratam observationem Episcopus ordinaverit, jubemus huic omnimodis episcopatum depelli. Sed etiam illum qui præter hoc præsumserit ordinare, sequegari uno anno à sacro ministerio, & omnem ejus substantiam, quæ quolibet*

apud in Deo...

Imperij Lib. IV. Cap. X.

Nov. 11. c. 1. Cuius...

13. sept. 1509. 1510...

tempore aut modo in ejus dominium deducta est, propter culpam quam fecit domino Ecclesie, cujus Episcopum esse, vindicari. Eadem poena infligitur si quis ante peractam & discussam accusationem, si quod forte crimen objiciatur, electo manum imposuerit. Præter eas penas, alia quoque indicta est à Justiniano adversus Episcopum qui Ecclesiam suam ultra annum deferuarit, scilicet ut illi ab Oeconomo Ecclesie nullæ expensæ subministrantur. Quæ congruit cum bonorum capione quæ hodie in Gallia adversus desertores & adversus contumaces Episcopos à judicibus decernitur.

CAPVT XI

Synopsis.

I. Inquiretur qua ratione se gesserint majores nostri quando jurisdictione ecclesiastica secularium invadebat. Ea de re aliam sententiam apud veteres, quia Episcopum sui fœtus se cominebant.

II. Hanc contentionem exemplum in Gregorio quarto. Diviso regi à Ludovico inter filios facta, sacramento confirmata est, & subscriptione Romani Pontificis. Ab ea receditur ab Carolum I. secundum impetum prognatum. Inde bisilium filivum advenit patrem, Gregorius à filiis hanc putatur. De ea antiqui scriptoris verba.

III. Locus ille male trahitur ad Regis, immunitatem, ne possit excommunicari. Explicatur Gregorius propositum, ut prima divisio regni non infringere, ex Agobardo. Epistola hujus nomine edita est fragmentum epistola Gregorii I. ad Episcopos Gallia, unde hæc contentio illustratur.

IV. Epistola verba expendantur. Evocaverat Episcopos, illi contumaciter resistunt, quod Gregorius refellit. Episcopi scripturam excommunicantem, quam Gregorius parabat, pertinere ad injuriam imperatoria prelati. Asserit Pontifex sibi injuriam fieri non posse, intacta sedis apostolica dignitate. Fidem seu spem Imperatori præstare, à se non violari.

V. Referuntur verba Episcoporum, qui excommunicantibus Papa se non assensuros protestantur, & periculum honoris illi minantur. Explicatur illa verba, & auctoritas vita Ludovici, qui temeritatem Episcoporum in hoc capite damnavit.

VI. Ex hoc facto colligitur sententiam retine Ecclesia Gallicana tam fuisse, à Pontifice excommunicationis firri non posse pretextu perjury aut bellorum, ob divisionem regni maritima. Confutari Novatores, qui ex hoc facto spem putant à Gallis auctoritatem Romani sedis.

VII. Refertur Massonus, qui Gallicana libertatis capita quoad ex hoc epistola colligit, quæ facti assensu Gallia.

I. **H**ACTENUS ruitionis ecclesiasticæ effectus prosecuti sumus qui canonum custodiam Principibus commissam respiciunt. Attamen quia non solum obviancundum est ut malis quæ ex legum ecclesia-

secularum corruptione proficiuntur, sed etiam proficiendum ne jurisdictione ecclesiastica jurisdictionis regie limites invadat, necesse est ut diligenter inquiramus quomodo majores nostri se gesserint in his contentionibus. Deinde qua ratione his incommodis consulatur hodie, seu disciplina ecclesiastica lætatur, seu temporalis jurisdictionis lines violentur, aperte differemus. Controversiarum de invasi jurisdictione Principum, alium silentium apud veteres, quia ab Episcopis antiquis sola canonum disciplina curabatur. Si quando se rebus secularibus uti judicandis aut administrandis immiscerent, id sibi à legibus suo seculo latit indulgunt profitebantur, quibus uterentur quando Principi collibuisse. Quare ad medietatibus scriptores deveniendum est, ut inde harum dissensionum exempla & remedia adhibita petantur.

II. Primus occurrit Gregorius IV. Pontifex, qui trium Regum Lotharii, Ludovici, & Pippini partes fovere ferebatur adversus patrem Ludovicum Pium Imperatorem, eoque animo se filiis adjunxisse ut pacem conciliaretis conditionibus quas æquas ipse judicabat, aut refragantem Ludovicum & Episcopos Ludovico contentientes excommunicatione percelleret. Dissidij causa ab Imperij divisione orta erat: quam ita Ludovicus concinnaverat anno DCCCXXXI. ut Pippino Aquitaniam, Ludovico Bajoariam, Lothario verò primogenito Italiam & imperatoriam dignitatem se vivo, & ceteras ditiones post obitum suum concederet. Hæc divisio sacramento procerum & Romani Pontificis subscriptione confirmata fuerat. Sed postea Carolus ex secundis Ludovici nuptiis cum Judith Regina prognatus, novarum rerum causa exiit: quia ut ei portio legitima constitueretur, aliquid à ceteris partibus erat recidendum. Alamania Carolo designata à patre, civile bellum excivit, quod paulisper sedatum recruduit, cum Aquitania à Pippino avocata, dono patris Carolo cessit. Contractis undique copiis, hinc pater Imperator, inde tres filij, Vormaciam pugnaturo convenere anno octingentesimo trigesimo tertio. Rumor autem percrebuerat Gregorium Pontificem à filiis stare, ut scribit auctor vite Ludovici, cujus hæc sunt verba: De Papa vero Romano, quod ideo adesse ut tam Imperatorem quam Episcopos excommunicationis vinculo irretire vellet, si qui inobedientes essent sui filiorumque Imperatorum voluntati, parum quid subripuit Episcopis Imperatorum presumptio audacia, assertionibus multo modo se velle ejus voluntati succumbere, sed se excommunicantibus adveniens, excommu-

Epithetum in Ant. Thugos.

Apollonius in epistola habet. Cetero filio vero designata parte regni ver. filii, sed ut amia regnum esse, cum tra, & pœnalibus non illa quon parviteria utiq. vestis vestis ut dante filia fratre munda. filii & filia filii, mare quod miltari or confessor, an in ea vestis sedis Pontificis in Episcopi Pontificis

et ultra pœnalibus & fratre de in dante m- pœnalibus in filio ut ratione dicitur. vera & dante filii canis si pœnalibus & fratre.

nicatus abire; quem aliter se habeat antiquorum canonum auctoritas.

III. Hic locus laudatur ab eruditissimo viro Francisco Pitheo, ut doceat Regem Francorum excommunicatione neci non posse, atque ita visum Episcopis Galliarum. At illi excommunicationem non solum à Rege, sed etiam à seipsis avertunt, excipiuntque eam ab antiquis canonibus alienam esse. Quod antequam demonstrat non agi de privilegio Regis Galliarum, nisi asserere velimus, privilegium illud, quod aliunde probatur, antiquis canonibus sancitum esse. A facto ergo, non autem à personis, pendet hujus excommunicationis inanis. Discimus autem ex Agobardo Lugdunensi Episcopo, qui à filiorum partibus stabat, quid Gregorius moliretur, nempe primam divisionem Imperij, quæ jurejurandi procerum & subscriptione apostolicæ sedis firmata erat, in pristinum statum restituere voluisse, excommunicatione in contumaces lata. *Si enim, inquit Agobardus in epistola ad Ludovicum, quod vestra voluntate & potestate cum consensu totius Imperij vestri factum est, & posita in apostolica sede roboratum, hoc vult in pristinum revocare statum, satù rationabilis & opportunus est ejus adventus, id est, Gregorij. Id verò liquidius ex ipso Gregorij epistolæ fragmento colligere licet, quam Papius Massonus, eumque fecutus Goldastus, sub nomine Agobardi ediderunt, cum revera sit, non Agobardi, sed ipsius Gregorij epistola, Episcopos qui à Ludovico stabant objugantis, ut è lectione epistolæ nos deprehendimus. Etenim tractatus ille De comparatione utriusque regiminis, Agobardo inscriptus, complectitur epistolam Agobardi Ludovicum hortantis ut Papæ monitis pareat, deinde epistolæ Gregorij ad Episcopos Galliarum fragmentum, & rationes exauctorationis Ludovici. Epistolæ autem sententia expendenda est, tum ut Gregorij esse conficiamus, tum ut Episcoporum Gallicanorum mentem explicemus, & à Papiro Massono capta aliquot Libertatis Gallicanæ ex hac epistola malè assera refellamus.*

IV. Res ita se habet, ut colligitur ex verbis epistolæ Gregorij. Gregorius monuit Episcopos Gallicanos de suo adventu in Galliam, quò se adventantem exciperent. Respondent illi, se Pontifici occursum fuisse, nisi sacra jussu imperiali prævenisset, qua scilicet à Ludovico prius evocati erant. Refert ille, primò, in præfatione epistolæ ab his peccatum, quò diversis nominibus se nunc Fratrem, nunc Papam appellassent, dum conveneratis esset solum ei paternam reverentiam exhibere. Deinde jussionem pontificiam

æquè sacram illis videri debuisse ac imperialem, imò prius illis redditam fuisse. Ceterùm è Gregorio Nazianzeno docet majus esse regimen animarum, quòd est pontificale, quàm imperiale, quòd est temporale. Si verò ad Imperatorem accedere velint, monendum ab illis esse ut sciat se ovem esse gregis à Christo Pontifici consignatam, quemadmodum Gregorius Magnus Imperatorem olim commonefecerat. Quod sit Principis officium, ex Augustino edocendum Ludovicum. Exprobrat deinde Episcopis instantiam, quòd se de Pontifici adventu lætatos, & statim ex quorundam relatione magno more affectos, scriberent. *Adjungit, inquit, dicentes nos venire propter quendam presumptuosum & omni ratione carentem excommunicationem, & admetis nos nimis involutus & confusus sermonibus & sensibus, ut neque nostra voluntate neque alterius hortatu prurmpemus; eò quòd, ut dicitur, pertinet ad injuriam & dehonestationem imperialis potestatis, & ad Domini rationem & reprehensionem nostra auctoritatis.* Hic locus, quemadmodum & reliquis totius epistolæ contextus, evidenter ostendit Gregorium de seipso loqui, & præterea alienam visam esse excommunicationem, quòd ad imperatoris auctoritatis inminutionem tenderet, ac si secunda divisione liberis suis paterna pietas consulere non potuisset, civilique potestas in familia sua circumsunda ab ecclesiastica potestate legem accipere deberet, cum Christus ipse fratres repulerit hoc dicto: *Quis me divitem constituit inter vos?* Respondet tamen Gregorius, ad dehonestationem imperialis potestatis magis pertinet opera digna excommunicatione à Ludovico patrata, quàm ipsam excommunicationem. Mox subdit: *Illud flagito, ut dicatis quemodo potest fieri ut manente apostolica sedis honore, mea tantum persona in causâ reprehensionis & vituperationis remaneat. Nullomodo enim fieri potest ut si is qui locum B. Petri tenet, exhonoretur sine crimine, dum taxatur, cathedra ejus honorata permaneat.* Ex hoc etiam loco probatur hanc epistolam esse Gregorij, distinctionemque illam sedis & Pontificis eo seculo ignotam non fuisse, cui assentitur Gregorius; dehonestarique posse Pontificem absque injuria sedis non dicitur, si crimini sit obnoxius. Quia verò urgebatur Gregorius ab Episcopis ratione fidei quam sacramento suo Ludovico dederat, unde perjuri labe aspergi posse, non ait aut negat juramentum à se præstitum, cum eo tempore fides fœderis & protectio- nis, etsi fortasse nulli hominij, tunc à Pontificibus Imperatori daretur, sed docet à se perjurium vitari, etiamj jurasset si Prin-

* Vide Adversus in c. de hujus cap. 10.

Agobardus in li-
bra de comparatione
utriusque regimi-
nis cap. 10.

Papæ ad hunc ad-
versus Agobardum.

cipi denuntiet ea omnia quæ contra unitatem & pacem Ecclesiæ & Regni committit, vicissimque perjurius Episcopos exprobrat, quod ei officio deessent. Deinde, inquit Gregorius, *promittitis mihi venerabilem receptionem; si tamen ita ad illum venero, ut ejus voluntas est.* Vnde occasionem arripit Episcopos carpendi, quod omnia agerent spe mercedis propostæ.

V. Tandem nodum quæstionis aggreditur: *Deinde dicitis, inquit, illam primam divisionem regni, quam inter filios suos fecerat Imperator, nunc juxta Regum opportunitatem esse mutatam.* Hic respondet opportunam non esse mutationem illam quæ tot malorum, deprædationum, & perjuriarum origo fuit: *Deinde subjungitis, inquit, quia nisi secundum voluntatem vestram venero, non habebis Ecclesiæ vestræ consentaneas, sed in tantum contrarias, ut nihil mihi in vestris parochiis agere vel disponere liceat, nec quemquam excommunicare vobis obstitentibus.* Hic locus explicat auctorem vitæ Ludovici, supra laudatum, qui scripsit Episcopos Gallicanos profectos esse nullo modo se velle Papæ voluntati succumbere, id est, se Pontificis mandatis aut excommunicationibus non assensuros, earumque nullam rationem habituros. Respondet verò Gregorius se pacis Legatum & unitatis adventasse, Episcopos dare operam posse ut seipsum ab unitate corporis separaret, sed Ecclesiam Gallicanam & Germanicam ab unitate tunc dividere non posse, id est, ab apostolicis sedibus. In iis autem quæ sequuntur, minas intentasse Pontifici videtur: *Deinde dicitis rem ridiculam, subsistentem, inquit, Et quod potius tacere quam dicere maluimus, si autem non egeritis, assensum consilio nostro non præberitis, honoris vestri periculo subiacetis.* Scilicet existimabant nullam esse omnino & canonibus adversam, quæ Ludovico intentabatur, excommunicationem, ideoque in caput Pontificis recidere secundum canones, quod ad honoris periculum pertinebat. Itaque non privant Pontificem communionem Ecclesiæ. Nunquam enim minori sedi licuit majoris sedis Pontificem illa vel alia pœna plectere. Nec ab ejus communionem integrè recedunt, sed in hac parte. Quod referenda sunt verba auctoris vitæ Ludovici, *si excommunicatus venerit, excommunicatum abituram.* Absurdum autem & stultum esse periculum illud honoris replicat Gregorius, præsertim cum illa comminatio intensa non esset propter crimen sacrilegij, homicidij, vel furti, aut simile aliquod. Quod autem Episcopi ceteris Coepiscopis, qui Gregorij excommunicationi adhererent, dejectionem minantur

irretractabiliter, eorum mirandam præsumptionem redarguit Gregorius; ac si quod à parte agitur, per nni veritatem retractari non posset, id est, Synodi Gallicanæ judicium à Papa in synodo generali retractari posse. Tandem concludit: *Quod vestra mixta continent, nunquam adhuc ab initiis Ecclesiæ factum est.* Et planè dissimulandum non est, taendi regij capitis & honoris æstu abreptos Episcopos, in reverentiam Pontificis debitam peccasse graviter, cum gradus periculum illi obijciunt, ideoque de præsumptione audacis damnantur ab auctore vitæ Ludovici.

VI. Quare ut rem in pauca contraham, dicendum est Regi, Episcopis, & Proceribus Gallicanis eam sedisse sententiam, Romano Pontifici non esse liberum ut se divisionibus regni corrigendis, id est, rebus secularibus immisceat, eaque de causâ Regem, aut Episcopos, vel Proceres illi consentientes excommunicationibus plectat prætextu perjurij aut bellorum quæ inde sequuntur, si qua censura eam ob causam lata fuerit, nullas vires habituram, Regem aut subditos illi non obtemperaturos. Accuratè verò notandum est, Gregorium non eam sibi potestatem asseruisse, sed quæstionem ad factum consiliumque suum transulisse; nempe se non ad dissidium fovendum, sed ad pacem & unitatem refarciendam, venisse. Sanè de pacis conditionibus cum Ludovico egit, sed interim plerique è Proceribus à Principe ad filios, detestando exemplo, defecerunt. Eant ergo Novatores, & hoc testimonium jactent, ac si ab Episcopis Gallicanis spreta fuisset auctoritas Romani Pontificis, cum in ista facti specie, de rebus secularibus & de regni divisione, non autem de rebus ecclesiasticis ageretur.

VII. Superest ut Papirij Massoni viri eruditissimi verba expendam, quæ in synopsi hujus epistolæ scripsit. Ait conventum ab Episcopis Gallicanis habitum, ubi se sistere citatus Agobardus recusavit. *Cujus conventus hac fuerunt capita, inquit, adversus illius contumaciam pro confirmando Gallicana Libertate;* licet, ut initio monui, de Gregorio IV. non autem de Agobardo agatur.

1. *Episcopum Romanum vocandum Papam, Fratrem, non autem Patrem, neque Pontificem.*

Hoc Episcopi Gallicani non decreverunt; quos eo tantum nomine Gregorius reprehendit, quod se nunc Fratrem, nunc Papam appellassent; cum reverentius fuisset Papæ vel Patris nomen.

2. *Imperialem potestatem plus posse in administranda Ecclesia quam pontificiam.*

Hoc est omnino alienum à pietate & à

verbis Episcoporum, qui ex eo tantum capite se apud Pontificem excusant, si adveniant non occurrerunt, quod iustione Imperatoris prius evocati fuissent.

3. *Cæsarem non debent standum presumptivè excommunicatione.*

Verum est id asseruisse Episcopos, ob eam rationem quam superius explicui.

4. *Posse unum aliquem Pontificem abjici sine injuria sedis apostolicae.*

Hac de re ne verbum quidem. Id tantum aiant, Summum Pontificem aliquando reprehendi posse abque injuria sedis apostolicae.

5. *Episcopus in causa fidei iurjurandum praestare solitus Imperatori.*

Hic plane hallucinatus est. De fide data sem de fidelitatis iurjurando agitur, quod præstabant Imperatoribus Episcopi.

6. *Agobardum Primatem Aquitanie nullam deinceps habituram potestatem in excommunicando, nullamque jurisdictionem in ceteris parochiis, si obediret potius Pontifici quam Cæsari.*

Non agitur de Agobardo, sed de Summo Pontifice, eo sensu quem superius retuli.

7. *Privandum Episcopatum consensio & honore qui potius Pontifici quam Ecclesie Gallicanae Concilio obedierit.*

Non est ea mens Episcoporum, id tantum eontendunt, Episcopos qui injustè & incompetenter late excommunicationi consenserint, periculum gradus sui subituros.

admonendum est veteres libertates sæpenumero confosidisse hæretici & a inter se ibendum, ut à nobis observatum est ad librum septimum Salviani de Gubernatione Dei, & nemini paulo docto esse obscuro, ideoque miram videri non debere si clamoroso vocis illius indicet legendum esse *diminationem*, licet in codice regio scriptum sit *diminationem*, conjecturam proculum auctoritati vetusti codicis. Etenim & seculo Agobardico, & superiorè, voce illa sic inflexa urebantur, ut statim ostendat. Serphanus enim Papa illius nominis quartus scribens ab Bertrando Regnum quòque filium Karolum, cui deinde Magni cognomen hæsit, ita loquitur in Tit. xlv. Codicis Karolini: *Es eritò credimus quid dim tant a ejus iniquitat ad aures excellentissimi filij Carolomanni Regis pervererit, nullo modo ei placebit in eo quid in tantam deminationem atque devagationem sanctam Dei Ecclesiam Dado cum præfatis suis nefandissimis sequacibus cupiebat de ducere. Item Adrianus I. in epistola ad eundem Karolum Tit. lxxv. ejusdem codicis: Nos etiam in nimiam deminationem atque despectu esse videmur. Et infra: Non tibi placeat, bone & excellentissime fili, ut in tantum despectum atque humilitatis deminationem sancta Dei Ecclesia Romana, spiritalis mater tua, que caput est omnium Ecclesiarum Dei, veniat. Idem in epistola lxxvii. ejusdem codicis ad Karolum: In tanta afflictione & deminatione senati sum. Idem in epistola lxxxv. Scimus quid vestra regalis paternitas, quia non pro deminatione, sed semper pro exaltatione spiritalis matris vestra sancta Romana Ecclesia decoravit. Karolus Calvus in Precepto pro Ecclesia Eduensì, dato in Sylvanensensi urbe anno xxi. regnante Karolo gloriosissimo Rege, quod ex veteri Charulatio Eduensì Ecclesie descriptum beneficio vici clarissimi ac de re literaria optime meriti Antonij Vionis Herovallii: Supradictas res cum omnibus suis appendicijs & reddimus atque restituimus, ea condicione, ut vestris futurisque temporibus in usus & dispositionem præfata Ecclesie restituri que absque alicujus subtractione aut deminatione aut inlicita ingratitudine permaneant atque consistant sub immunitate fortissima.*

ADDITIO

STEPHANI BALUZII.

QUANDOQUIDEM incidimus in epistolam Gregorij IV. ad Episcopos regni Francorum, cujus multum in isto capite mentionem facit illustrissimus Archiepiscopus, res postulare videtur ut locum in paragrapho quarto ex ea epistola laudatum, quod gravi modo laborat, captam occasione resinuamus; præsertim cum studio procurante editionis emendatissimæ sollicitudine à nobis nuper sit. Nam cum superioribus annis adornarem novam operis Agobardi Lugd. Archiepiscopi editionem, inter que occurrit illa Gregorij epistola, cum non intelligerem quid significaret vox *diminationem*, que legitur in codice regio, pro qua Massonus perperam substituit *domini rationem*, ita potavimus corrigendum esse hunc locum, ut *minorationem* reponeremus, monito interim lectore *diminationem* scriptum esse in codice regio. Nunc itaque debere me puto veritati & hominibus istarum rerum studiosis ut veram illius loci lectionem restituiam, reddita Gregorij epistolæ voce *diminationem*, quem mutaveramus in *minorationem*. In quo illud interim

CAPVT XII.

Synopsis.

I. Galli sub Carolo Calvo decreta Papa de rebus secularibus non admittunt. Lothary regnum, post ejus abitum, Carolus Fraternum & Ludovicus Germania Rex patrii inter se dividunt, Ludovicus II. frater Lothary, hereditatem petit; quem Hadrianus II. juvat, excommunicatione Regibus indulta, prætextu perjury & bellorum qua inde manabant, Mandatum Hincmaro ut literas Pontificis Regibus significet.

II. Galli in conventu Aquigranensi respondent Pontificem non esse Regem & Episcopum; Respublicam ab eo non esse disponendam, sed ecclesiasticum ordinem; ex ejus arbitrio non esse dandum Principem; excommunicationem ferri non debere contra legem. Episcopos à Regis communicatione abstinere non posse, nisi exulenti à regno.

III. Rex & primores regni minati sunt Hincmaro, si decretis Papa adhereret, verum Ecclesie privationem. Coercitio per honorum capionem vana erat a se recepta. Hincmaro regit Pontificem ut abstinere ab us

decretis qua scandalum excitant inter Ecclesiam & Rempublicam, unde sequatur in religione, & in bonis ecclesiasticis, maxima incommoda.

IV. Non carbant quodam praeiux Romani Pontificis, petiti ex u/su illius seculi. Censuris ardebant subditos ad resarcendum fidem que Regibus debetur. Id tamen obtinebat petentibus Regibus adversus subditos, non autem adversus Reges. Exempla in prima specie, à Synodo Meldensi, à Synodo Salsburiensi, & à Concilio Engelenheimensi. Quod institutum à Concilio Tolosano.

V. Ob dignitatem regiam verba à Pontifice imminutam gravu contentis inter Carolum & Hadrianum. Insuper iste Hincmarus Laudensem Romanum duci, Regis cura, Exceanduit Carolus, ait Reges Francorum non esse Vicecomites, auctores, vel villosus Episcoporum: illis honorem debere iuxta Apostolum.

VI. Praeter injurias sibi illatas, adversam quoque canonibus Hadriani epistolam Carolus asserit. Ex utroque capite colligit, si mandata similia sibi aut Episcopis mittantur, cum excommunicationum minis, non receptum iri in regno. Ministerio apostolice sedis se obtemperaturum, id est, in iis que ferent secundum canones & traditionem majorum. Hadrianus his literis acceptis Carolum demulcet, & canonibus se accomodat.

VII. Immodesta Caroli comminatio adversus Hadrianum, sed mandatis illegitimis non recedit. Explacatus Hincmari locu. In Quinta Synodo anathema iudicatur ut qui fidem violant. Iovis sententia contraria sententia Caroli.

I. SUPERIORI capite demonstratum est quantum opere Ecclesia Gallicana renitteretur desiderijs Pontificum, si de rebus secularibus decernere tentarent. Eadem que sub Ludovico Pio viguit sententia, ad Carolum I alii tempora propagata est. Hadrianus II. anno octingentesimo septuagesimo tentavit de iure hereditario regni Lotharij sententia sua decernere, & mandata suis rebellex fratres Carolum Calvum Regem Francie & Ludovicum Regem Germanie excommunicatione placcdere, sed à proceribus regni explosa est hæc secularis jurisdictionis in vasio. Obiatur siue liberis, quamvis superstitite fratre Ludovico II. Imperatore, Lotharij Rex, Lotharij Imperatoris filius, Ludovici Pij nepos, anno octingentesimo sexagesimo nono. Evocatus à proceribus regni Carolum Rex Francorum, vacuum regnum Lotharieose occupavit, & Metis consecratus est. Sed agrè ferente Ludovico Germanie Rege regnum illud unversum à Carolo teneri, inita padione inter se Lotharij Regis fato fundi patriditiones æquis portionibus dividerunt Aquisgranum anno octingentesimo septuagesimo. Hadrianus Pontifex iouriam fieri ratus Ludovico II. Imperatori, Lotharij Regis fratri, & perjuri reatum à Regibus incurri, (qui olim iurijurandi formula in archivo Romanæ Ecclesiæ deposita spopoderant se à regnorum invatione vi-

cissim temperaturos, literas dedit per Legatos tuos ad Episcopos Francie, Germanie, & regni Lotharij, quibus vetat ne quis regnum illud occupare nitatur. Quod si quis presumpserit, non solum, inquit, per mediocritatis nostra ministerium Deo anclare viribus infirmetur, verum etiam vinculu anathematis obligatur, nomine Christianitatis privatus, cum diabolo, quem super hoc imitatur, omnino locabitur. Minatus est etiam dejectionem Episcopis qui tam nefarie temeritatis auctorem communione sua non repulerit. Hincmaro Remensis Archiepiscopo præcipue iussit ut apostolicarum literarum participes faceret ambo Reges, Episcopos, & proceres, et si que à tam violenta iovatione deterreret. Quod ille fecit, recitata & porrecta scheda in conventu Aquisgranensi, suffragium tamen suum suspendit.

II. Quæ mens Regum & procerum fuerit, docuit Hincmarus, Hadrianum Papam littejs hac de re datus; quibus testatur in ea Gallos esse seotentia, ut cam de re seculari agitur, auctoritari ecclesiæ licet vel excommunicationibus locus esse non possit. Cum potestatem sancto Petro primo Apostolorum & in eo suis successoribus datam, sed à Apostolis, & in eis, Episcopis pontificum ligandi & solvendi cellatum, illis infirmare volamus, respondent: Et vos ergo solis orationibus vestris regnum contra Normannos & alios impetentes defendite, & nostram defensionem nolite querere; & si vultis ad defensionem nostram habere auxilium; sicut volamus de vestris orationibus habere adjutarium, nolite querere nostram dispensationem. Et petite Dominum Apostolicum, ut quia Rex & Episcopus simul esse non potest, & sui antecessores ecclesiasticum ordinem, quod suum est, & non rempublicum, quod Regum est, disposuerunt, non precipiat nobis habere Regem qui nos in sic longinquis partibus adjuvare non possit contra subtaneos & frequentes pagonorum impetus; & nos Francos non jubeat scrivere cui volumus Senioris quia istud iurum sui antecessores nostris antecessoribus non imposuerunt, & nos illud portare non possumus, qui scriptum esse in sanctis libris audimus, ut pro libertate & hereditate nostra usque ad mortem certare debeamus. Et si aliquis Episcopus aliquem Christianum contra legem excommunicat, sibi potestatem ligandi tollit; & nulli vitam aeternam potest tollere, si sua peccata eam illi non tollant. Plura in eundem sensum habentur in dicta epistola Hincmari, qui gravi etiam oratione docet fieri non posse ut Episcopi à Regis communiione ablineant, nisi à regno exulare velint.

III. Sed quod attinet ad quæstionem nostram, ex ea epistola discimus bonorum ecclesiasticorum capione coercitos olum

Præter epistola Hadriani II.

In epist. ad Hincmar.

Hincmarus de re ad Hadrianum II.

Præter divisa regi Ludovico in Capitulo Caroli Calvi.

Hincmarus de re. In epist. ad Hadrianum II. ubi docet quod Rex & Episcopus simul esse non possit, & sui antecessores ecclesiasticum ordinem, quod suum est, & non rempublicum, quod Regum est, disposuerunt, non precipiat nobis habere Regem qui nos in sic longinquis partibus adjuvare non possit contra subtaneos & frequentes pagonorum impetus; & nos Francos non jubeat scrivere cui volumus Senioris quia istud iurum sui antecessores nostris antecessoribus non imposuerunt, & nos illud portare non possumus, qui scriptum esse in sanctis libris audimus, ut pro libertate & hereditate nostra usque ad mortem certare debeamus. Et si aliquis Episcopus aliquem Christianum contra legem excommunicat, sibi potestatem ligandi tollit; & nulli vitam aeternam potest tollere, si sua peccata eam illi non tollant. Plura in eundem sensum habentur in dicta epistola Hincmari, qui gravi etiam oratione docet fieri non posse ut Episcopi à Regis communiione ablineant, nisi à regno exulare velint.

Episcopos qui incompetenti excommunicationi de re seculari late adhererent. Refert de seipso Hincmarus Hadriano, se presentibus Legatis pontificis urfisse Regem & primores regni ut iussioni apostolicæ parent, qui minati sunt Hincmaro, ni cessaret, bonorum suorum fruitione & jurisdictionis usu privatum iri: *Presentibus vestris Missis, adeo ex vestra iussione verbis restitit Regi & regnarum primoribus, ut & coram eisdem Missis comminaretur mihi quoniam si in mea sententia permanerem, ad altare Ecclesiæ meæ cantare possem, de rebus verè & hominibus nullam potestatem haberem.* Omnibus verò incommodis quæ ex his contentioibus oriri possunt Hadriano suggestitis, prudenter illum obtestatur ut abiteat ab eis decretis quæ scandalum excitant inter Ecclesiam & Rempublicam, unde religionis dispendium & maximum bonorum ecclesiasticorum detrimentum sequi possit. Hæc sunt ejus verba: *Quapropter, Domine Pater reverentissime, consulite secundum privilegium sedis vestre, subjectioni nostræ, ne talia nobis cuiuscunque suggestionis mandatis unde inter episcopalem auctoritatem & regalem potestatem, inter Ecclesiam & Rempublicam, tantum scandalum possit oriri quod facile ac sine dispendio religionis vel detrimento ecclesiasticarum rerum, unde servi & ancilla Dei debeant navigari, & ecclesiastica negotia contineri, postea non possit sedari, quia sicut Abraham dixit ad Dominum: Absit hoc à te, Domine; non est hoc tuum, quò judicas omnem terram.*

Episcopos qui incompetenti excommunicationi de re seculari late adhererent. Refert de seipso Hincmarus Hadriano, se presentibus Legatis pontificis urfisse Regem & primores regni ut iussioni apostolicæ parent, qui minati sunt Hincmaro, ni cessaret, bonorum suorum fruitione & jurisdictionis usu privatum iri: *Presentibus vestris Missis, adeo ex vestra iussione verbis restitit Regi & regnarum primoribus, ut & coram eisdem Missis comminaretur mihi quoniam si in mea sententia permanerem, ad altare Ecclesiæ meæ cantare possem, de rebus verè & hominibus nullam potestatem haberem.* Omnibus verò incommodis quæ ex his contentioibus oriri possunt Hadriano suggestitis, prudenter illum obtestatur ut abiteat ab eis decretis quæ scandalum excitant inter Ecclesiam & Rempublicam, unde religionis dispendium & maximum bonorum ecclesiasticorum detrimentum sequi possit. Hæc sunt ejus verba: *Quapropter, Domine Pater reverentissime, consulite secundum privilegium sedis vestre, subjectioni nostræ, ne talia nobis cuiuscunque suggestionis mandatis unde inter episcopalem auctoritatem & regalem potestatem, inter Ecclesiam & Rempublicam, tantum scandalum possit oriri quod facile ac sine dispendio religionis vel detrimento ecclesiasticarum rerum, unde servi & ancilla Dei debeant navigari, & ecclesiastica negotia contineri, postea non possit sedari, quia sicut Abraham dixit ad Dominum: Absit hoc à te, Domine; non est hoc tuum, quò judicas omnem terram.*

I V. Attamen dissimulandum non est, ex usu hujus seculi Pontifices Romanos occasionem quandam harum excommunicationum trahere potuisse. Etenim aliquando ad faciendam debitam Regibus fidem censuram ecclesiasticam adhibebant, ut ejus metu rebelles ad officium reverterentur. Sed Principibus id exigentibus adversus subditos hoc dabatur. Quod usurarii non poterat quando Reges inter se dimicabant, ut docebitur uberiori cap. XVI. Prioris autem usus exempli petere licet è synodo apud Lauriacum habita anno DCCCXLI. relata in Synodo Meldensi & apud Ivonem, quæ eos qui contra regiam dignitatem aliquid machinantur, vel potestati regie per summam contumaciam non obtemperant, anathemate plectendos decernit. Inde Synodus Suesionensis anno DCCCXLVI. rogat Nicolaum I. ut Salomonem Britannie Ducem moneat, quò Domino suo Carolo regium obsequium præstet, annuòque census persolvat, *alioqui gladio apostolatus vestri se percellendum debito cognoscatis libramine.* Ludovicus Ultramaïnus Rex Francorum, ab Hugone Comite vexatus; subsidium postu-

lar à Synodo Engelenheimense, ubi aderat Legatus Romani Pontificis & Otto Imperator, anno nongentesimo quadragésimo octavo. Decreta est, ad petitionem Regis, in Hugonem regni invasorem excommunicatio, Toletani Concilij iudicium exequendo, nisi se Concilio futuro sistat, & à tam nefario scelere resipiscat. Deinde in Concilio Treverensi absens Hugo excommunicatus, insistente, ut inquit Flodoardus in Chronico, *Lindolfo Legato & Capellano Ottonis Regis, quoniam idem Rex id omnino fieri præcipiebat.* Hic usus à Concilio Toletano IV. initium sumpsit, & avorum nostrorum memoriâ cessavit.

V. Non solum autem ob jurisdictionem invasam, sed etiam ob dignitatem Regis verbo imminutam à Romanis Pontificibus, graves aliquando contentiones exarserunt. Ad Carolum Calvum Francorum Regem literas dederat Hadrianus his verbis: *Palam & apostolica auctoritate jubemus Hincmarum Laudunensem Episcopum, vestra fretum potentia, ad limina sanctorum nostramque venire clementiam.* Damnatu fuerat Laudunensis Episcopus Synodi Gallicanæ iudicio, deinde custodiz mancipatus ex Regis imperio, ut dicit capite sexto. Carolum vehementer commovit ista jubendi formula; quæ à decessoribus Hadriani nunquam fuerat usurpata; ut docet exemplo Gregorij Magni, qui petebat à Régibus Francorum quæ facta vellet, eosque horrebatur; non autem illis præcipiebat, nec res ipsas imperio exigebat. Itaque dignitatis læsæ injuriâ exandescens, multis in hanc audaciam detonat, è quibus hæc selegimus: *Reges Francorum ex regio genere natè, non Episcoporum Vicedominè, sed terra Domini hallenus suimus computati. Et ut Leo à Romana Synodo scripsit, Reges & Imperatores, quos terris divina potentia præesse præcepit, jus distringendorum negotiorum Episcopis sanctis juxta divalia constituta permiserunt, non autem Episcoporum villicè existierunt. Et sanctus Augustinus dicit, Per jura Regum possidentur possessiones, non autem per episcopale imperium Reges villicè sunt àterisque Episcoporum. Christus etiam censum Regi reddidit. Et Apostolus voluit servari Regibus, voluit honorari & non conculari Reges. Regem, inquit, honorificat.*

VI. Præter injuriam nomini regio factam, mandatum illud canonibus advgrsatur, ut dixi dicto capite sexto. Quare utramque contumeliam colligens, ita inserti Nolite igitur ex vestra nomine, vel apostolica sedis auctoritate, iussiones vel excommunicationum intensiones contra sacrum scripturarum tramitem, predicamentumque majorem, ac sacram

Caust. Tolat. c. 77

Epistol. Caust. Regis ad Iudic.

Leone epistola, quæ in Ludovico non è Leono Papæ, & in nomine Hincmaro, olim è hinc quæque dicitur si non ex synodo Romano sed Leono Romano. cap. Antiquiss. cap. scripto anno 814. ut dicitur V. Cl. I. dicitur.

Ep. Mel. c. 12. 7. 17. 18. 19. 20. 21. 22.

legam sanctorumque sanonum constitutiones, nobis de cetero simili cujusque insimulm permittere, precamur. Quia scitis & scimus totum esse irritum quidquid ab illorum fuerit constitutione diversum. Tandem rogat Pontificem ne contumeliosas epistolas aut mandata injusta ad se vel Episcopos & proceres regni mittat, ne illa contemnere cogatur: *Deprecantes vos in omnipotentis Dei honore & sanctorum Apostolorum veneratione ut tales inhumanius nostrae epistolas, taliaque mandata, sicut habemus ex nomine vestro suscepimus, nobis & re. ni nostri Episcopis ac praeeritis us de cetero non mandetis, & non compellatis nos mandata & epistolas vestras inhonorandas contemnere, & Missas vestras debitorare.* In his ramen rebus quae à ministerio apostolicae sedis pendent, id est, quae scripturis & decretis receptis non refragantur, se omne studium suum libenter impensurum:

Qui vobis in his quae ad vestram ministerium pertinent, si tamen ministerium vestrum, cupimus obtemperare. Infra: *Quia quod ex apostolica sedis nomine secundam sanctorum scripturatum transmissum, predicationemque majorum, & archidiorum decreta scribuntur, sequendam & tenendam non ignoramus; & quod scitis à quaquam fuerit compilatum sive confectum, non solum respectandum sed & redarguendum esse cognoscamus.* Hadrianus, his literis acceptis, Carolum blandissima oratione placare conatur, & Hincmarum Laudunenſis iudicium in provincia, juxta canones Sardicenses, renovari decernit.

VII. At tamen in hac concertatione eo prorupit impetus Gallorum, ut immodesta comminatio epistolae inserta fuerit. Suppliciter à Pontifice Carolus contendit ut negotium canonicè peragatur, ne nos, inquit, & nostros satis invitatis ad id cogatis convertere quod à Quinta universali Synodo & à Gregorio in synodica ad quatuor Patriarchas tenendum praescribitur; quod adhuc nostris literis ad exemplum inserere volumus, donec sciamus si divinitim mandatorum vestrorum erga nos aliter ad benignitatem insistere poterimus. Scilicet ad dejectionem vel anatema respicit decretum contra eos qui à quatuor synodorum constitutis discederent. Sed pace illorum dixerim, de fide definitionibus loquuntur Quinta Synodus & Gregorius, non autem de constitutionibus canonicis, quae necessitate vel utilitate cogente, aut etiam ratiſſime temporum habita, mutari possunt, cum regula fidei retractari non possit. Modeste fuisse Gallicanos Episcopos ex Ivone docuimus, cum de Paschalis I. facto ageretur, cujus communionem rejiciendâ consentibus Germanici regni Episcopos, oblitere nostri, docentes labem quae disciplinae inferretur non

admittendam, sed communionem reverentiamque Summi Pontificis esse diligentissimè conservandam.

CAPVT XIII.

Synopsis.

I. Sub tertia dynastia, non admissa decreta nova Conciliarum quae jura regi infringebant, Prohibitum Episcopo à Concilio Romano ne hominum praesentium Regibus, Tamen Radulfus Remensis obtinere non potuit Ecclesiam, quin prius moribus in regem receptis satisfecisset. Curia regi his decretis refragabatur, ex Ivone, qui mox Paschalem ad fallum iterum per dispensationem, Cujus consilium secutus est Summus Pontifex, etiam in simili specie, quae emissa in Anglia.

II. Constantium Ludovici P. I. in conservandis magistratum suorum iuribus adversus rescriptum Romana curia recessit Ivo, licet rem non approbet. Festum rescripto ne Propositi regis praesentationes exigant à pauperibus Clerico. Praecipit Rex ne vitaret executionem. Alioquin minatur bona Clericorum capere ire.

III. Divisionem Noviomensis episcopi vacante Ludovico Rege fieri non debere scripti Ivo ad Paschalem. Jura divisionis decernenda spectabat ad Pontificem, sed consensu Regis necessarius, ut vitaretur scissima, ex Ivone. Probatur necessitas regis consensu, à jure traditionis, ne status ecclesiasticus mutaretur; à jure quoque regio, quod parochiarum distributionibus interterre debet. Confirmatur Concilio Laterani & Emericensi.

IV. Conqueritur gravissimè Philippus Augustus de consilio Lucy III. qui Rege invito cogitabat de Metropoli Dalesi erigenda. Hoc salto regnum suum minus ait, & curiam à capite suo detegit. Minatur dissolutionem, si hoc fiat à Pontifice.

V. Errore Apparitionum monasterii in Ecclesiam cubedratem, à Bonifacio VIII. injuriam sibi factam peravit Philippus IV. Unde quae deinde Tolosa facta est immunitas, non accidisse censenda est absque Regis consensu. Hodie conceptis verbis adhibetur in similibus negotiis.

I. N tertia Regum nostrorum dynastia constantem etiam regni dignitatem & jura retinuerunt Rex Ludovicus VI. Crasus dictus & regni proceres circa annum mxxv. cum de sacramento hominij à Radulpho Archiepiscopo Remensi, Regi praestando, ageretur. Vetuerant Gregorius VII. Urbanus I. & Paschalis II. excommunicationis poenâ adjecit, ne Episcopi aut Clerici hominio, sed tantum fidelitate, se Principibus adstringerent. Radulfus, Gerardo Remensis Ecclesiae invadere pulso, sedi suae restitui Ivonis interventu peribat. Concessit Princeps ut Curiae, quam Aurelianis cogebat in Natali Domini, se sisteret. Sed recipere non potuit Ecclesiam Radulfus alia ratione, quam hominio praefixo, exemplo majorum & reclamante Curia, novissime Decretis, quae jura regni corrumpent, plurimum

Epist. Hadriani ad Carolum 220. 11.

Epist. Hen. Col. l. 1. c. 1. Si qua sanctorum fuerit, res, ut quoque illi deserviant, vel non deserviant, vel scilicet, si quidem Episcopi ad Clericos se abstergant alioquin à concordibus & scissibus. Item Ivo ad Paschalem de concordibus ex toto parviter dicitur.

Greg. I. c. 1. ep. 14. c. 1. Si qua praesentia viderentur, non deserviant, vel non deserviant, vel scilicet, si quidem Episcopi ad Clericos se abstergant alioquin à concordibus & scissibus. Item Ivo ad Paschalem de concordibus ex toto parviter dicitur.

Epist. 14. c. 1. 11.

rimùm refragante. Quod hodie appellatio- nis formalis perageretur. Sed reclamante Cu- ria, inquit Ivo, *plenariam pacem impetrare ne- quivimus, nisi predictus Metropolitanus per man- um & sacramentum eam fidelitatem Regi face- ret quam praedecessoribus suis Regibus Francorum antea fecerant omnes Remenses Archiepiscopi & ceteri regni Francorum quamlibet religiosi & san- cti Episcopi. Quod persuadentibus & impellentibus totius Curiae optimatibus, essi propter manda- torum rigorem minus licebat, factum est tamen, quia Ecclesia paci & fraternae dilectioni sic ex- pediebat.* Hæc petita sunt ex epistola Ivonis ad Paschalem II. quem demulcere conatur, prudenter docens in eis quæ non sunt prohibita aeterna lege, sed tantum à Præfultibus libertati acquirendæ consulentibus, dispensatio- nem utendum esse, summumque jus remittendum, monente Augustino, ubi populorum strages jacent, detrahendum esse aliquid canonum severitati, ut majoribus morbis sanandis caritas sincera subveniat. Mox subdit: *Consulendo & rogando monemus ut ibi consilij & pietatis studentis visceribus abundare ubi fas non est debitam fortitudinem exercere.* Ivonis consilium non solum in negotio Gervasij, sed etiam in simili specie quæ in Angliâ emerfit, secutus est Summus Pontifex. Cùm enim acriter inter se contenderent Anselmus Cantuariensis & Henricus II. Anglorum Rex, ita ut ille homi- nium Regi facere aut sine mora regno excede- re juberetur, Paschali Summo Pontifice consulto, qui literis suis hominij præstatio- nem interdicebat, in hæc verba prorupit Henricus, teste Willelmo Malmesburiensi: *Quid ad me de literis Apostolici? Jura regni mei nolo amittere.* Et tandem sui suum retinendo consensum Pontificis elicit, ut alibi testa- tur idem Malmesburiensis.

II. Eiusdem Ludovici Regis in confer- vandis magistratuum suorum juribus cons- tantiam recenseret Ivo, quamvis eam in facti specie præposita improbet. Clerici Carnotenses à Paschali II. decretum impetra- runt, quo Præpositis regis vetabatur ne ab Ecclesiasticis pauperibus præstationes ali- quas exigere. Præpositi verò Regi *sugges- serunt ad diminutionem sui regni hoc privile- gium factum esse.* Quam rationem tenuerit Ludovicus ut juribus suis prosperaret adversis novum rescriptum, docet, licet indignans, Ivo in epistola ad Paschalem: *Isti enim ad hoc Regem seduxerant, quomodo voluerunt, ut minaces literas adversus Clericum mihi mitteret, continentibus eum minus quàm bona Clericorum sibi accepturus sit, ubi cunque poterit, nisi privile- gium vestrum destruat, & vacuitas Præposi- torum in pace concedatur.* Præpositis nullam

fieri injuriam ex eo contendebat Ivo quòd non antiqua jura ab eis auferrentur, sed no- vis & illicitis exactionibus obviam iretur, ut ipse scripsit ad Regem: *Non enim minuitur aliquid de jure Præpositorum vel austerum, sed apostolica auctoritate interdumtur eis illicitæ an- garia & pauperum vexationes, quas non tantum Clerici sed nec laici licet exercere vel exigere.* Quod vetitum fuisse ait à Papa sub anathe- matis vinculo, idque à se incensulto Apo- stolico mutari non posse. Rogat Regem ut pacem cum Ecclesia colat, testaturque se nihil de jure Præpositorum minuire velle, ubi eis *justitia & quædam possessio legitimi poterit suffragari.* Petit inducias à Rege, ut Legatis Ecclesiæ Carnotensis liberum sit adire sedem apostolicam, cujus mandato, Regis desiderijs, remota pauperum oppressione possit fieri satis. Ivo literas ad Paschalem datis, tan- tum abest ut Præpositis faverit, quin potius ens anathemate plecti petiverit. Quis fuerit hujus controversiæ eventus, nos latet. Id tantum certum est, Regem bonorum capio- nem coercere voluisse Clericos Carnotenses, si rescripto Pontificis adversus magistratuum jura uterentur. Fortasse Præpositi regij Clericos egentes concutiebant, sed animadversio ad Regem omnino pertine- bat, nec excommunicationi erat locus, præci- pue cùm de crimine dubitaretur, & quod Clerici de rapina damabant; Præpositi inter salaria recenserent.

III. Quantopere de regni dignitate tuenda sollicitus esset idem Rex Ludovicus, colligere licet ex Ivone, qui Paschalem dissua- det ne petitiini Tornacensis Clericorum det locum. Pascebant divisionem Novio- mensis episcopatus, cum quæ jam à tempo- re B. Medardi, ante quadringentos annos, Tornacensis episcopatus in unam cathedram coaluerat. Videri sibi & ceteris Epif- copis Gallicanis ait Ivo vetustatem non esse convellendam; præcipue cùm non adeo lauti essent illius Ecclesiæ redditus ut duobus Episcopis sufficere possent, & dignitas epif- copalis his diebus paupertatem ferre non valeat. Sed præcipuam rationem petit à Regis animo, quem hac divisione adeo lædendum prædicat, ut schisma in Galliis hoc Pascha- lis factio provocatum iri non dubitet. *Nec in hoc resistimus, inquit, quin possit sedes apostolica parochiam amplitudinem minorare, aut brevitatem dilatare, si utilitas populi Dei ita exigat, & nullum inde schisma contingat.* O stendit deinde fovendam potius Regis benevolentiam quàm aliqua subreptione vio- landam. Ceterum quid schismatis nomine intelligat, docuimus capite octavo. Nempè significatum voluit Ivo, etsi divisionis de-

Vide secundum Paschalem 1140 ca. 2. 3.

Vide supra 1. 6. ca. 2. 3.

100 q. 108.

certendæ auctoritas esset penes Pontificem, tentari tamen invito Principe non debere, qui refragratione sua & diffidio executionem impediret. Ius autem diffidendi ex duplici capite Regi competebar, tum jure tuitionis, ne vetus consuetudo & status inveteratus Ecclesiarum illo invito mutaretur, tum pleno jure regio, cum fines dioceseon & reditus Ecclesiarum regie jurisdictioni æquè subint ac jura ordinationum huic vel illi Ecclesie assignandarum solum jurisdictionem ecclesiasticam respiciunt. Quæ adducta sunt libro secundo capite octavo & Concilio Chalcedonenſi manifestum faciunt regium decretum his diffiditionibus esse necessarium. Idque confirmari potest ex restitutione archiepiscopatus primæ Iustinianæ, quæ Iustiniani & Vigiliij Papæ constitutionibus debetur. Eodæque referri possunt exempla Regum nostrorum dicti libri 11. cap. 1 x. prolata, qui novos episcopatus dum constitui decernunt, etsi plenum jus in his rebus non obtineant, satis tamen docent hoc negotium iis inconsultis confici non debere; præsertim cum ad eos jus electionis agendæ aut confirmandæ & specialis episcopatum tuitionis & *Mundeburde* pertinerent. Vnde novus ille Aristensis episcopatus in gratiam Monderici & Rutenensis decus est, favente Sigiberto Rege, ut testatur Gregorius Turonensis.

In Hispaniis, Gallæcia in duas provincias à Synodo Lucensi, juxta Theodemiri Suevorum Regis desiderium, tributa est; ita ut nova metropolitana sedes apud Lucum sit constituta, aliquot episcopatibus ex antiqua Bracaræ metropoli recisus, & novis excitatis *Receſuinthus* Rex Gothorum Lusitanæ sedes, *synodi judicio, & decreto suo*, antiquæ metropoli Emeritæ restituit, ut testatur disertis verbis Concilium Emeritenſe.

IV. Quare non absque manifesta ratione conquerebatur Philippus Augustus Rex Francorum apud Lucum III. de consilio quod inierat ornandæ Dolenſis Ecclesie in minori Britannia, metropolitana dignitate, qua frueretur in ceteros Britannicæ Episcopos, quod in perniciem Turonensium Ecclesie cedebat. Hæc sunt Philippi verba in epistola ad Lucum; *In lesione Turonensium Ecclesie, qua tempore patrum nostrorum integram Metropolitanam jurisdictionem in tota minori Britannia obtinuit, regnum nostrum turpiter immutare ac mutilare contendit Ecclesia Romana, coronam de capite nostro decerere, & pedibus conculcare. Quid enim aliud est Archiepiscopum in eadem provincia contra Metropolitanam suam & integritatem regni nostri erigere velle, quam ab hereditate patrum nostrorum nos ten-*

quam imbecilles, resistere non valentes, efferre, & fugare? Videas Dominum, & judices, quia si processeris factum istud, minus amodo vos asseminimus patrem quam vitricum, minus nos sententis filium quam privignum. Deinde belli gravissimi, quod inter Francos & Britones exorturum erat, causam in Lucum refundit. Itaque more decessorum suorum rata non habuit quæ à Pontifice ad regie dignitatis & jurium regni immutationem decerni timebantur. Alia ratione in eadem controversia se gesserat Nicolaus I. qui Salomoni Duci Britannorum scripserat sedem Turonicam ab Episcopis Britannicæ colendam, tum si qua superesset controversia de metropoli Britannicæ, pace inter Carolum Calvum & Salomonem restituta, à Rege ipso & à Duce perspicui posse.

V. Bonifacius VIII. primus in Gallia tentasse videtur episcopatum diffidiones inconsultis Regibus nostris, Appamiarum monasterio in Ecclesiam cathedrali erecto, cujus diocesim è parocis aliquot ab Ecclesia Tolosana distractis compoluit anno millesimo ducentesimo nonagesimo quinto. Quæ de re graviter conquestus est Philippus IV. Francorum Rex, ut observavit Nicolaus Gillius. Itaque tandem coactus est Bonifacius contendere à Rege literis ad eum datis anno MCCXC VII. ut executionem Archiepiscopo Narbonensium commissam non sineret per regios ministros impediri. Quare existimandum non est Ioannem XII. paucis annis interjectis Tolosanam Ecclesiam in metropolitanam dignitatem subvertisse, & quamplurimis parocis detractis imminuisse, ut novis Episcopis illi subdendos excitaret, si consensu Regis destitutus fuisset, etsi ejus non meminerit in Bullis suis. Posteriores effecti consensum Regis Bullis adscribi obtinuerunt, ne quis superesset cavillandi locus. Itaque translatio episcopatus Magalonenſis in urbem Montispeſulani à Paulo III. decreta fuit urgente Rege Francisco, ut testatur faciunt Bullæ pontificie editæ an. MDXXXVI. quæ literis deinde regis confirmatæ sunt.

Vrbi regie Parisiorum datum ut episcopalis sedes in archiepiscopalem eveheretur; sed iisdem solemnibus servatis. Vnde quæ tentata fuerat literis pontificis absque Regis consensu episcopatum Grassensis & Venciensis in Provincia unio, Decreto Sanctioris Consistorij rescissa fuit anno millesimo sexcentesimo primo. Et impedita quam Nanceij fieri procurabat Dux Lotharingæ nova episcopatus erectio, in detrimentum dicecis Tulensis, refragante illustrissimo Cardinali Oſtato, & injuriam quæ regno fieret apud Pontificem non dissimulante.

Vide *Gravatum*
Parlatum lib.
II. c. 11.

Greg. Turon. 1.
c. 5. 16.

Concil. Lucens.
no. 149.

Concil. Emerit.
no. 8.

Stephanus Yve.
lib. 7. c. 154.

Stephanus Yve.
lib. 7. c. 154.

Stephanus Yve.
lib. 7. c. 154.

Stephanus Yve.
lib. 7. c. 154.

Stephanus Yve.
lib. 7. c. 154.

ADDITIO

STEPHANI BALUZII.

QVONIAM permulta observanda sunt in variis locis istius capituli, quae seferentur nimium distrahent, si suis quaeque locis additiones redderentur, placuit illas simul haec exhibere, tanquam in loco commodiori.

Primum itaque illustrandum nobis incumbit Ivo Carnotensis Episcopus, ex cuius insigni loco à Marca relato patet illum agnovisse sedis apostolicæ potestatem in minoranda parochiarum amplitudine, cum brevitate dilatata, ut ipse loquitur, id est, in univendis duobus episcopatibus, aut duos ex uno faciendi. Eadem fuit sententia Vrbanus I I. in Concilio Claromontano: cuius verba eò lubentius referam, quòd sedis apostolicæ Pontificem decant, & maximè faciunt ad institutum hocce nostrum. Habentur illa in narratione monachorum Majoris-monasterij Tucoensis, de his quae pro libertate illius monasterij acta sunt in Concilio Claromontano; cuius narrationis fragmenta quaedam edidit Ioretus in Notis ad epistolam Ivois Carnotensis. Edita est autem integra à clariff. viro Laurentio Bocheillo ex veteri codice MS. qui extat in Bibliotheca Segueriana: *Post hac Dominus Papa privilegium quod nobis dederat, coram omnibus legi præcepit, concedens Archiepiscopo Turonensi Rodolfo, & Clero ejus, ceterisque omnibus qui sanctores ejus esse volebant, imò etiam alijs qui in neutra parte steterunt, sibi iustitia intendere, ut si quid canonice passim, privilegio & auctoritate Romana contradicerent. Cumque illi quæ causæ gravatæ obstituerent obtulerent, qui verò sanam sapiebant, iustitia assensendo, ratione pacifica acclamarent, Dominus Papa, imperato silentio, crebris in pedes, eorum omni Concilio, ex auctoritate apostolica decernis pontificaliis verioribus est licere sibi facere ex uno episcopatu duos, & ex duobus unum, familiæ & abbatis, ceterisque congregationibus, dilante ratiõne acquiritis, quolibet modo sibi melius videretur. aut evadere passet, aut disjungere, & quicquid in deminutione & patrocinium sanctæ Romanæ Ecclesiæ suscipere vellet, nullas ejus auctoritates obviare passet. Quæ & 2 prædecessoribus suis facta ostendit, & ipsi in præfati Concilio, nulla contradicente, fecit.*

Notanda autem sunt hæc verba, dilante ratiõne acquiritis: quæ explicanda sunt secundum interpretationem Ivois, si nullius populi Dei ius exigat, & nullam inde schismate coniungat. Iudicia enim à Romana sede prolati nullius sunt momenti, quæ ex aequitate beati Petri lata non sunt, id est, quæ canonice requiritæ non niuntur, ut ex Leone I. & Hincmaro adnotavit illustrissimus Archiepiscopus hoc libro IV. cap. VI. §. III.

Insignis est præterea locus ille ex epistola CXXVI. Stephani Tomacensis, quæ est Philippi Augusti Francorum Regis ad Lucianum III. Pontificem Romanum, in qua Philippus acriter consequitur adversus Pontificem, quòd tentando erectiõnem episcopatus Noviomensis, coronam de capite regis deiecit, frangere. & pedibus conculcare contenderet. Eadem loquenti formati usus erat Vrvelanus II. Rex Angliæ sub initia pontificatus Vrbanus I. quando anjicimus Cantuariensis Archiepiscopus open Vrbanus imploare se vellet dicebat adversus Regem. Nam iste tum (ut in libro primo Historiæ Novorum refert Eaduarus) dixit

Anselmo: *Si eandem Vrbanum aut quembis alium suo mea stellatione & auctoritate in regno meo pro se suscipiat aut susceptionem tenet, contra fidem quam mihi debet facit, nec in hoc me minus offensus quam si coronam meam mihi tollere conarer. Unde & Episcopi quidam & magnates Angliæ Anselmum adveniens us ei in gratiam redire cum Rege persuaderent, his inter cetera verbis apud eum usi sunt: *Venerabilis memorie totum regnum conquirit adversum te quod nostro communi domino conaris imperij sui coronam auferre. Quicunque enim regia dignitatis ei consecraciones tollit, coronam suam & regnum tollit. Num quippo sine alio decanter haberi non posse probamus. Non ita multo post Ludovicus VI. Rex Francorum ad Callistum III. Summum Pontificem scripsit non toleranturam se ut Ecclesiæ Lugdunensis, quæ non est de regno, primatum obtineat super Senonensem; præsertim cum subiecto illa Ecclesiæ Senonensis facta sit laetanter & quasi sarris, nesciente scilicet Clero Senonensi, inconsultis etiam Episcopi illius diocesis, ignorante etiam Rege. Itaque hæc ad Callidum scribit paulò commotior. *Videtur enim aliquam adhuc spem habere Lugdunensis Archiepiscopus super illa quæm querit subjectione. Sed, ut verum fatear, sustinentur patius regni nostri totius incendium, capitis etiam nostri periculum, quam huiusmodi subjectionis & abjectionis approbationem. Videtur enim ad nostrum respectum contemptum, contra veterem morem iudicæ receptum subtraheretur auctoritati Primatis Bituricensis. Referenda est autem Philippi epistola, brevis illa quædam, sed tanto Principe digna. *BEATISSIMO O IN CHRISTO PATRI & DOMINO IMPERATORIS DEI GRATIA SUMMO PONTIFICI PHILIPPUS IUDÆM GRACIA REX FRANCORUM SALUTEM & DEBAM IN CHRISTO REVERENTIAM. Ecclesiæ Bituricensis, licet tenuis in facultatibus, inter alias tamen regni nostri Ecclesiæ existit nobilior: cum, sine vestra plenius novis paternitas, primatia obtineat dignitatem: cuius honorem, vestrum & regni nostri præprimam reputamus. Camigitur Burdigalensis Archiepiscopus, prædecessorum non sequens vestigia, se adeo obedientem & devotum Ecclesiæ Bituricensi exhibere non voluit sicut idem prædecessores sui fecisse nescuntur, paternitatem vestram cum quæm a passimus devotione regamus: quoniam ius Bituricensis Ecclesiæ inveni tu Dei & precum nostrarum obtinuit consecrare velitis, nec sustineatis quid tantus honor regni nostri circa hoc in aliquo minuat. cum sola Bituricensis Ecclesiæ in toto regno nostro primatia obtineat dignitatem: in cuius dimissionem, quod Deus avertat, nobis & regno nostro non mediciviter reputamus esse detrahendam. Aliter Parisius MCCXI. mensis Maii. Agbatue de Concilio provinciali: ad quod invitatus Archiepiscopus Burdigalensis, accedere non curavit, nec pro se aliquem responsalem idoneum destinavit. Quam ob causam Bituricensis Archiepiscopus auctoritate primatia sententiam in eum promulgavit, suspendendo ipsum ab officio metropolitanice dignitatis. Ab illa sententia Innocentium appellavit Archiepiscopus Burdigalensis. Sed Pontifex illam confirmavit; ut patet ex ejus Regesti lib. XV. epist. XLV. & lib. XVI. epist. LXXV. Atque hæc obiter dicta sunt ad afferendum aliquam lucem epistole Regis Philippi. Sed ut ad rem usquam****

Epistola Ludovici VI. p. 101. & 102. l. 1. p. 101. & 102. & 103. & 104.

reddamus, observandum est Reges existimasse concessa jura regnantium auctoritate tempore demanui, si quod ab ecclesiastica auctoritate tentaretur illis invitis, neque facile tolerasse. Quare mirandum non est quod, ut adnotat illustrissimus Archiepiscopus, Philippus IV. conquestus est de presumptione Bonifacii VIII, qui inconsulto Principe tentaverat novi episcopatus institutionem intra regnum, monasterio Ap-pamianum in episcopalem sedem mutato. Factus illud merito a verisabat Philippus, quod id fieret contra primum morem, in contemptum dignitatis regis. Hujus rei probationem debemus Petro de Peredo Ptoici de Chetá, Philippi Regis Legato apud Benedictum XI Bonifacii successorem. Nam Petrus ille capitula-culationum proponens anno MCCCLIII, die sexta Octobris adversus memoriam Bonifacii, hac inter alia scribit: *Temporibus sanctorum patrum qui prefecerant, sedant divisiones episcopatum perarari. Et quando hoc, sedant cum causa cognoscant plenaria de valore reddituum, ut sciverit quid dandum, quid detrahendum, & quid relinquendum, & cum aliqua complacencia Regum, parvorum, & populi, ad tollendum scandalum. Temporibus autem Bonifacii non sic, sed prout aliter.*

Supereit ut de metropolitica dignitate Episcopo Tolofano collata differamus, & ostendamus eam perviguisse, quia regis consensus est novitati adjectus est post flagrantissimas Iohannis XXII, literas eam ob causam scriptas ad Philippum V. Francorum Regem, quae extant in archivo regio Parisiensi. Aliis nihilominus literis eundem Regem moovit de erectione quatuor sedium episcopatum in provincia Tolofana, & de seditione episcopatum Albiensis & Claremontensis, sumique significavit eorum nomina quos novis Ecclesiis prefecisset Episcopos, ut etiam in hac parte Regis gratiam eliceret, quatenus quanti in bovismodi negotij faciendus sit adensus Ptoicipum. Praestat autem haec utraque literas referre ex archivo, ut diximus, regio Parisiensi. Haecenus enim edixit non fuerunt.

LITTERE IOHANNIS XXII.

ad Philippum V. Francorum Regem, quibus cum certiore facit de erectione archiepiscopatum Tolofani.

IOHANNES Episcopus servus servorum Dei castissimo in Christo filio Philippo Regi Franciae & Navarriae illustri salutem & apostolicam benedictionem. Si, prout indicit tibi, fili carissime, clari tui generis bonitas in te, ut credimus, firmissime radicata, quaecumque circa Ecclesias Christianissimi regni tui Franciae ad Dei laudem & gloriam suisque cultus augmentum ordinandas duxerint gesta gerere debes & placida, acceptabiliora nimirum tuis esse debent affectibus, dum in tuam & regni praedicti quietem promovendumque tutamen illorem redimendū effectus. Haec, fili carissime, considerantes attendit, & frequenter in animo revolvens quod in tanta multitudine populi, quanta saecundavit Altissimus civitatem & diocesim Tolofanam, singulorum vultus nequibat ut concederet unicuique pallio suscipere aut alias partes boni pastoris implere, quodque durum existebat atque difficile in tam larga & diffusa dioecesi ad unum tantum à tot personis ecclesiasticis & mundanis recursum haberi, attendentes etiam quod vix supererat haec usque memoria ut ex ea quo Tolofani episcopatus vivebat opulencia copia redduam aliquod in Ecclesia vel

dioecesi Tolofana provenisset divini cultus augmentum. imò sic ex alijs prodierat & prodibat iniquitas ut imò jam tempore lusus, cura carnis in desiderijs, evectioem pompa, numerositas clientelae, sumptus enormes, & alijs extraneis sibi vendicarent quasi totum patrimonium crucifixi, & ab ipsius nostrae considerationis innotu non excludo quod tibi de regno praedicto, ad quorum tuam tranquillitatem assuecimus, periculolum esse poterat, in adversi praesertim ingruentia temporis, in partibus illis talem habere Pontificem qui in potentia & divitijs quasi cujusdam Regis insignis praesertat, non pro te velut filio praedicto necnon pro ipsarum civitatis & dioecesis populo salubre consilium capientes, debuit officij pastoralis implendo, necnon dissipando malum quod praedictorum reddituum copia excessiva produxit, & nihilominus civitatem ipsam novae dignitatis insignis volentes, & per consequens regnum tuum speciali quadam bonificencia decorare, ipsum Tolofanum episcopatum ejusque redditus in quinque partes de fratrum nostrorum consilio per certos limites duximus dividendos, civitatem seu Ecclesiam Tolofanam, quae sicut solemniori statu & conditione potiori praesulget, sic & est gaudioris honoris visualis effluenda, in archiepiscopalem erigentes seu metropolitancam, ac in quatuor alijs partibus quatuor episcopales Ecclesias ejus suffraganeas de novo creantes, ut tantum onus partium in plures, quod per unum proculdubio sustineri non posset, levius ferretur à multis & dumidonei erunt in unaquaque regione pastores, divino cultui insistant ubertius, pijs diligentius intendat operibus. & per sui ministerium Praesulis grex subditus facilis retrahatur à noxijs & ad salutaria dirigatur. Et ut insuper tanta unius potentia debitori per divitiam hujusmodi reddita, nedum timor tibi de ipsam concussione partium possit superesse suspicio, quin etiam evidenter occurrat de illarum fidei constantia majoris securitatis & fiducia plenitudo. Tutitaeque, fili carissime, ordinationem nostram hujusmodi tam expedientem & utilem, & tam honorabilem regno & civitati praedictis, ac ipsius efficaces rationes & causas, necnon ordinantes parvam intentionem & relectam, attema nec minus grata meditatione recogitans, ac considerans adveniens quod per id tu & regna tuo comensis regimini multiplicatos interefflore habebitis apud Deum, nullis, quatenus, nostris in hac parte vota, quae in ubi credimus cum divini numinis voluntate concurrere, depravare nitentibus acquiescas; quinimo perveritas susceptiones talium sic prudenter rejicere sicque viriliter studere confutare quod tuis gratum existere debeat, & tu proinde ab eo crispus in hoc negotium agitur, condignam praemium reportare merearis. Datum Avinionis Nonis Julij, pontificatus nostri anno primo.

LITTERE EIVSDEM PONTIFICIS

ad eundem Regem de institutione novis episcopatus in regno Franciae, & de Episcopis ordinatis in novis Ecclesijs.

IOHANNES Episcopus servus servorum Dei castissimo in Christo filio Philippo Regi Franciae & Navarriae illustri salutem & apostolicam benedictionem. Per alias tibi, fili carissime, scribimus literas qualiter episcopatum Tolofanum ejusque redditus in quinque dioecesis de fratrum nostrorum consilio per distinguendos limites duximus dividendos. civitatem seu Ecclesiam Tolofanam in archiepiscopalem eri-

gentes seu metropolitanam, ac in quatuor aliis diocesis quatuor Episcopatus Ecclesias ejus suffraganeas de novo erigunt. Sed & nunc tibi significare providimus nos Albiensem in duos & Claramontensem episcopatus in alios duos fuisse divisisse. Ut autem de locis in quibus confirmamus episcopatus hujusmodi, ac de personis de quibus episcopatus providimus antefatis, notitiam habeas, scire te volumus quod castrum seu villam de Rivis ac villam sancti Papuli & Lumberiaci quondam Tolosana ac Montemalbani quondam Carcennensis diocesis civitates fecimus, & in eorum qualibet Ecclesiam constitutam cathedrali: quarum prime, scilicet de Rivis, de dilecto filio Magistro G. de Btucia Decano Biterrensi Consiliario tuo, viro utique ejus generis, fidelitas, & merita te nos latere, secunde, scilicet sancti Papuli, de dilecto filio Abbate ejusdem loci, viro profunde scientia & fidelitatis experite, tertie vero, scilicet Lumberiaci, de dilecto filio Abbate ejusdem loci, fratre dilecti filij nobilis viri Comitis Convenarum, viro laudabilis conversationis & vite, & quartie, scilicet Montalbani, de dilecto filio Abbate ipsius loci Capellano nostro & castrum appellationum nostri palatii Auditore duximus providendum. Castrum autem quondam Albienis & villam sancti Flori quondam Claramontensis diocesis similiter fecimus civitates, & in eorum qualibet Ecclesiam constitutam cathedrali: quarum prime, scilicet Castrensi, de dilecto filio Abbate Lanciaensi Magistro in Theologia, relique vero, scilicet sancti Flori, de Abbate sancti Tiberii Doctorum Capellano nostro providimus, vis utriusque genere nobilitatis & morum honestate preclaris, qui omnes de tegno tuo Francie oriundi, & fidelibus regni progeniti, regiorumque commodi & honoris Terris zelatores existunt. Hæc, fili dilectissime, sociis intendentes in eis Dei honorem & gloriam, sicque nominis cultum extollere, animarum procurare salutem, & tuam & regni tui tranquillitatem, securitatem, & pacem, ac commodum evidens promovere. Datum Avinioni vii. Idus Iulii, pontificatus nostri anno primo.

CAPVT XIV.

Synopsis.

I. Philippus Augustus nihil licere velis Romano Pontifici in administratione regni. Interdillum se non observatum dixit, si quod a Legato ferretur, ob pacem cum Anglo repudietur, à Rogerio, & Mathias Paris. Proceres regni nonent quoque eandem Philippum ne factus in eam cum Anglo per coalitionem D. Papa. Philippum IV. ad inducitur cum Anglo per excommunicationem egi à Pontifice passus non est. In temporibus se nominis subijci profertur; in spiritualibus partem, in quantum debet.

II. Hæc induciarum indictiones à Pontificibus factas non caruisse prætextu probabili. A treuga & pace qua erat indulta in bello privato, argumentum dicitur ad bella publica. Fada strages à bello privato. Inductio illi vendita ab Episcopis & proceribus regni, qua dicitur esse Treuga domini, à Glabro, qui explicatur in voce Vadimonium. Bello privato, legibus media non tolerata.

III. Inductio illa decreta à Principibus & Episcopis, excommunicationibusque renita. Deinde à Cyn-

tilis confirmata. Car dille Pax & Treuga. Inductiarum violatarum cognitio ad Episcopos & proceres; qui ex postis convenis egi poterant excommunicationibus ad persequendas raptores. Pacis violatae excommunicati & proscripti ab utraque potestate, occidi poterant impeno à quolibet privato. De hoc solo genere excommunicationum intelligendus Vrbanus II. apud Gratianum.

IV. Superius dicta trahi non possunt ad bella publica à Regibus induta. Belli generalis possessio non eximit à censuris latens depradationes. Quia ad summam dubia res est an bellum sit iniustum, idcirco cessat jus excommunicandi; maxime in eis qua respiciunt jus regiam. Jura Principum excepta ab induciis privatiis. Bello privato venia B. Ludovici edita; sed penitus recisa consuetudine Philippi IV.

V. Maxima Regum auctoritas in negotiis pacis fracta. Eorum iusta resisti poterant communioni raptorum quos Episcopi eam ob causam excommunicaverant, ex Ivone, qui adducit locum à Capitularibus penitus de culpatis à Rege in gratiam susceptis.

VI. Agitur de explicatione famosi illius loci. Petitus est à Concilio Tolosano in i. caput Concilii hoc est sententia; excommunicatus ob crimen majestatis, si à Rege indulgentiam promeruerit, ab Episcopis quoque communionem ecclesiasticam resistentes. Hoc verum in Gallia ad pacis infractores. Puna canonica dimittebatur, non autem peccatum depradationis, ex Ivone.

VII. Ante Concilium Tolosanum, Regis venia in crimine majestatis promittentia ab Episcopis indultum solvebat, ut patet ex falso Prætextu, qui Ecclesiam suam recepit post coversionem Regis; quia non fuerat dejectus à Synodo Parisiensi, sed tantum penitentiam addidit. Hæc indulgentia Regis ad omne crimen publicum trahi violatur à Capitularibus. Hæc, post absolutam penitentiam publicam, immitti illa potest.

VIII. Privilegium Regibus nostris indultum ne incidant in sententiam ob commercium cum excommunicatis fulciri potest usu illius antiquo.

ADDITION. De Treuga & Pace nonnulla adferuntur non indigna scita. Concilium Tolosanum habitum eam ob causas; itaque Synodus Heltenensis, & Concilium Narbonense. Tunc etiam Concilium apud sanctum Agidiam, & Treuzum. Quæ omnia suspensam antea edita fuerunt.

I. ADMINISTRANDI regni sui communionem denegavit Philippus Augustus Romano Pontifici, cum ab Ioanne Anagnino Cardinali ad pacem cum Henrico Rege Angliæ in eundem ex auctoritate sedis apostolicæ invitatus, Legati minas (qui, interdido lato in univcrsum regnum, Regis contumaciam se castigaturum minabatur) hac responsione repulit, ut referunt Rogerius Hovedenus & Matthæus Paris: *Quod sententiam suam non timeret, nec teneret, cum nulla aequitate niteretur. Dicebat enim quid non pertinet ad Ecclesiam Romanam in regnum Francia per sententiam vel alio modo animadvertere, si Rex Francia in homines suos demeritos & regno rebelles, causis injurias suas & coronæ dedecus ulciscendi, inforsit. Cum idem Philippus anno MCCIII. ad pacis fœdus amplectendum cum Ioanne Rege Angliæ ab Innocentio urgeretur, Odo*

Regisio Havoc ad an. 109. Martiani Pauli in Hæticis I. 1.

Vide Raynoldum ad an. 1204. f. 11-12.

C. 7. N. 1. T. 14. Libri. De regno. Item notandum, quod factus Regis Angliæ per viam

Dux Burgundia & proceres regni alienum à dignitate Regis esse rati ut Rex Pontificis imperio ad pacificendum de pace aut induciis cum Anglo cogere, consilio suo Philippum monuerunt ne se ad illa obsequia demitteret, léque totis viribus, si quid contra tentaretur, obstiturus. Vestigia decessorum suorum premens Philippus IV. anno MCCXCIII. prudenti responsione dignitati suae cavet, cum indictis à Bonifacio VIII. ad biennium induciis inter ipsum Regem & Romanorum Angliæque Reges, & excommunicationis sententias adversus refragantes latis, non acquievit, administrationem regni sui, quæ à suo solius arbitrio *quoad imperialia* penderet, nemini concessurum, aut submissurum professus, sed jura regni sui fortiter tuturum adversus hostes, quos sententia excommunicationis potius implicent quam Regem. In his verò quæ *spiritualia* contingunt, le more decessorum luorum, ut devorum sedis apostolicæ & Ecclesiæ solum, in quantum tenentur & debent, monitionibus & præceptis Pontificis pariturum.

II. Quin plures futuri sint qui has induciarum indictiones audaciaz adscribant, non dubito. Attamen si quis mores illius seculi investigaverit, ut Regum causæ faveret, ita prætextu satis probabili Romanos Pontifices non omnino fuisse desituros inveniet. A Pace & Treuga, quæ Conciliorum Decretis inducta erat in bellis privatis, quæque censuris ecclesiasticis munitur, ad inducias in bellis publicis indicendas ipsi Regibus argumentum traxerunt. Bella privata, quæ pondere & pudore legum comprimebantur, Romanis rempublicam tenentibus, per Gallias & ceteras Europæ regiones grassata sunt, cum duris exterarum nationum moribus ferrum lentis fori ambagibus succellit, & juri publico aperta privatorum injuria. Tunc enim quisque suam suorumve injuriam non in jure coram iudice, sed ferro manique persequeretur, adeo ut et si his inimicitias, quas *faidas* vocabant, & leges Longobardorum & Capitularia Regum modum præscriberent, tamen ingravescente in dies morbo, cædibus, depraedationibus, & incendiis respublica sædissimè vastaretur. His incommodis prospicere Gallicani Episcopi curarunt, non extincto quidem nefando illo bellorum privatorum usu, sed represso per inducias, quæ aliquot dies ociofos à cædibus redderent, sacratissimæ religionis prætextu. Anno MXXXV. Episcopi & proceres provinciarum in Aquitania primum, deinde per reliquas Gallias, decreto suo privatis bellis inducias in dixerunt, sub nomine *Treuge Domini*, à Mercurij suprema

die usque ad disiculum diei Lunæ subsequens, ea lege, ut nemo ab inimico ultionem exigeret, nemo prædereretur, nec etiam à fidei iure pignus tolleretur; pœna captis, aut exilio, & excommunicatione, in rebelles irrogatis. Rodolphus Glaber meminit hujus institutionis, quam cetera quidem apertissimis verbis descripsit, sed pignus ablatum è domo fidei iuris *Vadimonium* vocat, Latina dictione, quamvis significatio ne barbara. Quod fraudi fuit illustrissimo Annalium ecclesiasticorum conditori, qui de strepitu fori hic agi putavit, & de privatis dissensionibus, quas, si iustæ sint, unaquæque die persequi liberum erit, vel desere- re necessarium, si fuerint iniustæ, hocque nomine Gallicanos Episcopos traducit. A qua reprehensione sine dubio temperasset, si confirmatas à quatuor Conciliis generalibus has inducias animadvertisset, & relatas in librum Decretalium sub titulo *de Trenga & Pace*, cuius usum & Glossæ & Juris Canonici interpretes abrogatum esse aiunt, hæcque sola observatione se curiosi antiquitatum indagatoribus satisfecisse putant. Bella isthæc privata, nec legibus probata erant, nec omnino damnata, imò verò si provocatio vel potius, ut illius seculi verbo utar, si *diffidatio* præcessisset, pro jure constituto habebantur, ita ut in adversarialium cæde, prædis, & incendiis grassari liceret, ut docent Ivo, Friderici I. & Conradi leges. A quibus bellorum injuriis abstinendum erant diebus Iovis, Veneris, Sabbati, & Dominica, quos sub finem vitæ præcipuis salutis nostræ mysteris Dominus consecravit.

ADDITIO

STEPHANI BALUZII.

ANTEQUAM ultra progrediar oratio, lubet hæc additio nostra tam si ut vocare quemquam debeat à studio rerum pulcherrimarum; sed ut solent liberales ac sciti convitatores, qui lætæas interdum ferulæque non admodum exquisitæ præbent convivis suis, tantum ut irritator fiat meliorum ciborum appetentia. Idem mihi visum est eruditissimissimi scriptoris observationibus memet inserere & lectionem tantisper ab eorum lectione retardare, mihi gratiam habiturum quod spaium ipsi tribuerim ad colligendas ingenij vires. Quamquam meæ hæc additio etiam non injucunda videri poterit iis quibus eruditionis sunt curiosi, quique singulares quasque observationes testimoniis veterum fultas lubenter conspiciant. Quod eo gratius erit hoc loco, quod vir doctissimus àn vocis *vadimonium* interpretatione lapsus sit, quem admodum observavit illustrissimus Archiepiscopus. Itaque afferam aliquot testimonia, quibus ostendatur *vadimonium* significasse olim pignus, quod nos Galli

Imprimi voluit
Eugenius Dominus
Pagæ.

M. P. M. II. T. S.
Libert. Regnum
Imperialium
in fine ad ipsam
Regem filios &
nominem aliam
promissis signis
et omnino signis
virescunt
M. P.

De Indis vide
Gul. Lindberghii
& Sprengelii,
X. P. Iac. Stron,
ad Cap. Caroli
Calvi.

Glaber. l. c. v.

Cord. Barro. ad
anno 1014.
p. 49.En etiam apud
M. P. in Decretis
p. 10.De op. 179.
Friderici apud
Adrian. Viterb.
Constitut. in
hæc verba.

vocamus *page*. Nihil enim eam rem probandam testimoniis afferri potest illustrius quam hic locus ex epistola Fulberti Episcopi Carnotensis, qui eodem cum Glabro aetate vivebat: cujus hæc sunt verba in tomo secundo Spicilegij Dacheriani pag. 819. *Sed neque licitum est de Ecclesia tunc usque sacra abstrahere & aliquam manibus loco vadinionij tradere. Infrâ pag. 831. Sed inconspicuam est ut in vadinionem ponatur.* In veteri Chartulario Ecclesie Cadurcensis extant veta quædam confecta Urbani II. pontificatu, ex quibus constat vocem illam tum in eadem significatione ulsepatam fuisse. Nam Gerardus Episcopus Cadurcensis harrans quomodo Ecclesia de Monte dominico perverit in manus laicorum, ita loquitur: *Cujus Ecclesie possessio præteritis tempore in Cadurcensi Ecclesia domino dimissio habita, moderno vero, nescio cuiusmodi occasione, à Bernardo Episcopo ac quibusdam seculariter viventium Clericorum alieni potestati præsumptis pro vadinio supposita, & sic in laicorum manus deducit personarum.* Cosmas Decanus Prægens in libro tertio Chronicæ Bohemorum pag. 57. *Item ejusdem Ecclesie v. p. v. cum limbo Karibone ad Judas sunt potius in vadinio pro quingentis maris argenti.* Ordericus Vitalis lib. III. pag. 474. *Anschetilus regnum suum palam confessio, vadinio Abbati Theoderico dedit.* Ludovicus VII. Francorum Rex in literis de concordia inita anno MCLIII. inter Godefridum Episcopum Lingonensem & Odonem Ducem Burgundie, quæ extant in Chartulario Ecclesie Lingonensis, illic ergo Episcopus hæc inter cetera ait adversus Ducem. *Quæ etiam villam Broisi, & aliam que dicitur sanctus Johannes, quæ in vadinio tenet sine assensu nostro, cum sint de nostro feudo, Cesaricus Heisterbachensis lib. XII. cap. XII. Erat nam in proximo manens Miles quidam dives & beneficus, ministerialis tamen, hinc juvenis immundus aledia sine feudo suo partim vendebat, partim in vadinio exponbat. Vide illustriussum Archiepiscopum in historia Beneventi lib. v. cap. XIV. §. VI. & cap. XXXI. §. VIII.*

bita. Observandum verò *Pacem & Treugam* dici hæc à bellis privatim feriationem, quòd ratione Clericorum omnium; peregrinorum, mercatorum, agricolarum cum bobus aratoris, dominarum cum sociis suis inermibus, mulierum omnium, rerum ad Clericos monachosque pertinentium, & molendinorum, pax ista omni tempore indulta est; ratione ceterorum, treuga tantum, id est, indicie aliquot dierum. Sanè fatendum est excommunicatione multatos fuisse pacis vel treugæ violatores, & ad refarciendum damnum læso coactos. Sed Episcopi & Comitibus hæc erat cognitio, ceterorumque Baronum: qui tamen si cessarent in persequendo armis raptore, excommunicationibus & interdictis ad officium quo se obstrinxerant adigebantur, ut vice versa eis qui contra pacis perturbatores decertarent, duorum annorum penitentia indulgebatur, aut plurius, ad arbitrium Episcopi, pro modo laboris. Si raptores istos pacisque violatores, ab utraque potestate proscripserit, occidi contingeret à quoquam privato, *Ætelo justitia*, non homicidij poenâ canonica & ordinariâ, sed leviori & remissiori satisfactione culpam illam dilindendam docet Urbanus II. qui de hoc solo genere excommunicatorum intelligendus est, non autem de omnibus excommunicatis, ne quidam sibi malè feriat persuaserunt. Cujus interpretationis eò lubentis hic memini, quòd eò levari posse mihi videatur invidia quæ ob textum hunc malè intellectum creari solet adversus Summos Pontifices.

Apud Breviarium
de excommunicatione
num. 10. §. 1.

III. Decretæ autem fuerunt induciæ istiusmodi, non solum ab Episcopis, sed etiam à proceribus cujusque dioceseos, ut diserte docent Glaber & Ivo, ut patet ex treugæ istius constitutione quæ lata est in Angliâ & Normannia ex consensu Episcoporum & Baronum à Guillelmo I. Rege anno M L X X. apud Ordericum Vitalem, & à Raimundo Berengario Comite in Barcinonensi Comitatu anno millesimo sexagesimo. Recepta sunt & amplificata isthæc de creta à Concilio Claromontano sub Urbano II. anno M C X V. à Romano sub Paschali II. anno M C I I. à Lateranensi sub Innocentio II. anno M C X X I X. & ab altero Lateranensi sub Alexandro III. anno millesimo centesimo octuagesimo. Hoc solum discrimen interest inter primam induciarum institutionem & confirmationem, quòd à Concilio festi dies quamplurimi quatuor illis singularum hebdomadarum diebus adjecti fuerint, & à Concilio Lateranensi sub Innocentio II. incendiorum devastatio Prohi-

IV. Sed hæc omnia trahi non possunt ad bella publica, quæ à Regibus, ut res suas repetant, aut reipublicæ injuriam illatam ulciscantur, indici solent. Etenim belli gerendi potestas, quæ à Deo Regibus collata est in Veteri instrumento, & in Principes Romanos discretis verbis lege regia translata, Reges liberos præstat ab excommunicatione quæ in deprædatores & alienorum bonorum invalores à canonibus irrogatur. Quia excommunicationi locus non est, etiam in privatis personis, nisi cum de crimine manifeste & aperto agitur, non autem cum dubitatur de crimine, ut docuit olim Hincmarus ex Augustino. Porrò sola belli à Principe indici ratio id saltem obtinere debet, ut justitiæ niti præsumatur, præcipue cum regia dignitas in munere regio exercendo nullius judicio sit obnoxia, sed soli divino muneri se submittat. Quare in ipsa pacis & treugæ promulgatione jura Principum conceptis verbis excipiuntur, ut patet ex indicatione pacis & treugæ à Guillelmo Archiepiscopo Aufcicano, Legato sedis

Constitutio Archiepiscopi
Aufciani anno
1044. §. 10. §. 11. §. 12.

Glaber l. 4. c. 5.
Ivo epist. 26.
Tropica Cui sum
off. communi lege
jurata: pro com.
muni ratione medi.
catis dicitur, ut
glabro de pacis
creta de 24.
ora, Episcopus
Biscliarum quod
inductioes per
mittat.
C. dicitur l. 1.
24. §. 10. §. 11.
V. dicitur l. 1.

1700. m. 10. l. 1.
 11. de leg. 1. v. 1.
 12. de leg. 1. v. 1.
 13. de leg. 1. v. 1.
 14. de leg. 1. v. 1.
 15. de leg. 1. v. 1.
 16. de leg. 1. v. 1.
 17. de leg. 1. v. 1.
 18. de leg. 1. v. 1.
 19. de leg. 1. v. 1.
 20. de leg. 1. v. 1.

apostolicæ, post Concilium Romanum anno M C I I. publicata: *Principibus autem & dominis terrarum jura sua & consuetudines, et non contradicimus in terris suis.* Deinde pacis illius infractæ cognitio Episcopis commissa erat, de Comitum & diocesanorum consensu, quæ ex pacis conventis legem accipere debet, ut scripsit Ivo Cnnoni Legato, imò & Comitibus Baronibûque diocesanos pars illius cognitionis competebar. Quæ omnia cum bellis publicis comparata discrimen apertum inter utraq; constituunt; & jus indicendarum Regibus induciarum, quod ex hac comparatione peteretur, à Romanis Pontificibus abdicant. Bella ista privata à Ludovico immortalis memorie Principe vetita quidem; sed rediviva Philippus I V. constantissimus Princeps constitutione sua Toloz edita in perpetuum rescuit anno millesimo trecentesimo tertio.

V. Ceterùm quantum sibi potestatem in violatæ pacis negotio Reges Galliarum assererent, colligi potest ex Ivone: qui consultus à Daimberto Senonensi Archiepiscopo, an jubente Rege communionem restitueret cuidam *raptori & sacrorum dierum violatori*, id est, infractæ legis publicæ reo, quæ diebus sollemnibus præcipuè servanda erat, ut dixi, respondet rectè quidem excommunicatum videti, attamen ne Regis animus lædatur, dispensatione utendum esse; maxime quia rerum temporalium dispensationes Regibus attributa sunt quare si potestate sibi concessa abutantur, monendos quidem esse, sed non exasperandos, divinòque judicio relinquendos. Vnde concludit restituendam reo communionem ecclesiasticam, laudato famoso illo loco è Capitularibus petito: *Si quos culpatores regia potestas aut in gratiam benignitatis receperis, aut mensa sua participes feceris, hoc & sacerdotum & populorum conventus suscipere ecclesiastica communione debetis; ut quod principalis pietas recipis, nec à sacerdotibus Dei extraneum habeatur.*

VI. Quæri solet quæ sit hujus loci ab Ivone laudati sententia, an in univèrsam omnibus excommunicatis sit reddenda communio, quos Rex gratiæ suæ participes fecerit; an verò hæc indulgentia certâ quadam specie contineatur. Sanè canon C I I. Toletani Concilij x I I. (cujus verba transscripta sunt in Capitularium libros, & è Capitularibus ab Ivone variis in locis prolata) hanc sententiam reddunt, eos qui regni pacem læserint, statimque patriæ gentis Gothorum turbaverint, aut infensu animo in Regem fuerint, eaque de causâ anathemate ab Episcopis proscripti, quemadmodum decretum est Concilij Toletani I V. canone

l x x I V.) si postea Regis indulgentiam promeruerint, (cujus arbitrio eorum criminum venia relaxata erat canone v r I I. Concilij Toletani v.) eos, inquam, ab Episcopis excommunicatione illa publica solvi debere, & communionem ecclesiasticam donari. Hæc sunt verba Concilij Toletani x I I. *Et ideo quia remissio talium, qui contra Regem, gentem, vel patriam agunt, per definitiones canonum antiquorum in potestate solùm regia ponitur, cui & peccasse nascuntur, ad eam nulla se deinceps à talibus abstinebis Sacerdotum communis; sed quos regia potestas &c.* Quare dubitandum non erat quin ex hoc Concilij Toletani decreto liberum esset Regi Francorum pacis publicæ infractoribus veniam criminis, quod statum Reipublicæ lædebat, indulgere, quam sequi debebant Episcopi in solvenda pœna ecclesiastica. Quod ita intelligendum est, ut pœnitentiæ publicæ & pœnæ canonicæ indulgentia tribueretur, non autem peccatum quoad Deum dimitteretur, nisi reus aliunde in gratiam cum Deo rediret, ut docet Ivo. Hac indulgentia usus erat Ivo ipse erga Gervasium violatæ pacis reum, quem communioni ecclesiasticæ reddidit in *Curia Paschali*, id est, in conventa regni ad diem Paschalis à Rege Philippo I. indicto. Quod se fecisse pro regia honorificentia, frerum auctoritate legis supra scriptæ, testatur.

VII. Simile aliquid occurrit in Gallia, ante Concilij Toletani tempora. Prætextatus enim Rothomagensis Episcopus à Chilperico Rege delatus inter reos lætæ majestatis apud Synodum Parisiensem anno quingentesimo septuagesimo septimo, cum crimen per calumniam sibi impactum, spe veniæ proposita, confessus esset, excidit quidem à communionem, licet sacerdotio dejectus non fuerit, Berthramno his verbis eum alloquente: *Quis Regis gratiam non habes, ideoque nec nostra caritate uti poteris, priusquam Regis indulgentiam merearis.* Post aliquot annos à Rege Gunthramno susceptus, & convivio ejus aditus, ad urbem suam regressus est, nullo synodi judicio habito, quia ei tantum pœnitentia erat præscripta; ut Ragnemodus Parisiensis urbis Episcopus suggestit Regi, teste Gregorio Turonico. Quæ pœnitentia soluta est solâ venâ Regis. Itaque ex usu antiquo Gallorum, & ex verbis Concilij Toletani & Ivonis, ad speciem quæ proposita erat de crimine lætæ & violatæ Reipublicæ restringitur necessitas illa dandæ veniæ episcopalis, post Regis indulgentiam. Quod tamen intra hos fines coerceri non debere videtur ex sententia Capitularium, quæ indefinè de *Culpatis*, id est, de reis omnibus, Concilij verba accipiunt, è dempta præfatione

Concil. Tol. 11.
 c. 10. l. 1. m. 11.
 In hoc nomine per
 præsentiam pro
 priam ordinem
 in capite delat
 quoniam Præp
 reseruantur.

1700. m. 10. l. 1.

1700. m. 10. l. 1.
 11. de leg. 1. v. 1.

1700. m. 10. l. 1.
 11. de leg. 1. v. 1.

1700. m. 10. l. 1.
 11. de leg. 1. v. 1.

1700. m. 10. l. 1.
 11. de leg. 1. v. 1.

præfatione canonis 111. Toletani, quæ ad læzæ majestatis reos generalia decreti verba constringit. Vnde titulus illius capituli ita conceptus est apud Iyonomem in Decreto, ut de reis omnibus capiendi sit Capitularium legum sententia: *Vt quæ regia potestas in gratiam receperit, his etiam minores potestates communicent. cap. 385. Si quis culpatorum.* Quæ interpretatio si recipiatur, ad crimina ecclesiastica porrigenda non erit, nec locum obtineret, nisi cùm ex denegata ecclesiastica venia, Regis animus læderetur. Hodie aboli to poenitentiz publicæ usû, non perspicio qua ratione apud nos huic definitioni locus esse possit. Si quis enim hoc trahere vellet ad confirmandam auctoritatem regiam, quæ magistratus utuntur in declarando excommunicationum abusu, fœda confusione omnia misceret, scilicet veniam & indulgentiam criminum, quæ à mera liberalitate Principis proficiscitur, cum jurisdictione & discussione abusus, quæ formulis canonum & legum adstringitur, & in causis cognitione consistit, ut taceam de aliis discrimenibus.

VIII. Attamen veteris illius juris reliquæ superesse videntur in eo privilegio quod unâ cum ceteris indultum olim Regibus nostris, à Joanne XII. renovatum fuit anno MCCXXVII. ad petitionem Regis Philippi V. cognomine Longi, operâ Magistri Radulphi de Prælis in eam rem delegati, cujus privilegij summarium his verbis conceptum est in antiquo regestio: *Item quid Dominus Rex pro participatione cum excommunicatis non incurrat sententiam.* Quo quidem privilegio nulla necessitas solvendi de excommunicationis Episcopis ob Regis commercium cum excommunicatis imponitur, sed à censuris quæ in participes excommunicatorum feruntur, Rex liber & immunis esse declaratur.

ADDITIO

STEPHANI BALUZII.

INDUCIAS illas quæ vulgò Treuga & Pax dicebantur, ubique decretas fuisse, non solum ab Episcopis, sed etiam à proceribus cujusque regionis, adnotavit supra vir illustrissimus, afferens etiam Barcinonensium exemplum. Nos verò in prima quam procuravimus istarum Dissertationum editione nonnulla illorum temporum monumenta, quæ doceret in eadem ora maritima Hispaniæ Tarracensis & Gallie Narbonensis sanctam fuisse treugam & pacem ab Episcopis & proceribus, in publicum emisimus, Concilium videlicet Tulugiense apud Ruscinones, Synodum Helenensem sub Oliba Episcopi Aufenensis gerente vices Berengarij Episcopi Helenenfis tunc temporis in partibus transmarinis peregrini, Concilium Narbonense habitum anno M L T V. Excerpta Conci-

lij apud sanctum Ægidium in prima Narbonensi habiti anno M L V. & Concilium Trojanum ad Apulia celebratum ab Urbano II. anno M X C I I I. Sed quoniam demum anno habitum fuerit illud Concilium Tulugiense, non adeo exploratum habetur. Animus olim fuerat eam synodum revocare ad annum M X L V. quod viderem quò anno Guifredum Archiepiscopum Narbonensem & Olibam Episcopum Aufenensem peregrisse consecrationem Ecclesie sancti Michaelis Fluvianensis apud Emporitanos, huicque consecrationi adfuisse Poncium Comitem Emporitantum. Videbam præterea Ganafredum Comitem Ruscinonensem, qui ea omnino ætate vivebat, subscripsisse actis illius dedicationis à Guifredo & Oliba confectis, atque ut etiamnum in ea sententia perstem, istud facit, quòd Oliba Episcopus Aufenensis, cujus Decretum in Synodo Helenenfis editum confirmat ea quæ ab Episcopo in præto Tulugiensi congregatis statuta fuerant de treuga & pace, mortuus est anno M X L V I. ut solum facit vetus auctor M. S. *De Gestis Comitem Barcinonensium.* Præterea, Guillelmus Comes Bulundunensis, qui Tulugiensi Concilio interfuit, obiit anno M L I I. ut fidem facit idem vetus auctor. Demum Acta Concilij apud Narbonem habitum anno M L I V. loqui videntur de institutionibus Conclij Tulugiensis. Hæc, inquam, fœdant Tulugiense Concilium fuisse habitum anno M L V. uti dicebamus. Sed ne ita sententiam scilicet miles. Primum, Raymundus nondum erat Helenenfis Episcopus, utpote qui circa annum tantum M L X V. ad eam cathedram pervenit. Nam certissimum testimonium comperimus habere Berengarium fuisse Episcopum Helenensem ab anno saltem M X X I I. usque ad annum millesimum quinguesimum tertium, huic successisse Argaldum, qui anno M L V I. interfuit Concilio Tolosano & dedicationi Ecclesie Barcinonensis anno M L V I. xiv. Kal. Decembris. Arnaldo successit Berengarius, quem Helenz fœdiffe superio anno M L V I I I. iv. Idus Decembris. Post Berengarium denique videri Raymundum Helenensem Episcopum fuisse annis M L X V. & M L X X V. xiv. Kal. Junij. Illis argumentis probari puto Concilium Tulugiense non fuisse celebratum anno M X L V. quandoquidem Raymundus, qui synodo interfuit, vigesimo tantum circiter post anno ad Helenensem cathedram pervenit. Præterea, Berengarius Episcopus Gerundensis, qui Concilio item Tulugiensi interfuit, anno tantum M I. factus est Episcopus (ut adnotavit Franciscus Didacus in catalogo Episcoporum Gerundensium) adeoque anno M X L V. interesse non potuit huic Concilio Tulugiensi ut Episcopus Gerundensis. Sed si ita sit sententia, quid faciemus Decreto Olibæ Episcopi Aufenensis, qui in actis Synodi Helenenfis difertam mentionem facit eorum que de treuga & pace statuta fuerant ab Episcopis qui convenerunt in Comitatu Ruscinonensi in præto Tulajis? An dicemus Olibam loqui de superiore quodam Concilio Tulugiensi, in quo actum fuerit de treuga & pace? An verò Decretum illud Olibæ dicemus esse falsum ac suppositum? Prorsus difficilem esse rem video, & cui explicandæ opportuniior alibi fortaffis erit locus. Superest igitur ut eadem vetera monumenta, quæ, uti dicebamus, in prima editione istarum Dissertationum emisimus in publicum, hæc quoque turium edamus, si prius monerem lætorem Tuluzæ oppidum esse agri Ruscinonensis, hand procul Petrymano, tertio videlicet ab ea urbe milliario, quod circa annum D C C C C L X X. vocatur *villa Tulajis*, & de Tulajis, in comitatu Ruscinonensi, ut solum faciemus acta

104 Novi 1822
p. 407 114 210.
114 Capitularium
p. 110

114 Capitularium
Cogn. Part.
114 Capitularium
Cogn. Part.
114 Capitularium
Cogn. Part.
114 Capitularium
Cogn. Part.

vetera quæ extant in Charrulario Ecclesiæ Helenensis. Hæc vocatur *Jamias* ab incolis illarum partium.

De Concilio pæto Trojano, quod hæc quoque edit volumus, admonendum putavi descriptum illud fuisse in registro Urbani II. ut testatur Ivo parte 1. x. cap. 111. & duæ vettustæ canonum collectiones, quarum una fuit illustriissimi viri Petri de Marca Archiepiscopi Parisiensis, alia clarissimi viri Claudij Puteani. Quæ postrema collectio extat hodie in bibliotheca regia. Celebratum autem fuit hoc Concilium anno M X C I I I. mense Martio; ut constat ex his quæ nunc edimus, & ex Bulla quadam Urbani, quæ extat in archivo Archiepiscopi Narbonensis, data Trojæ XI v. Kal. Aprilis anno M X C I I I. Frustra porro sunt qui duo Concilia Trojana ab Urbano II. celebrata fuisse existant. Codex enim Anianensis canones Trojanos una synodo adscribit, quod verum esse subdorasum est illustrissimos Cardinalis Baronius. Gerardum autem Episcopum Trojanum fuisse per illas tempestates patet ex Chronico Cavenis quod Ferdinandus Vghellius edidit in catalogo Archiepiscoporum Salernitanorum, itemque ex subscriptionibus Privilegij monasterij Cavenis apud Baronium ad annum M X C I I I.

CONCILIVM TVLVIENSE habitum sub Guifredo Archiepiscopo Narbonensi.

HÆc est treuga & pax confirmata ab Archiepiscopo Narbonensi Domino Guifredo, & à Berengario Gerundensi Episcopo, & à Domino Raymundo Helenensi Episcopo, & à Comitibus Ruffilonensium, Domino scilicet Gauzfredo & Gulberto filio ejus, & à Domino Poncio Impunitanensi Comite, & à Domino Guillelmo Bifuldunensium Comite, & à Domino Raymundo Cerritanensium Comite, & à Domino Gauzberto Vicecomite de Castronovo, cum ceteris magnatibus Helenensis episcopatus, in Tulugiensi prato, quod est in comitatu Ruffilonis. Constituerunt namque prædicti Pontifices, cum consensu ceterorum nobilium, ut in Comitatu Ruffilonensi, vel Confluentano, vel Vallispirienti, nullus homo Ecclesiæ non infringat, neque cimiteria, vel sacra, xxx. passuum ecclesiasticorum in circuitu uniuscujusque Ecclesiæ, nisi Episcopus propter hominem excommunicatum, aut propter suum censum. Si verò aliquis homo aliter infregerit Ecclesiæ vel spatium xxx. passuum ipsius Ecclesiæ in prædicto episcopatu Helenensi, quidquid ei commiserit, emendet ut justum fuerit ipsi homini cui injuriam fecerit, & Ecclesiæ in qua fecerit satisfaciatur legaliter, & insuper compositionem factilegij Helenensi componat Episcopo. Ecclesiæ verò illas ubi castra fuerint constructa, sive ubi fures vel rapaces congregaverint furta, vel prædam,

vel malefacta, tamdiu posuerunt eas jamdicti Episcopi in defensione præscriptæ pacis, quousque querimonia prædictarum Ecclesiarum deferatur Helenensi Episcopo, & ejus judicio aut justè emendetur quod in ipsis Ecclesiis commissum fuerit, aut ab eodem Episcopo ipse Ecclesiæ à defensione prælibatæ pacis separentur. Idem Episcopi præfati constituerunt ut in jamdicto episcopatu Helenensi nullus violenter infringat dominicaturas Canonicorum vel monasteriorum, neque aliquid rapiat inde. Clericum verò arma non ferentem, vel monachum, vel sanctimonialium, sive viduam, nemo apprehendat, nec illis aliquid injuriæ inferat. Villanum, neque villaniam, nemo apprehendat, nisi propter culpam quam ipse villanus vel villana fecerint. Et si eos apprehenderit, non distringat nisi per directum. Et ut prædam nemo faciat in jamdicto episcopatu de equabus, vel pullis, sive mulis earum, ætatis unius anni, neque de bobus, neque de vaccis, sive vitulis earum; neque de asinis, vel asinabus, sive pullis earum; neque de ovibus, arctibus, hircis, capris, sive earum factibus. Mansiones villanorum nemo incendat, neque evertat. Terras in contentione positas nullus villanus laboret, postquam commonitus fuerit ab eo in quo justitia placiti non remanserit. Si verò ter commonitus, postea ibi laboraverit, & propterea damnum acceperit, non requiratur pro pace fracta. Si quis autem seditiosus extiterit, si fidem non portaverit, de suo proprio pignoretur, nec pro pace fracta habeatur. Si quis autem prædictam trevam & pacem infregerit, simpla tantum compositione emendet illi cui infregerit infra primos x. dies. Si verò infra primos x. dies simpliciter non emendaverit, compositionem mali quod intulit in duplo componat, ita ut medietatem istius duplæ compositionis habeat querelator, & alteram medietatem habeat Episcopus & ipse Comes, qui adjutor fuerit eidem Episcopo ad hanc justitiam faciendam. Si quis autem prædictam pacem vel trevam, & inde justitiam facere noluerit, infra x. dies quod querelator suam querelam præsentaverit ante Episcopum & ejusdem Clericos ac Comitum, ipse malefactor & consiliator & adjutores ejus emendare noluerint, egrediantur à treva & pace, & malum quod propter hoc illatum fuerit eis non requiratur pro pace vel treva fracta. Et si malefactor & adjutores ejus postea jamdicto querelanti ullum malum fecerint intra trevam, emendet pro treva & pace fracta. Item prædicti Episcopi firmaverunt trevam Dominis. Videlicet ut omni

tempore teneatur ab omnibus Christianis, ab occasu solis quartæ feriæ, id est, Merchoris die, usque ad ortum solis secundæ feriæ, id est, Lunis die. Item continuatim teneatur à prima die Adventus Domini usque ad Octavas Epiphaniæ Domini, quando festivitas sancti Hilarij agit. Item similiter continuatim teneatur à die Lunis quæ antecedit caput jejuniij, usque ad diem Lunis qui est primus post diem dominicam Octavarum Pentecosten. Et tres festivitates sanctæ Mariæ, cum suis vigiliis. Et Nativitatem sancti Iobannis, cum sua vigilia. Et festivitatem sanctorum Iusti & Pastoris, & Abdon & Sennen, & sancti Felicis, & sancti Genesij, & sancti Nazarij, & sancti Laurentij, & sancti Michaelis, & festivitatem omnium sanctorum, & sancti Martini, & duæ festivitates sanctæ Crucis, & Cathedra sancti Petri, & festivitatem sancti Ennesij, quæ est xii. Kal. Septembris, & Decollatio nem sancti Iobannis Baptistæ, cum vigiliis & cum omnibus noctibus jamdictarum festivitatum. Et omnes dies & noctes quatuor temporum. Si quis autem infra hanc prædictam trevam Domini aliquod malum alicui fecerit, in duplum ei componat, & postea pro iudicium aque frigidæ trevam Domini in sede sanctæ Eulaliæ emendet. Si quis autem infra hanc trevam hominem occiderit sine aliquo casu, ex consensu omnium Christianorum diffinitum est ut omnibus diebus vitæ suæ exilio damnetur. Si autem cum casu hoc fecerit, egre diatur tamen à terra usque ad triennium quem Episcopus vel Canonici existimaverint esse imponendum. Si quis verò infra hanc trevam se miserit in * aguit, vel ipsum aguet stabiliter pro morte vel apprehensione alicuius hominis, aut pro apprehensione alicuius castelli, & tamen si hoc agere non poterit, similiter emendet ad iudicium Episcopi & Canonicorum eius ipsam trevam Domini, sicut faceret si fecisset quod agere tentavit. Item prohibuerunt ne in terminibus his continuatis trevis, videlicet tempore Adventus Domini, seu Quadragesimæ, nullus castrum vel munitionem ædificare præsumat, nisi xv. diebus ante continuatas prædictas trevas hoc inchoaverit. De prædicta autem treva vel pace querela ad Episcopum vel ad ejus Canonicos seu fatigatio omni tempore fiat, & sicut superius scriptum est in pace de Ecclesiis, ita fiat. Et ipsi in quibus Episcopus vel Canonici prædicti se fatigaverint de direptione præfatæ pacis vel trevæ Domini, sive fidejussores, vel hostiatici pro pace vel treva Domini, & malam fidem inde portantes Episcopo vel Canonici ejusdem sedis, excommunicentur ab

Episcopo vel à Canonicis ejusdem sedis cum protectoribus & adjuvantibus se, quando se contenderint sicut infractores pacis vel trevæ Domini, ipsi & res eorum non habeantur in pace & treva Domini.

Ego Gauzfredus Comes juro tibi Petro Helenensij Episcopo, & facio tibi hostiatum, ut per duo tempora anni, scilicet ad dedicationem B. Eulaliæ, id est, viii. Idus Octobris, & ad caput jejuniij, per unumquemque annum, quando vixeris, revertar ad hanc sedem B. Eulaliæ, & non separabo hinc me sine licentia tua, vel ipsorum Clericorum, quibus tu commiseris, si æs non habuero, & si æs habuero, eo transito infra viii. dies revertar, & non separabo hinc me sine licentia tua, vel ipsorum Clericorum quibus tu commiseris, per Deum & hæc sancta.

SYNODVS HELENENSIS,

sub Oliba Episcopo Aufonensi.

ANNO Dominicæ Incarnationis **A**xxvi. post millesimum, xvii. Kal. Junij, convenit Oliba Pontifex Aufonensis, ad vicem Berengarij Elenensis Episcopi tunc temporis in transmarinis partibus peregrini, unâ cum Vdalchro sanctæ Elenensis Ecclesiæ Archipresbytero, & Gancelino Archidiacono, & Ellemaro Sacriscrinio & Coraule, Gauzberto, & ceteris præfatæ sedis Canonicis, cæterisque sacrorum Ducum, catervam quoque fidelium, non solum virorum, sed etiam feminarum. Conveniunt autem in Comitatu Rossilonense, in prato Tuluges. Quò cum convenissent, primò rogantes Domini misericordiam ut corda fidelium suorum ad se converteret, mentes quoque & actus dirigeret, den requisierunt si quæ hæctenus à præfatis Episcopis statuta fuerant, observarentur. Sed cum penè omnia invenissent nisi solum pedibus conculcata, sed etiam oblivioni dedita, iterum reparare studuerunt eodem tenore quo fuerant hæctenus condita. Constituerunt itaque præfati Episcopi, simul cum omni Clero & fideli populo, ut nemo in toto supradicto comitatu vel episcopatu habitans assalliret aliquem suum inimicum ab hora Sabbati nona usque in die Lunis hora prima, ut omnis homo persolvat debitum honorem diei dominico. Neque ullo modo aliquis assalliret monachum cum clericum sine armis incedentem, neque aliquem hominem ad Ecclesiam cum Concilia eantem vel redeuntem, neque aliquem hominem cum sportella proficiscentem, neque aliquem

* id est, in cathedra sancti Petri etc.

* id est, in aguit

hominem cum feminis euntem; neque aliquid auderet Ecclesiam vel domos in circuitu positas à xx x. passibus violare, aut assalire. Hoc autem pactum siue treguam ideo constituerunt, quoniam divina lex & penè omnis Christiana religio ad nihilum deducta, ut legitur, abundabat iniquitas, & refrigerabat caritas. Et ideo præcipimus nos suprascripti Episcopus, Clerus simul, & omnis ordo serviens divinis cultibus, & coram Deo interdicimus, ut nullus homo vel femina de suprascriptis aliquid voluntariè temerata vel infringere præsumat, nec invadat res sanctæ matris Ecclesiæ Elenensis, siue ceteris Ecclesiis vel monasteriis debitas. Neque aliquis, se sciente, in incestu usque ad vi. gradum permaneat. Neque aliquis uxorem propriam dimittat, nec alteram feminam habeat. Quod si quis fecit, siue inantea fecerit, nisi resipuerit, & pro posse emendaverit, & ad plenam satisfactionem sanctæ matris Ecclesiæ coram suprascriptis Canonici infra mensium trium spatium venerit, à liminibus sanctæ catholicæ Ecclesiæ & omnium Christianorum coetu excommunicatus permaneat. Et ut noveritis omnes quale peccatum sit jungi excommunicatis, nullus Christianus debet manducare cum eis, vel bibere, neque osculum eis porrigere, neque cum eis loqui nisi de satisfactione; neque si excommunicati defuncti fuerint, debentur ad Ecclesiam sepeliri, neque aliquis Clericus vel fidelis debet pro eis orare. Si vero pro nihilo duxerint excommunicationem, transactis tribus mensibus, anathematis vinculo, id est, ut perdit sicut Iudas proditor, damnentur. Et si, quod Deus avertat, in hac perfidia obierint, corpora illorum cum psalmis & hymnis vel spiritualibus canticis non ducantur ad sepulturam, nec inter fideles mortuos eorum nomina ad sacrum altare recitentur. Et quia peccatum perpetraverunt ad mortem; nisi poenituerint, sine fine damnentur in æternam damnationem. Omnibus Canonici suprascriptæ sedis interdicimus coram Deo & sanctis ejus ut nullus eorum de his aliquid solvere audeat sine consensu præfati Archiepiscopi, vel Archidiaconorum, siue Sacristanij, & Caputicholaris, vel ceterorum fratrum Canonicorum. Ministeria autem divina sine intermissione fiant pro excommunicatis, per spatium trium mensium, ut det illis Deus poenitentiam, & respiciant à laqueis diaboli, à quibus capti tenentur, ad ipsius voluntatem. Quod qui noluerit persicere, noverit se multandum, nisi resipuerit, suprascripta excommunicatione. Omnibus autem suprascripta observantibus pax & misericordia concedatur à Do-

mino Iesu Christo hic & in perpetuum. Amen.

CONCILIUM NARBONENSE habitum anno MLIV.

ANNO dominicæ incarnationis millesimo quinquagesimo quarto, Indictione septima, Epacta nona, Concurrente V. octavo Kal. Septembris, Conventus erat apud urbem Narbonam decem venerabilium Episcoporum, Bernardi scilicet Biterrensis, & Gonterij Agathensis, & Rostagni Luçtenensis, & Arnaldi Magalonenis, Froterij quoque Nemausensis, Guifredi verò Carcafenis, imò Berengarij Gerundenis, Guifredi Barchinonenis, necnon & Guilelmi Albienis; inter quos fuere Legati Domini Guilelmi Vrgellenis videlicet Berengarij, & Vgonis Vzetenis. Præsidente Domino Guifredo prædictæ urbis Archiepiscopo, cujus industria prædicta synodus, opitulante Petro Ramundi Comite, atque Berengario Viceomite, unà cum Abbatum & Clericorum ac quorundam nobilium & ignobilium non minima multitudine, ad confirmandam pariter & custodiendam tregam & pacem & dilectionem quam universalis Ecclesia unanimiter instituit, & reformandum ejusdem statum, qui à pravis conculcabatur hominibus, dominicis obtemperantes iustis pro temporalibus commodis commisit sibi plebi impensis, à summo omnium pastore, ut æterna præmia mereantur adipisci in secula. Primò ergo omnium institutionum nostrarum, quæ in hoc tomo scribenda sunt, monemus & mandamus secundum præceptum Dei & nostrum ut nullus Christianorum alium quemlibet Christianum occidat, quia qui Christianum occidit, sine dubio Christi sanguinem fundit. Si quis verò, quod non optamus, injussit hominem occiderit, per legem eum emendet. Iterum mandamus atque confirmamus ipsam tregam Dei quæ à nobis dudum constituta fuerat, & nunc à pravis hominibus disrupta esse videtur, ut firmiter deinceps ab omnibus teneatur. Igitur obsecramus per Deum, & monemus, ut nemo Christianorum quemlibet Christianum requirat ad malefaciendum ab occisus solis quartæ ferie quæ secundæ ferie illucescente sole. Præcipimus etiam ut à prima Dominica Adventus Domini usque Octabas transactas Epiphaniæ, siue à prima Dominica quæ est ante caput jejuniorum usque transactas Octabas Paschæ, siue à Dominica ante Ascensionem Domini usque Octabas Pentecosten expletas, vel de festivita-

tibus sanctæ Mariæ, & in vigiliis ejusdem, & in vigilia sancti Iohannis Baptistæ, vel in festivitate ejusdem, atque in vigiliis Apostolorum, & in festivitibus eorundem, & in vigilia Vinculæ sancti Petri, & in festivitate ejusdem, & in vigilia sanctorum Insi & Pastoris, & solemnitate eorundem, & in vigilia sancti Laurentij, ejusdemque festivitate, & in festivitate sancti Michaelis, & in vigilia omnium sanctorum, & in festivitate eorundem, & in festivitate sancti Martini, & in jejuniis quatuor tempora, in præscriptis jejuniis, sive festivitibus, atque vigiliis, nemo Christianorum quemlibet alium Christianum lædat, neque debonellare aut deprædare de suis rebus præsumat. Hanc tregam Domini firmiter custodiri præcipimus, & omnes qui eam tenerint, & fideliter observarint, benedictionem sempiternam ab ipso Iesu Christo Domino & Salvatore nostro percipiant, & hereditatem æternæ vitæ sine hæc possideant. Illi autem qui rebelles extiterint, vel transgressores, sive qui auxilium eis in aliquo præbuerint, tamdiu anathematis vinculo subjaceant, quousque dignè arbitrio proprii Episcopi satisfaciant. Si quis autem voluntariè vel scienter hominem occiderit in hac tregua, aut apprehenderit, aut castrum cujuslibet rulerit aut destruxerit, aut in indictam traugam insidians, aut aguitando facere volens comprobatus fuerit, ab omni cæta Christianorum definitum est in omni vita suæ perpetuo damnetur exilio. Si quis autem alter alicui aliquam injuriam fecerit aut damnum, in iudicio proprii Episcopi aut Clericorum ejusdem, quibus idem Episcopus commiserit, secundum modum culpæ directionem faciat per iudicium aquæ frigide, aut per exilium, sicut statutum est. Quicumque verò adpropinquante Quadragesimæ tempore, sive Ascensionis Domini, vel Pentecostes, necnon & Adventus Domini, qui est Tregam Domini, castrum vel munitionem construere voluerit, non illi facere hoc liceat, nisi duas hebdomadas cunctis scientibus ante prædictum tempus incipiant. De debitoribus verò, & fidejussoribus, præcipimus ut si contendunt ea quæ debent, projiciantur ab Ecclesia, & in illorum parochias nemo faciat sacrum ministerium usque præscripti debitores reddant debita. Oliveta namque, cujus pignoris in ipso aquarum diluvio pacem legimus terris redditam, & de cujus liquore sanctum Christum conficitur, necnon & altaria sancta illuminantur, sub tam firmam pacem statuimus, ut nemo Christianorum eam præciderè audeat, vel ad deformitatem truncare, neque earundem fructus

rapere. Quod qui fecerit, juxta quod definitum de ceteris, per tregam Dei ea emendet. Oves ergo, & earum pastores eas custodientes, similiter in tregam Dei permanent cunctis diebus, in cunctis locis; ita ut nullus Christianus eas deprædare præsumat, neque illas neque illarum pastores lædere vel invadere. Quod qui fecerit, per Dei tregam hoc totum emendet.

DE PACE.

PACEM autem à nobis sive à Principibus olim constitutam mandamus, sive firmamus, ut ab hodierna die & deinceps Ecclesiam nullus hominum infringat; neque mansiones quæ in circuitu Ecclesiarum sunt & erunt, neque aliquid ex omnibus quæ infra xxx. passus sunt Ecclesiæ & erunt, violenter auferre audeat, aut præsumere, (nisi Episcopus, aut cni ipse jusserit, propter suum censum, aut propter hominem excommunicatum; excepta munitione quæ infra prædictos passus xxx. Ecclesiæ sita fuerit) ad concitandum bella & contentiones. Censum iterum ut ne quis hominum terras vel res cujuscumque Ecclesiæ vindicare præsumat sine dono & permissione illius cuius eadem Ecclesiæ fuerit. Reditus verò synodales nemo laïcorum in opus suum retineat præter consensum Episcoporum vel Clericorum; sed quibus iure debentur, omnino restituat. Monemus iterum ut nullus laïcorum in opus suum retineat primitias, neque oblationes, neque cimiteriorum pretia, neque ova, aut ea quæ ad eos dantur per asperisionem salis & aquæ in Cæna Domini, neque trigintarios qui rectè debentur à Clericis recipi pro fidelium defunctorum orationibus, sed Clericis, qui eisdem Ecclesiis præsumunt, utendos relinquat; nec quicumque ex sevo quod pro eadem Ecclesia tenet minuere præsumat. Clericis quoque, monachis, atque sanctimonialibus feminis, & comitibus eorum militaria arma non portantibus, ut aliquid ex bonis eorum nemo apprehendat, nec rapiendo auferat. Eas verò res, & terras, ac vineas, & cetera quæ in jus proprium ac dominium Canonici, & monachi, sanctimonialis feminæ habent & habere noscuntur, nullus hominum vel feminarum invadere, rapere, aut tollere præsumat, nec aliquid inde usurpare, neque per vim, neque per vicariam, neque per distributionem ibi ullam hospitalitatem accipiat, nisi permissionem vel donum Episcoporum vel Canonorum & Abbatum, ad quos propriè eadem res pertinuerit, adquirere potuerint. Insuper eas villas, & mansos, terras, & vineas, sive Ecclesias, quæ à fidelibus

* *Le Tron-*
adent.

Dei collatæ esse videntur in opus Canonico-
 rum, ut commune inde viverent, quæ
 veraciter sciri potest in hoc opus data esse
 noscuntur, nullius persona hominum ausus
 sit habere vel retinere, neque per vicariam,
 neque per seum, neque per bajuliam, ne-
 que per ullam vocem, sine propria volunta-
 re Episcopi & Canonicoꝝ, vel Abbatum,
 Canonicoꝝ, aut quos eas res pertinere
 noscuntur, cum voluntate Canonicoꝝ
 suorum, nisi quantum præscripti Canonici
 cum præscriptis senioribus communiter vo-
 luerint. Statuimus autem inter vos de con-
 tentionibus terrarum, & de debitoribus &
 fidejussoribus, Dei auctoritate & nostra, ut
 nemo ex eis vindictam sumat, donec ante
 sui proprij Episcopi & Potestatis, cujus di-
 cionis fuerit, præsentiam veniens, causam
 suam exponat, ut alicujus eorum iudicio ter-
 minetur atque definiatur. Episcopus autem
 & princeps regionis ipsius, quibus eadem
 res pertinuerit ad distringendum, noceat
 resistenti, & adjuvet obedientem. Nullus
 etiam Christianorum ullam substantiam
 villani non apprehendat, nisi tantum cor-
 pus suum per forfacturam quam ipse per se
 faciat, & non distringat eum nisi per dire-
 ctum. Caballarium autem nemo apprehen-
 dat, ut • redit faciat neque faciat, neque
 substantiam ejus tollat, nisi tantum per di-
 rectum. Rapinas & prædas ex quibuslibet
 Christianorum nemo virorum aut mulierum
 faciat. Præcipimus etiam ut equas nemo rap-
 iat, nisi homo desuper inventus fuerit ar-
 matus. Aleles verò nemo incendat. Furi
 prænotato & publico, latronique, atque
 prædoni in Christianis nemo auxilium præ-
 beat, neque ad illud agendum eum con-
 ducat se sciente, usque ad satisfactionem ve-
 niant. Negociatores, & oratores, qui se-
 runt sportas, nemo substantiam eorum ap-
 prehendat. Hanc autem institutionem præ-
 dictam monemus pariter & obsecramus ut
 omnes homines & femina in prædictis co-
 mitatibus sive episcopatus degentes firmiter
 teneant, atque intentè custodiant secon-
 dum suum posse. Quòd si quis eorundem
 hominum vel feminarum prædictam pacem
 ac institutionem presumptuose infregerit,
 & infra xl. dies non emendaverit, noverit se
 tandem extraneum à Christianorum con-
 sortio, & à liminibus sanctæ Dei Ecclesiæ se-
 gregatum, donec ei, cui damnatum pertule-
 rit, duplum restituat, & Potestati illius ter-
 ræ, in qua illud actum fuerit, xl. solidos
 emendet, & Episcopo ejusdem terræ emen-
 det, manu propria jurando super altare se-
 dis, aut super quo liberavit, quo Episcopus
 iussit, quia amplius emendare non debeat

pro transgressione excommunicationis, aut
 emendet ei xl. solidos sine sacramento. Di-
 cimus iterum ut hæc institutio ab omnibus
 firmiter teneatur, sicut superius scriptum
 est, præter eos qui de suo alode vel fevo sive
 bajulia institutores extiterint. Quam institu-
 tionem quicumque transgressus fuerit, obe-
 dire nolens supradictis institutionibus, Pres-
 byter ei Missam non cantet, neque ullum sa-
 crum officium, neque communicet eum, vel
 sepeliat, se sciente. Si autem quislibet ho-
 minum vel feminarum ab hac die & dein-
 ceptus ausu temerario hujus nostræ institutio-
 nis violator extiterit, anathematis vinculo
 feriat, & à sancta Dei Ecclesiâ procul pel-
 latur, & ab omnium cetero Christianorum
 tamdiu separetur, donec ad satisfactionem
 indubitanter veniat.

EXCERPTA CONCILII
 apud sanctum Ægidium habiti
 ANNO MLVI.

EX Concilio apud sanctum Ægidium
 peracto, ubi facta est synodalis collatio
 patrum, Episcoporum videlicet Gallicano-
 rum xx. duorum, quorum unanimiter con-
 sensus & per votum hoc definiuit quod hic
 titularum memorandum mandamus, cum
 personis subpositis. Hi sunt. Raimbaldus
 Arelatensis, Laudegarius Viennensis, cum
 Legatis Narbonensis primæ Præfulis vice
 fungentibus, Frøterius Nemausensis, Vgo
 Vcticensis, Vvilelmus Albiensis, Bernar-
 dus Lutevensis, Geraldus Vivariensis, Petrus
 Vasensis, Vdalricus Tricastrinensis,
 Franco Vendacensis, Clemens Cavillonensis,
 Petrus Aqvensis, Pontius Massiliensis,
 Deodatus Telonenis, Gancelinus Forojulen-
 sis, Andreas Nicensis, Durandus Vincen-
 sis, Bertrandus Regensis, Vgo Senaciensis,
 Pontius Glandensis, Vgo Dignensis. Hi
 omnes collecti in unum, tale sancitum dede-
 runt decretum.

I. Canonicam promulgantes sententiam,
 ut loca Canonicoꝝ, ac monachorum coe-
 nobia, vel villas sacris ordinibus Ecclesiarum
 designatas, nullius conditionis persona in-
 vadere tentet ab hodie usque in perpetuum,
 neq; hospitalitatis causâ, nec ingenio malæ
 insitæ consuetudinis, nisi cum necesse sit
 coegerit, quantum ad usum naturæ perti-
 nerit, sine destructione loci.

II. Ecclesiâs autem quæ intra castellum
 aut civitatem fundatæ fuerint, aut in villis,
 vel in agris, illæ videlicet in quibus ædifi-
 cium ad debellandum non haberet, vel cum
 quibus seditio non exercetur, nec malefa-

torum excursus ad reparanda damna civilia vel communia fieri comprobatur, hanc pari consensu volunt & definiunt habere potestatem, ut nemo infra terminum xxx. dextrorum circa Ecclesias positum quicquam rapere præsumat, nec ulli personæ nocenti aut innocenti malum ingerat, nisi cum ipso termino malefactor damnum intulerit. Hoc excommunicant sub anathemate in perpetuum.

III. Militibus autem majoribus vel minoribus hoc præcipiunt, ut ab hodie usque in Nativitatem sancti Iohannis nullus arma ferre præsumat quacunquæ de causâ, nisi sui solutione Episcopi.

DATA FRIDIE NON. SEPTEMBRIS.

CONCILIVM TROIANVM
habitum ab Urbano II. anno
MCCCIII.

ANNO dominicæ incarnationis MCCCIII. VI. Idus Martij, convenit Trojæ in Apulia Concilium Episcoporum ferè LXXV. Abbatum XII. Secundo itaque die, cum de quibusdam infra consanguinitatis lineam copulatis actum fuisset, tandem consentientibus omnibus hoc super eis capitulum promulgatum est.

I. Episcopi quorum diocesani sunt, eos usque in Pentecosten trina advocacione conveniant. Tunc si duo viri, vel tres, consanguinitatem iurejurando firmaverint, vel ipsimet fortè confessi fuerint, conjugia dissolvantur. Si verò neutrum contigerit, Episcopi eos per baptismum Christi, per fidem Christi, per Christi iudicium, in vera obedientia obsecrent quatinus palam faciant utrum se, sicut fama est, consanguineos recognoscant. Si negaverint, seipsis relinquendi sunt; ita tamen ut si aliud in conscientia habeant, se à liminibus Ecclesiæ, à corpore & sanguine Domini, à fidelium communione noveant segregatos, atque infames effectos, donec ab incesti facinore desinant. Si se iudicio Episcoporum segregaverint, si juvenes sunt, alia matrimonia contrahere oon prohibeantur.

II. Si quis treviam Dei frerigerit, usque tertio ad satisfactionem ab Episcopo moneatur. Quòd si nec tertio satisfacere consenserit, Episcopus, vel cum Metropolitanis consilio, aut cum duobus aut uno vicinorum Episcoporum, in rebellem anathematis sententiam dicat, & per scripturam Episcopis circumquaque denuntiet. Sic excommunicarum Episcoporum nullus in communionem suscipiat, immo, scripturâ susceptâ,

sententiam quisque confirmet. Si quis alter præsumperit, ordinis sui periculo subiacebit. Responsum est ab omnibus, Fiat.

CAPVT XV.

Synopsis.

I. Regni Gallici Libertas adversus nova rescripta probatur testimonio Odonis Burgundie Ducis. Cruce signatos in unitionem Ecclesiæ Romana suscipi Bonifacium, illi que debitorum suorum indiciâ dedit. Consulatus à Philippo I. Rex Burgundie, rescriptis à Papa nihil decerni posse in temporalibus sine consensu Regis & procerum.

II. Hac consuetudine Bonifacij non aliena erat à disciplina superioris temporis, ut patet à Concilio Claramontano, & Lateranensi sub Callisto, Ivone, & Nubrigeno. Hinc factum ut debiores cruce assumerent, à Tyrio, Henrico quoque Rex Angliæ, ut Vasionem ab impressione Gulstani Benearcensis liberaret.

III. Hac initio concessa Cruce signatis, erat pro pagatio quadam pacis & trengæ Domini. Itaque scilicet Principes nostri hanc curam ad se revocant, & Cruce signatis unitionem suam inadferunt, à Rigorde. Mentatum Bonifacij non admittunt, quia non consuetudini contrarium.

IV. Conciliarum vel Panisicæ decretis intercedendo, jurisdictioni regis cavere Reges. Itaque ea ipso tempore quo his de rebus Decretales ferbantur, non admittit à iudicibus secularibus, nisi contra venerit Ecclesiasticis. Quod probatur ex querela Durandi Miniatensis Episcopi.

V. Plures species enumerantur à Durando, in quibus iudices seculares Decreta jurisdictioni regis adversa non admittant; ne quis existimare superiorem tantum seculo hoc à nostris sententiam.

VI. Comitibus Lateranensis iudicio Comes Tolosanus patrimonio suo destituit. Quia Regis sententia prescripta, si de illius heresi consuleret. Dissensio in Concilio fidei causâ, evanescens conditione, ex vi decreti regis, hanc occidit Comes Tolosanus. Contentiones inter Episcopos & magistratus, ob jurisdictionem secularem, sub Philippo Valensi, qua deserta tandem Edithis Regem nostrorum. De quibus rome secundo.

NON omittendum est Odonis Burgundie Ducis testimonium, ex quo regni Gallici Libertas in rerum temporalium administratione adversus novos Romanæ curiæ conatus asseritur. Cassianus Rex Tartarorum religionem Christianam amplexus, spem certissimam Bonifacij VII injecerat invadendæ Syriæ, & Palæstine recuperandæ, quod ex parte præstitit expugnatâ Syriâ anno MCCC. reliquum bellum sine dubio consecuturus, nisi ad res novas componendas in Persidem revocatus fuisset, teste Haytono Armenio, qui expeditioni intererat. Quamplurimum nomen dederant ad militiam illam sacram, Cruce assumpta, ab anno millesimo ducentesimo nonagesimo sexto, quo Bonifacius multus

As Odonis 11. §. 4. cap. 11. 11. 11.

privilegiis donavit. Ea mandato quodam comprehensa ad Philippum Regem per Nuntium transmisit: in quibus personas Crucesignatarum & bona eorum, ex quo Crucem susceperant, sub P. Petri & sua protectione suscipit, necnon sub Archiepiscoporum & aliorum Ecclesiarum Prelatorum defensione, statuens ut domus eorum obitu vel reditu certissimè cognoscatur, integra remaneant, & quiesca consistent. Quòd si quisquam contra presumpserit, per Ecclesiarum Prelatos, appellatione remota, censura ecclesiastica compescatur. Addit creditores ab Episcopis cogendos ut iis militibus jusjurandum remittant, quod de usuris solvendis præstiterunt, & à seculari potestate ludæos, à quorum commercio interim fideles abstineant. Quid in hoc negotio sibi agendum esset, Philippus Odonem Burgundix Ducem, Francix parem, consuluit. Ille graviter respondit, nihil in regno absque Regis & procerum consensu à Papa decerni posse quod jurisdictioni temporali præjudicium aliquod inferat, imò verò nihil omnino novi à quoquam in regno inflicendum contra veterem consuetudinem. Hæc sunt verba Odonis: *Non videtur justum nobis vel rationale, neclitiam Dominus Papa vel alij, quòd in regno vestro institutionem facias, nisi de consilio vestro & vestrorum, quare vos vel alij vestri Barones & fideles servitium & justitiam hominum suorum debitas perdant. Consilium etiam vobis quòd nullimodo patiamini quòd aliquis in regno vestro aliquod novam institutionem quòd temporibus prædecessorum vestrorum institutam non fuerit vel ordinatum vel usitatum.* Hæc ultima verba, ut supra monui, pertinent ad Constitutiones Pontificum quæ latæ erant à Bonifacio & ejus decessoribus, & anno sequenti MCCXVII. in librum sextum Decretalium compactæ sunt.

II. Non aliena videbatur à disciplina usque recepto superiorum temporum hæc Bonifacij constitutio. Etenim Urbanus I. I. in Concilio Claromontano, cum pacem & treugam statuisset canone primo, (de qua dictum capite superiori) eam canone sequenti ad eos qui Hierosolymitanum iter aggredierentur, extendit: *Item placuit omnia bona eorum qui Hierosolymam pergunt, semper & nunquam esse salva, in pace & treuga, quousque redierint.* Quare prætextu hujus tuitionis ecclesiasticæ, si qua de rebus ad Crucesignatos pertinentibus moveretur questio, Episcoporum erat cognitio, qui censuris invasores obstringebant, ut testatur Ivo, quamvis observet novam esse institutionem de tuitione ecclesiastica impendenda rebus militum Hierosolymam proficiis. Hanc tuitionem confirmavit, adjecta quoque peccatorum remis-

sione, Lateranense Concilium sub Callisto II. anno MCCXII. cap. XI. *Ei qui Hierosolymam proficiunt, & ad Christianam gentem defendendam, & tyrannidem infidelium debellandam efficaciter auxilium preberint, suorum peccatorum remissionem concedimus, & domos & familias atque omnia bona eorum in B. Petri & Romana Ecclesia protectione, sicut à Domino nostro Papa Urbano statutum fuit, suscipimus.* Quicunque ergo ea distrabere, vel auferre, quando in via illa morantur, presumpserint, excommunicationis ultione plebantur. Idem postea constitutum fuit à Gregorio VIII. Pontifice apud Neubrigentem, *scilicet in bona eorum qui crucem acceperint, cum suis familiis, sub sancta Romana Ecclesia necnon Archiepiscoporum & Episcoporum atque aliorum Prelatorum Ecclesia protectione consistant.* Quas constitutiones is effectus secutus est, ut plurimi se hujus protectionis gravissimo labori accingerent, quò se à creditorum vexatione liberarent, teste Villelmo Tyrio. Hujus tuitionis & præsidij ecclesiastici auxilium imploravit Henricus III. Anglorum Rex, cum à Galstonis VIII. Domini Beneventensis copiis in Vasconia premeretur. Cum enim validissimam classem pararet, ex Anglia Burdegalam appulserat, cruce assumpta transmarinum bellum in subsidium terræ sanctæ simulans, literas ab Innocentio I. V. impetravit anno MCCXIII. quò in tuitionem Ecclesie Romanæ susciperetur, & ejuş hostes excommunicatione & interdicto percellerentur à delegatis iudicibus.

III. In Gallia locum habuit prima illa pacis istus promulgatio, in gratiam Crucesignatorum; quæ pacis & treugæ Domini de Principum consensu Episcoporum commissæ extensio quædam erat & propagatio potius quàm nova omnino institutio. Itaque labentibus annis hanc ad securam Reges nostri revocarunt; idèòque Philippus Augustus cum de subsidio Acrensis urbis cogitaret, militum ad bellum transmarinum profectorum facultates tuitione regia munivit, & biennij inducias debitoribus indulgit, edicto solenni quod in publico regni conventu ex Episcoporum & procerum sententia constituit, quemadmodum scriptis Rigordus auctor illius seculi. Quare cum Bonifacius VIII. jus antiquum repetere vellet, quod actu contrario à Gallis nostris jam à centum annis interruptum erat, de procerum consensu mandatum illud Bonifacij non est admisum, juxta sententiam Odonis Burgundix Ducis.

IV. Hoc consilio semper usi fuerunt Reges Francorum, ut Conciliorum vel Pontificum decretis intercederent executionem impediendo,

V. s. Liber. Sc.
Civ. Gal. 4. 111.
p. 11.

Fide Concilium
Neubrigentem
an. 1117. cap. 8.
mem. Trev. 2. 10. 11.

Concil. Clarom.
c. 1.

179. 173.

Episcopum est inf.
in. 1117. ad. 17.
2. 11. 116. 1017.

Quod Neubrig.
1. 113. 1017.
11. de Rejus de
Hicodas p. 101.
1017. 1017. 1017.
1017.

Tyr. l. 1. 11.

Innoc. 1. 1. 11.
11. 11. 11. 11.
11. 11. 11.

impediendo, ne iurisdicção regia violaretur. Quod non tantùm ab avis nostris tenentur est, ut quidam suspiciantur, sed ut plurimum eo ipso tempore quo Decretales illæ de rebus temporalibus, aut de personis laicorum, incompetenter ferebantur, ut colligi potest ex ultimis verbis epistolæ Odonis, §. 1. relatis. Quod præterea confirmari potest testimonio viri omni exceptione majoris. Is est Guillelmus Durandus Episcopus Mimatensis: qui iurisdicçãois ecclesiasticæ studiosissimus, constitutiones omnes ecclesiasticas de rebus secularibus latas observavit, quæ sua ætate, id est, anno MCCC. x. à Regibus & iudicibus secularibus negligebantur. Quæ in re magnam injuriam Ecclesiæ fieri eaque ratione iurisdicçãoem ecclesiasticam turbari existimat: sed refert magistratus regios excepisse, *ælium* iudicium ecclesiasticorum, qui se his rebus immiscerent, esse abusum. Querelam suam his verbis depromit: *Quasi per quamdam alienationem frustatim Domini temporales ad se omnia trahunt. Et sicut frustatim lupus agnum comedit, ita per ipsos iurisdicção ecclesiasticam frustatim quodammodo devoratur, quidquid ad ecclesiasticam iurisdicçãoem, potissimè quoad temporalia pertinet, sibi auferri putantes.*

V. Deinde plures species enumerat in quibus, Decretis Pontificum neglectis, iudices seculares iurisdicçãoem suam exercebant; quæ omnia ipsius verbis, demptis superfluis, explicabo; præsertim cum ex eo testimonio constare possit, iurisdicçãois secularis quasi possessione, regia jara adversus novas constitutiones studio magistratuum jam tum conservata fuisse. Recenset ergo iudicium secularium invasiones, & canones violatos adoorat hoc ordine. 1. Causas, inquit, servorum & rusticorum ad Ecclesias pertinentium iudices seculares ad se trahunt contra canones. 2. causas pœnitentium. 3. causas libertorum, pupillorum, & viduarum: quæ in possessore, inquit, ad Ecclesiam pertinent, & quoad tuitionem, & in defectum dominorum temporalium. 4. causas peregrinorum, mercatorum, agricultorum, & in mari navigantium. v. cum agitur de feudis Ecclesiæ. vi. Impediunt ne in Romana curia Clerici vel laici contra laicos impetrent, rescripta scilicet ad iudicium instituendum. Hocque impedimentum esse frequens ait, cum laici conveniuntur in crimine sacrilegij, vel usurarum, hæresis, excommunicationis, perjuri, adulterij, fornicationis, in causâ nativitatibus; juris patronatus, decimarum, vel rapinarum. vii. Impediunt quando Ecclesia vult cogere aliquem ad satisfaciendum de peccato in quo est. viii. Ne

adeatur Ecclesia propter eorum negligentiam, aut vacante regno, ne cogoscant de feudo. ix. Ne vidua spoliatæ, ad restitutionem agens, trahat spoliatorem coram Ecclesia. x. Item impediunt, si quid ambiguum inter iudices seculares oritur, ne ad iudices ecclesiasticos recurratur. xi. Ne Episcopi de personalibus, realibus, & criminalibus actionibus cogoscant, etiam ubi antiqua consuetudine est inductum. Et ex ista causa quæ si deperit tota ecclesiastica iurisdicção. xii. Nede infractoribus pacis & treugarum cogoscant. xiii. Item impediunt iurisdicçãoem ecclesiasticam in his quæ ratione connexitatis pertinent ad Ecclesiam, scilicet in dote, & in parva posita in matrimonio. xiv. Iudice ordinariorum recusato, non paritur adiri Episcopum. xv. De alienationibus fundi dotalis, & renuntiationibus filiarum cum iurejurando factis cogoscant, & exceptionem rei iudicæ coram iudice ecclesiastico non admittunt. Nec proficit quod in dictis tribus casibus Dominus Bonifacius eos per Ordinarios decreverit compscendos. xvi. Ab Episcopis temporalia obtinentibus non permittunt ad Archiepiscopos appellari, secundum Concilium Lugdunense. Plurima alia capita exsequitur Durandus, quæ Clericos aut bona ecclesiastica respiciunt; de quibus opportunius alibi dicitur.

VI. Si quis opponat, seculo decimotertio inente ecclesiasticam iurisdicçãoem de rebus secularibus iudicium in Gallia tulisse, cum Albigeos proscripti sunt ab Innocentio III. & Concilij Lateranensis decreto ampla Comitum Tolosani patrimonium Simoni Comiti Montisfortis adjudicata, responderi potest hæresim Albigensem damnatam primùm ab Alexandro tertio, deinde hæreticos, quia in Sacerdotes ipsos grassabantur, & provinciam Narbonensem depredationibus vastabant, proscriptos, non solum ab Innocentio tertio, qui propositis pœnitentiæ remissionibus & indulgentiis ex tota serè Europa milites crucesignatos excitabat, sed etiam à Rege Francorum, ut observat Guillelmus Brito auctor illius seculi. Pulso armis Simoni Raymundo Comite Tolosano, his ad Concilium Lateranense de Comitatu Tolosano delata est, quia de accusatione Raymundi agebatur, qui se immunem ab hæresi contendebat. Quæsitio ergo ecclesiastica à Rege permissa est Concilio: ubi cum Raymundus causâ cecidisset, per necessitatem consequentiam provincia à Simone armis devicta auspicijs Regis, sub illa conditione si Comes Tolosanus hæresi infectus esset, optimo jure Simoni quærebatur, eventente conditione de qua iudicio Romani Concilij constabat. Hac sola ra-

Guillelmus Brito
in S. Philippidis
Zy. & Zepa
fiant.

Deinde de av.
de Loni: gram
sua obtinendi
pota. Tu. 70.

tione cognitionem hujus causæ ad Romanam sedem pertinuisse fateatur Clemens IV. Pontifex in epistola ad Ludovicum Regem: *Cum Comes Tolosanus ex causis ad iudicium apostolicum ratione fidei pertinentibus per felicitis recordationis Papam precessisset nostrum terribis suis & honore privatis, suis meritis congruentem sententiam excepisset. Episcopi quoque in secularibus negotiis jus in Gallia aliquando dicebant, et hinc à iudicibus regis eorum sententia repudiarentur. Quod graves contentiones accendit, præcipue sub Rege Philippo Valesio, de quibus agemus accuratè tomo secundo, & argumenta partium expendemus, nova quadam methodo adhibita, quæ observationibus à veterè disciplina peritis illustrabitur.*

CAPVT XVI.

Synopsis.

I. Inspectenda ratio qua Ecclesia Gallicana prospexit Libertati regni in dissidio Bonifacii & Philippi. Rei gesta series exponitur. Invitatur Rex ad recuperationem terra sancta. Causatur bella fœditia. Mener ab Episcopo Appamienfi Nuncio Pontificis, minis adjectis.

II. Rex non violat jus gentium, detructo in carcerem Nuncio. Post aliquod tempus, accusatur majestatis. Criminibus probatis, à sententia carceris Silvanectensis traditur custodia Archiepiscopi Narbonensis. Quod renuntiat Pontifici per Legatos Regis.

III. Bonifacius cognitionem accusantis ad se trahit. Literas concitantes ad Regem mittit, qua in ignem conjecta, Episcopi & Doctores Gallia ad synodum Rome habendam vocat, ut statueret passus de reformatione Regis & regni. Aliud exemplum epistola ad Regem conceptum, qua tamen missa non est, & qua epistolam confarctatam à Florentia Legato Regis.

IV. Convenit Ecclesia Gallicana. Omnes sponte se Regi adjuvatores ad tuendam regni majestatem. Litera & legationem Episcoporum missa ad Pontificem, qui conquerantur de temeritate regni subjectione, & de synodo in eam rem indulta. Philippi acerbum epistolam. Orationes Bonifacii & Cardinalis Portuensis ad Legatos. Aliam regnum Francorum subesse Romanam Ecclesiam temporaliter, ratione peccati.

V. Explicata sententia Bonifacii, qui ratione peccati regni statum ordinare voluit, & à Rege pariter ob malam administrationem exigeret. Non erat ea mens Innocentii regis, Gallicana Ecclesia huic Bonifacii sententia refragata est.

VI. Legato missa, Concilij congregationem urbis, aliisque pacis conditiones proposuit. Rex rejella à Philippo. Convenit alter tunc regni. Accusatur Bonifacius hæreses & aliorum criminum.

VII. Accusatur, Rex, Episcopi, & reliquis conventus appellans futuram Concilium. Hac appellatio non adhibita est ad tuendam majestatem regni, cui præstenerat præstatione contraria. Sed ut sibi cavereus à censoris ab negotium ecclesiasticum ferendis, id est, ab accusantem Bonifacii.

I. **Q**UADAM attigimus libri secundi capite tertio de Bonifacii octavi & Philippi quarti dissidio, de quo paulò accuratius nunc agendum est, non ad fugillandam alterutrius famam, sed ut è statu questionis inter illos controversæ sciamus quænam esset Ecclesie Gallicanæ sententia, & qua ratione tuendæ Libertati regni prospexerit. Sed ante omnia, rei gestæ series exponenda est, juxta fidem manuscritorum codicum, quorum ope vir illustrissimus & eruditissimus Henricus Spondanum Appamiam Episcopus historia in istam concinnavit, ex qua decerpemus quæ ad rem nostram pertinebunt. Anno millesimo trecentesimo invitatus à Bonifacio præ ceteris Philippus ut subsidia in terram sanctam mitteret, (quam Cassanus Rex Tartarorum ab imperio Saraceno rum ereptam Occidentibus se restitutum legatione missa pollicitus fuerat) Flandricum bellum causatus, se nec copias transmissurum, nec decimas à Pontifice indictas exigi passurum professus est, eò quod ipsi pecunie necessariæ essent ad belli finitimi sumptus tolerandos. Hanc occasionem, quæ prætextu pietatis non carebat, Bonifacius, aliunde Philippo inferens, (quod Columnenses, Pontificis hostes, apud se benignè haberet, quòdque belli Flandrici curas non deponeret, juxta conditiones à Bonifacio arbitro compromissario dictas) avidè arripuit, ut Regem censuris premeret. Anno itaque sequenti per Bernardum Episcopum Appamiensem Legatum monuit Regem ut Orientis expediti ni intenderet, nec decimas in eum finem indictas converteret in alios usus, nève Ecclesiarum vacantium fructus sibi retineret, conferretve præbendas, vel libertatem ecclesiasticam violaret; depositionem comminatus, ni monitis illis obtemperaret.

II. His mandatis à Legato licet auctius denunciatis Philippus non violavit jus gentium illo in carcerem detructo, ut plebique visum. Sed post obitum legationem dimissus Episcopus, de crimine majestatis defertur apud Principem, his criminum elogiis, quòd adversus Regem cum Aragonie Rege & Comite Fuxi conspirasset, deque pellendis ditione Tolosana Francis cum isto convenisset, & pæque jactasset urbem Appamiam non pertinere ad regnum Francorum, Regem esse monetæ adulteratorem, & è spuris oriundum. Hæc & alia quædam majestatis crimina cum idoneis testibus probata essent, Rex conventum regni in urbe Silvanectensi indicit, & de omnium tam Clericorum quàm laicorum sententia Episcopum Appamiensem eò accersitum, in cu-

studiam dedit Aegidio Archiepiscopo Narbonensi, ipsius Metropolitanano. qui cum suscepit, territorio sibi concessio ab Episcopo Silvanectensi, de consensu Archiepiscopi Remensis. Quæ omnia Rex Pontifici per Legatos, è quorum numero unus erat Petrus Flotta, renunciavit, professus, et si liberum sibi fuisset de Consilij sui sententia in rem animadvertere, maluisse tamen exemplum decessorum rem totam illi significare; à quo contendit ut rem privilegij clericali exueret, debito supplicio facinora sua expiaturum.

III. Excanduit Bonifacius, justitque reum è custodia seculari eximi, & pontificiæ tradi, de objectis illi criminibus inquiri à Narbonensi Archiepiscopo & Episcopis Biterrensi & Magalonensi, factamque inquisitionem unà cum Episcopo ad se sub tuta custodia mitti. His addidit literas ad Regem contumeliosas, per Archidiaconum Narbonensem Notarium suum perferendas: quæ à Comite Atrabatenis coram Rege in ignem conjectæ sunt, ut testatur Ioannes Villanius & ipse Bonifacius; qui ex hac contumelia feda apostolica illata ait se ad revocanda omnia privilegia eidem Regi, liberis, fratribus, & officialibus indulta, compulsus fuisse. Præterea Episcopis & Capitulis Ecclesiarum cathedralium regni, Magistris in Theologia & in Iure, synodum Romæ indicit ad Calendas Novembres anni sequentis MCCCLII. ut eorum consilio damnis & injuriis quæ Clero, Nobilitati, & Universitatibus à Rege inferuntur, mederi possit, & de reformatione Regis & regni statueret. Formulam quoque aliterius epistolæ ad Regem deferendæ conceperat, qua docebat Regem subesse Ecclesiæ, graviter peccasse Clericos & subditum sibi populum vexando, & licet à sede apostolica frequentibus literis & nuntiis monitum, errorum curationem neglexisse, in propriis causis jus sibi dicere, nec conqueri apud Pontificem, licet de juribus ecclesiasticis agatur, mutatione monetæ, aliisque vexationibus, regno perniciem intulisse; collationes beneficiorum & reditus vacantium Ecclesiarum usurpasse, libertatem ecclesiasticam imminuisse, & pleraque alia patrasse, ob quæ restituenda, ad synodum Episcopos & Doctores Galliæ evocaverit, ut salubrius negotia regni ordinare posset, quò Rex mandatis suis instructos procuratores mitteret, & alinque eorum absentiam divina replente presentia, se, prout superna ministratura esset gratia, processurum. Sed epistola ad Regem perlata non est, hoc exemplo, id exigentibus regis Legatis, ne Philippi anipus accende-

retur. Attamen unus ex illis Petrus Flotta summa capita exscriptit, quæ illo epistolo continenter quod hodie sub Bonifacij nomine ad Philippum circumfertur.

IV. Ceterum convocatis totius regni comitiis mense Aprilis anni MCCCLII. expostita sunt coram Rege Bonifacij consilia, regnum Francorum sibi temporaliter subesse asserentis, & damna à Rege illata regno emendare satagentis in Concilio eam ob rem à se Romæ indico. Episcopi & proceres se consilio & ope Regi adfuturos sponderunt in tuendo capite & honore Regis regni que Libertatibus & juribus. Decreta legatio trium Episcoporum, Novionensis, Constantiensis, & Biterrensis, cum literis ad Pontificem, quibus se novis & inauditis illis verbis quæ regni Francorum libertatem immittunt, valde percussos testantur; rogantque ut concordiam regni & Ecclesiæ consulens, literas illas tractatorias seu synodi evocatorias revocet; quibus Regis regni que majestatem maximè lædi videbant, quòd de regni administratione in Concilio disceptandum esset. Philippus quoque brevi quodam epistolo dolorem suum acriter verbis, & famulatis convicio in Bonifacium coniecit, ultus est. Extant in codice manuscripto orationes à Bonifacio & Cardinale Portuensi ad Legatos in Consistorio habitæ; ex quibus genuina Pontificis sententia colligi potest. Proposito Genesis illo decreto, *Quod Deus conjunxit homo non separet*, Bonifacius commendat vinculum caritatis quo regnum Francorum ab ipsis Clodovei primordus cum Romana sede obstringitur, quod nulla ratione violandum sit. attamen dolo perniciis & scelerati hominis Petri Flottæ falsam epistolam suppositam fuisse; quasi scilicet Pontifex Regi mandasset ut *recognosceret regnum ab ipso*. Sibi, qui à quadraginta annis in Iure versatus esset, perspectum esse duas potestates à Deo institutas. *Quis ergo deberet vel posses credere, tantam famulitatem, tantam insipientiam fuisse vel esse in capite suo? Prosestari se, quod in nullo vellet usurpare jur. sacitionem Regis. Regem tamen negare non posse quin esset Pontifici subjeclum ratione peccati*. Pluribusque de beneficiorum collatione & aliis capitibus locutus, à Concilij indictione jam facta se non recessurum, sed potius se illam innovare declaravit, *pro bene statu Ecclesiarum, Regis, & regni*. Eodem sensu Cardinalis Portuensis peroravit, vindicata Pontifici potestate de temporalibus quibuscumque judicandi, *ratione peccati*, ita ut *jure* temporalis potestatis sit penes Pontificem, *usus* autem & *executio actus* penes Reges.

V. Hinc constat Bonifacium non id
K k ij

consilium
mal. loci, ad
m. 100. f. 2.

Edice bene volentes
iste à clero.
v. Peter Passius
in coll. Tom. A.
sermon de decessu
Bonifacij & Villani
sup. pag. 77. &
78.

quidem sibi usurpasse ut regnum Francorum ad feudi servitutem demissum, à sede apostolica hominij & fidelitatis nexu pendere diceret. Sed ea subiectione excepta, supremam sibi potestatem in Reges arrogavit, quam magnifica oratione in constitutione *Præm. sanctam* expressit. Nempè sibi liberum putavit, quæcunque à Regibus peccarentur, non solum quatenus sunt privati homines, sed etiam in regni administratione, decretis suis corrigere, & constitutionibus à se latis statum publicum Ecclesiæ, & regni, Concilij in eam rem coacti sententia displicere, contumacisque Reges excommunicationibus & tandem ipsa regni privatione plèctere. Quare non erat cur tantopere adversus Flotram conquereretur de falsa sententia sibi afficta in epistollo supposititio, bis verbis, *Scire te volumus quid in spiritualibus & temporalibus nobis sives*, cum ipse eandem rem profiteretur, ratione quidem peccati, non verò ratione feudi. Innocentius III. hanc distinctionem arripuerat ut ad se cognitionem controversiæ inter Reges Franciæ & Angliæ motæ traheret, (de qua diximus lib. II. cap. III.) sed ejus regulæ vim ad Regum peccata in subditos & ad regni statum ordinandum non extenderat, quemadmodum Bonifacius. Gallicana Ecclesia per literas ad Bonifacium datas satis significaverat, videri sibi nullatenus ad Pontificem pertinere ut Regis excessus in regni administratione admittos corrigeret. Quare mirum non est, si Philippus consilium suum post reditum Legatorum mutare noluerit, qui constantem in proposito suo Bonifacium retulerunt.

V I. Ioannes Monachus Cardinalis, cui legatio ad Regem imposita est, hoc confirmavit, cum præter ceteras pacis conditiones parum æquas, hanc quoque urgeret, ut evocati ad lynchodum Galli Romam se conferre non prohiberentur, & Rex coram Pontifice se sisteret ob Bullas in apostolicæ sedis contemptum incensas, per procuratorem mandato instructum *de parendo Pontificis beneplacitis*. Eas conditiones renuente Philippo, Bonifacius in illum excommunicationem protulit: cujus sententia instrumenta Nicolao Benefrædo Archiepiscopo Constantiensi in Normannia, ejusdem Legati familiari, cum perferenda in Galliam data essent, accidit ut ille apud Treca comprehenderetur. Custodiæ traditum, Legato petenti ejus liberationem, Rex omnino denegavit. Et statim sibi consulturus, conventum totius regni Parisius evocavit anno millesimo trecentesimo tertio, atque interim Legatus nocte intempesta urbe excedens,

Romam se contulit. Ea verò fuit animorum commotio adversus Pontificem, quòd regni ordinationem, prætertu peccati emendandi, ad se trahere vellet, ut Episcopi & proceres faciles se præberint accusationi contra eum delatæ; de qua mox dicam. Interim observanda est majorum nostrorum constantia in asserenda regni libertate, quam solo dissensu tuebantur. Guillelmus de Plesseano, Dominus Vicenobrij, Miles, illique adjuncti Ludovicus Comes Ebroicensis Regis filius, Guido S. Pauli & Ioannes Droccensis Comes, accusationem de criminibus hæreseos, schismatis, simoniæ, & aliis nefandis sceleribus coram Rege & coetu illo adversus Bonifacium scripto detulerunt; & in Concilio generali probationem se impleruros professi, Regem atque Episcopos obsecrarunt ut congregationi Concilij studiosissimam & efficacem operam navarent.

V II. Tum Guillelmus suspectum sibi Bonifacium ob delationem illam restatus, ut se rurum ab illius censuris præstaret, futurum Concilium generale appellavit, & futurum Papam catholicum, & sedem apostolicam, & ad illum vel illos ad quem vel ad quos melius provocare debet, & sequi fautorem, que suos protectioni beatorum Apostolorum Petri & Pauli, sacri Concilij congregandi, futuri Summi Pontificis, & sanctæ sedis Romanæ commisit, *ad cautelam*. Rex pollicetur se daturum operam congregationi Concilij, *salvis in omnibus sacrosanctæ Ecclesiæ Romanæ honore & reverentia debitis*. Episcopus obsecrat ut huic convocationi intendant; & ne Bonifacius, *spirituali gladio abutendo*, de facto ad excommunicationes & interdicta procederet, suo & eorum qui sibi adhererent nomine, generale Concilium & legitimum futurum Summum Pontificem provocat, *vel alius ad quem vel ad quos fuerit provocandum*. In sententia Regis itum est ab Episcopis, qui appellatione quoque sibi caverunt. Quas appellationes deinde ratas habuerunt ceteri Episcopi & proceres qui conventui non intererant, quemadmodum & reliquæ regni Vniversitates.

Hæc omnia distinctè retuli; ne quis cum vulgo in eum abripiatur errore, ut existimet Philippum eo animo Concilium provocasse, ut de regni sui statu & majestate in Concilio disceptaretur. Quod enim ad caput illud pertinet, protestatione in contrarium à se & à totius regni conventu edita anno MCCCII. sibi caverat, & de dignitate sua violata cum Bonifacio per tres Episcopos Ecclesiæ Gallicanæ Legatos exposulaverat. Quare appellationis ad Concilium occasio inde solum profecta est, quòd

T. u. Lib. 6.
T. u. M. II.
T. u. Lib. 6.
T. u. B. 1.
1799

100. Fran. Jar.
11. 1. De just.
1. 1. 1.

Bonifacius delatus esset inter reos, à Conci-
lio futuro discutiendus; & ideo in causa
ecclesiastica hoc remedio contra futura gra-
vamina sibi prospexerunt, ad *castelem*, ut
dicebat Guillelmus de Plessifano.

CAPVT XVII.

Synopsis.

I. De appellacionibus à Papa ad futurum Conci-
lium. Quae aliens à veteri disciplina. Non provocatur
à sententiâ Patriarcharem, in causis priorari.
Communis definitio non potens sine sententia sedis
apostolica; à qua non appellatur.

II. Aliquando ad bonum precibatur iudici-
um sedis apostolicae, quod differt ab appellacione. Syn-
odus Arelatensis iudicia in causa Caelestis, post ju-
diciam Concilij Romani, ut Donastus satisfecit. Con-
queriebatur causam non plene audiam. Secundo cog-
nitioni interserunt primi iudices, contra mercedem ap-
pellacionem. Explicatur Augustinus, falsi speciem re-
citit, non verò regiam prescribit.

III. Iudicia aliquot renovata, post Romanam sedem
sententiam. Quod aliquando tamen fieri voluerunt
Summi Pontifices. In illa synodo definitum sui in-
stantiam esse cognicionem adveniri Phosium post
iudiciam Concilij Romani. Reluctantibus Legatis sedis
apostolicae.

IV. Post seculum novum, graves causa discipata
à Pontificibus in numeris Concilij. Principij si age-
retur de Sacerdotij & Imperij Concordia, ubi aderant
Clerici, & laici; à Gregorio VII. & Galasto II. In-
nocentio III. graves controversiam decidere non
audet absque definitioe Concilij.

V. Inde manavit mos iste appellandi ad futuram
Conciliam. Hoc remedio primus omnium usus fuisse
videtur Fridericus II. Imperator. Conciliam genera-
lium Lugdunensij provocavit. Responso Innocentij IV.
à Matthaeo Paris.

VI. Martinus V. vetuit has appellaciones, à Ger-
sone, qui scripsit consuetudini non esse locum in causis
sacris. Pius II. eas quoque prohibuit. Galli excep-
erunt causis fidei & manifesta eversis canonum.

VII. De formula disjunctiva appellandi, ad Pon-
tificem, vel ad Conciliam. Quo sensu dixerint inter-
pretati appellandum à Papa ad Papam, Melius Ivo,
qui à sede ad ipsam sedem consueverat dicit. Quo
sensu dixerit Pipianus appellari à rescripto Principis.
Expensa rationes cur in antiquis formalis disjunctiva
ad Papam vel ad Conciliam appellatio conceperetur.

VIII. Quamvis Du. Valisij Theologi in hac
quaestione sententia, quidque remedium illi substat.

I. SUPERIORE capite novam quan-
dam rationem vidimus in Ecclesiam
investam ab iis qui se Romanæ curiæ censu-
ris premi exultimabant, scilicet appellatio-
nem à Papæ decreto ad futurum Conci-
lium. Novam dixi, quia nunquam in Eccle-
sia admilla fuit provocatio à Papa ad Conci-
lium, licet aliquando, remedio quodam ex-
traordinario, sedis apostolicæ iudicium in
majori synodo instauratum fuerit. Quod illi

facile concedent quibus perfecta est anti-
qua disciplina, quæ causarum divisione ju-
dicia synodorum distinguebat. Illæ enim vel
privatæ erant, vel communes, quarum dis-
crimen explicamus in distriba de synodis,
tomo secundo. Privatæ ita synodorum Pa-
triarchalium iudicio finiebatur, ut nullus
appellandi superesset locus, neque Impera-
toris adveniri, aut synodi universalis interpel-
landæ; ut docet Iustinianus, juxta consti-
tutum Secundæ Synodi Oecumenicæ. Cur
ergo denegabitur apostolicæ sedis quæ ve-
teres omnibus Patriarchis asseruerunt? Aliud
dicendum de causis communibus, quæ juxta
mores antiquos rectè confitui non poterant
alio iudicio, sine sententia Summi Pontifi-
cis, ut observavit olim Sozomenus. Quo
sensu intelligendus est Gelasius, cum ait:
*Ipsi sunt canones qui appellaciones totius Ecclesie
ad hujus sancte sedis examen defini voluerunt,
ab ipsa vero nunquam appellari debere sanxerunt.*

II. Aliquando tamen, ad procurandam
Ecclesie tranquillitatem, Imperatorum re-
scripto apostolicæ sedis iudicia in majore sy-
nodo instaurari contigit; in qua per Lega-
tos Romanus Episcopus intererat. Quæ ra-
tio longè differt ab appellacione. Vt enim,
inquit Hermogenianus Iuriconsultus, ap-
pellatio iniquitatis sententia querelam, in inte-
gram verò restitutionem erroris proprii venia petiti-
onem, vel adversarij circumventionis allegacionem
continet. Deinde iudex à quo appellatur, de
appellacione non cognoscit, sed is à quo sup-
plicatur, instauratum iudicium peragere po-
test. Ejus cognicionis antiquissimum exem-
pulum habetur in causâ Cæcilianij Carthagi-
nensis, quæ iudicio Concilij Romani sub
Melchiae decisa, iterum peracta est in Sy-
nodo Arelatensi à Constantino coacta anno

ccc xiv. eo colore quaesito à Donatistis,
quòd lite nondum plene instructa iudicium
nimis properè latum esset, ut constat ex epi-
stola Constantini ad Chrestum Syracusanum
Episcopum, apud Eusebium. Alienum putabat
Constantinus à disciplina, res ab Episcopo
Romano iudicatas refricare, sed studio pacis
restituendæ, instauracionem iudicij in
frequentiore synodo Donatistis permisit.
Hoc habemus ex ipsius epistola ad Vi-
carium Africæ: *Es contra id quod iisdem res-
ponderam*, inquit, *frustra eos id iustare*, (nempe
Cæcilianum esse fontem) *quippe cum res
fuisse apud urbem Romanam ab idoneis ac probatis-
simis viris Episcopis terminata, omnici ac permi-
nacione respondendum existimaverunt quòd eo-
rum omnis causa non fuisse audita, sed potius
iisdem Episcopis quodam loco se classissent, & prout
ipsi aptum, iudicassent. Quare cum hac res &
tantæ nimium omnici dissensionis protrahere*

L. 24. c. de appell.
capit. condempn.
S. an contra leg-
timos iudices
non appellatur
à superioribus
de consuetudine
de Nov. 117.
C. an vi. de
de syn.
Phosium lib. 12.
Narcissus, c. 11.
Anat. Guat. c.
Eusebius, 6. lib.
C. 2. q. 1.

A. Professus.
de ministro

de syn.
de syn.

viderem, ita ut nullamodo finis issem dari posse videretur, scilicet nisi novo iudicio de causa Cæciliani cognosceretur, Synodus Arelatensem indicit. A qua non rejecti sunt iudices qui sententiam Romæ tulerant, ut sit in iudiciis appellatum, sed quemadmodum fieri solet in iudiciis supplicationum, ipsi cum aliis denuo cognitionem susceperunt. Extant enim subscriptiones Legatorum ex urbe Roma à Silvestro episcopo missorum, Marini quoque, Reticij, & Materni Galliz Episcoporum, in Actis Synodi Arelatensis, unâ cum subscriptionibus ceterorum Episcoporum qui ad illud Concilium conveniunt. Quod factum observavit Augustinus his verbis: *Ecce possum illos Episcopos qui Romam iudicaverunt, non bonos iudices fuisse. Restabat adhuc plenarium universalis Ecclesiæ Concilium, ubi etiam cum ipsis iudicibus causâ posset agitari, ut si male iudicasse conviciti essent, eorum sententia solveretur.* Quibus verbis rem gestam describit, id est, secundam Synodi Arelatensis cognitionem, post Concilium Romanum; ooo autem regulam prescribit qua io omnibus causis uti liceat, nempe instaurationem: omnium iudiciorum apostolicæ sedis in synodo universalis, quemadmodum plerique contra veterum sententiam sibi persuaserunt.

III. Sanè in diffidio Orientalium, Concilium Sardicense indictum est: in quo iudicium adversus Athanasium refricatum fuit, post damnationes in illum à Conciliis Tyrio & Antiocheno decretas, & post admisionem Athanasij à Iulio in Concilio Romano communionem. Quod etiam factum in Concilio Chalcedonenfi erga Theodoretum, etsi Leo primus illi in communionem suscepto episcopatum restituisset. Attamen causam Acaeticam, iterato iudicio in Synodo Occumenica, discussi passus non est Gelasius, neque ceteri Pontifices, quamvis schismate eam ob rem violata esset unitas Ecclesiæ: quæ sub Iustino Principe restituta est, cedentibus Græcis auctoritati Romanæ Ecclesiæ. Rationem discriminis assignamus in exercitatione de iudiciis canonicis Episcoporum, tomo secundo. [*Vide librum septimum.*]

Græcorum tamen obstinata petitio præmittenda non est, qui seculo nono iudicium contra Photium & eius adhectas à Nicolao I. toties damnatos instaurari voluerunt in Octava Synodo, reluctantis licet Romanæ Ecclesiæ Legatis. Etenim Baanes Patrius & ceteri proceres à Basilio Imperatore delegati ut synodo interessent, se Actis synodi non subscripturos, ut fieri solet, professi sunt, nisi præsentis Photij & eius scismaticorum ex synodis & canonicis

functionibus ora obtulerentur. Metrophanes Smyrnæ Metropolitam eam petitionem suffragio suo iuvit, verbis erga Romanam sedem permodestis, & ad propositum suum accommodatis: *Divinus Apostolus dicit: Prophetas nolite spernere, quod bonum est tenere. Sanctissimos veteris Romæ Legatos tanquam Prophetas recipimus, neque spernimus. Probatem verò magnificentissimorum procerum petitionem, æquam esse iudicamus.* Statim verò Concilium definivit iudicium refricandum esse: *Statuimus ut illi citentur, ac presentes facta defendendi potestate iudicentur.* Legati quidem repulerunt hanc definitionem synodi, sibi liberum non esse dicentes Romanorum Pontificum iudicia rescindere; ex eo præferunt, quod præsentibus Photianis Romæ reddita fuissent. Sed diffusio negotio, reorum exceptiones repulsa sunt, & renovata in Photium ejusque consortes damnationis & anathematis sententia.

IV. Hinc factum existimo ut seculo decimo & aliquot sequentibus Pontifices Romani ad vitandas offensioes, exemplo decessorum, causas communes in Conciliis frequentissimas discuti voluerint; adeo ut si qua inter sacerdotium & regnum gravis quaestio incideret, ad Concilium eam referri vellent, quò Reges & Principes evocabatur. Eam viam inivit Gregorius VII. qui recondescere dissidio ioter Romanam Ecclesiam & Henricum Germaniæ Regem anno M LXXX. testatur in locutione & securo, sicque opportuno, ut ad eum possint audique terrarum, clericalis ordinis & laicalis amicitia inimici sine timore convenire; ubi discutendum ait quis auctor fuerit ne inter pontificatum & regnum divina pax & recta concordia fieret: quam pacem optulente Domino, sicut Christiana devotio cupit & postulat, in eodem Concilio instaurare & confirmare optamus. Gelasius II. in eodem diffidio, Concilij generalis remedium adhibendum esse docet anno M CXVIII. his verbis: *De controversia qua inter Ecclesiam & regnum est, vel conversioni vel iustitia libenter acquiescimus loco & tempore competentis, videlicet Mediolani, vel Cremonæ, in proxima B. Luca festivitatem, fratrum nostrorum iudicio, qui à Deo iudices constituti sunt in Ecclesia, & sine quibus hæc causæ tractari non possunt.* Liberalius se gesserat Gregorius VII. qui in causa mixta, quæ sacerdotium & regnum respiciebat, ex Clericis & laicis Concilium consilari volebat, cum Gelasius videatur ad solos Episcopos hanc cognitionem contrahere. Illis tamen iudicandi auctoritatem deserit: quia etsi de singulis negotiis & causis privatis suprema iudicia à

Aug. ep. 18.

Fidelis 9. 107.

10. 2. 1.

A. Theob. 47

Concil. Ch. 14. l. v. Episcopi in iudiciis propriis. Nemo in alio non debet. Synodus vult ut & que

Placitum synodus per exempla referunt in Actis ad f. 11. 14. 15. ep. 119.

Grego. VII. 5. 2.

Ep. 14.

Gelasius II. in Concilio Mediolani.

hinc ap. tit. l. 11. leg. 2. ubi dicitur: si quis... nonnulli... utitur...

Statuta d. l. 1. leg. 1. ubi dicitur: ut...

sola Romana sede redderentur hoc seculo, attamen causas communes & generales ad Concilij definitionem ipsi Pontifices Romani referebant. Vnde Innocentius I II. cùm urgeretur à Philippo Rege Francorum ut illius nuptias cum Ingeburge dissolveret, ea facti specie propofita quæ hodie apud Summis et ceteros tractatores nulla difficultate laborat quin matrimonium consummatum non fuisse dicant, rem illam absque Concilij generalis discussione fieri non posse scripsit his verbis: *Verum si super hoc absque generalis deliberatione Concilij determinare aliquid tentaremus, præter divinam offensam & mundanam infamiam, quam ex eo possemus incurere, suscepti ordinis & officij nobis periculum immineret; cùm contra præmissam veritatis sententiam nostra non possit auctoritas dispensare.* Id est, in præceptum illud divinum, *Quod Deus conjunxit homo non separet*, nullam cadere dispensationem; ceterùm an matrimonium consummatum sit in facti specie propofita, in Concilio generali disceptandum esse.

V. Vnde patet hoc seculo duodecimo in causis communibus, quales erant Regum aut provinciarum querelæ, Concilij generalis non ineptæ, nec invitus Pontificibus, imploratæ auxilium fuisse. Primus omnium qui appellatione ad futurum Concilium usus est, prodit sese apud Historicos Fridericus II. Imperator: qui ad Concilij cognitionem evocatus à Gregorio IX. & ab Innocentio IV. ob dissidium cum Ecclesia Romana, de bæræ & aliis facinoribus delatus, Thaddæum Legatum suum ad Concilium Lugdunense misit anno millesimo ducentesimo quadragesimo quinto. Hic post excepciones Friderici propofitas, cùm ferendam videret ab Innocentio depositionis sententiam, *appellavit pro eo ad Concilium proximè futurum generalium.* Nec enim nunc omnes *Praelati vel eorum Principum procuratores appertent hic in præsentiarum;* ut dicebat ille, teste Matthæo Paris. Cujus petitionem Papa non eo nomine repulit quòd inepta eisset provocatio ad Concilium, sed eo quòd Concilium illud Lugdunense generale esset, ubi quamplurimi Episcopi & Nobiles aderant, aut eorum Procuratores, iis solis absentibus quos Fridericus auctoritate sua continebat, ideoque ne ex malitia sua commodum reportaret, néve fraus illi sua patrocinaretur, sententiam depositionis non esse differendam, quemadmodum Matthæus Paris retulit.

VI. Martinus V. cùm frequenti appellationum ad futurum Concilium, non solum in causis communibus, sed etiam in privatis, supremam in judiciis apostolicæ sedis auctoritatem infringi videret, commotus

etiam audacia Legatorum Ladislai Poloniæ Regis, qui cùm libelli cujusdam hæresibus fecentis damnationem trahi viderent, & Concilium Constantiense mox esse dissolvendum, *protestati sunt de gravamine, & de appellando ad futurum Concilium,* constitutione promulgata in Consistorio generali celebrato Constantiæ anno MCDXVI. vetuit ne quis à sede apostolica appellaret, aut ejus iudicium in causis fidei declinaret. Id testatur Ioannes Gerson, qui statim edito libello docuit licitam esse in causis fidei à Papa ad Concilium provocationem, quia Papa in his causis pendet à Concilio, ut ille pluribus exsequitur. Ceterùm an sit jus appellandi in causa disciplinæ evêre & canonum manifestè corruptorum, Gerson tractatu illo non ediderit: quamvis is argumentis utatur quæ utramque partem conficiant, scilicet si de fide, de schismate, aut de reformatione Ecclesiæ in capite & membris agatur. Pius ferendus, à quo Sigismundus Dux Austriz & Georgius Heymburgus Iurisconsultus communiõne absentis Concilium appellaverant, literis Mantuæ in conventu Principum publicatis has appellationes licetum prohibuit anno millesimo quadragesimo sexagesimo. Quod interdictum adversus morem jam receptum sic Gallicana Ecclesia statim interpretata est, ut privatis causis, non autem communibus, conferret accommodandum, præcipuè si Regibus aut regionibus injuria inferretur, ex qua fidei vel unitatis ecclesiasticæ læsio vel disciplinæ manifeste interversio sequi posset. Hac interpretacione verba generalia legis mitigavit Ioannes Dauvet Procurator regius, cùm ex mandato speciali Caroli VI I. Francorum Regis à comminatione Pij II. ad Concilium provocaret. Denuntiaverat Pontifex in conventu Mantuano sibi abstinendum esse à consortio Francorum, quòd eas constitutiones amplexi essent quæ à Concilio Basileensi editæ, summam sedis apostolicæ auctoritatem læderent, & Ecclesiæ unitatem liberatèque perimerent. Requisit itaque Procurator regius libello contestatorio ut in loco tuto ac libero Concilium plenarium ex orbe universo à Pontifice congregetur, quò paci Ecclesiæ hac ratione auriuris consulari, ita tamen ut canones inerrim in Gallia serventur, adeoque si ob canonum custodiam censuris agatur adversus Regem aut regnum, se de earum nullitate coram Concilio conquestum profiteretur. Referuntur aliquot formulæ appellationum quas Ludovicus XI, Ioannes Nanterre Procurator regius, Universis Parisiensis, nunc ob decimas indictas, nunc ob Pragmaticam Sanctionem

Tractatu Ioannis Gersoni de appellando ad futurum Concilium. mo. Thome Ap. p. 14.

C. 11. s. 1. 7. 1. 1. p. 1.

Vide caput. 13. 1. 1. s. 1.

recessissimam, & Concordarorum promulgationem, emisserunt à Papa ad ipsum melius consultum vel ad synodum universalem. Sed ex iis formulis constat hæc remedia nunquam adhibita, nisi eùm de causâ communi & de manifesta canonum eversione ageretur, quæ universam Ecclesiam Gallicanam respiceret.

VII. Porrò dubij fuisse videntur majores nostri in formula appellationis istius constituenda, quam disjunctiva dictione protulerunt: *Ad Pontificem, vel ad Concilium, ad quem, vel ad quas provocandum esset.* Hujus formulæ auctores fuerunt illi qui Philippi I V. Regis & Gallicanæ Ecclesiæ appellatorum libellum conceperunt anno MCCCIII, quam secuti sunt posterî. Quod ab eis consultò factum est, cogitantibus duplici remedio appellationis ad Papam & ad Concilium subveniri posse. Vt enim Principes, etsi rarò, aliquando tamen in auditorium suum res judicatas induci patiuntur, ita ex Innocentio primo & Nicolao, quorum verba refert Gratianus, *sententia Romana sedis potest in melius commutari, cum subreptam aliquid fuerit, aut ipsa pro consideratione statum, vel temporum, seu gravium necessitatum dispensatione, quædam ordinare disponit.* Unde Ivo tacebat ab ipsa sede ad ipsam confugere Clericos quàm ab Ægypto auxilium petere, id est, à regia potestate: *Quoniam, inquit, judicium Romanæ Ecclesiæ à nemine fortis retractari posse, eadem Romanæ Ecclesiæ docente didicimus, si qui aliquando se pregravatos ipsius Ecclesiæ auctoritate conqueruntur, hoc eis consilium damus, ut non descendant in Ægyptum propter auxilium, sed ab ipsa ad ipsam confugiant; & inde expectant levamen, unde conqueruntur accepisse gravamen, quia quæ aliquando corrigis paterna severitate, eadem frequenter colligit materna pietate.* Quamvis autem remedium istud juris extraordinarium, restitutum in integrum, vel retractatio, aut supplicatio dici deberet; at tamen ab Inreprehendis appellatio à Papa male informato ad melius informandum dicta est; argumento ducto à verbis Vlpiani, qui contra rescriptum Principis provocari posse dixit, etsi in specie ab Vlpiano proposita rescriptum ad consultationem Præsidis provincie, qui consulendo mentus erat, à Principe darum sit, & appellandi jus tribuatur non à rescripto, sed à sententia Præsidis; non ad Principem, sed ad superiorem magistratum. Sarius esset exemplo Machetæ niti, apud Plutarchum, qui à dormiente Philippo, ad eundem vigilantem appellabat. His tamen omissis, ne controverham de verbis institueri videamur, certum est has appellationes à Papa ad eundem illo seculo suffragis Inter-

pretum recepras fuisse, quod Ivo aptius confugium ab ipsa ad ipsam dixit, quemadmodum appellationes ad futurum Concilium aliquando usurpabantur. Itaque non eo consilio disjunctivis verbis appellabant majores nostri, ac si dubitarent quænam auctoritas Papæ aut Concilij esset appellanda, ut quibusdam visum; sed utroque remedio suis rebus prospicere curabant; scilicet uno in subsidium alterius suffecto. Posset alia ratione eorum consilium explicari, scilicet ad jus cogendi Concilij & ordinandi respicisse, quod Pontifici competit, adeoque sedis apostolicæ auxilium appellationis formula implorandum videatur; præcipuè cum antiquitus mos ille observatus fuerit ab Euryche, à Flaviano, & à Chryostomo, ut etsi Concilium Oecumenicum appellarentur, libellum tamen appellatorum ad Romanum Pontificem dederint, cujus deinde studio Concilium plenarium cogeretur, cui ipse per se aut per Legatos suos præesset. Quare Gallicani Episcopi ne temerè ab antiqua consuetudine discederent, formula sua Pontificem, sedem apostolicam, & synodum universalem complexi sunt. Deinde ista verborum conceptione obviam ibant scrupulis suis cavillationibus quæ à forensibus Magistris, in opinionum diffidio, quod tunc vigebat, moveri poterant. Disputabatur enim eo seculo à Romanis, an Papa superior esset Concilio; & Vlpiano placuerat, ei qui minorem judicem appellasset, errorem officere, atque ideo errantem appellationis beneficio excidere. Itaque in omnem eventum hac disjunctiva appellatione etiam apud ipsos Romanos sibi consulente.

VIII. Quætionem istam de appellatione ad futurum Concilium, veterum auctorum insinuatione, & rationibus aliquot adductis confecit vir eruditus Theologiæ Professor Andreas Du-Vallius, à quo eas petere licet, si cui methodus nostra plene non satisfacit. Ex quo auctore hæc verba transcribenda duxi, ut quæ sit hujus sententia constet: *Mæneat itaque hoc ratum & constans, omnem à Summo Pontifice ad Concilium, sive futuram, sive præsentem, appellationem esse præter illicitam; idque sive Papa sit infra sive supra Concilium, cum ratione allata in utraque sententia concludant. Dices, Principes & Republicas graviter nonnunquam conqueri se à Pontificibus graves injurias pati, nullumque ad has deplendendas efficacius remedium esse præter provocationem ad Concilium generale. Respondes non licere propterea ad Concilium provocare, cum Principes sibi suisque rebus passim alia via consulere, scilicet non obediendo mandatis Pontificis; imò si aliter non passim sibi succurrere, strenuè prædicere resistende,*

Vide Glossam
Prænotam in de
causâ J. de. v. 11.
c. 1. 1. 1. 1.

75. 11. F. de mi.
n. 110.
C. de senatu. 36
l. 1. 11. 11. 1. 1.
1. 1. 1. 1. 1. 1.
De
le. 1. 1. 1. 1. 1.

110. 11. 110.

8. de app. 110.

110. Alexander à
Yustis à. 110.
110. 110. 110. 110.
110. 110. 110. 110.
110. 110. 110. 110.
110. 110. 110. 110.

Recherches de
Pafumier. 2.
chap. 11.

L. 1. J. 110. 110.
de app. 110.

And. Du Vallis
de Capone Rom.
Prænot. in v. 110.
110. 110. 110. 110.
110. 110. 110. 110.

resistendo, & cum ea moderazione quam superius
quæstione, ubi de iniquis & Ecclesie perniciosis
dispensationibus, assignavimus.

ferunt à Defensoribus Ecclesiarum, quos ab
Imperatore petendos decrevit Concilium
Africanum, ad tuendos patrocinio suo pau-
peres. de quibus alibi à nobis dicitur.

ut sit in materia
de iure personarum
de iure personarum
de quæstione
de iure personarum

CAPVT XVIII.

Synopsis.

I. Si Episcopi invaderent iurisdictionem regiam,
prohibitionibus & multis mæhorum iudices seculares,
exemplo Iustini Imperatoris, qui lege coercuit Defen-
sores Ecclesiarum.

II. Bona Clericorum capta ad tuendam iurisdictionem
regiam, ex Ivone, à Capitularibus Caroli Calvi,
Hincmaro, & Philippo quarto, Principes nostri non
nisi sunt expulsione à sede, qua erat poena à legibus in-
dicta, quam Constantinus induxit. Suspendio ab officio
irrogata à Iustiano, & à Theodosio. Sed hic sequen-
tiam Concilium Ephesum adversus Joannem Anti-
ochianum. Hisiam pellunt reges contumaces Episco-
pos, & reditibus privant. Malesibus se gerat Galli.

III. Venium à Concilio Lugdunensi ne iudices ec-
clesiastici cogantur casuras tollere, personis vel bonis
capris; aut qui his utantur, eorum usum desistere.

IV. Lex illa recepta olim à Gallis; sed interpreta-
tione adjecta; non ut locum haberet in vera censura, non
autem in ea qua est nulla, quævis jura regia violat. Hac
interpretatio continetur mandatis Philippi IV. perlati
ad Pontificem per Episcopos legatos Regis, in causa
Capituli Carnotensis. Bona capituræ, non propter cen-
suræ præcisam, sed propter invasam iurisdictionem.
Rullivus Carnotensis de iuribus regis se respondentem
caveat curia Regis, de spirituali coram iudice com-
petenti.

V. Ea interpretatio locum semper habuit in Gallia.
statim post Concilium Lugdunense. Venium tamen lege
Philippi IV. ne demas direrentur, ut autem ferebat.
Bona capi solita, post Concilium Lugdunense docet
Durandus Episcopus Mimatensis & Guillelmus de
Nogario.

I. Quæ hucusque diximus observata
sunt, si à Romana curia iuribus re-
gis injuria fieret. Quando autem ab Episco-
pis regni in detrimetum secularis iurisdic-
tionis aliqui tentari contingebat, regij
magistratus regiam iurisdictionem tueban-
tur prohibitionibus decretis adversus Cleri-
cos; deinde si contra niterentur Episcopi
aut eorum Vicarii, & iurisdictionem quoque
suam ceofuris defenderent, poenale iudicium
adhibeant, scilicet pignorum capionem,
& multatam exactionem, donec ab inva-
sione cessarum esset. Hac ratione compe-
scuit olim Defensores Ecclesiarum Iustinus
Imperator, constitutione lata, qua illos
monet ut ab inquisitione testamentorum
abstineant, quæ soli Magistro census in urbe
regia competeat, poena quinquaginta li-
brarum auri temeratoribus legis indicta.
Defensorum Ecclesie munus Clericis ab
Episcopo conferebatur, ut patet à canone
11. Concilij Chalcedonenfis; qui longe dif-

II. Hujus bonorum capionis exemplum
peti potest ex Ivone, qui refert contentio-
nem quæ orta erat inter Regem Ludovicum
VI. & Belvacensem Clerum, ob accusatio-
nem adversus Canonicum illius Ecclesie in-
stitutam. Hinc privilegio personæ, Belva-
censis Ecclesia Clerici cognitionam ad se
trahebat; inde, facti conditione curia Re-
gis iudicium sibi asserabat. Consultus Ivo à
Belvacensibus respondit, si audieotia regali
curiæ respueretur, Regem offendi; ceterum
eorum desiderium jure niti. Attamen
obstistendi peritioaciter consilium non pro-
buit; quia nesciebat an parati essent ad ea
iocommoda ferenda quæ hanc contuma-
ciam sequebantur; quorum ille descriptio-
nem his verbis instituit: Si autem sciremus

vos esse paratos ut cum gaudio tolerare possitis
ruinas domarum, exterminationes corporum, ra-
pinas bonorum vestrorum, possemus vos exhortari
ut sequeremini consilium Susanna, qua magis
elegit in manus hominum incidere quam Dei legem
derelinquere. Sed quia in donis spiritualibus
consilium & fortitudo conjuncta sunt, consilium
aliud nisi quod patientia vestra tolerare possis,
dare non audemus, quia qualis vestra sit fortuna
do ignoramus. Vidimus superius, ex Capitu-
laribus Caroli Calvi, decimas interverlas, si
præceptis regis non obtemperaretur; & ex
Hincmaro, bonis suis exturbatos Episcopos,
si Regis iurisdictionem auctoritate ecclesia-
stica infringere vellent. Quod obtinebat
adhuc seculo Ivonis, id est, circa annum

m c x v, ut patet ex hac epistola, & ex altera
ejusdem auctoris superius laudata. Quæ
consuetudo edicto Philippi IV. firmata, ad
hæc usque tempora perduravit. Alienam à
temporibus suis & ab ecclesiasticæ disciplinæ
reverentia Principes nostri existimarent
pienam illam quæ contumacibus Episcopis
irrogata est aliquando ab Imperatoribus
Romanis, nempe expulsio à sede, & suspen-
sio ab executione officij, ut ex Iustiano
superius ostendimus. Quod ille non invexerat
in Ecclesiam, sed à decessoribus suis hauserat,
quorum constitutiones, expulsionum,
exilij, & multatam comminationibus Cleri-
cos frequentissimè terrent. Quibus Con-
stantinus prævisse videtur, qui epistolæ qua
Episcopos ad Concilium Tyrium evocat,
has minas inserit: Quod si quis, sicut minime
suspicor, nostram mandatum etiam jam callide re-
jicere studeas, recuset ad Concilium adventare,
hinc à nobis aliquis mittetur qui eum regia man-
dato de dignitate sua deiciat, decretum non

170 173. 172.

170 173. 174.

Aut si quis
ut l. c. in 24
Benedicti 1707.
quæque apud
Cæsar. & a
1710. 1711. 1712.
1713. 1714. 1715.
1716. 1717. 1718.
1719. 1720. 1721.
1722. 1723. 1724.

decere quempiam decisionibus Imperatoris pro veritate edictis adversari. Quod ad suspensionem attinet, Theodosius Ioannem Antiochenum ad communionem Cyrilli Alexandrini & Concilij Ephesini hortatus, interim donec inter illos pax restituta fuerit, vetat Ioannem ne ulla ordinatione vel depositione tentet: *μηδὲν ἔτι κεινόντων ἁποστασίας, ἢ ἁρτυρίων, ἢ ἁρτίων ἀποστόλων ἀποστασίας*. Hoc fortasse exemplo Iustinianus sibi licere putavit analem suspensionem à ministerio Episcopis irrogare. Sed attendere debuerat, à Theodosio hanc poenam Ioanni Antiocheno indictam, quia sententiâ Ephesini Concilij jam antea fuerat adversus Ioannem decre-

ta. *ἀδερτίας & ἑσθίας ἐκ τῶν ἐπιτοπιῶν* suspensio, donec sententiæ adversus Nestorium latæ adhaereret. Apud Hispanos obinet ut Episcopi & Clerici qui mandatis regis non obtemperant, seu ad impediendam ruicionem contra vim iudicum ecclesiasticorum in causâ ecclesiastica latis, sive ad repellendam invasionem quæ sit à Clericis adversus jurisdictionem seculari, aut ob quamcumque aliam graviolem contumaciam, iure civitatis seu *naturalitatis regni* priventur, & statim à regno expellantur, suisque redditibus spolientur. Non quidem, inquit illi, per modum jurisdictionis ordinariæ, quæ in Clericis Regibus non competit, sed potestate quadam politica & œconomica, ut docent Covarruvias, & Bovadilla, & omnes scriptores Hispani. Minus ergo austerum est remedium quod à Gallis usurpatur, quàm quo Romani Principes utebantur olim, quòve Hispani læsam auctoritatem vindicant, licet remedium nostrum ferro causâ seu morbos curet potius quàm emplastro.

III. Enimvero quia quod iure niti poterat in quibusdam speciebus, ut plurimum in contemptum apertum jurisdictionis ecclesiasticæ & excommunicationum trahebatur à Principibus & eorum magistratibus, Concilium Lugdunense has bonorum capiones & personarum vexationes aliquando cruciatarum ob latas censuras sub poena excommunicationis inhibuit. Relatum est decretum in collectione libri sexti Decretalium, sed majoris momenti apud nostros esse debet, quòd in urbe Lugdunensi præsentè Gregorio X, Philippo III. Rege Francorum, Rodulpho Imperatore Occidentis, & Michaële Palæologo Constantinopolitano, Episcoporum omnium suffragiis latum est anno millesimo ducentesimo tertuagesimo quarto: *Quicumque pro eo quòd in Reges, Principes, Barones, Nobiles, Ballivos, vel quoslibet*

ministros eorum, aut quoscumque alios excommunicationis, suspensionis, seu interditi sententiæ fuerit promulgata, licentiam alicui dederint occidendi, capiendi, seu aliâs in personis aut bonis suis vel suorum gravandi eos qui tales sententias protulerint, sive quorum facta occasione prolata, vel easdem sententias observantes, seu taliter excommunicatis communicare volentes, nisi licentiam ipsam se integra revocaverint, vel si ad bonorum captionem occasione ipsius licentiæ sit processum, nisi bona ipsa sint infra octo dierum spatium restituta, aut satisfactio pro ipsis impensa, in excommunicationis sententiam incidant ipse facto. Infra: *Qui autem in eadem sententiâ permauserint duorum mensium spatio, extunc ab ea non possunt nisi per sedem apostolicam absolutiois beneficium obtinere.*

IV. Aliquis fortè suspicabitur, nec injuriâ, constitutionem istam in regno receptam non fuisse, cum usum contrarium saltem in capiendis bonis viguisse constet, etiam post illud decretum. Sed nolo exceptione illa constitutionem sanctissimam repellere, cum majorum nostrorum reverentia consecratam fuisse videam. Illam solum interpretatione juverunt, ne jura regia violaret, Voluerunt itaque decretum quoad illas censuras vel excommunicationis locum habere quæ nullæ non essent. Si enim aut quia à iudice non competente latæ, aut alio manifesto vitio nullæ essent, cum excommunicationum vires neque nomen obtinerent, non existimarent in iis speciebus decreto Concilij Lugdunensis magistratus regios deterrandos esse ab asserenda jurisdictione regia, si opus esset. Deinde bona capi dixerunt, non præcisè ut rescindatur excommunicatio, sed ut ab injuria regis auctoritati facta cessetur; unde per consequentiam excommunicatio dissolvatur. Hanc interpretationem accepto ferè debemus veteri cuidam chartæ à Tabulario Cameræ Parisiensis petite: quæ mandata continentur à Rege Francorum Philippo IV. Archiepiscopo Senonensi & Episcopo Antissiodorensi data, quando iis Legatis ad Pontificem Romanum usus est, ante annum millesimum tercentesium, hac occasione. Capitulum Carnotense interditi & excommunicatione in ministros regios saevierat, quòd ab Advocatis Capituli, hominibus laicis, tributa ceteris etiam civibus indicta exigenter, eo prætextu, quòd privilegio antiquo ab iis dependendis excusarentur, quamvis decem tantùm Advocatis imhunitate concessa, Capitulum Advocatorum numerum auxisset. Statim à Conservatoribus privilegij ab apostolica sede Regibus indulti ne terræ domanij regij interditi subjiciantur, mo-

Theol. ep. ad
Iona. Anzich.

Concil. Ephesin.
in c. 22. v.

Covarr. post.
quæ. c. 21.
Bovadilla l. 1. p.
li. c. 11. n. 41.

C. Gregor.
de Decretis. c.
20. n. 6.

Regis Cameræ
Lompe. 111.

niti Canonici ut interdium amoveant, cum recusarent, excommunicantur, eorumque bona jubente Rege capiuntur. Quæritur defertur ad sedem apostolicam, ac si per vim absolutio à censuris exigeretur contra decretum Concilij Lugdunensis. Qua de re literis Pontificis Rex monitus, per Episcopos legatos suggerit Papæ, inter cetera, bonis captis distringi à se Capitulum, quod suam jurisdictionem invasisset. quo jure adversus Reges & Principes in simili specie uteretur. Deinde non esse quod vis adhibenda sit ad eam excommunicationem solvendam quæ nulla sit. Quare duplici responsione nos instruit; bona scilicet capi principaliter ob injuriam quæ fit regis jurisdictioni. quod prohibitum non est à Concilio Lugdunensi. tum decretum illud non violari, si excommunicatio sit nulla. *Nec tale nostrum jus evacuare*, inquit, *vel tallere intellexit Concilium Lugdunense, sed jura Ecclesiarum duntaxat ita conservare, quod propter hoc non rapiant vel iniuste retineant aliena. Alias, summa & evidens iniquitas insurgeret ex eodem, quod non est ferendum; cum sit perpetuum jura juris concedere.* Plurima alia his mandatis continentur, de quibus Philippus cum apostolica sede expostulat. Vade patere possit, necessitate cogente Reges Francorum ad repetenda antiqua jura, quæ paulatim convellebantur, & ad restaurandam dignitatem suam, per modum defensionis naturalis, tandem impulsos fuisse. De his capitibus, quæ Clericorum privilegia respiciunt, alibi dicemus uberius, cum hic tantum de modo & ratione retinendæ jurisdictionis agatur. Observandum autem est, Baillivum Carnotensem ex mandato Regis ita cavisse scripto suo, ut de his quæ literæ apostolicæ compledebantur se respondurum coram Rege & ejus Curia sponderet, quod attinet ad jurisdictionem Domino Regi competentem, quoad ea verò quæ spiritualitatem continent, coram iudice competente jus Domini Regis defensionum.

V. Eam verò interpretationem, quam modò retuli, secuti majores nostri, Episcopus & Clerici à perturbanda jurisdictione seculari, bonis captis etiam post decretum Lugdunense averterunt. Temperamentum tamen quoddam adhibuit Philippus IV. constitutione edita anno MCCCLII. scilicet ne domus capte diruantur, aut deformentur, quod aliter obtinebat temporibus Ivonis, ut supra adnotavi. Præter testimonia superius adducta, tres oculos testes profere possum, omni exceptione majores, qui docent quænam esset magistratuum regionum sententia. Durandus enim Mimatensis

Episcopus conquerebatur suo tempore vim fieri jurisdictioni ecclesiasticæ à iudicibus secularibus contra decretum Concilij Lugdunensis: *Item impediunt*, inquit, *jurisdictionem Ecclesiæ: quia cum in eos, vel eorum ministros, aut officiales, vel subditos, excommunicationis, suspensionis, interditi sententia profertur, gravant ex hoc presentes, vel res aut subditos eorundem, quousque absolutiois beneficium deferunt ad eosdem, nec sufficit remedium excommunicationis, sicut ait Gregorius X. de sententia excommunicationis. Quicunque in Sexto. Guillelmus Nogaretus & G. de Pleissano Milites & Regis procuratores eodem tempore quo Durandus, id est, circa annum MCCCVI, asserunt in libello suo porrecto Clementi V. Pontifici, quod cum Prælati, vel eorum officiales, per jurisdictionem suam spirituales impediunt & perturbant jurisdictionem temporalem notoriè, sic quod negotiis non potest, Dominus Rex prædictus de antiqua consuetudine regni, quia spiritualitatem Prælatorum coercere non debet, abstringere potest temporalitatem solam, quousque cessent ab impedimento prædicto. Infra: Et dicto jure coactionis Dominus Rex nititur, & tom ipse quàm ejus prædecessores nisi sunt tanto tempore de eorum contrario memoria non existit.*

Durandus in verbis de modo Concilij Lugdunensis. folio 70.

C. 7. N. 11. f. 16. Tom. 1. Lib. 1. tit. 10. 64.

C A P V T X I X.

Synopsis.

I. Post conventiones ad Pragmaticam Sanctionem pax inter Ecclesiam & regnum. Indictio Concilij Lateranensis, cui tandem adhaesi Ludovicus XII. Transiebat cum Leone X. Francis I. Convenerunt ecclesiasticæ finiendæ sunt per conventionem. à Gregorio II. & Concilio Africano.

II. Per Concordata, restituta est pax & libertas Ecclesiæ Gallicanæ. Eorum executio commissa Regi à Pontifice, & à Rege, Curia Parliamenti. Quæ per appellationes ab abusu conventionis illas tenentur.

III. Abusus dictio usurpata in Gallia ante avos recentis, ex Durando, Isaac Parisiensis, & veteri usus. Post Concilium Constantiense, frequentius. Abusus est possessio perverfus usus, à Simplicio, Adriano secundo, Sigisberto, Roberto Lincolnensi.

IV. Antiqui Pragmatici appellationes ab abusu in re ecclesiastica usi sunt ante Concordata: quæ, cum de scriptis Papa agebatur, subsidiaria erant appellaciones ad Papam & ad Concilium. Error recentiorum, quæ Petri Coarctati & Joannis de Naverra veteres appellacionum formulas ad Curiam Parliamenti directas fuisse existimant. Earum vis explicata.

V. Appellatio ab abusu, à iudiciis Episcoporum in negotiis ecclesiasticis, ante Concordata, ex Auspicio. Distincta erant restricta ad Pragmaticam infraillam & appellaciones ab abusu. Primo casu non appellabatur, sed ex nullitate agebatur. In ceteris casibus appellabatur, abusu mentione injecta, ad restandum nihil agi jurisdictionis ordinariæ à iudicibus secularibus. Altera

appellatis à iudice ecclesiastico ad seculares, nunquam admittit. Frequentibus harum appellationum à Theologorum Parisiensium decretis presertim, qui Principum auxilia implorari posse adversus excommunicationes nullatenus scripturam.

V I. Rationes allatae olim à magistratibus ad componendam appellationem ab abusu in causis ecclesiasticis, ex Anselmo. Earum non expenditur breviter. Rebus sententia.

V I I. Præter superiora remedia adhibebatur aliud ad suadendam jurisdictionem temporalem, per prohibitiones & nullas. Post Concordata, tria illa remedia explicantur anticà formulâ appellationis ab abusu. Quia in Concordata afferenda expressâ Pontifici auctoritate augetur, in ceteris articulis, tacitâ.

V I I I. Constitutionibus regis confirmata ista appellationes in causis ecclesiasticis, & prescriptum modum quidem, ne iudices regis ea auctoritate abutantur. Si agatur de correctione Clericorum, appellatio non suspendit iudicium. Hinc de votum ad Curiam.

I. POST graves illos motus in Ecclesia Gallicana excitatos ob retenta Basiliensis Synodi decreta & usum Pragmaticæ Sanctionis, tandem Ecclesie & regni interfuit, pace inita, sic inveterata dissidia componere, ut dignitati sedis apostolicæ & Libertati Ecclesie Gallicanæ coofuleretur. Laterani Concilium generale indixerat Iulius II. anno M D X I I. ut Pisanum Coeventum à Cardinalibus aliquot ope consilioque Imperatoris Maximiliani & Ludovici XII. Regis Francorum coactum dissolveret, & Pragmaticam Sanctionem Gallorum rescinderet. In eum finem edictis suis Ecclesiam Gallicanam, Curias regni, ipsiisque Regem ad illud Concilium Lateranensem evocaverat. Discesserant à Coeventu Pisano, post obitum Iulij, Maximilianus & Ludovicus; hincque per legatos suos se Concilio Lateranensi adhaerere professus est, pollicitusque Leoni effecturum se ut ab Ecclesia Gallicana aliqui mitterentur, qui de Pragmatica Sanctione responderent. Obeunte Ludovico, Franciscum I. Galliarum Regem hæc cura respexit: qui à Leone & à Concilio edictis aliquot monitam videns Ecclesiam Gallicanam, in eoque res esse positas, ut sententia Concilij generalis, cui Reges Christiani favebant, regnum Francorum de schismate propediem damnaretur, nihilque superesse quo se adversus illa decreta Concilij tueretur, cum Universitas Parisiensis olim à refectione Pragmaticæ Summum Pontificem & Concilium generale provocasset, quod jam in æde Laterani haberetur, quodque ipsi Reges Gallorum ut synodum generalem agnovissent, prudentissimè de hac contentione cum Leone transiegit. Etenim cum duplici ratione pax regni & sacerdotij restituenda sit, *Conventio*, aut *Consilio*, ut monuerat Gelasius secundus, ma-

luit pactis conventis Ecclesie Gallicanæ tranquillitatem procurare, quàm aut causa cadere in Concilio suffragis Episcoporum à rebus nostris alienorum, aut perpetuo dissidio & schismate cum Summis Pontificibus consistari. In quo Faustini Legati Romane sedis consilium sequebatur, qui tractatione & assidua collatione contentiones huiusmodi, quæ de jurisdictionibus emergunt, componi posse facilius & gratius existimabat. De canonibus Nicænis à Faustino prolatis agebatur, quos Alypius Episcopus in Concilio Carthaginensi dubios esse dixerat; quæ de re ad sanctissimum Papam scribendum esse monet, ut ipse beatissimus Episcopus urbis Romæ, sicut & vestra sanctitas apud se tractet, inquit Faustinus, ita & ipsi inquirat, ne contentio inter Ecclesias nasci videatur. Sed magis caritate fraternæ deliberare possit, ipse rescribente, quod melius observari debeat.

II. Pacta inita Bononiæ inter Leonem X. sedemque apostolicam & Franciscum primum regnumque Francorum, pacem & Libertatem Ecclesie Gallicanæ restaurarunt; jurisdictione Ordinaris, tum in causis dirimendis, tum in Beneficiis conferendis, restituta; Reservationibus & Gratias expectativis depluris; tertia parte beneficiorum Graduatis per exceptionem quatuor mensium attributa; simoniae sedate, quæ Episcoporum & Abbatum electiones laborabant, per regiam nominationem expurgata. Sed tot vigilis nihil actum erat, nisi Concordatorum executioni, quæ canonice libertati prospexerant, serio caveretur. Ejus desiderij ut compotes efflemus, nihil aliud à Summo Pontifice exigendum erat, quàm ut contractus perpetui vires huic constitutioni adderet, irritum & inane decerneret si quid in aliqua vel minima parte à quoquam immo etiam ab ipsa sede apostolica cootra tentaretur, & tuitionem canonum atque decretorum hac constitutione restitutorum, quæ Principibus præcipuèque Regibus Francorum iure competit, consensu quoque suo & apostolicæ sedis auctoritate adhibita Regibus nostris perneret. Quod ille liberaliter & amplissimis verbis fecit, ita ut istam inter ceteras constitutiones regias recenseri statuerit, & ne qua deinceps tergiversandi occasio superesset, juxta postulationem Regis, Concilij Lateranensis decreto voluerit confirmari. Si quis autem repetat antiquum illum Christianoorum Principum, etiam nostrorum, usum, qui canonibus constitutus tobur legis addebant, & præsidio auctoritatis suæ eorum executionem adeo muniebant ut refragantes penis legitimis plederent, atque in contrarium gestis aliquando sus-

Idem Consi-
Alonzo.

Volunt. d. c. 1.
p. 11.

penderent, is profectò reſtaurata pleniffimè in Gallia his Concordatis regiz tuitio- nis auctoritatem inuenit. Francicus verò, ut fe ab onere expediendarum litium exime- ret, curam colodiendæ pactionis in Curias Parlamenti reſudit, literis hac de re datis anno milleſimo quingenteſimo decimo ſep- timo. Ex eo tempore, quemadmodum olim, ſi quid aduerſus decreta canonum & for- mam à Pragmatica Sanctione præſcriptam actum eſſet, querela ad Regem, deinde ad Senatum delata, omnia teſtituebantur in integrum, ita etiam Concordatis violatis, Senatus officium imploratum eſt per appella- tiones ab abuſu.

III. *Abuſus* quidem dictio foro noſtro ab aliquot ſeculis in hoc cauſarum genere non erat incognita, quamvis appellationis formula nondum frequentaretur. Etenim Durandus Mimatensis Epifcopus monuit, ſeculares iudices ſolitos illa tempeſtate, id eſt, ante trecentos & triginta annos, hac exceptione iudices eccleſiaſticos de turbata iuriſdictione conuerſentes repellere, quòd eorum aſtus eſſent abuſus. Eodem tempore Ioannes Parisienſis Theologus ſcripſit, abu- ſum gladij ſpiritualis, quo ſeditio excitaretur, repellendum eſſe per gladium tempo- ralem Principis, cum moderamine. Deinde anno MCCCXXXV. Procurator Regius aſ- ſeruit Regis officium in eo verſari, ut *revoca- rà facias omnes interpretas, offenſiones, & abu- ſus per iuriſdictionem ſpiritualem in iuriſdictione temporali præiudicium factus vel factas.* Poſt Concilium Conſtantiense vox illa fre- quentiùs uſurpari cœpit, quia tunc diſcuſſa eſt plenitudo poteſtatis eccleſiaſticae, & tractatum de illius legitimo uſu regulis qui- buſdam præſcribendo, ne non tam uti plen- itudine poteſtatis contingeret, quàm *abuci* pleniffimè, ut loquitur Gerſon. Hoc ver- bum deductum eſt à Simplificij Papæ vulgo- lato loco, relato apud Gratianum: *Privile- gium dignitatis meturus amittere qui permiſſa ſibi abutiſtur poteſtate*, id eſt, qui fines pote- ſtatis ſuz assignatos à lege aut à canone tran- ſgreditur, qui porrigit ſe ultra quàm ſibi conceſſum lit. Vnde Hadrianus II. Hinc- maro exprobat quòd miniſterio juris epiſ- copalis abuteretur. *Miranda eſt plane veſtra fraternitas*, inquit, *quare miniſterio iurè epiſ- copalis in regionibus illis abutiſtur.* Sigebettus eo ſenſu vocem illam uſurpavit, de Urbano II. & Guiberto loquens: *Dum alter in alte- rum excommunicandi auctoritate, magis ex ſuo libito, quàm ex iuſtitia reſpectu, abutiſtur, au- thoritas illius qui deſitis poteſtatem ligandi & ſol- vendi omnino deſpicitur.* Quin & Robertus Lincolnienſis. *Non poteſt ſanctiſſima ſedes apo-*

ſolica aliquid vergens in huiusmodi peccatum vel mandare vel præſcipere. Hoc enim eſſet ſue poteſtatis abuſus.

IV. Ceterùm eſt abuſus ſignificatio quamcunq; miniſterij ſpiritualis aberratio- nem complectatur, ſive in negotijs eccleſia- ſticis, ſeu in temporalibus verſetur, ut pat- et ex teſtimonijs jam relatis, at tamen for- mula appellationum ab abuſu ſpecialiter accomodata eſt à Pragmaticis antiquis querelæ illi quæ à Cleticis aduerſus vim ju- dicum eccleſiaſticorum ad magiſtratus re- gios deſertur, ſive de reſcriptis Romanæ curiæ conquerantur, ſive de judicijs Epifcopo- rum. Etenim ante Concordatorum editio- nem Procurator Capituli Parisienſis à deci- mæ indiſtione quam anno M D I. Alexander VI. in Gallia exigi juſſerat ad iuvandas uni- verſalis Eccleſiæ neceſſitates, appellavit Pa- pam meliùs conſultam, ſynodum univerſa- lem primò celebrandam, necnon ſupremum Dominum noſtrum Regem Chriſtiſſimum ec- cleſiaſtica libertatis conſervatorem piſſimum, & ad eas ſupremam Parlamenti Curiam, ac ad il- lam vel illas ad quem ſeu quas de iure vel con- ſuetudine in hac parte provocare & appellare li- cet. Quæ verba obſervanda ſunt, ut inde pat- eat in hoc caſu appellationem ad Regem ſubſidiariam fuiſſe appellationi ad Conci- lium, in hac enim de iniquitate, in altera de abuſu tantùm diſceptari poteſt. & unius ſub- ſidio juvabantur appellantes, dum alterius præſidium expectabatur. Ita enim diſtri- buenda ſunt verba quæ ſequuntur: *Es quia hanc appellationem proſequi potera per viam nul- litatis, iniquitatis, exceſſus, vel abuſus, aut aliam quam ex his duxero, optione mihi ſen- ditis Dominis meis ſemper reſervata.* Solet alle- gari à viro doctiſſimo Choppino & alijs Pragmaticis, ad probandum uſum harum appellationum ab abuſu, provocatio inter- poſita per Petrum Courthards Advocatum Regium à monitione quam Innocentius VIII. anno MCCCCXXXV. decre- vit aduerſus Flandros regno Galliz ſubdi- tos. Sed formula illa non ad Regem aut Curiam Parlamenti dirigitur, verùm ad *Papam modernum melius informandum, & ſan- ctam ſedem apoſtolicam, ſen ad eum vel eos ad quos iure provocare poteſt vel debet.* Quamvis ea ſententia eſſet, tum Petri Courthardi, tum Ioannis de Nanterre, qui anno MCDLXXXIV. à legatione Balluz Cardi- nalis à Sixto IV. impoſita ipſum Sixtum vel eos appellaverat qui appellandi eſſent, ut pendente illa appellatione nihil innovaretur, omnemque innovationem Princeps ſuz auctoritatis præſidio impediret.

V. Eas quoque appellationes ab Epifco-

Dand Tréb. de
noſtr. ſenſu. pp.
c. 12. fol. 77.

Dei. Præſ. cap.
11. q. 1. ſup.
& ſup.

Tit. 1. Lib. 6. 7.
L. 10.

De iur. ecclē.
C. 10. a.

C. 78. D. 1. 7. q.
1. ſup. q. 1. a.

Norm. in ep.
ad h. l.

Epifcopus trad.
de iur. ecclē.

De iur. ecclē.
C. 10. a.

Tit. 1. Lib.
6. 7. 111. &
C. 111. 6. 7.

porum judiciis interpositas, ante Concordatorum editionem inuentas fuisse in forum docet Stephanus Aufreterius in opusculo suo quod excusum est anno millesimo quingentesimo decimo quarto. Vnde duo quidam colliguntur quæ ad hujus dissertationis illustrationem valde conducunt. Vnum est, jurisdictionem regiam se tunc rebus ecclesiasticis immiscuisse in præsentis regno, ubicunque per Prælatos, Clericos, vel alios quoscumque aliquid sit vel attentatur contra decreta Basiliensis Concilij & Pragmaticam Sanctionem. Alterum est, ubi ecclesiastica potestas abutitur autoritæ suæ jurisdictione vel potestate. Quo casu etiam contra Clericos concedi solent per Cancellariam littera in casu appellati ab abusu notorie vulgariter nuncupata. Quare distincta & separata erant rescripta illa, nō Pragmaticam infractam, & appellationis ab abusu. Pragmaticæ violatæ rei in jus vocabantur, nulla appellationis mentione injecta, eleganti ratione. Quia cum de adus vel sententiæ nullitate quereretur, necesse non erat ut ex provocacione ageretur; quemadmodum docet Titulus Codicis, *Quando provocare non est necesse*. Quam provocandi necessitatem eo casu expressa etiam Decretalium verba remouerunt; imò verò huc remedio nullitati, etiam post varias sententias, locum esse voluerunt. In ceteris articulis, qui Pragmatica non continebantur, atque adeo eorum nullitas nondum erat constitutione aliqua præjudicata, appellatione nebantur; sed ea cautione, ut abusus mentio injiceretur, ne quæ existimaret magistratum consilium illud fuisse, ut ecclesiasticam jurisdictionem seculari submitterent. Quare non de re ipsa se iudicium suscepturos, sed de potestatis abusu extraordinaria cognitione habita, protectionis jure oppressis opitulaturos hac formula profitebantur. Simplicem enim & meram appellationem à Curia ecclesiastica ad Curiam regiam nunquam in Gallia admittam fuisse fatentur Petrus de Cunctis, Masuerius, & Ioannes Galli. Appellationum autem ab abusu frequentiam induxit Theologorum Parisiensium, præcipuèque Gerfons, sententia, qui adversus excommunicationes nullas, morem majorum securus, Principum secularium præsidium implorari licite posse scripserat: *Contemptus clavium non semper invenitur apud illos qui nedom non obediunt sententiis excommunicationum promulgatis per Pontificem vel suos, sed etiam non est iudicandus apud illos qui per potestatem secularem adversus tales præsentis sententias tueri se procurant. Lex enim naturalis dicitur ut possit vis resisti. Constat autem quòd tales excommunicationes non debent dici jus, sed vis & violentia;*

contra quam sui habet liber homo vel animus se tueri.

VI. Dubitabat Aufreterius quo jure niterentur istiusmodi appellationes. Attamen à magistratibus regis capta aliquot è Gratiani Decreto petita proferebantur, quorum ille meminit. *Proferat tamen, inquit, frequenter Officiarius pro hoc dicere esse binum textum in c. Filiis vel nepotibus. 16. q. 7. Quibus ego resp. pandi dictam canonem esse correctum, ut tenet Sicaltus inc. Qualiter, De judiciis. Sed alteri: mihi allegaverunt regiam majestatem ad hoc inter alia fuisse institutam ut ministrus Ecclesiæ, id est, viros ecclesiasticos protegat, cum boni Regis sit tueri Ecclesiam & personas ecclesiasticas. Vnde dicit textus 96. dist. 8. Boni Principis est a religioſi Ecclesiæ cœteritas atque concilias restaurare, novaque ædificare, ut Dei Sacerdotes honorare ac tueri. 23. q. 1. c. Tribunum. ibi, quia nos tueri & defendere deberent, Et c. Principes. 23. q. 1. ibi: Cognoscant seculi Principes se esse rationem reddituros propter Ecclesiam quam tuendam suscipiunt. Et 23. q. 2. c. Maximianus. & 2. c. seq. & 2. q. 1. Christianis, domo Gregorius Papa 27. c. Comiti ait: Clericos tibi committo, ut tuæ sublimitatis cunctione valentur, ne quid illis aut fuerit aut inimica legibus violentia necessitatis imponat. Dicit etiam textus 23. q. 5. Ad ministratores planè secularium dignitatum, quæ ad Ecclesiarum tuitionem, pupillarum ac viduarum protectionem, rapaciumque refrenationem constitutæ proculdubio esse debent, quoties ab Episcopis & a ecclesiasticis viris conventæ fuerint, eorum querimonia attentius audiant, secundam quod necessitas expetierit, absque negligentia examinent, & studio diligenti corrigant. Facit textus in c. Imperatoribus, ubi dicit per Imperatorem obviandum perverſis, & panperes defendi adversus potentias divitum, alioqui qui potest perturbare perverſos, & eis obviare, & non facit, nihil aliud est quàm favere impietati eorum, c. Qui potest ead. c. & q. Insuper Regum est officium proprium, facere iudicium atque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, ut in c. Regum 23. q. 5. Præsertim Archiepiscopus notoria crimina subditorum sui suffraganei visitando punire potest, ratione hujus novorietatis. quod aliàs facere non posset, ut in c. Romana. §. sanè. De censibus lib. 6. & facit c. Romana. de pen. cod. lib. Allegant insuper quòd regia potestas ad id etiam nescitur instituta, ut sanctorum antiquorumque patrum decreta saluberrima spiritu Dei promulgata exequi facias & inviolabiliter observari. In auct. Quom. epist. Episc. in Princ. col. & in l. fin. C. de summa Trinit. & multas alias rationes pro se solius sunt allegare. Nunquam*

Aufreterius in Titulo de pœnit. scilicet Super Tertio in Regula 2. Falsam no 10. B. 11.

Aufreterius ibi nota.

C. 1. de fin. & c. 1. de fin. l. 1. not. 10.

Petrus de Cunctis no. 14. Masuerius T. de app. fac. f. 16. Galus ap. p.

Gerfons in Thes. deo. c. 10. not. 10.

tamen audiri; neque vidi, nisi semel, quod super meritis hujusmodi causarum appellationum fuerit pronuntiatum; sed duntaxat vel appellationes annullari, aut quod appellantes non erant ne appellationes recipiendi, quia à iudice spiritali non est ad secularem iudicem appellandum. Sanè fatendum est pleraque ab Aufreio laudata testimonia longius esse petita; quamvis aliqua huic disceptationi inferuire possint. Præcipuum autem illud in quo causæ fundamentum ponebant, tractum è Concilio Toletano, quo caveatur Regi denuntiandam esse dissolutionem bonorum ecclesiasticorum quæ sit à Metropolitanò Episcopo, ut eam fieri vetet, non adeo urget ac prima fronte videtur, quia res ecclesiasticæ jure illo veteri & jurisdictioni ecclesiasticæ & regis suberant, ut alibi dicitur. In hac autem specie loquimur de iudiciis quæ redduntur iri causâ ecclesiasticâ, quæ ad jurisdictionem secularem referri non potest, nisi ratione abus. Quare non mirandum est si Rebuffus, qui sola hæc testimonia expendat, iniquius se gerat erga istas appellationes, quas nimis angustis finibus coarctet, scilicet iis casibus in quibus Rex jurisdictionem habet delegatam à Papa vel à Canone, ut in tuenda fide, vel Ecclesia, si oppugnetur, & in casibus à jure expressis.

VII. Duo itaque remedia, ut dixi, accommodata erant ad retinendam canonum & decretorum executionem, scilicet rescripta ob Pragmaticam infractam data, & appellationes ab abusu. Alia formula utebantur, si secularis jurisdictionem invaderetur ab ecclesiastica, scilicet mandatis quibus invasio prohibebatur sub multæ comminatione: quorum meminere Ioannes Galli, Masuerius, Petrus Iacobi, & Benedictus, antiquiores Pragmatici. *Nec refert*, inquit Benedictus, *an via appellationis, recursus, aut simpliciter querela fuerit Rex pro tali aut simili exitu aditus, quoniam in sua Curia forma non curatur.* Publicatis Concordatis, latius esse visum est omnia illa remedia unicâ formulâ completi, appellationis ab abusu; ea præcipue de causa, quod regis constitutionibus Ludovici XII. & deinde Francisci præcis erat & aboleri nullitatis ratio apud tribunalia iudicum, etiam in causis civilibus, & omnia adversus sententias auxilia ad appellationis solennia erant redacta. Itaque hodie & custodia canonum & auctoritas legum his appellationibus velut nervis retinentur: quæ locum habent, cum decreta Conciliorum & Consuetudines receptæ infringuntur, vel cum jurisdictione secularis ab ecclesiastica læditur, aut vice versa, cum secularis ecclesiasticam usurpat. Quod his

verbis effertur solet à Pragmaticis: Cum violantur Decreta, Constitutiones regis, & Libertates Ecclesiæ Gallicanæ. Quibus plerique Curiarum Placita adjungant. Sed non est quod speciem distinctam à reliquis tribus in Curiarum arrestis constituamus, quæ ut valida sint, ad unum ex illis articulis referri debent, alioqui, Clero conquerente, rescindi possunt. Olim quidem, si quid à Romana curia receptis canonibus contrarium emanaret, nunc solo dissensu Ecclesiæ Gallicanæ jus suum servabat, nunc regiam opem implorabat. Sed hodie infrequentia synodorum id effectum est ut in sola regia tuitione & patrocinio Libertas Ecclesiæ Gallicanæ constituta sit, iplo etiam Romano Pontifice hoc præsidium approbante, ut antè diximus. Si quis excipiat indultam fuisse tantum Regibus nostris Concordatorum protectionem, non ceterorum canonum, illud quidem non inviti concedemus, conceptis verbis eam solam curam illis creditam fuisse; sed ex præsumpta mente Summi Pontificis semper Gallicanæ Ecclesiæ persuasum fuit in ceteris etiam articulis eam tuitionem extraordinariam, quæ in Gallia ante Concordatorum publicationem vigebar, à Summis Pontificibus tacite fuisse concessam, cum in rebus majoris periculi momenti, quæ Concordatis continentur, præsidium regiam ad decreta custodienda impendi gratissimum habuerint. Quæ Summorum Pontificum consensio inde etiam probari potest, quod ab aliquot seculis cum appellationum istarum usus frequentetur in Gallia, (non invitis Episcopis, qui modum quandam illis præscribi, non autem rem ipsam aboleri aliquoties postularunt) à Romana curia nihil profectum sit quo ingratis sibi esse fore tricuram illam significaret. Quanta verò sit hujus tolerantis & economiz auctoritas abundè diximus libro tertio.

VIII. Quare juris sui conscius Franciscus primus, ecclesiasticæ jurisdictionis conservandæ studio, constitutione lata anno M D X X I X. modum præscripsit quem magistratus in his appellationibus disceptandis sequerentur, ne latius vagarentur extra fines, ut antea fieri solebat. Constitutione illa duæ species continentur, in quibus locum esse appellationibus istis dubitari non potest in Gallia, scilicet cum jurisdictione ecclesiastica abutitur potestate sibi concessa erga Clericos, tum in morum censura, tum in actionibus merè personalibus, vel etiam cum realium actionum cognitionem suscipit. Primo casu, si de emendatione Presbyterorum aut ceterorum Clericorum vel de actione merè personali agatur, cui nihil reale

See. File no. 11. p. 17.

Andrie Com. ar. C. 10. Tractus de appellatione caput ab abusu.

Vid. de mand. Rex. art. 1. & 2. §. 1.

Andrie Com. ar. C. 10. Tractus de appellatione caput ab abusu.

Conferre ad 119. an. 17

C. P. f. 11. de appellationibus

firadmixtum, appellatione non suspendi iudicatum, sed iudicium ad Curias regni supremas devolvi tantum decrevit, secus autem in adione reali. Id haustum videtur à Concilio Lateranensi, quod Episcoporum iurisdictionibus Clericos corrigentium, appellationibus non impediendam censuit. Hæc constitutio pluribus edictis deinceps confirmata est, eo casu quo de morum censura agitur, omiſſa mentione adionis personalis, tum à Carolo IX. Henrico III. Henrico IV. tum ab invicissimum Rege Ludovico XIII. Imò verò ex edicto lato anno MDCXII. patet à Concilij provincialis decretis & Episcoporum mandatis, quæ patres visitando dederint, in iis quæ officia divina, disciplinam ecclesiasticam, vel morum correctionem pertinent, Curias supremas sub titulo abusus provocari posse. Attamen ne Clerici hoc remedio impuniter scelerum potius quærerent quam legitimum adversus vim auxilium, duplici multa, si lite cadant, castigandos esse constitutionibus sancitum est. Quin etiam ne magistratus sua auctoritate abuterentur, vetitum est Curis supremis ne reos catceribus emittant, vel absolvendos ad cautelam pronuntient, antequam discussis criminum elogiis, quid decernendum sit, accuratè perspiciant. Et ut dignitati Episcoporum & Vicariorum prospiciatur, severè cautum est ne in posterum fe iudicio sistere cogantur, cum lis de iudicati abusu instituitur.

CAPVT XX.

Synopsis.

I. An sit locus his appellacionibus, quibuscumque causis violatis, & quocunque modo violentar. Prima regulo, in causis merè spiritalibus, & in Sacramentorum administratione, his appellaciones non suscipi. Secunda, canones & decreta constitutionibus regis recepta specialiter & confirmata, seu antiqua seu, seu recentiora, si violantur, dare eam locum his appellacionibus; quemadmodum etiam si recepta consuetudines & libertates ecclesiasticae infringantur. Non appellatur à reſcriptis Papa, sed ab eorum executione; à iudicio autem Episcoporum appellatur.

II. Index secularis de abusu tantum pronuntiare debet, non autem de lite principali. Deinde admitti tantum debet hac appellatio in apertissima causam violatione, nec autem in dubia.

III. Ratio hæc regularum; quia non nisi cogente necessitate iudex secularis in hac cognitione excurret, tum ne scandalum amoveat, tum ut per machinationem oppressi Clerici subveniant. Hi casus, iure defensionis licet Principi res ipsas attingere, ex sententia Theologorum hujus avi.

IV. Vnum fori videri contrarium his regulis, cum situm appellatur ab Episcoporum interlocutionibus, non expellata Metropolitanis vel Summi Principis cog-

nitione. Concilio quoque Francofordensi, & Novella Inſtitutioni, qua post ultimum ecclesiasticum iudicium hæc querela Regis cognitioni reservatur, Nova constitutio regia propediem edenda, ne consuetudo sacerdotio & imperio.

V. Si Episcopi de invaso iurisdictione ecclesiastica querantur, Curiarum placita à Regis Consistorio referantur. Quod alim indellum nisi, tandem Edicto confirmatum est.

VI. De altera appellacionis specie, quando constitutionis regia laeduntur, Quæ aut causas confirmant, (de quibus distum) aut de beneficiis decernant, (qua de re dicitur alibi) aut de ordine litium instituentiarum, his regi debent ecclesiastica iudicia, sicut à Principe eorum fuerit. Quod probatur ex Concilio Constantinopolitano sub Flaviano, Principique eorum legum veniam Clerici sacre posse in iudicio canonicis. Id probatur etiam ex Concilio Africano, quod accusatores & testes non admittit quos publica leges repellunt. Nisi suam iuriam præſequantur. Idem constitutum in Synodo Secunda, qua dicitur ius suum in causis privatis, etiam hereticis tribuendum adversus Episcopos.

VII. Sententia redditæ iudicis ecclesiasticis adversus ordinem præſcriptum à legibus erroris auctoritate Gregorio Magno, Ordo iudiciorum à legibus & canonibus perturbatur in Gallia, ex Hincmaro, Superioribus seculis, à Decretalibus præſcriptis iudiciorum civilium & ecclesiasticorum ordo. Hanc partem ad curam suam Reges nostri tandem reverterunt.

I. **Q**UOTIDIE autem queritur an appellationes istæ canonum omnium violationem ulciscantur, an verò certis quibusdam speciebus auctoritas illa restricta sit. Quod dupliciter accipi potest; nempe an omnia decreta inviolata præſentur, vel tantum aliqua. Deinde an quæcumque deceptorum corruptio det locum istis appellacionibus, an certum quoddam genus violationis. Hoc primò observandum est, edicto lato anno MDCXIX, de causis merè spiritibus & de Sacramentorum administratione cognitionem prohibitam esse Curis supremis, etiam harum appellacionum prætextu. Deinde in univertum dicere licet, canones illos qui constitutionibus regis vim legum in Gallia receperunt, à contemptu & corruptione per Regem ejusque Curiam olim vindicari solitos. Capitularia Regum Clericos & laicos canonibus contumaces penis indictis percellabant, & ab Episcopis eorum executionem præſtate exigebant. Postea cum Deceptorum & canonum faciliorem derogationem Romani Pontifices indixissent, Ecclesia Gallicana Regibusque nostris huic inclinationi concipiensibus, eò tandem ventum est, ut certorum canonum restorationem, qui beneficiorum collationes causarumque iudicia respiciebant, Edictis suis Reges nostri de consensu Ecclesiæ Gallicanæ decreverint, quorum vim deinde Concordatis inferta est, quæ si contingat infringi,

infringi, appellationis istius remedium cuique paratum est. Eadem ratio erit decretorum Concilij Tridentini, de matrimonioꝝ clandestinorum nullitate, de votis monachorum post quinquennium non dissolvendis, de Episcoporum & Parochorum residentia, & alius quæ legis regis vires cum semel acceperint, si quid contra tentatum fuerit, appellationi ab abusu locus erit. Et ut generaliter loquar, si constanti usu recepti canones, vel inveteratæ consuetudines, adjectæ in fundandis beneficiis conditiones, privilegia Ecclesiæ legitimè indulta, vel cetera in quibus Libertates Ecclesiæ Gallicæ constitui solent, aliquo pacto violentur, appellationibus istis omnia restituentur in iotegrum, & in contrarium acta rescinduntur. Hoc tamen discrimine lites ejusmodi instituantur, ut si de rescriptis Romanæ Curie per obreptionem elicitis agatur, ab executione rescripti, non autem à concessione provocetur; ut etiam hoc loquendi genere reverentia quæ apostolicæ sedis debetur, omnibus significetur. Secus se habet in Episcoporum judiciis; à quibus, non autem à sola eorum executione, appellari solet.

II. Maximè verò cavere debent iudices ne patrocinium ultra quàm par sit in detrimentum ecclesiasticæ jurisdictionis profertant. Quod variè accidere potest, scilicet si non solum se canonum exactores præsentent, sed etiam executores, id est, si pronuntiantes de abusu admisso, eo gradu noo hæreant, sed etiam de negotio ecclesiastico iudicium ferant. Deinde si ad cavillationum angustias disceptationem istam redigant, quæ matura cognitione dirimi debet, & eo solum casu institui, cum abusus est apertissimus, notorius, & manifestus, juxta veterem harum appellationum formulam, quæ *ab abusu notorio* inscribatur, alioqui in specie dubia & controversa satius est ecclesiasticis iudicibus litem relinquere.

III. Necessè est enim ut iudices regij hoc sibi proponant, iudicia canonica nullo modo ad jurisdictionem regiam pertinere, sed communi Episcoporum & Principum consensu ab ipsis Christianæ religionis primordiis ecclesiasticæ jurisdictioni addicta. Quare si occasione cogente in eas cognitiones regia jurisdictione aliquando excurret, ita se gerere debet, ut lites à majoribus hac in re defixas non egrediat. Observatum est autem à nobis isto & superiore libro non passim sed duabus potissimè de causis iudicia canonica à Principibus olim aut tentata aut suspensa fuisse. Voa est, si periculum scandali & offensionis publicæ emergeret ob apertissimam canonum violatio-

nem, quæ maximè piorum animos lædere solet. Altera est, si contra omnem iudiciorum ordinem, per dolum, circumventionem, & machinationem, iudicio ecclesiastico Episcopi vel Clerici opprimerentur, ut accidit in causa Athanasij. Si eandem viam insistant hodie Principes, hoc nullam potest illis invidiam creare apud eruditos & prudentes rerum æstimatores: quia præter superiorum Principum exemplum, sapientissimorum quoque hujus ævi Theologorum sententia nituntur. Qui licet amoveant omnem à Principibus in res merè ecclesiasticas jurisdictionem, attamen necessitate cogente jure defensionis licere Principibus autem injustorum mandatorum executionem impedire.

IV. Si quis ad hanc necessitatè coërcente velit patrocinium regium, usus fori quotidianis periclitari videbitur, quo ab ipsis ioterlocutionibus Episcoporum appellatur tanquam ab abusu, non expectato ultimo iudicio, multò minus expectata Metropolitanani vel Summi Pontificis cognitione, qui res contra canones ab Episcopis iudicatas emendare potuisset. Sanè praxis illa & fori tritura solà remedijs celeritate nisi potest. Alioquin si Concilij Francofordiensis ratio habeatur, (quod iussu Caroli Magni & auctoritate Hadriani I. coactum, & ex Episcopis Gallie, Italie, & Germanie compositum diximus) causæ Clericorum ad Regem deferri non debent nisi post Metropolitanani iudicium, unà cum ejus literis. Tunc enim in causis privatis Clericorum, Romana sedes non appellatur. Itaque post ultimum iudicium ecclesiasticum locus erat cognitioni regis, non antea. Regiam dixi, quia hæc cognitio non pernitebatur Comitibus aut Missis Dominicis, sed soli Consistorio Regis. Quod apprimè congruit cum Iustiniano, qui Novella constitutione Præfectis prætorio jus prohibendi permise non canones ab Episcopis infringere, sed rerum malè gestarum correctioem imperio, id est, sibi, reservavit. Apud nos editis regis Pragmaticæ Sanctionis primùm, deinde Concordatorum quæ illi successerunt, executio, quemadmodum etiam ceterorum canonum quorum sententia constitutionibus quibusdam regis est munita, Curias Parlamenti commissa est. Ceteræ canonum violationes usu inveterato potius ad eas Curias referuntur quam edito aliquo illis specialiter tributa sint.

Quare summo pere laudanda est viri superillustris Petri Seguierij Franciæ Cancellarij pietas erga Regem & Ecclesiæ Gallicam, qui divinam quæ pollet ingenij vim

Joan. L. 4. extra Regem Anglor. c. 16. Statuta de Catholicis infra. T. 41. f. 31. Curiam infra. Stat. c. 13. Curiam infra, Wilson. & c. 13. que abbat. infra.

Concl. Francoford. infra. cap. 11. infra. 1661.

Nov. 11.

Hiciorum Petri Seguierij Galliarum Cancellarij.

& acerrimum iudicium in id convertit, ut veterum vestigijs sibi perspectè cognitis insistentes, rationem quandam aggrederetur, qua, resecta regij imperij auctoritate integra & illibata, ecclesiasticæ jurisdictionis & disciplinæ potius per appellationes ab abusu juvaretur vigot quam infringeret. Ea de re vir ille summus, auctore Eminentissimo Cardinali Duce Richelio, (in quo utraque dignitas felici & amico foedere conjuncta est) jussu Principis constitutionem pro munere suo molitur (cujus sententiam solita favorabilia, occasione cujusdam negotij quod in Consilio regio discutiebatur, Consiliaris Consistorianis communicavit) qua Sacerdotij & Imperij Concordia plenissimè fovetur.

V. Enimvero quia contingere solet aliquando ut magistratus, præter sententiam Regum, ecclesiasticæ jurisdictioni injuriam faciant, isque fe rebus immisceant à quibus ex præscripto legum & canonum temperare debent, relictum est etiam Episcopis appellatiois ab abusu remedium adversus ipsa suppremarum Curiarum tribunaia, quæ Sanctoris Consistorij decretis rescinduntur. Eorum aliqua recessentur à Decisionum Collectioribus, quorum antiquius esse puto illud quod anno M D L I V. Iarum, Curie Tolosanæ placitum rescidit, quæ Clericorum incontinentium emendationem ab Episcopis neglectam ad se traxerat. Anno quoque M D L I V. rescissum fuit Curie Rotomagensis decretum de ordine Liraniarum à Rege indictarum & Prædicatoris electione. Tandem Edicto constitutum fuit ut si de imminuta iurisdictione ecclesiastica conquererentur Episcopi, iudicium inferiorem usurpatio à Curis supremis reprimere- tur: si verò ipse Curie in eo peccarent, Consistorij regij decreto earum invasio compefceretur.

VI. Sequitur aliud quod regiarum constitutionum læsionem respicit. Quæ aut canones confirmant, (de quibus jam dictum est) aut de beneficijs decernunt, (qua de re diceret abundè tomo tertio) aut licitum instituendarum tam in causis civilibus quàm in criminalibus ordinem præscribunt, quæ constitutiones ab ecclesiasticis iudicijs æquè ac à ceteris observari debent, præcipuè si à Principe id quoque cautum fuerit. Ordo enim quem sequi oportet in iudicijs canonicis, à Principibus olim præscriptus fuit, ut abundè dixi superius. Quibus testimonijs adjuncti poreft locus elegans, petitus à Concilio Constantinopolitano sub Flaviano, unde probatur non solum leges publicas in ordine iudiciorum ecclesiasticorum

observatas fuisse, sed etiam auctoritatem indulgendi in ea re quod vellet, penes Actipem fuisse. Contendebat Eutyches Princeps synodi contra se à Flaviano Archiepiscopo habitæ corrupta fuisse, ideòque ut eorum Florentio Patricio & cuncta synodo iterum recenserentur, impetravit à Theodosio. Huic discussione non adfuit Eutyches, sed Constantino monacho procuratorum mandatum suum dedit: quem Meliphobongus Episcopus hac ratioe repellebat, quod criminalis causa secuodum leges per procuratorem tractari non poterat, quin præsentem adesset accusatus, nisi aliter jusservis Imperator, inquit, cui parendum erit. Inde profectum ut de ordine iudiciorum nihil ferè constitutum legatur ab antiquis Conciliis, quia legitimum ordinem io iudicando Episcopi sequebatur. Si quid verò canonice discussum accommodatum & à legibus omisum decerneret, quod eam iudiciorum partem attingeret, in ceteris articulis fe leges sequi profitebantur. Hoc patet ex canonibus Concilij Cartbaginensis; qui vetant servos, vel proprios liberos, ad accusationem admitti, nec alios quos ad accusanda publica crimina leges publicæ non admittunt. Idem de testibus coostituit. Ceterum antequàm ab hoc canooe discedam, non ingratum lectori fore puto, si ultima ejus verba cum canooe sexto Synodi Constantinopolitanæ ecumenicæ Secundæ comparando illustrem, præsertim cum inde petatur regula quæ usul futura sit in causis privatis Novatorum hujus sæculi. Verba canonis sunt ista, postquam iosames, hæreticos, paganos, Iudæos ab accusatione Clericorum removisset: *Sed tamen omnibus quibus accusatio denegetur, in causis proprii accusandi licentia non neganda.* Eadem sententia Synodi Secundæ, quæ hæreticos & ceteros quosdam ad accusationem Episcoporum aut Clericorum non esse admittendos docet, si de crimine ecclesiastico agatur; ceterùm non discussa eorum perfoa vel religioe admittendos esse, si suam injuriam & id quod interest persequantur. *Oportet enim, inquit, Episcopi conscientiam omnino esse liberam, & eam qui sibi injuriam factam dicit, cujuscuque sit religionis, jus suum consequi.*

VII. Si cui verò scrupulus aliquis hæreat an ordo iudiciorum caoocorum à legibus publicis formam acciperet, Gregorium Magnum addeat: qui Ioanni Defensori eunti in Hispanias commonitorium dedit, legibus Theodosij & Novelli Justiniani instructum, ut sententias ab Episcopis Hispanias latas, nullas esse revinceret, eò quod non servatis legum solennibus reddite

Concil. Chal. 2. p. 200. ubi dicitur: *Episcopi non debent in causis secularibus iudicare, nisi per procuratorem, qui sit in loco, & sit legitime constitutus, & sit in loco, & sit legitime constitutus, & sit in loco, & sit legitime constitutus.*

Code. Theo. 2. de Offic. Episc. c. 12.

Can. 12. C. de Offic. Episc.

Canon. 11. c. 2. ubi dicitur: *Episcopi non debent in causis secularibus iudicare, nisi per procuratorem, qui sit in loco, & sit legitime constitutus, & sit in loco, & sit legitime constitutus.*

Concil. Chal. 2. p. 200.

Capit. 1. 11.
p. 16

Idem. ad
Crescens.

Idem. ep.
111. c. 11.

essent. Vnde ex laudata Novella Iustiniani concludit: *Ecce admonendus est semper adversarius, ut ad audientes testes adveniat. Quod quia hic amissum est, necesse est ut quod contra leges actum est, non habeat firmitatem.* Hinc precebat Iulius damnationis adversus Athanasium in Concilio Tyrio reddidit inutilitatem, quod absente Athanasio, id est, non evocato ad testium prolationem quæ facta est in Mareotide regione Ægypti, adversus ordinem legibus constitutum decreta esset. Idem Gregorius sententias Hispanorum irritas ostendit, quod legibus paritum non esset, quæ sententias ex periculo & scripto recipi jubent: *Quod autem dicitur quia nihil sine scriptis iudicandum est, legendum est Titulus XLIV. libri VII. Codicis, quia scriptis debuit iudicari. Nam ibi inter alia dicitur atque precipitur ut sententia qua sine scripto dicta fuerit, ne nomen quidem sententia habere mereatur.* Hincmarus etiam noster ordinem iudiciorum à canonicis, præcipue quæ à legibus, petendum docet: *Si qui autem scire desiderat quales accusatores ac testes ad accusationem Sacerdotum recipi debeant, & quid de accusatore faciendum sit, pleniter in canonicis & legibus, quibus unà cum sacris canonicis sancta moderatur Ecclesia, poterit reperire.* Quod ille uberrimè persequitur, adductis legibus & Codice Theodosiano, & ex Epitome Novellarum Constitutionum à Iuliano Antecessore adornata. Sed quingentes abhinc annis conversâ est rerum species, cùm ordo iudiciorum, etiam secularium, à Decretalibus epistolis & glossarum commentariis hausitus sit, adeo scrupulosa solennium observatione, ut sumptibus immani- bus vexatos litigatores in perniciem rei familiaris per diuturnas & inextricabiles ambages adduceret. Quæ ratio Reges nostros impulit ut de recidendis tam implexis cavillationum laqueis ferio cogitarent, & constitutiones utilitati civium accommodatas, semotis syllabarum aucupii, de ordio iudiciorum ederent, à quibus si iudices ecclesiastici deficiant in iis capitibus quæ illis quoque à Principe indicta sunt, magistratuum officio hic contemptum legum vindicaretur.

C A P V T XXI.

Synopsis.

1. Prima species appellatum ad abusu, quando iura regi violantur, & iurisdiclio secularis usurpatur à iudice ecclesiastico. Petition Clericis à Concilio Lateranensi, ne prætextu libertatis ecclesiastica injuriam inferant iurisdiclio seculari. Ab invasione arceatur multa indicta à bonis captis.

II. Investigatur ratio hujus consuetudinis. Non

sufficit quod vulgo jactatur, licere cuique iurisdiclio- nem suam defendere parati iudicio.

III. Requiruntur Guillelmi de Nogares, assio- ut negaverit in rem posse capi eorum bona qui juri- dictionem impediunt.

IV. Hæc consuetudo nititur jure naturali, qui de- fensio rei suæ cuque permisa est, vim illatam vi re- pellit. Reges hostium provinciam impetant ho- stium repellunt. Ius illud defensionis non nititur ini- quitate hostium, sed naturali propensione sua tuendi. Vim illatam iurisdiclio ecclesiastica honorum capiens repellunt iudices seculares, defensionis jure, quod Re- ges summo imperio exercere possunt, ex sententia Theologorum.

V. Videtur licitum quoque Episcopis ut cœnsuris ju- risdiclio nem suam tueantur. Eugenius III. præcipit ne laicorum prohibitionibus deservat: quorum tamen usum retentum. Sola ratio componendarum harum conten- tionum, regis patrociniis impleratio, ut Edictis cau- tum, & indultum antiquo usu.

VI. Expenduntur rationes qua suadere debent Episcopis ut Causarum regis iudicio in his contentio- nibus se committant. Prima est, in re dubia pacem reti- nendam. Secunda, Principum conditionem meliorem, quia possident. Tertia, ob metum domini. Quarta, quia invalidior iurisdiclio ecclesiastica, ideo vincendum dis- pensatio.

VII. Quinta, Regibus arbitrium harum conten- tionum ab Ecclesia delatum videri. Itaque semper ad se illas revocant, ut Justinianus, & Carolus M. agunt.

VIII. Leo IV. si quid incompetentes à se gestum esset, arbitrio Ludovici II. Imperatoris detulit. Quod locum habere debet in Regibus Gallia, ex Alexandro Imoleasi.

IX. Officiales regis excommunicari non possunt ab Episcopis ob maeris sui sustinuerunt. Hic usus à Gal- lia in Angliam translatus, sed ibi abolitus. Apud nos privilegio apostolica sedis munitus est. Episcopi se Re- gis iudicio quotidie committunt.

X. Ea dispensatio usurpanda in negotiis disciplina, non autem in negotiis fidei, exemplo Romanorum Pau- rificum.

SUPEREST ultima appellatum species, quæ locum habet, cùm jura Regis & regni, aut iurisdictionem seculari in exercendis litibus de actione reali, etiam adversus Clericos, & de omnibus omino actionibus adversus laicos, præter merè spiri- ritualia, à aliqua iudicum ecclesiasticorum interlocutione aut iudicio violari contingit. Planè æquum esse Concilium Lateranense sub Innocentio III. existimavit ne ambæ iurisdictiones præscriptos terminos egredere- rentur, neu prætextu libertatis ecclesiasticæ Episcopis secularium jura invaderent, lato caoone, cujus hæc sunt verba: *Sicut volumus ut jura Clericorum non usurpens laici, ita velle debemus ne Clerici jura sibi vindicent laicorum.* Quocirca universis Clericis interdiximus ne quis prætextu ecclesiasticæ libertatis suam de cetero ju- risdictionem extendat in præjudicium justitia secularis, sed contentum existat constitutionibus scriptis & consuetudinibus hactenus approbatis, ut qua sunt Casaris Cesari, & qua sunt Dei Deo,

Concl. Lateran. c. 2114.

recta distributione reddantur. Si autem Episcopi jurisdictionem secularem usurpare conendant, lite per banc appellationem ad Curias devoluta, ab invasione arcentur, multa indicta, & bonis captis. Eo jure olim usos esse Principes nostros testatur fecimus superioribus capitibus. Quem morem secuti sunt posteri, ut passim docent veteres Pragmatici, Petrus Jacobi, Masuerius, Aufrelius, Benedictus, Boerius, Chassaneus, & omnes recentiores.

II. Hujus consuetudinis ratio exploranda est. Nec enim sufficit id quod vulgò jactari solet ex Vlpiano, omnibus magistratibus concessum esse, secundum jus potestatis suae, jurisdictionem suam defendere poenali judicio; cum excipi possit ex Paulo, extra territorium aut supra jurisdictionem suam jus dicenti, imponere non pareri. Scilicet poena à judice infligi non potest ei qui sibi subditus non est. Iudices autem ecclesiastici, ratione habita jurisdictionis ecclesiasticae quam exercent, à regia jurisdictione non pendunt, cum auctoritates istae societatis communi quodam inter se vincantur potius quam necessitate imperij quod alteri ab altera subeundum sit. Scio quidem rationem istam ab Aufrelio & aliis Pragmaticis jvari solere ex iis quae notavit Glossator Decretalium, nempe delegatum judicem potestatem sibi mandatam in eos porrigere posse qui alloqui rescripto suo non continentur, si jurisdictionem suam impediunt: quia, ut inquit Iuriconsultus, jurisdictione data, ea quoque concessa videntur sine quibus jurisdictionis explicari non potuit. Hoc enim locum habere potest adversus eos qui à mandantis imperio pendunt, ita ut in eos quoque partes suas commisisse videri possit.

III. Nec potior est illa ratio quam è jure civili haultam, pronlere Guillelmus de Nogareto & Guillelmus de Pleseiano, à quibus eam haultisse videtur Petrus Jacobi, scilicet actione negatoria in rem agere posse eum cujus impeditur jurisdicção, atque adeo per modum executionis res bonaeque Clericorum eo casu capi posse. Etenim in servitutibus, quae sunt jura incorporalia, actiones negativae in rem scriptae proditae sunt, quibus qui possidet, intendit adversario jus non esse, exempli causâ, utendi fruendi, quae ideo in rem dicuntur, quòd in rem de qua est controversia diriguntur. Eodem exemplo, concedam quidem ad tuendam jurisdictionem suam, eum qui possidet jus illud incorporale, negatoria actione uti posse; quae in rem scripta dicitur, quia jus non esse adversario contendit in hoc negotio

jurisdictionem suam exercendi, sed ideo non competet jus actori ea actione res alias persequendi, vel bona capiendi.

IV. Superest ergo ut dicamus hanc consuetudinem jure illo naturali niti quo de defensione rei suae univocae permiffa est, cum per vim auferatur. Etenim cum natura non patiarur ut aliorum spoliis nostras facultates augeamus, eadem natura duce vim illatam vi repellere licet, dum tamen modus inculpatæ tutelæ servetur. Quod in privatis quidem controversiis post constituta judicia per magistratum publicè fieri debet, quantum res ipsa patietur, ne sit occasio majoris tumultus faciendi. Unde vis rectè dicitur à Iuriconsulto, quoties id quod sibi quis debet putat, non per judicem reposit. Ceterum quod atinet ad Reges aut Respublicas, manu & ferro res suas tueri et repetere solent ab iis qui priores injuriam intulerunt, ita ut non solum conferta acie, fed etiam translatò in provincias hostium bello, urbium expugnatione, & agrorum depopulatione, copias hostiles suis finibus depellant. Quod defensionis jus non proficitur ex hostium iniquitate, cum sæpe accidere solet ut bellorum principia & causæ satis probabili utrinque ratione niantur, sed ex eo jure descendit quod natura hominum mentibus inferuit, ut se suaque prae aliorum commodis habeant commendatoria. Hoc jure utuntur Reges in Republica Christiana adversus auctoritatem ecclesiasticam, quando de jurisdictione laesa controversia oriuntur. Etenim vim jurisdictionis seculari illatam vi contraria repellunt, bonaque adversariorum legitime occupant, donec ab injuria inferenda cessaverint. Quae ratio agendi eò justior est, quòd ea res imperio Principis detinentur, quae alioqui ejus auctoritate subjectae sunt, nempe bona immobilia Clericorum & Ecclesiarum: quamvis occupationis illius justitia non ex eo capite pendat, sed ex defensionis jure. Hanc rationem præcipuè expendit Philippus IV. in commentorio quod datum est Episcopis Senonensi & Autissiodorensi, de quo dixi capite XVII. superiori. In eo jure defensionis exercendo omnia media licita pro imperio suo Princeps adhibere potest; ut docuit olim Ioannes Parisensis Theologus, & è recentioribus Victoria Hispanus, & alij quamplures.

V. Video quid reponi possit, scilicet idem jus competere jurisdictioni ecclesiasticae, ut census vim sibi fieri prohibeat à judice seculari. Quare hoc argumento nihil confici in gratiam Principum, quod non trahi possit in gratiam Episcoporum; unde conten-

I. l. si quis in dicitur non potest, l. ubi, & de jurisdictione.

Glossator c. r. de officio deleg.

I. l. r. de jurisdictione.

V. l. l. l. c. 7. n. 11.

Idem illud de potestate reg. de populo, c. 11. ad 17. Wilhelmo de h. d. de potestate reg. c. 7. f. cum propositis.

tionum terra semper reciprocetur, ut cum Tertulliano loquar, præcipuè cum Eugenio III. in Synodo Remensi habita anno MCXLVIII. iussit *ne propter laicorum prohibitionem Episcopi ecclesiasticam dimittant iustitiam exercere*. Vnde colligi obiter potest probatio usus recepti in Gallia, de prohibendis iudicibus ecclesiasticis, quem Eugenius quidem non laudat, sed nec censuris repellendum docet, nec Principes nostri ab eo sibi temperandum existimaverunt, cum in eo solo verteret efficax tuendæ jurisdictionis secularis ratio. Non inficias eo quin jurisdictioni ecclesiasticæ liberum sit per Decretales Summorum Pontificum fines suos excommunicationibus vel interdictis tueri, unde crebris contentioibus præcipue facta est Respublica Christiana. Illud contendo, regis constitutionibus præscriptum esse ordinem quem sequi oporteat ad dissidia avertenda, scilicet, ut dixi capite superiori, implorandum esse ab Episcopis Curiarum supremarum præsidium, si à iudicibus inferioribus vis inferatur jurisdictioni ecclesiasticæ, sin periculum imminet à Curis, vel si quid illæ in detrimentum episcopalis auctoritatis decreverint, adeundum esse Principem, qui Sacri Consilij ex Clericis & laicis compositi Decreto omnia temperabit, ut discretis verbis constitutum est ad postulationem Ecclesiæ Gallicanæ, à duobus Edictis ea de re latis. Eos mores induerant Episcopi nostri ducentis & amplius abhinc annis, ut libello causarum ecclesiasticarum avocationem à Curis peterent, non autem jura sua censuris sibi vindicarent; quemadmodum docuerunt Ioannes Galli & Guido Papæ.

VI. Quod æquissima ratione nititur: quia, ut observavit Opetus Afer, Ecclesia est in Imperio, id est, per Imperij ptovincias sparsa, ex civibus constat, & sub patrocínio Regum degit, ideòque in his contentioibus dubiis, tutiora & æquiora consilia amplectenda sunt Episcopis, quæ ad pacem cum Imperio retinendam vergant, ad exemplum Fabij, qui apud Silium Italicum *causa seculari mente futuri, Nec latus dubiis parvisque laceffere Martem*. Præsertim cum Principum conditio sit melior, ex regula juris civilis, canonici, & naturalis. In pari enim causa melior est conditio ejus qui possidet, inquit Jurisconsultus. In his autem controversiis, quis dubitare potest quin Princeps, ad quem omnia pertinent imperio, etsi non dominio, possidere jus illud jurisdictionis eontroversæ censatur? Præterea cum bellum suscipiendum non esse censuerit Augustus, nisi quando major est emolumentis spes quam metus damni, Episcopos ab his contentioibus ab-

stinere debere palam est quæ dissidium in Ecclesiam, contemptum auctoritatis ecclesiasticæ, bonorum direptionem, fidelium perniciem important, quorum salutem illis Dominus commisit. Adde alienum esse à prudentia ut viribus impar se contentioibus implicet quæ manifestum detrimentum sunt allaturæ. Hoc argumento in controversia de Remensis Archiepiscopi hominio, quod Rex Ludovicus VI. de sententia Curie exegerat, Paschalem II. Ivo Carnotensis urgebat ut à Censuris, licet in Concilio Romano decretis in contumaces, abstineret in hac causa: quia, ut inquit ille, *studendum est misericordia visceribus abundare ubi fas non est debitam fortitudinem exercere*. Quare dispensatione illa utendum est ab Ivone hoc loco & ab antiquis patribus tantopere commendata, quæ in temeritudo canonum rigore versatur, cum necessitas id exigit, & occasio aut dissidij avertendi, aut pacis restituendæ, ut pluribus dixi libro tertio.

VII. Non omittenda est elegans ratio, quæ duci potest ex officio & munere Principis: qui constitutus cum sit à Deo Optimo Maximo ut Ecclesiam foveat, ejusque tranquillitati prospiciat, (cui munus, sacramento dato, se deinde, stipulante Ecclesia, obstrinxit) quodam modo videtur arbitrium componendarum hujus generis contentioinum in regno suscipi. Vnde fluxit ut has controversias Reges semper ad cognitionem suam revocaverint. Cujus rei exemplum habemus in Novella Iustiniani. Etenim si de judicio criminali adversus Clericum in studio controversia emergeret inter civilem judicem & Episcopum, *ad nos*, inquit Iustinianus, *negotium tam ab Episcopo quam à judice referatur; ut nos hoc cognoscimus, quæ nobis videtur justamur*. Quare augustus ille Princeps Carolus Magnus, ejusque filius Ludovicus, concordiam Episcoporum & Comarum legibus suis passim commendant, ut adinvicem adjuutores sint in ministeriis suis peragendis, tum si quæ contentiones inter eos accendant, eas à Missis suis, id est, ab Episcopis & Proceribus quos delegabant in provincias, sopiri, aut ad se deferri præcipiant; ita ut apud illos, quæ ac sit hodie apud nos, dissidia quæ ex jurisdictionum conflictu manant, Princeps imperio componerentur.

VIII. Quin & Leo IV. ex dispensatione ecclesiastica Ludovico II. Imperatori arbitrium derulit, ut si quid à se *incompetenter*, id est, ultra fines jurisdictionis suæ, actum esset, suo Missorumque suorum judicio emendaret. Reculit Gratianus fragmentum epistolæ Leonis: *Nos si incompetentem aliquid egimus, & in subditis iusta legis tramitem non com-*

4. Invalabile est jurisdictionis ecclesiasticæ.

Referunt tractatus c. 211, in fine.

5. Haec controversia contentio Regum non componitur.

Nov. c. 11. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.

Facinus Capitulum T. 1. Com. Galla

C. 201. §. Incompetenter aliquid egimus. c. 2. §. 1.

Consil. Rem. c. 1. c. 2. c. 3. c. 4. c. 5. c. 6. c. 7. c. 8. c. 9. c. 10. c. 11. c. 12. c. 13. c. 14. c. 15. c. 16. c. 17. c. 18. c. 19. c. 20. c. 21. c. 22. c. 23. c. 24. c. 25. c. 26. c. 27. c. 28. c. 29. c. 30. c. 31. c. 32. c. 33. c. 34. c. 35. c. 36. c. 37. c. 38. c. 39. c. 40. c. 41. c. 42. c. 43. c. 44. c. 45. c. 46. c. 47. c. 48. c. 49. c. 50. c. 51. c. 52. c. 53. c. 54. c. 55. c. 56. c. 57. c. 58. c. 59. c. 60. c. 61. c. 62. c. 63. c. 64. c. 65. c. 66. c. 67. c. 68. c. 69. c. 70. c. 71. c. 72. c. 73. c. 74. c. 75. c. 76. c. 77. c. 78. c. 79. c. 80. c. 81. c. 82. c. 83. c. 84. c. 85. c. 86. c. 87. c. 88. c. 89. c. 90. c. 91. c. 92. c. 93. c. 94. c. 95. c. 96. c. 97. c. 98. c. 99. c. 100.

1. Invalabile per se videtur.

2. Præcipue cum deo videtur quæ seculari.

3. Metus damni. c. 2. §. 1.

servavimus, vestra ac Missivam vestram cum illa volumus emendare iudicio. Vbi rectè adnotatum est ex Alexandro Imoleni, idem observari debere in Rege Francorum non recognoscere superiorem, quod iudex esse potest in sua causa.

I. X. Quod Alexander Imolenis Regibus nostris competere ait, consequentià ductà ex verbis Leonis quarti, ab iis in prima, secunda, & tertia dynastia observatum fuisse ostendimus. Vnde sequitur nec Regem nec regios magistratus aut officiales excommunicationibus vel aliis censuris eam ob causam inflicti obnoxios esse. alioqui majestas imperij minueretur, & à iudicium ecclesiasticorum arbitrio penderet. Itaque usus ille antiquus obtinuit in Gallia, ut proceres qui regie curie adsidebant, Baillivi, & apparitores regij, non excommunicarentur Rege irrequisito. Quod in Normannia observatum fuisse docent veteres chartæ anno millesimo ducentesimo quarto: *Archiepiscopus vel Episcopus vel inferior persona non debet ferre sententiam excommunicationis in Barones, vel in Baillivos, aut in Servientes Domini Regis, aut in Clericos domus sue, Rege non requisito, vel suo Seneschallo.* Hanc consuetudinem è Gallia in Angliam transfexit Rex Willelmus Dux Normanniæ & Angliæ domitor: quæ inter consuetudines regias in conventu Clarendonæ habito anno M C L X V. recensita, dein conquerente Thoma Cantuariensi Archiepiscopo, libertatis ecclesiasticæ acerrimo vindicæ, & martyre, ab Alexandro III. inter ceteras Romæ damnata est. *Nullum qui de Rege tenet in capite nec aliquis dominicorum ministrorum ejus excommunicetur, nec alicujus eorum terra sub Interdicto ponatur, nisi prius Dominus Rex, si in regno fuerit, conveniatur, vel Iusticiarius ejus, si fuerit extra regnum, ut restitum de eo faciat, & ita ut quod pertinet ad Regis Curiam, ibi terminetur, & de eo quod spectat ad Curiam ecclesiasticam, ad eandem mistatur, ut ibidem terminetur.* In contentionibus de jurisdictione ecclesiastica & seculari ultimum iudicium asseritur supremæ Curie regni, licentià ademptâ Episcopis jus sibi censuris & excommunicationibus dicendi. Sed ab articulis Clarendonæ constitutis discessit Henricus I. in Anglia, conventionibus cum Legatis Romanæ Ecclesiæ depictis, ut anathemate solveretur quod in illum ob necem Thomæ Cantuariensis injectum erat. Quamvis sic pacta illa interpretetur Henricus, apud Ioannem Sarisberiensem, ut consuetudines suis temporibus inductas, non autem veteres, damnatas existimet: *Quod consuetudines qua tempore meo contra Ecclesias terra mea indulta sunt dimittam; quas quidem*

aut penam aut nullas esse. Attamen in consequentiam jurium Ecclesiæ Gallicanæ hunc usum saltem in Normannia ejus posterit retinuerunt, donec florentissima illa provincia Coronæ Gallicæ consolidata est à Philippo Augusto, ut patet è chartis veteribus superius allatis. Reprobatio illa Alexandri I. I. & Concilij Lugdunensis decretum sub Gregorio X. Episcopos ad tuendam jurisdictionem, excommunicationibus in iudices seculares latis, animavit: quibus tamen magistratus non cedebant, ut videmus ex Durando. Quare Reges nostri antiquam regni consuetudinem, ne Officiales regij ob muneris sui executionem excommunicari validè possent ab Episcopis, privilegij apostolicæ sedis muniri curarunt. Hæc privilegia jactat Rex Carolus V. in rescripto dato anno millesimo trecentesimo sexagesimo nono, quo edicitur ut Episcopus Carnotensis ejusque Vicarij sententias excommunicationis revocent & annullent quas adversus Officiales regios ob contentionem de jurisdictione usurpata tulerant, vel iudicio se sistant in Curia Parlamenti, super predictis Procuratori generali responsuri. Anno sequenti M C C C L X X. Officialis Rotomagenis Archiepiscopi Baillivum regium publico anathemate damnavit, eò quod de Clerico quodam conjugato ob latrocinia perpetrata capitale pœnam sumpsisset, rejectæ remissione quam reus fieri petebat ad forum ecclesiasticum. Sed injuriam illam magistratui regio factam ultus est Rex Carolus, ex Curie Parisiensis decreto. Præcepit enim ut absque mora sententias illas rescinderet iudex ecclesiasticus, & ad hujus mandati executionem bonis temporalibus capti cogeretur. Periculo decessorum cautiones facti Episcopi, constitutionibus regis parentes, vel Curiarum summorum Arreftis, vel saltem Consistorij regij Decretis, contentiones istas dirimendas relinquunt, mucrone gladij spiritualis in alios usus refervato.

X. Quæ à me toto capite dicta sunt ita velim intelligi, si de jurisdictione tantùm agatur, & de disciplina ecclesiastica. Nam si his contentionibus fides Christiana læderetur, omnia pericula oppetenda potius essent Episcopis quàm ut præ socordia, aut metâ, nefarius conatibus assentirentur aut conniverent. Sed exceptioe illa adhibita possunt conniveniam suam tueri, Romanorum Pontificum exemplo: qui in Professione quam post electionem suam B. Petro nuncupabant, canones quidem & decreta à se observatum in pollicebantur, sed infra-

In Class. juris-
beli.

In Libr. G. F.
6. 1.

Martheus Park. In Tom. Council Vide Seldenum in Marti ad Radmanum pag. 102. 103.

Joan. Barthe. Op. 100.

T. 1. Lib. 1. p. 1.

D. C. L. X. p. 1.

Caustil. an. 107. an. 11. Deinde angl. fimo in Ordinatione an. 1100. non potest fimo, & in Indul. an. 11. Pater in Prop. 1. non potest de Regis Baillivis, & alij Ecclesiasticis in non Regis & alij, que non sive de la Justice de l'ame d'alg. & non de la Justice de l'ame d'alg. & d'effe pœniverit non sicut infra dicitur de l'ame. Et in 1. qu'als se mœnt gress, par m'ore Regis, si se fimo, & non in non Canonica rama. Et si c'et non in l'ame d'alg. & non in l'ame d'alg.

excepta fidei causâ, toleratum iri. Quæ conuenticia præcipuè præstantia est iis rebus quas imperio & auctoritate sua Principes gerunt. Hoc docuit exemplo suo Gregorius Magnus, qui ob agridudinem deponere noluit Episcopum primæ Justinianæ, etsi rogatus à Mauricio Imperatore urbem alia ratioe ab hostibus tutam esse noo posse prætendente. Hoc per nos, iouquit, fieri nullatenus potest, ne peccatum in mea anima ex ejus depositione veniat, nisi Episcopus ipse vacationem scripto petierit. Quid si hoc pecere ille noluerit, quod pissimo Imperatori placet, quidquid jubet facere, in ejus potestate est. Sicut moris, ipse provideat. Nos tantummodo in depositione

talium ubi non facias permiseri. Quod verò ipse fecerit, si canonicum est, sequimur. Si verò canonicum non est, in quantum sine peccato nostro valet, pariamus. Factum hæmpe tolerat in quo fides non lædebat. Loogè verò absumt à lædeodæ fidei periculo Episcopi in isto Galliz regno: quod iis auspiciis fundatum est, ut Romanæ Ecclesiæ tutio illi sit à divino numioe commissâ, quemadmodum Romaoi Pontifices obseruarunt, ac propterea liquidò affirmare liceat, communia esse cum Romana Ecclesia hujus regni Christianissimæ & florentissimæ fata, quæ sunt usque ad seculi interitum perduratura.

peruenit inter-
cessio, uterque
sanctus Romanus
& sacrosanctus
Pontifex Constan-
tinus, ac deinde de
caelestis mandatis
Deo auxiliante
collocata.
Videb. l. 2. c. 10.

Decreti regij verba, quod in fine operis edendum supra diximus in cap. XII.
§. VII. libri secundi, sic habent.

EXTRACT DES REGISTRES
du Conseil d'Etat.

SVR ce qui a esté représenté au Roy estans en son Conseil, par les Agents generaux du Clergé de France, Que le Parlement de Bourdeaux contre l'ordre de tous temps observé dans le Royaume, a cy devant registré des Brefs de nostre Saint Pere le Pape, sans Lettres patentes scellées du grand sceau, ny autre commandement de sa Majesté; Et d'autant que la plupart desdits Brefs sont obtenus à Rome par surprise, Requiervent lesdits Agents qu'il plaise à sa Majesté, afin d'en empêcher l'abus, ordonner que d'oresnavant ils seront presentés aux Evêques dans le diocèse desquels ils doivent estre executez, pour donner leurs advu, & que défenses soient faites audit Parlement de Bourdeaux, & à tous les autres, d'entreregistrer ny apres aucuns Brefs de sa Sainteté sans Lettres patentes scellées du grand sceau, & sans avoir esté presentés aux Evêques, & cependant que les Arrests du Parlement de Bourdeaux servent cassez & annullés, comme donnez contre les formes ordinaires. VU lesdits Brefs des trentiesme Juillet & denxiesme Aouil 1638. ensemble l'Arrest dudit Parlement portant enregistrement desdits Brefs du trentiesme Juillet 1639.

Oÿ le rapport du Commissaire à ce député, & tous considéré: Le Roy estant en son Conseil, a casé & annullé, casé & annullé ledit Arrest du Parlement de Bourdeaux portant enregistrement desdits Brefs, comme donné au prejudice de la ley du Royaume. Faisit sa Majesté tres expresse inhibitions & defences à sadite Cour de Parlement de Bourdeaux, & à tous autres, de plus à l'avenir d'entreregistrer aucuns Brefs sans Lettres patentes scellées du grand sceau. Et afin d'empêcher que les Brefs qui peuvent estre obtenus par surpris ne soient executez au prejudice de la jurisdiction & des droits des Evêques, Vint & ordonne sadite Majesté qu'à l'advenir ceux qui obtiendront des Brefs (excepté les Indults secrets de la Penitencerie) les presentent aux Evêques dans les diocèses desquels ils doivent estre executez, lesquels donneront leur advu dans trois jours apres, pour lesdits advu presentez avec lesdits Brefs à sa Majesté, y estre pourveu ainsi qu'elle advisera estre à faire par raison. Fait au Conseil du Roy, sa Majesté y estant, tenu à Saint Germain en Leye le 14. Decembre 1639. Signé,
BOUTHILLIER.

HRABANI

HRABANI MAVRI
ARCHIEPISCOPI
MOGUNTINENSIS
OPVSCVLA DVO.

I. De Chorepiscopis.

II. De reverentia filiorum erga patres &
subditorum erga Reges.

*Nunc primùm prodeunt ex veteri codice MS.
Bibliotheca Regia.*



STEPHANI BALVZII TVTELENSIS

Præfatio ad lectorem de duobus sequentibus opusculis.



UO tempore Dissertationes ista de concordia sacerdotij & imperij recu-
duntur, in quibus copiosa & accurata instituta disputatio est de Chorepiscopis,
occurrit mihi Hrabani Mauri Abbatis tum Fuldensis, sed Moguntinensis dein Archiepiscopi, libellus, ut ipse vocat, seu epistola ad Drogonem
Episcopum Meisensem de eodem argumento in codice veneranda antiquitatis quem mihi pro sua humanitate & amicitia nostra subministravit vir clarissimus
Petrus Carcavius Bibliotheca regia Præfectus. Excitata erat seculo illo præcisus & ingens inter Gallos nostros controversia de Chorepiscopis, utrumne in Episcoporum gradu,
an verò in Presbyterorum tantum ordine collocandi essent, liceretne porro illis Presbyteros
& sequentium ordinum Clericos ordinare, Christum consecrare, pueros consignare
seu confirmare, Ecclesias & altaria consecrare, benedictiones sanctimonialium peragere,
ac benedictionem populo dare in Missis publicis. Hac enim non licere Chorepiscopis
plerique contendebant, non solum è Clero, sed etiam ex laicis, irritaque esse quæcunque
ab illis circa ista præsumerentur. Divisi itaque ob istam contentionem animis, Karolus
Magnus sapientissimus Princeps, ac divini humanique juris callentissimus, cum intel-
ligeret & consuetudine veteri & Synodica constitutione introductum esse ut ad apostoli-
cam sedem referretur de majoribus causis, id est, de questionibus arduis & difficilibus
quæ in provinciis definiti non possent, suo & Ecclesie Gallicane nomine legatum super
ea re misit ad Leonem Pontificem Romanum istius nominis tertium, ut ejus responsi edo-
ctus, gravissima concertationi finem imponeret. Is legatus fuit Arno Iuvavensis sive
Salzburgensis Archiepiscopus, vir magni per eas tempestates nominis, & qui præci-
pua apud Principem gratia flagrabat. Respondit Leo per Arnonem minimè ambiguum
esse questionem, multo quippe illam canonibus Conciliorum decretisque Pontificum Ro-
manorum fuisse definitam, irrita esse quæcunque de episcopali ministerio Chorepiscopi
presumpserant, ipsos verò in exilium pellendos. Hoc Leonis responsum promptis animis am-
plexi sunt Episcopi Gallicani in Concilio Ratisbonensi, ea tamen moderatione servata,
ut remissa exilij pena, Chorepiscopis liceret agere in ordine Presbyterorum. Verùm ne-
que sic finita est illa contentio, quamplurimè videlicet Episcopi Chorepiscoporum cau-
se faventibus pro sua quiete & voluptatibus, ut acriter conqueritur Hincmarus,
eamque ob causam ea Chorepiscopus in suis diæcesibus agere permissentibus qua solis
Episcopis conveniunt; nimirum ut dum ipsi venationi, aucupationi, piscationi, & ce-
teris seculi oblectamentis operam dabant, quod agi solitum à plerisque seculi illius Epif-
copis testatur Agobardus, Chorepiscopi vicem eorum in omni ministerio episcopali sup-
plerent, & omnino ipsos fasces levarent episcopali, ita ut de Pontificis tenore summi illi
insignia sumerent, isti laborem, ut Apollinaris Sidonij verbis utamur. Itaque passim
post Karoli Magni tempora videmus adhuc Chorepiscopos variè in locis fuisse retentos,
satis quodam legum ac canonum ut negligantur etiam ab iis ipsis quorum ævo & quorum
causa fuerit conditi, ut multis exemplis probari possit. Faciendum tamen est plurimos
Episcopos observasse constitutiones qua regnante Karolo lata fuerant adversus Chorepif-
scopos, quos in ordinem Presbyterorum redigebant. Unde factum est, ut hoc quoque
obiter dicam, ut cum Ado Viennensis in Chronico suo loqueretur de Salviano Pres-
bytero Massiliensi deque libro ejus ad Claudianum, quem vulgata Gennadij editiones
vocant Episcopum Viennensem, cum dicere debuissent Chorepiscopum, de eo inquam
agens Ado, Claudianum illum non Chorepiscopum, ut antea assolebat, sed Presby-
terum juxta modum loquendi seculo illo in pluribus locis usurpatum vocavit.

inquit, ad Claudianum Presbyterum Viennemensem librum unum expositionis extremæ partis in Ecclesiastem. Inde etiam factum ut in peruetusto codice MS. Bibliothecæ regie, qui suo clarissimi viri Claudij Puteani, apud Gennadium Claudianus ille hoc loco neque Episcopus dicatur, ut in vulgariis editionibus & in reliquis codicibus MSS. quos multos mihi videre contigit, neque uem Chorepiscopus, sed Presbyter. Quod evincit necessariam esse emendationem quam illustrissimus Archiepiscopus huic Gennadij loco adhibet in libro tertio de concordia, ubi asserit legendum esse Chorepiscopum, non verò Episcopum.

Hunc Chorepiscoporum contemptum agrè ferens Hrabanus, illorum causam suscepit defendendam in opusculo ea de re scripto, quod nunc primum vulgamus, redarguens asperioribus verbis illorum Episcoporum superbiam, tanquam intruderent Chorepiscopis, omnemque ecclesiasticum honorem in se trahere studerent. id quod procul esse ait ab humilitate quam Christus docuit discipulos suos, & quam Apostoli exemplo suo commendaverunt. Itaque auctoritate Ancyranæ Concilij & Antiocheni probat licere Chorepiscopis cum consensu sive præcepto propriorum Episcoporum ea agere quæ solis Episcopis convenire pronuntiat Hincmarus, nimirum ordinationes Presbyterorum & Diaconorum & cetera de quibus supra diximus in insuper habito Synodi Gallicanæ judicio & responso Leonis, tanquam contrariis antiquæ disciplinæ ecclesiasticæ, adeoque ne regularum quidem nomine dignis. Unde & audacter ait eorum sententiam qui Chorepiscopos ad Presbyterorum officia demittebant esse contrariam antiquis moribus & novis in antiquis moribus, quoniam antiquitus mos erat ut illi vicem Episcoporum supplerent in omni ministerio ecclesiastico in novis verò, quia etiam extremis Ludovici Pij temporibus, cum hæc scriberet Hrabanus, Chorepiscopis omnia Episcoporum officia incumbere in multis regionibus. Neque enim existimandum est Hrabano, qui discipulus Alcuini fuit, igitur notam fuisse contentionem quæ de ea re sui ævo Karoli, adeoque cum Episcoporum illorum superbiam taxat, intelligere debemus ipsam prudenter dissimulasse eam historiam; ut rem integram ad consuetudinem referret, quæ in plerisque locum supplet legum ac canonum, immo persæpe leges & canones abrogat propria auctoritate, quemadmodum in plerisque disciplinæ capitibus contigit sub imperio Ludovici Pij.

In eodem codice regio extat aliud ejusdem Hrabani opusculum de reverentia filiorum erga patres & subditorum erga Reges, scriptum occasione infandi belli quod à Lothario fratribusque ejus susceptum est anno DCCCXXIII. adversus Ludovicum Pium quem eò usque adstixit illa calamitas, ut cum generalem de peccatis suis confessionem per vim edidisset in prædatoria Synodo Compendiensi, Episcoporum judicio penitentia publice addictus & omnibus imperialibus ornamentis exutus, Lotharij deinde jussu in custodiam traditus sit. Adversus hoc facinus merito insurrexit Hrabanus, atque illos qui se peccatores generaliter fateantur, & tamen ab aliis manifestè argui non possunt, neque damnandos esse neque judicandos pronuntiat. Tum probat non decere filios, cum heredes futuri decernantur, parentes suos de honoribus suis ac possessionibus proturbare sed expectandum esse patris obitum, ut filij possint succedere. Quod adversus tres Ludovici filios, sed præcipuè adversus Lotharium dictum esse nullus est dubitandi locus. In fine tamen Hrabanus Ludovicum hortatur ad clementiam, & ut filium penitentem recipiat, nimirum Ludovicum Regem Germaniæ, quem seridè penitebat pessimi facinoris, adeo ut eo tempore quo pater in custodia atinebatur, legatos in Aquitaniam miserit ad Pippinum fratrem, oratum ut se adjuvaret ad vindicandum patrem in libertatem, ut scriptum est in vita Ludovici Pij & in annalibus Bertinians.

Hæc igitur Hrabani opuscula, nusquam antehac edita, placuit in publicum emittere in secunda hæc istarum Dissertationum editione, ut ex iis illustrari possint quæ de Chorepiscopis & de dissidio illo Ludovici Pij ac filiorum ejus edisserit illustrissimus Archiepiscopus. His in fructu, lector, & vale.

HRABANI MAURI

LIBER

DE CHOREPISCOPIIS

& dignitate atque officio eorum.

Ad Drogonem Episcopum Metensem.



DRUGONI summo Pontifici Hrabanus famulus Christi salutem. Postquam per nos transeuntes ab illis, cogitavi mecum de hoc quod mihi presentialiter retulisti, qualiter quidam ex occidentalibus Episcopis fenserint de Chorepiscoporum ordine, & quod quidam eorum reordinaret illos qui temporibus antecessorum suorum ab Chorepiscopis ordinati sunt Presbyteros atque Diaconos necnon & Ecclesias ab eis similiter consecratas, prophanans omnem sanctificationem pristinam quasi non legitimam, quam tamen cum consensu atque precepto Episcoporum suorum ipsi Chorepiscopi perpetraverunt. Vnde & schismata in Ecclesia Dei oriuntur, cum rectores populi Dei in doctrina sua ab invicem discrepant; alij dicentes licere Chorepiscopis cum consensu atque precepto majorum suorum, hoc est, Præfulum civitatum sub quibus ipsi degunt, manus baptismatis imponere ut accipiant Spiritum sanctum, Presbyterosque atque Diaconos necnon & ceteros gradus Ecclesie ordinare; alij verò affirmantes nullo modo eis hoc ministerium competere, sed tantum illis Episcopis qui urbibus præfunt. Ex quo videlicet excitantur sectæ, invidiæ, iræ, rixæ, æmulationes, dissensiones, contentiones; per quæ multi de populo videntes magistrorum dissensionem, non mediocriter scandalizantur. Non enim hujusmodi litigatores illam concordiam apostolicam sequuntur de qua Philippenses Paulus obsecrat dicens: *Si quo ergo consolatio in Christo, si quod solatium caritatis, si qua societas spiritus, si quæ viscera miserationis, implete gaudium meum, ut idem sapiatis, eandem caritatem habentes, unanimes, idipsum sentientes, nihil per contentionem, neque per invidiam gloriam, sed in humilitate superiores sibi invicem arbitantes, non quæ sua sunt singuli con-*

siderantes, sed ea quæ aliorum sunt. Vnde & ipse volens juniore suos auditoribus commendare, & non disceptos sed acceptabiles reddere, Corinthios per epistolam suam admonet dicens: *Rogo ergo vos, fratres, imitatores mei estote. Ideo mihi ad vos Timotheum, qui est filius meus carissimus & fidelis in Domino, qui vos commonefaciat viam meam, quæ sunt in Christo Iesu, sicut ubique & in omni Ecclesia doceo.* Et rursum: *Si autem, inquit, venerit Timotheus, videte ut sine timore sit apud vos. Opus enim Domini operatur, sicut & ego. Ne quis ergo illum spernas, deducite illum in pace, ut veniat ad me. Expello enim illum cum fratribus.* Philippensibus quoque de eodem Timotheo ita scripsit dicens: *Neminem enim habetis unanimem, qui sincera affectione pro vobis sollicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt querunt, non quæ sunt Iesu Christi. Experimentum autem ejus cognovistis, quoniam sicut patri filius mecum servavit in evangelio.* Nam & preceptum humilitatis ut daret, ab ipsa Veritate sumpsit, quæ in evangelio discipulos de primatu contententes instruxit, dicens: *Reges gentium dominantur earum; & qui potestatem habent super eas, beneficii vocantur. Vos autem non sic. Sed qui major est in vobis, fiat sicut junior, & qui precessor est, sicut ministratur.* Et suo exemplo eos confirmans sequitur dicens: *Ego autem in medio vestri sum sicut qui ministrat. Filius enim hominum non venit ministrari, sed ministrare & dare animam suam redemptionem pro multis.*

Habebant enim ipsi Apostoli adjuutores in prædicatione evangelij Christi, qui etiam ordinationes fecerunt ex preceptis eorum: Vnde legitur in codice quem Damascus Papa de Episcopis Romanæ Ecclesie petente Hieronymo Presbytero conscripsit, quod Linus & Cletus ex precepto beati Petri ordinationes Presbyterorum fecerint; cum tamen post passionem Petri, non illi, sed Clemens in honorem cathedræ successerit,

N n ij

Constitutionem
notare habebat
scribitur ut Episcopus
quod non
Lionis & Alipii,
Frascati monachi
Occurrit, in
archiepiscopatum
evidenti statu.
Hæc enim legimus
scripturam, ad
Sanctum Carolum,
Frascati archiepis
scribitur. Vnde
hæc.

11. pp. a.

1. Co. 4.

1. Co. 11.

1. Tim. 1.

1. Tim. 11.

1. Tim. 11.

1. Tim. 11.

ipſo eidem tradente principe Apoſtolorum, ſicut epiftoſa ejuſdem Clementis ſcripta ex mandato Petri ad Iacobum fratrem Domini teſtatur. Hinc reor quòd uſus Chorepiſcoporum primùm originem ſumpſerit, & hæcenus in Eccleſia catholica retineatur, ut ipſi Chorepiſcopi à propriis Epifcopis ſuis ordinati, juxta præceptum eorum Diaconos & Preſbyteros ac ceteros gradus ordinent, atq; reliqua officia ſacerdotalis officij peragant. Vnde miror quomodo iſti qui hanc contentionem movent, ordinem Chorepiſcoporum tantùm diſpiciant ut penè eis nihil amplius dignitate Preſbyterorum tribuant, cùm hoc nec novorum nec antiquorum nec etiam ipſi Apoſtolorum dogmatibus conſuetudinibùſque conveniat, ſed in ſenſu ſimul ac dogmate diſſentiat. Claret enim hoc, quòd in his non ratio & humilitas, ſed invidia atque ſuperbia dominantur, ita ut diſpectis cooperatoriſibus ſuis, ipſi ſoli potentis ac ſanctificationis pollebent videri appetant, & hoc quòd ſancti patres propter concordiam & unionem ſingulis dignitatibus conſcripſerunt, ipſi magis damnationem noxiam quàm diſcretam diſpoſitionem eſſe putent.

Præcipiunt enim ſacri canones qualiter unuſquiſque ordo menſuram ſuam cuſtodiat à minimo uſque ad maximum, & minor gradus majori ſemper ſubditus ſiat, ita ut Diaconi abſque Epifcopo vel Preſbytero baptizare non præſumant, niſi prædictis fortaliſſis officiis longiùs conſtitutus, neceſſitas extrema compeſcat, & ut gratiam ſacræ communionis poſt Preſbyteros accipiant, aut Epifcopo aut Preſbytero porrigente, ſed nec ſedere in medio Preſbyterorum Diaconis liceat, nec etiam coram Preſbytero ſedere audeant, ſed juiſſione Preſbyteri ſedeant. Similiter quoque mandant ut Diaconis honor exhibeatur ab obſequentibus, id eſt, Subdiaconis & omnibus Clericis. De Preſbyteris verò in Decretis Gelafij Papæ ita ſcriptum eſt: *Nec minùs etiam Preſbyteros contra ſuum modum tendere prohibebimus, nec epifcopali ſubiectio debita ſibi nec auctoritate aſſumere, nec conſcienſiam chriſtianiſmi, non conſecrationis pontificaliſ adhibende ſibi nec arripere facultatem; non præſente qualibet antiſtite, niſi forteſſe jubenteur, vel orationi vel alij ſacra ſupplicare ſibi præſumat eſſe licentiam; neque ſub ejus aſpectu, niſi jubenteur, aut ſedere præſumat, aut venerabilia tractare myſteria; nec ſibi meminerit illa ratione concedi ſine ſummò Pontifice Subdiaconum vel Acolythum jus habere faciendi, nec propriis dubites, ſi quicquam ad epifcopale miſterium ſpecialiter pertinens ſuo motu putaverit exſequendum, continud ſe preſbyterij dignitate*

ta & ſacræ communionem privari.

De Chorepiſcopis autem in Ancyrano Concilio ita ſcriptum eſt: *Chorepiſcopi non liceat Preſbyteros aut Diaconos ordinare, ſed nec Preſbyteros civitatis, ſine præcepto Epifcopi vel litteris in unaquaque parrochia.* Adtende quòd non dicit Chorepiſcopis non liceat penitus Diaconos aut Preſbyteros ordinare, ſed non aliter licere niſi ex præcepto Epifcopi ſui vel litteris in unaquaque parrochia.

Item in Antiocheno Concilio ſic legitur: *Qui in vicis vel poſſeſſionibus Chorepiſcopi nominantur, quamvis manus impoſitionem Epifcoporum perceptorint, & ut Epifcopi conſecrati ſint, tamen ſanctæ ſynodo placuit ut modum proprium recognoſcant, & gubernatus ſubjectas ſibi Eccleſias, acrimque moderamine curæque contentis ſint, Ordinent etiam Lectores & Subdiaconos atque Exorciflas. Quibus promotiones iſta ſufficiant. Nec Preſbyterum verò nec Diaconum audeant ordinare præter civitatis Epifcopum, cui ipſe cum poſſeſſione eſt ſubjectus.*

Cùm autem Chorepiſcopos manus impoſitionem Epifcoporum percipere dicit, & quòd ſicut Epifcopi conſecrati ſint, cur cum conſenſu Epifcoporum quibus ſubjecti ſunt, conſecrationes ſacrorum ordinum eis facere non licet, & cum chriſmate ſacro ſideles conſignare? Vanum eſt enim quemquam conſecrationem epifcopalem habere, ſi miſterium Epifcopi ei non licet agere. Ad quid ergo invocatur Spiritus ſanctus ab Epifcopo ordinatore, ut ſanctificationem perſonæ ordinandæ tribuat, ſi ipſe invocator & ordinator poſt conſecrationem quam rite peregit, mox reprehenderit? Numquid Deum iridet, cujus donum poſcit, cùm poſtea ipſud donum ſpreverit? Numquid hæc calumnia, qua Domini ſanctificationem inludit, ad ipſum auctorem ſanctificationis pertingit? Planum eſt ergo quòd in Spiritu ſancto per Verbum Dei omnis ſanctificatio adimpletur. Et quare non pertimeſcit blaſphemare & derogare Spiritus ſancti potentia, cùm ſcriptum ſit: *Qui dixerit verbum contra filium hominis, remiſſetur ei. Qui autem dixerit contra Spiritum ſanctum, non remiſſetur ei neque in hoc ſeculo neque in futuro.* Vnde Petrus Apoſtolus, in actibus Apoſtolorum, cùm Cornelium centurionem & eos qui ſecum erant videret accepiffe gratiam Spiritus ſancti, Iudeos contra ſe altercantes pro eo quòd ad gentes introiret & manducaret cum illis, tali reſponſo reſutat, dicens: *Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus ſicut & vobis qui credidimus in Dominum Jeſum Chriſtum, ego quis eram qui poſſem prohibere Deum? His auditis, tacuerunt, & gloriſicaverunt Deum, dicentes: Ergo gentibus Deus panitentiam ad vitam dedit.*

Decretis Gelafij
cap. 6.

Concil. Ancy.
c. 12.

Concil. Antioch.
c. 10.

Matth. 12.

Matth. 11.

Quem ergo Deus dono Spiritus sui honorat, non est rectum ut ab huminibus dehonoretur; nec debet quisquam pro calumnia deputare quod divina dispositione constat ordinatum esse. Quæ enim à Deo sunt, ordinati sunt. Proinde nec inferioribus Episcopis dignitas proprii gradus tollitur, cum Metropolitanò totius provincie cura delegatur. Nam sine eo in provincia Episcopum ordinare, nec generale Concilium convocare, nec quicquam aliud ceteris Episcopis licet in provincia agere, nisi quantum constat ad singulorum parrochias & episcopatus pertinere. Si enim in Episcoporum ordine Chorepiscopus non liceret habere, nullatenus inter trecentos decem & octo patres qui in Nicæno Concilio adfuerunt adnumerarentur, in quorum catalogo amplius quam duodecim Chorepiscopi inserti sunt; ubi nullus Presbyterorum vel Diaconorum in numero præfinito patrum, sed solummodo Metropolitanì & Episcopi atque Chorepiscopi nominatim recensiti inveniuntur.

Ad quid enim Episcopus cujuslibet civitatis Chorepiscopum sibi vult ac decernit ordinare, si ipsam ordinationem suam nullam efficaciam arbitratur habere? Dicit enim Apostolus: *Beatus qui non iudicat semetipsum in eo quod probat. Qui autem discernit, si manducaverit, damnatus est; quia non ex fide. Omne autem quod non est ex fide, peccatum est.* Hanc quidem sententiam non ad ciborum solummodo qualitatem & differentiam discernendam, sed ad omnem ambiguitatem & duplicitem tollendam prolatam esse intellegimus; ut non simus parvuli fluctuantes in omni vento doctrinæ, sed sani & stabiles in fide, & firmi in apostolica doctrina. Vir enim duplex animo, inconstans est in omnibus viis suis. Et qui hæsitat, similis est fluctui maris qui à vento movetur & circumfertur. Non ergo æstimet homo ille quod accipiat aliquid à Domino. Ait enim ipsa Veritas in evangelio: *Amen dico vobis, quicquid orantes petitis, credite quia accipietis & veniet vobis.* Omnia enim possibilia sunt credenti. Quia fides vera rectè credentem facit, & iustus in fide sua vivit, illa videlicet quæ per dilectionem operatur.

Hoc enim sanctorum patrum prudentia posteris suis prævidit, & sacra canonum auctoritas instituit, ut dissensio & schismata in Ecclesia Dei non fierent, sed magis unitas & concordia pacis inibi prævaleret; & ideo cuique ordini juxta mensuram suam officium delegavit, ut per studium humilitatis & dilectionis pax Christiana & concordia in populo Dei perseveraret. De quo & ipsa

Veritas, discipulos suos ad imitationem sui provocans, ait: *Tollite jugum meum super vos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & invenietis requiem animabus vestris. In jugum enim meum suave est, & onus meum leve est.* Hoc jugum per caritatem fideles sociat, non per contentionem dissipat; hocque onus non opprimit se portantem per ponderis gravitudinem, sed magis sublevat ac sustentat per solatij consolationem.

Nihil ergo juvat reprehensores hos & vaniloquos magistros quod ad defensionem erroris sui illud de actibus Apostolorum sumere nituntur, quod Petrus & Iohannes missi sint ab Apostolis de Hierosolymis in Samariam ut imponerent manus illis qui à Philippo baptizabantur, quatinus acciperent Spiritum sanctum, quoniam aliter hoc fieri non decebat quam ut Apostoli impleverent & persicerent ea quæ à ministro eorum bene cæpta fuerant. Non enim Philippus hic unus de duodecim, sed unus de septem Diaconibus erat, qui ab Apostolis paulò antè ordinati sunt, qui & in catalogo septem Levitarum primus post Stephanum ante alios adnumeratus est. Unde post Stephani necem, statim ad Philippi actus explicandos scriptor historix videtur transire, ita dicens: *Facta est autem in illa die persecutio magna in Ecclesia qua erat Hierosolymis; & omnes dispersi sunt per regiones Indæ & Samariæ, præter Apostolos. Contraverunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super illum. Saulus verò devastabat Ecclesiam, per domos intrans; & trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam. Igitur qui dispersi erant pertransibant, evangelizantes verbum Dei. Philippus autem descendens in civitatem Samariæ, predicabat illis Christum. Intendebant autem turbe his qui à Philippo dicebantur, unanimiter audientes, & videntes signa qua faciebat. Multi enim eorum qui habebant spiritus immundos, clamantes voce magna, exiebant. Multi autem paralytici & claudi curati sunt. Factum est autem magnum gaudium in illa civitate. Et non multo post: Cum autem, inquit, audissent Apostoli qui erant Hierosolymis quia recepti Samaria verbum Dei, miserunt ad eos Petrum & Iohannem. Qui cum venissent, oraverunt pro ipsis ut acciperent Spiritum sanctum. Nondum enim in quempiam illorum supervenerat, sed baptizati tantum erant in nomine Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant Spiritum sanctum. Idem etiam Philippus baptizavit eumebum Candianæ Reginæ Æthiopum, sicut consequenter narratur. Et post discessum ejus pertransiens, evangelizabat civitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream. De quo Lucas alibi mentionem facit,*

cum transitum Pauli ad Hierusalem enumerasset, ita dicens: *Alia autem die profecti, venimus Casaream; & intrantes domum Philippi Evangelista, qui erat unus de septem, mansimus apud eum. Hinc autem erant filia quatuor prophetantes.*

Vnde apparet quoddam iste Philippus non fuit Episcopus, neque Chorepiscopus, sed tantum Diaconus & Evangelista. Si enim Chorepiscopus esset, nequaquam scriptor historiz hoc tacuisset. Necdum enim Apostoli ab invicem discesserant, ut in singulis provinciis sive civitatibus Episcopos aut Chorepiscopos ordinarent, sed in Hierosolymis tantum manentes predicabant verbum Dei, donec Spiritus sancti dispositione cogente, ad predicandum gentibus per orbem directi sunt, sicque omnis ordo ecclesiasticus in singulis locis juxta eorum dispensationem distributus, hactenus in Ecclesia catholica servatur. Et sicut una fides, unum baptisma, una religio, à Christianis in toto orbe tenetur, ita unius ejusdemque Spiritus sancti distributione pax & concordia in electis Dei ubique firmiter corroboratur, omnisque discordia procul pellitur, quoniam, juxta Apostolum, quicumque spiritu Dei aguntur, hi filii sunt Dei; qui autem spiritum Christi non habet, hic non est ejus. Vnde idem doctor gentium nos admonet, dicens: *Obsecro itaque vos ego vinculus in Domino ut dignè ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes invicem in caritate, solliciti servare unitatem spiritus in vinculo pacis, unum corpus, & unus spiritus, sicut vocati estis in una spe vocationis vestra.*

Convenit autem quibusque fidelibus & membris corporis Christi ut bonore se invicem præveniant, alterutrum se sufferant, ne, contra Apostolum, efficiantur inanis gloriæ cupidi, invicem provocantes, invicem invidentes; sed magis unanimes omnes sint, in oratione comparientes, fraternitatis amatores, misericordes, humiles, & nihil agant per contentionem; quia non est dissensionis Deus, sed pacis. Hæc enim tantummodo nobis contendendi regula ex præcepto dominico conceditur, ut contendamus per angustam portam intrare, & arctam viam incedere quæ ducit ad vitam, non latam & spatiosam quæ ducit ad mortem. Si enim bonæ devotionis & mansuetudinis indicia per humilitatis atque obedientiæ præbemus officia, veri imitatores Dei effecti, Christi Domini sequimur exempla: qui, cum adhuc peccatores essemus, pro impiis servis mortuus est, justus pro injustis, ut nos offerret Deo, mortificatores quidem carne, vivifica-

tos autem spiritu; qui destruxit quidem mortem, inluminavit autem vitam & incorporationem per evangelium. Excelsus inter angelos, humilis inter homines ministrare voluit, non ministrari. Vnde in cœna mystica discipulorum pedes lavit, & linteo quo erat præcinctus terxit, peccatores in convivium recepit, & cum publicanis & peccatoribus manducavit, peccatricem mulierem ad se accedere permisit, & lavare lacrymis ac tergere capillis pedes suos consensit, nihil ventus Phariseorum superstitiosam reprehensionem. Propter quod injustis querimonis eorum ita respondit, dicens: *Dimissa sunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.* Eritem: *Non veni vocare justos, sed peccatores.* Et alibi: *Filius, inquit, hominis venit salvare quod perierat.* Et rursum: *Non enim venit filius hominis ut judices mundum, sed ut salvetur mundus per ipsam.*

At contra, si displicet ceteris fratribus nostris atque conservis in sublime volumus extolli, ac soli potentes & gloriosi cupimus ab hominibus videri, sine dubio illius imitatur jactantiam qui despectis ceteris sacris angelorum turmis, ad similitudinem Dei non per humilitatem sed per jactantiam voluit sublimari, cum dixit: *Ascendam in caelum super altitudinem nubium, & ponam thronum meum ad aquilonem, & ero similis Altissimo.* Vnde merito de sublimitate angelica projectus in inferni tartarum, draco perfidus traxit secum tertiam partem syderum: ubi & nos, si ejus sequimur vancordiam, propter mentis nostræ superbiam à sanctorum societate expulsi, poenas gebennæ cum illo lucemus æternas.

Quomodo autem tam prælati quam etiam subditi agendum sit, Ecclesiæ pastor Petrus in epistola sua ostendens commonet, dicens: *Seniores ergo qui in vobis sunt obsecro confessor & testis Christi passionum, qui & ejus quæ in futuro revelanda est gloria communicator, pascite qui in vobis est gregem Dei, providentes non coactè sed spontaneè sicut dicitur Deum; neque turpis lucri gratia, sed voluntariè; neque ut dominantes in clericis, sed forma facti gregi ex animo; ut cum appaverit princeps pastorum, percipiatis immerse sibi gloriæ coronam. Similiter adolescentes, subditi estote senioribus. Omnes autem invicem humilitatem insumate; quia Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.*

Quapropter necessarium mihi videtur ut omnes humilitemus nos sub potenti manu Dei, quatinus ipse nos exaltet in tempore visitationis; & quisquis in majore dignitate ex electione divina se posurum agnoscit, commilitones suos ac commissarios omni bonore

Hier. 4.

Matth. 7.

1. Pet. 1.

Lw. 7.

Matth. 9.

Matth. 13.

Matth. 13.

Matth. 13.

Matth. 13.

1. Pet. 5.

1. Pet. 5.

honore dignos arbitretur, & ex mutua dilectione locum eis præbeat proficiendi ac bene operandi: quia venient dies quando non honoris dignitates, sed honorum operum à nobis requirentur actiones. Filius enim hominis venturus est in gloria patris sui cum angelis suis. Et tunc reddet unicuique secundum opera ejus. Omnes simul stabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum, sive malum. Qui autem inferioris gradus est, non majora & quæ ad se non pertinent per elationem appetens tentet, sed contentus sit officio quod sibi divina ordinatio voluit conferre, & ita rite credendo, ac rectè docendo, benèquè operando, quotidie in Domino proficiat, ut ministerij sui bonum præmium consequatur. Qui enim bene ministraverit, gradum sibi bonum acquirit. Vnde ipsa Veritas ait: *Qui mihi ministras, me sequatur: & ubi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministraverit, honorificabit eum pater meus qui est in cælis.* Et alibi: *Vale, inquit, Pater, ut ubi sum ego, ibi sis & minister meus.*

Grandis honor est Christi ministerium esse. Vnde & grande præmium bene ministrantem sequitur, ita ut cum Christo & sanctis angelis ejus in cælesti beatitudine sine fine lætetur. Atque ideo non convenit servis Christi contendere de sublimitate honoris, sed magis certare de utilitate sanæ prædicationis & assiduitate bonæ operationis, ut populus Christi audiat ex ore eorum verbum rectæ fidei, & videat in actibus eorum bonum exemplum per humilitatis indicium, quia, juxta Veritatis lententiam, omnis qui se exaltaverit humiliabitur, & qui se humiliaverit exaltabitur.

Qui enim gradum honoris in Ecclesia Christi acceperunt, quomodo vivere & quid agere debeant, audiant ipsum Dominum ostendentem atque præcipientem. *Sins, inquit, lambi vestri præcuncti, & lucernæ ardentes: & vos similes hominibus expellantibus dominum suum, quando revertetur à nuptiis: ut cum venerit & pulsaverit, confestim aperiant ei.* Et quale eis præmium taliter facientes in futuro sequatur, mox subjungit, dicens: *Beati servi illi, quos, cum venerit dominus, invenerit vigilantes. Amen dico vobis quod præcinges se, & faciet illos discumbere, & transiens ministrabit illis.* Et paulo post: *Quis putas est, inquit, fidelis dispensator & prudens quem constituit dominus super familiam suam, ut det illis in tempore tritici mensuram? Beatus ille servus, quem cum venerit dominus suus, invenerit ita facientem. Verè dico vobis quia super omnia quæ possidet constituet illum.* Non enim pigris & he-

betibus doctoribus & de primatu hujus mundi atque divitiis certantibus tale præmium promittitur, sed bene laborantibus, & dignè Deo servantibus. Non est enim æquum ut conlatio sacri ordinis servis Christi fiat causa elationis & terrena voluptatis, quia nec in ipsius magistris nec discipulorum ejus dictis sive exemplis aliquid hujusmodi reperitur.

Quomodo autem de Christi moribus nos instruat Paulus Apostolus audiamus: *Hoc enim sentite in vobis & quod in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo; sed semetipsum exinvenit, formam servi accipiens, in similitudinem humanam factus, & habitus inveniens ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens Patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus illum exaltavit, & donavit illi nomen quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genua stentatum cælestium, terrestrium, & infernarum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris. Hic ergo discipulis suis præcepit dicens: Nolite solliciti esse, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quid operiemur. Hac omnia gentes inquirent. Scis enim pater vester quia his omnibus indigetis. Quærit autem primum regnum Dei & justitiam ejus, & hæc omnia adiciuntur vobis. Qui non renuntia- verit omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Qui vult venire post me, abneget semetipsum, & tollat crucem suam, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam salvam facere, perdet eam. Qui autem perdidit animam suam propter me, inveniet eam. Quid enim prodest homini si universum mundum lucratur, anima verò sua detrimentum patiatur? & cetera.*

Hinc & Petrus exhortans fideles, in epistola sua ait: *Succincti lumbos mentis vestrae, sobrii, perfectè sperate in eam quæ offertur vobis gratiam in revelatione Iesu Christi, quasi filij obedientia, non configurati prioribus ignorantia vestra desiderio, sed secundum eum qui vocavit vos sanctum, & ipsi sancti in omni conversatione estote: quoniam scriptum est: Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. De quo & Iohannes ait: Nolite diligere mundum neque ea quæ in mundo sunt. Si qui diligit mundum, non est caritas Patris in eo: quoniam omne quod in mundo est, concupiscentia carnis & concupiscentia oculorum est & superbia vitæ, quæ non est ex Patre; sed ex mundo est. Et mundum transiit, & concupiscentia ejus. Qui autem facit voluntatem Domini, manet in æternum.* Hinc Paulus ait: *Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore ad obediendum desiderijs ejus; sed neque exhibeat membra vestra arma iniquitatis pec-*

Paul. 1.

Matth. 6.

Luc. 14.

Matth. 16.

1. Jo. 1.

1. Jo. 2.

2. Cor. 4.

esto; sed exhibere vos Deo tanquam ex mortuis
viventes, & membra vestra arma iustitia Deo.
Et iterum: Carnis, inquit, curam ne feceritis
in desideris. Et rursum: Non ergo amplius in-
vicem iudicemus; sed hoc iudicate magis, ne
ponatis offendiculum fratri vel scandalum. Et
item: Debemus autem nos firmiores imbecillita-
tes inferorum sustinere, & non nobis placere.
Vnusquisque vestrum proximo suo placeat ad
edificationem.

Si autem secundum huiusmodi doctrinam
conformemus nos exemplis obedientie, hu-
militatis, & mansuetudinis Christi, consi-
derantes singuli non quod nobis sed quod
aliis utile est, nec cupiditatibus istius mundi
atque inlecebris voluptatum operam da-
mus, nulla erit inter nos contentio de subli-
mitate honoris & ihani iactantia terrenæ
potestatis, nec conflictus nequam de quæ-
stu nefando præsentis seculi; sed erit firma
pax & concordia inter nos, exerceturque
unanimes cultus pietatis, & religio sancta
& immaculata coram Deo & salvarore no-
stro sine reprehensione custoditur. Et ira
omnia membra corporis Christi erunt in
pace, expectantes supernam gloriam in re-
velatione Domini nostri Iesu Christi, quem
cum non videmus, diligimus, in quem nunc

quoque non videntes credimus, & exultan-
do speramus quòd in adventu ejus percipia-
mus finem fidei nostræ salutem animarum
nostrarum.

Igitur quia ordo præteritæ narrationis
vestræ & responfionis parvitaris nostræ hoc
exigebat ut contra tam ineptum confictum
Sacerdotum atque scandalum plehis aliqua
de scripturis sacris atque orthodoxorum pa-
trum sententis excerpemus, quæ ostende-
rent ac declarando manifestarent quòd ser-
vos Christi non oportet litigare, sed man-
suetos esse ad omnes, docibiles, & pacien-
tes, fecimus quod agendum esse censuimus,
& in brevi libello hæc omnia comprehen-
dentes, sanctitati vestræ dirigere curavimus;
perentes ut si dignum ducatis hunc relege-
re, ea quæ ibi rectè posita sint vestra aucto-
ritate confirmetis, si qua autem reprehen-
sione ibi digna videantur, ignorantem ve-
stra prudentia instruat, quatinus labor no-
ster per omnia non inanis fiat, & studium
doctrinæ vestræ multiplici mercede ab om-
nium bonorum datore remuneretur.

Sanctitatem vestram omnipotentis Dei
gratia in æternum conservare dignetur, ve-
nerande Præsul, memorem nostri.


~~~~~

# HRABANI MAURI

## LIBER

### DE REVERENTIA FILIORUM erga patres & subditorum erga Reges.

OPUSCULUM HRABANI MAURI  
ad Hludowicum Imperatorem in XII. capitulis  
comprehensum.

I.  E honore parentum & subje-  
ctione filiorum.

II. De his qui parentes suos  
vel majores contemnendo dis-  
piciunt.

III. Quòd regia dignita-  
ti honor sit & obedientia ab omnibus deferenda,  
contumacia autem superborum disciplina ter-  
renda.

IV. Quòd non liceat filiis parentes suos de  
hereditate & possessione propria expellere atque ab  
eis aliquid per vim seu fraudem auferre.

V. Quòd malum avaritia & cupiditatis maxi-  
mè detestandum sit.

VI. De iustis iudiciis in omnibus rebus & per-  
sonis observandis.

VII. Quòd omnino de temerariis iudiciis ab-  
stinendum sit.

VIII. De amministratoribus secularium ju-  
dicatorum quid sentiendum sit.

IX. Quòd illi qui se peccatores generaliter sa-  
tentur, & tamen ab aliis manifestè argui non pos-  
sunt, nullo modo sunt iudicandi atque domi-  
nandi.

*X. Quod falsa iustitiam nihil profit, sed perfectam veniam tribuat.*

*maxime obis abutenibus ea.*

*XII. Exhortatio ad indulgentiam delin-*

*XI. Quod pietas divina veraciter converſus quentium.*

*& de prateritis peccatis punitionem agentibus*

*Hos quoque bisenos fixis tibi, Caesar amate,  
In scripta titales, quos relegens teneas.  
Ilic reperies divina dogmata legi,  
Qua bona commendant, quæve mala reprobant.  
Iustitia palmam tribuunt, hanc laude coronant,  
Spermentes pellunt ac scelus omne procul.  
Mentem humilem accipiunt, detestanturque superbam.  
Fas pie commendant, prociuntque nefas.  
Iura suprema docent patribus se subdere proles,  
Non vinci à pravo, vincere sedque bono.  
Videri Rex Christum facias te vincere mundum,  
Æterna & pacis dona tibi tribuas.*

*De honore parentum & subjectione filiorum.*

### CAPUT I.

**Q**UAM placita fuerit omnipotenti Deo honorificatio parentum & subjectione filiorum, ipse qui primum nasci fecit ex patribus filios, postmodum legis edicto naturæ jus hominibus ostendens confirmavit, ut hoc cogantur divino facere imperio quod debuit pieras suggerere affectu. Nam in Exodo, ubi Dominus decalogum legis populo suo tenendum edidit, post tria mandata quæ de sua cultura primum protulit, mox de humanæ societatis fœdere subjunxit, dicens: *Honora patrem tuam & matrem, ne sis longævus super terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi.* In Levitico quoque idem Dominus ita præcepit: *Nam facias, inquit, calumniam proximo tuo, nec vi opprimas eum. Qui maledixerit patri suo vel matri, morte moriatur. Patri matrique qui maledixerit, sanguis ejus sit super eum.* Item ipse in Deuteronomio sic ait: *Si genuerit homo filium contumacem & protervum, qui non audiat patri aut matri imperium, & coercitus obedire contempserit, apprehendens eum, & adducens ad seniores civitatis illius & ad portam judicij, dicentque ad eos: Filius noster iste protervus & contumax est, monita nostra audire contempnit, comessationibus vacat & luxuria atque carivivis. Lapidibus eum ebrnet populus civitatis, & morietur. Et anseratis malum de medio vestri, & universus Israel audiens pertimeſcat.* Item in eodem libro, ubi de maledictionibus contra peccantes pronuntiandis per Levitæ præceptum est, ita legitur: *Maledictus qui non honorat patrem suum & matrem. Et dicit omnis populus: Amen.* In Proverbijs quoque Salomon ita ait: *Audi, fili mi, disci plinam patris tui, & ne à matre legem matris tue. Stultus iridet patris sui disci-*

*plinam. Qui autem custodis increpationes, astutior fiet. Qui offligit patrem & matrem, ignominiosus est & infelix.* Et alibi: *Qui maledicit, inquit, patri vel matri, extinguatur latera ejus in medijs tenebris, hereditas ad quam festinatur in principio, in novissimo benedictione carebit.* Et in alio loco: *Vir fidelis multum laudabitur. Qui autem festinat diviti, non erit innocens.* Et paulo post: *Qui subtrahit aliquid de patre suo vel matre, & dicit, Hoc non est peccatum, particeps homicidæ est. Oculum qui substatuit patrem, & qui despicit partem matris sue, effundens eum corvis de horrendis, & comedens filij aquile.* In libro quoque Iesu filij Sirach ita scriptum est: *Qui honorat patrem, jucundabitur in filiis, & in die orationis sue exaudietur. Qui honorat patrem suam, vita vivet longior; & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Deum, honorat parentes, & quasi dominis serviet his qui se genuerunt. In opere & sermone & omnipotentia honora patrem tuam, ut superveniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in novissimo matris. Benedictio patris firmat domos filiorum. Maledictio autem matris eradica fundamens. Ne gloriaris in convulsis patris tui. Non est enim tibi gloria, sed confusio. Gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Fili, suscipe senectam patris tui, & ne contristes eum in vitæ illius; & si defecerit sensus, veniam de; & ne spernas eum in eua virgine. Eteumque enim patris non erit in oblivione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia a discobitur tibi. In die tribulationis commemorabieris: sicut in sereno glacies, solventur tua peccata: quia mala fama est qui relinquit patrem, & est maledictus à Deo qui exasperat matrem. Et item: *Honora, inquit, patrem tuam, & gemas matris tue ne obliviscaris. Memento quoniam nisi per illos natus non fuisses, & retribue illis quemodo & illi tibi. Ad domum verò Rechabitarum loquitur Do-**

Ier. 16.

minus per Hieremiam, ita dicens: *Pro eo quod obedistis precepto Ionadab patris vestri, & custodistis omnia mandata eius, & fecistis universa que precepit vobis, propterea hoc dicit Dominus Deus Israel: Non deficiet vir de stirpe Ionadab filij Rechab stans in castris meis cunctis diebus.* In Malachia quoque sic Dominus ait: *Filius honorat patrem, & servus dominum suum. Si ergo pater ego sum, ubi est honor meus? Et si ego Dominus sum, ubi est timor meus?*

Malach. 1.

Meth. 19.

Hinc & in evangelio ipsa Veritas ad Phariseos ait: *Quare & vos transgredimini mandatum Dei propter traditionem vestram? Nam Deus dixit: Honora patrem & matrem. & qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis: Quicumque dixerit patri vel matri, Munus quodcumque est ex me, tibi prederis, & non honorificabis patrem suum aut matrem suam, & irritum fecistis mandatum Dei propter traditionem vestram.* Et item alibi ad Iudeos ait: *Ego honorifica patrem meam, & vos in honorem meum:* Item alibi: *Non veni, inquit, facere voluntatem meam, sed ejus qui misit me patrem.*

J. m. 9.

J. m. 4.

Eph. 6.

Col. 3.

1. Tim. 3.

Paulus quoque in epistola sua ad Ephesios ait: *Filij, obedite parentibus vestris in Domino. Hoc enim iustum est. Honora patrem tuam, quod est mandatum primum in promissione, ut bene sit tibi, & sit longæ vœ super terram.* Item ad Colossenses: *Filij, inquit, obedite parentibus vestris per omnia. Hoc enim placitum est in Domino.* Petrus quoque similiter in epistola sua admonet, dicens: *Adulescentes, subditi estote senioribus. Omnes autem invicem humilitatem infirmate: quia Deus superbus resistit, humilibus autem dat gratiam.*

*De his qui parentes suos vel majores contemnendo despiciunt.*

## CAPUT II.

Gen. 2.

Gen. 22.

Ier. 41.

**Q**UANTUM autem displiceat Deo dishonestatio parentum, exempla illa quæ juveniuntur in divinis libris declarant. Nam cum post diluvium Noë plantasset vineam, & se vino inebriasset, nudatusque jacuisset in tabernaculo suo, medius trium filiorum ejus, qui patris sui nuditatem conspiciens intrerat, maledictionem debitam in femine suo perceperat; ceteri vero filij ejus, qui velaverunt obscœnitatem parentis, benedictione patris perpetuò suar remunerati. Sic & ceteris Patriarchis displicuisse reperitur inæqualitas ac feritas morum sobolis suæ; & manufactura placita fuisse. Denique de Ismaël primo filiorum Abraham legitur quòd homo ferus esset, manusque ejus contra omnes, & manus omnium contra eum, & quòd è regione univerforum fratrum

suorum figeret tabernacula. Sed in Isaac vocatum est parenti semen cui benedixit Dominus, & pactum suum statuit illi in sædus sempiternum & semini ejus post eum, quia per omnia patris sui obtemperavit voluntati. Huic nati sunt duo filij, Esau videlicet & Jacob: quorum primus erat rufus, & in

Gen. 22.

Gen. 17.

Gen. 41.

Num. 11.

Dome. 14.

Ps. 111.

1. Mach. 1.

Dan. 1.

morem pellicis hispida; qui adultus factus est vir gnarus & homo agricola. Sequens autem frater ejus vir erat simplex, habitabat in tabernaculis. Unde & mater eum maxime diligebat, cui & paternæ benedictio pleniter perveniebat, fratre ejus seniore propter cupiditatem eicæ primogenitorum honorem perdente. Similiter & pater Jacob Joseph filium suum minorem natu super omnes filios suos diligebat, quem scriptura mansuetissimum atque justissimum esse testatur; qui patrem suum atque fratres pietate largissima fovebat ac nutrebat. Moyses igitur, qui constitutus est à Deo dux populi Israël, & cum Deo loquebatur sicut homo loquitur ad amicum suum, nunquid in minoribus ejus præcipue prædicatur quòd homo fuerit mansuetissimus ultra omnes homines qui morabantur in terra. Iesus vero minister Moyse, quia per omnia fidelis & devotus atque obediens fuit domino suo, principatum populi Israël divino judicio electus post Moysen accepit, & feliciter usque ad finem perduxit. Sic & David, minimus inter fratres suos, ob hoc maxime Deo placuit, & ad regni culmen pervenit, quia humilitatem, patientiam, ac mansuetudinem, maxime in minoribus suis servavit. de quo in psalmo scriptum est: *Memento, Domine, David & omnis mansuetudinis ejus.* Hinc & in Machabæorum libro legitur: *David in sua misericordia consecutus est sedem regni in secula.* Ananias, Azarias, Misael in fide persistentes liberati sunt à flamma. Daniel in sua simplicitate ereptus est de ore leonum, & honoribus sublimatus, factus est in regnis inclitus. Sic videlicet omnes qui speraverunt in Deum, & patienter ejus adiutorium præstolabantur, nequaquam ab eo sunt deserti.

*Quòd regia dignitati honor sit & obedientia ab omnibus deferenda, contumacia autem superbiorum disciplinâ coercenda.*

## CAPUT III.

**Q**UOD autem regis dignitati honor sit à subditis offerendus, & quòd Deo displiceat contumacia subditorum, ostendit scriptura divina tam in sententiis quam etiam in exemplis. Nam in Exodo scriptum est: *Diis non detrahes, & principi populi tui non*

Exod. 12.

*maledices. Et in Deuteronomio: Qui autem, inquit, superbius, valens obedire sacerdotis imperio qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo, & decreta iudicis, morietur homo ille, & auferat malum de Israel; cuiusque populus audiens timebit, & nullus deturps innotescet superbia. Hinc & Samuel Propheta in libro Regum obedientiam ita laudavit, dicens: Melius est enim obedientia quam vittime, & auscultare magis quam offerre adipem arietum; quoniam quasi peccatum ardeat est repugnare, & quasi scelus idolatria nolle adquefcere. Vnde in Proverbiis scriptum est: Time Dominum, fili mi, & Regem, & cum detraкторibus ne commiscearis; quoniam repens confors perditis eorum; & ruinam utriusque quis novit? Eritem: Abominabiles Regi qui agunt impie; quoniam iustitia firmatur solium. Voluntas Regum, labia iusta. Qui recte loquitur, diligetur. Denique in evangelio non solum parentes Iesu Regi terreno censum solvebant, sed etiam ipse Dominus pro se Imperatori tributum solvit, atque aliis idem facere præcepit, dicens: Reddite ergo qua sunt Cesaris Cesari, & qua sunt Dei Deo. Sic & apostolica lætio obedientiam maioribus impendere nos docet. Nam Petrus in epistola sua scribit, dicens: Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum, sive Regi quasi præcedenti, sive ducibus; tanquam ab eo missi ad vindictam malorum, laudem vero honorum. Et paulo post: Deum, inquit, timeat, Regem honorificate. Hinc & doctor gentium ad Romanos scribens ait: Omnibus potestatis sublimioribus subditi estote. Non est enim potestas nisi à Deo. Quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem adquirent. Nam principes non sunt timere boni operis, sed mali. Vis autem non timere potestatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illa. Dei enim minister est tibi in bono. Si autem malum feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Dei enim minister est, vindicæ in ira ei qui malum agit. Ideo necessitate subditi estote, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa præstatis. Ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum servientes. Reddite ergo omnibus debita, cui tributum tributum, cui velle gal velle gal, cui timorem timorem, cui honorem honorem. Superbia ergo & seditio contra Principes suos quantum Deo displiceat ostenditur in actibus Nembroth, qui primas tyrannidem exercuit, de quo scriptum est quod robustus esset venator coram Domino, & in his qui terram ædificare conati sunt ad iudicium superbie suæ, quorum Deus linguam confudit & destruxit opera, ita ut dispergerentur ab invicem in universum orbem terrarum, necnon & in factis*

Chore, Dathan, & Ablron, quiselevaverunt & surrexerunt contra Moysen ducem populi, quos inaudito antea iudicio Dominus condemnavit, ita ut apertis terra os suam deglutiret eos & omnia quæ ad illos pertinebant, descenderantque viventes in infernum. Horum ergo casum atque ruinam pertimescens David unctus iam Rex, non ausus est levare manum suam contra Saül Regem, sed viris illis qui eum persuaserunt ut Saül quasi sibi traditum in deserto Engaddi vel in deserto Ziph percuteret atque interimeret, respondit dicens: Propitius sit mihi Dominus ne faciam hanc rem domino meo Christo Domini ne mittam manum meam in eum, quoniam Christus Domini est. Eritem: Quis, inquit, extendis manum suam in Christum Domini, & innocens erit? Viris Dominus quia nisi Dominus percussisset eum, aus dices ejus venerit ut moriatur, aut in pralium descendens perierit, propitius sit mihi Dominus ne extendam manum meam in Christum Domini. Vnde & illum juvenem qui se plaudebat quasi occideret Saül iussit interficere, dicens ad eum: Quare non timuisti mittere manum tuam ut occideres Christum Domini? Sanguis tuus sit super caput tuum. Os enim tuum locutum est adverterim te dicens: Ego interfeci Christum Domini. Idcirco liberavit Dominus David, & protegebat eum ab universis hostibus suis, eosque qui insidiabantur animæ ejus tradidit in potestatem ipsius, filium quoque ejus Absalon, qui in superbia elatus contra patrem seditionem suscitavit, necnon & tumultuantem Seba filium Bochri in ditionem suam redegit, quatenus cognosceret omnes qui fraudem contra dominos suos iniqui moluntur, quod innocencia iusti validior est astutia malignorum.

Sed hæc licet antiquis facta veterum prodar historia, tamen hujuscemodi Christianis temporibus non desunt exempla. Nam tyranni qui contra dominos legitimos subita insolentia se erexerant, non impuniti evaserant, sed iusto iudicio Dei damnati, pœnas condignas luebant. Cujus rei indicia sunt bella famosissima gloriosissimi & fidelissimi Imperatoris Theodosij, quæ gessit contra Maximum tyrannum, Gratiani domini sui interfectorum, fratrisque ejus Valentiniiani de regno expulsorem, quem sola fide major, universa autem apparatus belli comparatione minor, sine dolo & sine controversia Theodosius clausit, cepit, occidit. Similiter & contra Arbogastem atque Eugenium infestissimos tyrannos, qui primas tam Romanorum quam etiam barbarorum contraxere copias ad invadendum regnum & subvertendum Principem: quos

utique Christianissimus Imperator, potentia Dei non fiducia hominis fretus, magis orationibus quam armis subegit. Cui etiam miracula divinitus conlara palam favebant, ita ut turbo ventorum in ora hostium rueret, & spicula ab ipsis missa in se converteret, scutique incidens ora eorum pectoraque graviter verberaret. Vnde Eugenius captus atque interfectus est. Arbogastus vero sua se manu perculit. Sic & in Arcadij prædicti Theodosij Imperatoris filij temporibus filique ipsius Theodosij junioris, Gildo Comes dispiciens parvam ætatem memorati Theodosij, regnum sibi usurpare tentabat, quem contra Mascetel fratrem suum missus est: qui cum recenti cæde filiorum suorum, quos Gildo frater ejus dolo circumventos interfecit, turbatus esset, tamen magis in divinum auxilium quam in proprias vires confidens, secum sanctos servos Dei aliquot permotos precibus fumpsit, cum his orationibus jejunus psalmos dies noctesque continuans, sine bello victoriam meruit ac sine cæde vindictam. Hoc modo denique cum contra hostium septuaginta milia militum in castris opponeret, sanctus Ambrosius Episcopus Mediolanensium ei per somnium apparere visus est, certisque indicis victoriam prælagare. Vnde & confortatus in hostem circumfusum procedit, & cum ad eos qui primi occurrerant pia pacis verba jactaret, signiferum quendam insolenter obstitentem & jam jamque pugnam excitantem gladio percussit in brachio, eumque manu debilem ipso vulnere coegit pronum inclinare vexillum. Quo viso, reliquæ cohortes dedicationem jam fieri priorum æstimantes, certatim sese ad Mascezelem signis tradidere. Vnde conversi barbari, quorum magnam multitudinem Gildo ad bellum deduxerat, defectu militum destituti, in diversa fugerunt. Gildo & ipse fugam molitus, arrepta navi in altum profectus, ac deinde revocatus in Africam est. Post aliquot autem dies strangulatus interiit. Inveniuntur etiam & his similia in aliorum Imperatorum vel Regum temporibus contigisse. Sed non necesse est coram scientissimis ac rerum omnium peritissimis plura replicare. Tantùm hæc commemorationis causa posita sufficiant.

*Quòd non liceat filijs parentes suos de hereditate & possessione propria expellere, atque ab eis aliquid per vim seu fraudem auferre.*

## CAPUT IV.

**N**EC illud etiam prætereundum est, quòd non decet filios, cum heredes

futuri decernunt, parentes suos de honoribus suis ac possessionibus proturbare, quia nec hoc divina auctoritas neque sanctorum patrum exempla probant atque consentiunt. Legimus ergo quòd David Rex jubere Sadoch sacerdoti & Nathan Prophetæ ut ordinarent atque ungerent filium suum Salomonem in Regem super Israël, constitueritque eum super solium suum. Sed tamen non antea scriptum invenitur confortatum esse Salomonem in regno suo nisi post patris obitum. Tunc enim scriptura ita dicit: *Dormivit David cum patribus suis, & sepultus est in civitate David. Salomon autem sedesit super thronum David patris sui, & firmatum est regnum ejus nimis.* Sic & ceteri Reges semper post patris obitum successisse in regno patribus suis descripti sunt, licet aliqui eorum filios suos consortes regni prælegerint; sicut Constantinus Imperator tres filios suos Constantinum videlicet, Constantium, & Constantem, in diversis orbis partibus Cæsares construit, & Theodosius Arcadium & Honorium participes regni sui esse voluit. Omnes tamen illi patribus suis subditi atque subjecti usque ad finem vitæ eorum perseveraverunt: quia nulla lex, sive divina, seu etiam humana, laudat filios per rapinam vel fraudem parentes suos à sedibus suis & possessionibus eicere, sed magis docet ac præcipit cum reverentia & humilitate atque condigno obsequio à patribus fututam hereditatem promerendo sperare. Nam & hoc Dominus noster in evangelio docuit discipulos suos, dicens: *Quicumque voluerit fieri inter vos major, erit vester minister, & quicumque voluerit inter vos primus esse, erit omnium servus.* Et ut hoc suo exemplo probaret, subjunxit dicens: *Nam & filius hominis non venit ut ministraretur ei, sed ut ministraret, & daret animam suam redemptionem pro multis.* Et alibi: *Non est, inquit, discipulus super magistrum, nec servus super dominum suum. Sufficit discipulo ut sit sicut magister ejus, & servus sicut dominus ejus.* Apostolus quoque humilitatem Christi nobis præcipuè commendavit, dicens: *Hoc sentite in vobis quòd & in Christo Iesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se aequalem Deo, sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit semetipsum, factus obediens patri usque ad mortem, mortem autem crucis. Propter quod & Deus illum exaltavit, & donavit illi nomen quòd est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genua flectantur caelestium, terrestrium, & infernarum, & omnis lingua confiteatur quia Dominus Iesus Christus in gloria est Dei Patris.*

*Quod malum avaritia & cupiditatis maxime detestandum sit.*

CAPUT V.

**Q**UOD autem abominabilis sit coram Deo qui pecc avaritiam & cupiditatem terrenarum rerum jus propinquitatis negligit, ostendit Habacuc Propheta, dicens: *Va qui potum das amico suo mistens fel suum, & inebrians ut afficiat nuditatem ejus. Repletus est ignominia pro gloria.* Et iterum: *Va, inquit, qui congregat avaritiam in malum domui suae, ut sit in excelsu nidus ejus, & liberari se potat de manu mali. Cogitasti domus tua confusum, concidisti populos multos, & peccavisti anima tua.* Et iterum: *Va, ait, qui adificas civitatem in sanguinibus, & preparas urbem in iniquitate.* Hinc & per Salomonem dicitur: *Vix qui festina ditari, & aliis invidet, ignorat quod egebit superveniet ei.* Nam & in Ecclesiaste scriptum est: *Avaro nihil est scelestius, & nihil est iniquius quam amare pecuniam.* Hic enim & animam suam venalem habet, quoniam in vita sua projecit intima sua.

*De justis judiciis in omnibus rebus & personis observandis.*

CAPUT VI.

**Q**UOD autem judicia justa in omnibus servanda sint ostendit Dominus in Deuteronomio, ita dicens: *Indices & magistros constituis in omnibus portis tuis quas Dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, ut iudicent iusto iudicio, nec in alteram partem declinent. Non accipies personam nec munera, qui manera excaveant oculos sapientium, & mutant verba iustorum.* Iusto quod iustum est perscrutari, ut vivas & possideas terram quam Dominus Deus tuus daturus est tibi. Hinc & per Zachariam Prophetam dicitur: *Nolite timere. Haec sunt ergo verba quae faciunt. Loquimini veritatem unusquisque cum proximo suo, veritatem & iudicium paci iudicate in portis vestris, & unusquisque malum contra amicum suum ne cogitetis in cordibus vestris, & iuramentum mendax ne diligatis.* Omnia enim haec sunt quae odisti, dicit Dominus. Et iterum: *Indicate, inquit, iudicium verum, & misericordiam & miserationes facite unusquisque cum fratre suo, & vir fratris suo non cogitet malum in corde suo.* Hinc & per Hieremiam dicitur: *Iudicate, inquit, misericordiam, & eruite vi oppressum de manu calumniantis, ne forte egrediatur ut ignis indignatio mea, & succendat, & non sit qui extinguat propter multam iniquitatem vestrorum.* E contrario autem quam libi detestabilis sit fraus in iudicando ostendit Dominus per Esaiam,

dicens: *Va qui condunt leges iniquas, & firmantes injusta scripserunt ut opprimerent in iudicio pauperes, & vim facerent causa humilium populi mei.* Et iterum: *Va qui dicitis malum bonum & bonum malum, ponentes tenebras lucem & lucem tenebras, ponentes amarum in dulce & dulce in amarum.* Va qui sapientes estis in oculis vestris, & coram vobismetipsis prudentes. Et alibi: *Va, inquit, qui profundissimi corde, nisi Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt: Quis videt nos, & quis novit nos? Perversa est enim vestra cogitatio.* Et ut ostenderet specantibus in Decumtoto ab ipso provenire solatium, subiungit dicens: *Addeunt mites in Dom. ne Letitiam, & pauperes homines in sancto Israhel exultabunt, quoniam defecit qui prevaleret, consummatum est inuiser, & succenssi sunt omnes qui vigilabant super iniquitatem, qui peccare faciebant homines in verbo, & arguunt in porta superplurabant, & declinaverunt frustra & iusto.*

Item de iniquitate iudicij ac falsis iudiciis Dominus loquitur per Ezechiel, dicens: *Va qui consuunt pulvillus sub omni cubito manus, & faciunt cervicilla sub capite uniuersae aetatis ad capiendas animas. Cum caperent animas populi mei, vivificabant animas eorum. Et violabant me ad papulum meum propter pagillum hordei & fragmen panis, ut interficerent animas quae non moriuntur, & vivificarent animas quae non vivunt, meminerunt populo meo credenti mendacii.* Et iterum: *Pro eo quod merere fecistis cor iusti mendaciter, quem ego non contristavi, & confortastis manus impij, ut non revertetur & oia sua mala & viveret, propterea vana non videbitis, & divinationes non divinabitis amplius, & etiam papulum meum de manu vestra, & scietis quoniam ego Dominus.* Hinc & in Proverbis scriptum est: *Qui iustificat impium, & qui condemnat iustum, abominabilis aeternae est apud Deum.*

*Quod omnino de temerariis iudiciis abstinendum sit.*

CAPUT VII.

**Q**UOD autem temerarium iudicium vitandum sit ostendit ipsa Veritas in evangelio dicens: *Nolite condemnare, & non condemnabimini. Nolite iudicare, & non iudicabimini.* In quo enim iudicio iudicaveritis iudicabitur de vobis. Hinc & Paulus ait: *Nolite ante tempus iudicare quousque veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium.* Et tunc non erit unicuique & Deo. Et iterum: *Tu autem, inquit, quid iudicas fratrem tuum? Omnes enim stabimus ante tribunal Dei. Scriptum est enim: Virgo ego, dicit Dominus Deus, quoniam mihi flectetur*

omne genus, & omnis lingua confitebitur Domino. Itaque unusquisque nostrum pro se rationem reddet Deo. Non ergo amplius invicem iudicemus. Sed hoc iudicate magis, ne panis offendiculum fratri vel scandalum. Vnde & Dominus ipse in evangelio, cum adduxissent ante eum Scribæ & Pharisei mulierem in adulterio deprehensam, non citò sententiam in eam protulit, sed se prius inclinans, digito scribebat in terra, ut nos doceret discretionis normam in omnibus servare, & non temerè aliquid agere. Ergo cum aliquid in iudicio agendum est, debet priùm iudex pensare causam ac factum, & sic recurrere ad præcepta divinorum librorum; quia non convenit ei aliquid gerere sine documento divinorum testimoniorum, & sine exemplo sanctorum patrum, qui spiritu Dei edocti faciebant quæ Deo placita esse noverant. Qui autem aliter fecerit, damnationem sibi adquiret, cum manifestè Apostolus dicat: *In quo enim alterum iudicas, te ipsum condemnas.*

De administrabilibus secularium iudiciorum quid sentiendum sit.

#### CAPUT VIII.

**D**ENIQUE hinc quidam querendum putant de iudicibus secularibus, cum reos secundum legem puniunt, aut mortis sententia damnant, utrum homicidij crimine obnoxij sunt an non. De quo quid sancti patres senserint, palam inveniri potest. Nam in Decretis Innocentij Papæ ita scriptum est: *Quæsitum est etiam super his qui post baptismum administraverunt, & aut tormenta sola exercebant, aut etiam capitalem protulere sententiam. De his nihil legitur à maioribus diffinitum. Meminerant enim à Deo potestates hos fuisse concessos, & propter vindictam nocentium gladium fuisse permittum, & Dei ministerium esse datum in huiusmodi vindicem. Quomodo igitur reprehenderet factum quod auctore Domino viderem esse concessum? De his ergo ita ut hactenus servatum est, sic habeamus, ne aut disciplinam evertere aut contra auctoritatem Domini venire videamur. Ipsi autem in ratione reddenda gesta sua omnia servabuntur. Hinc & sanctus Augustinus: Non autem ipse occidit qui ministerium debet iuberi, sicut adminiculum gladium tenenti. Et ideo nequaquam contra hoc præceptum fecerunt quo dictum est, Non occides, qui Deo auctore bella gesserunt, aut personam gerentes publica potestate secundum ejus leges, hoc est, iustissima rationi imperium, sceleratos morte punierunt. Et Abraham non solum non est culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus est nomine pietatis, quod voluit filium nequaquam sceleratè sed obedienter occidere. Et merito quaeritur utrum pro iussu Dei*

*sit habendum quòd tephe filiam, quæ patri occurrerit, occidit, cum id se vorisset immolaturum Deo quod ei redempti de pralio victori primitus occurrisset. Nec Samsen aliter excusatum quòd se ipsum cum hostibus ruina domus oppressit, nisi quia hoc Spiritus lætenter iusserat, qui per illum miracula faciebat. His igitur exceptis quæ vel lex generaliter vel ipse fons iustitia Dens specialiter occidit jubet, quisquis hominem vel se ipsum vel quemlibet occiderit, homicidij crimine innectitur. Beatus quoque Ambrosius exponens sententiam Pauli Apostoli ad Romanos, ubi præcipit potestatibus universis subditos esse, ita dicit: *Hic ergo subjellus est potestati qui se terrore Dei ab his abstinere qua prohibet, Itaque qui resistit potestati, ordinationi Dei resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem adquirunt. Manifestum est quòd unusquisque operibus suis aut iustificabitur aut condemnabitur. Qui enim audientes legem peccant, inexcusabiles sunt. Nam qui principantur, non sunt timori bonis operibus, sed malis. Principes hos Reges dicit qui propter regendam vitam & prohibenda aduersa creatur, Dei habentes imaginem, in sub uno sint ceteri. Vis autem non timere potestatem? Bonum facite, & habebis laudem ex illa. Laus ex potestate tunc surgit, cum quis innocens invenitur. Dei enim minister est tibi in bona. Manifestum est ideo rectores datos ne malum fiat. Si enim male feceris, time. Non enim sine causa gladium portat. Hoc est. Ideo comminatur, ut si fuerit contemptus, vindictes. Dei minister vindex est in ira in eum qui male agit. Quoniam futurum iudicium Deus statuit, & nullum perire vult, hoc in seculo rectores ordinavit, ut terrore interposito hominibus veluti pedagogi sint, ne in poenam incidant futuri iudicij. Ideoque subditi esse, non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Recti dicit subiectos esse debere, non solum propter iram, id est, ultionem presentem, (Parit enim ira vindictam) sed & propter futurum iudicium; quia si hic evaserint, illis eorum poena expectat ubi accusante ipsa conscientia punierunt. Nam idcirco tributa penditis, Ministerium Dei sunt, in hoc ipso servientes. Ideo dicit tributa præstari, vel qua dicuntur fiscalia, ut subiectionem præsentem, per quam sciant non se esse liberos, sed sub potestate agere qua ex Deo est. Principe enim suo, qui vicem Dei agit, sicut dicit Daniel Propheta, Deus est enim, inquit, regnum, & cui vult dabit illud. Vnde & Dominus, Reddite, ait, quæ sunt Cesaris Cesari. Hinc ergo subiecti sunt sicut Deo. Cujus subiectionis probatio hac est, cum illi pendunt tributa. Propterea quoque sanctos patres non invenimus Imperatores, Reges, atque iudices huius seculi, nec in temporibus legis, nec etiam sub gratia novi testamenti, pro huiusmodi negotiis, cum sediciosos armis deprimebant, vel fontes capitali sententia**

Jan. 1.

Rom. 14.

Deuter. 19. 1.  
cap. 14.

Augustin. lib. 1.  
de civ. Dei. c. 18.

Ambros. in 1.  
epist. ad Romanos.



entia pledebant, aut synodali decreto aut Episcoporum judicio esse condemnatos, quia necesse est ut qui divino non obediunt mandato, acriter coereantur tormento, quatenus lex Dei vim sui juris obtineat, & improborum causa infestato subvertere non prævaleat, sicut in Antiocheno Concilio definitum est ut qui Ecclesiam conturbare vel sollicitate perulserit, tanquam seditiosus per potestates exteris opprimatur.

*Quod illi qui se peccatores generaliter fatentur, & tamen ab aliis manifeste argui non possunt, nullo modo sunt iudicandi atque damnandi.*

## CAPUT IX.

**A**T quia de iudiciorum qualitate aliqua jam dicta sunt, nunc requirendum est utrum is qui generaliter se fatetur peccasse, & tamen in aliquo gravi delicto convinci non potest publicè deliquisse, excommunicatione sacerdotali plebendus sit ane, quia inveniuntur plures, non solum de minoribus personis & plebe vulgi, sed etiam de sanctis viris, se peccatores coram Deo pronuntiales, & inde magis veniam ac gratiam Domini quam offensam promereri. Nam Moyses pro populo orans ad Dominum ait: *Domine patiens & multa misericordia, auferens iniquitatem & scelera, nullumque innoxium delinquentem, qui visitas peccata patrum in filiis & tertiam & quartam generationem, dimitte obsecro peccatum populi tui secundum magnitudinem misericordiam tuam.* Dixitque Dominus: *Dimissi iuxta verbum tuum.* Hinc & Psalmista ad Dominum ait: *Delictum meum cognitum tibi feci, & iniquitates meas non operui. Dixi, pronuntiabo adversum me iniquitates meas Domine, & tu remisisti impietatem cordis mei.* Et item: *Iniquitatem, ait, meam ego cognosco, & delictum meum contra me est semper. Tibi soli peccavi, & malum coram te feci, ut justificeris in sermonibus tuis & vincas dum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Ne intres in iudicio cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* Hinc & Iob dixit: *Quis potest facere mundam de immundo conceptum semine? Nonne tu qui solus es? Et item: Astra, inquit, non sunt munda in conspectu Dei. Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis.* Hinc & per Esaiam dicitur: *Ecce tu iratus es, & peccavimus. In ipsis faimus semper, & salvabimur. Facili sumus ut immundus omnes nos, quasi panem mensurata universa iustitia nostra.* Hinc & per Hieremiam dicitur: *Scio, Domine, quia non est hominis via ejus, nec viri est ut ambulet & dirigat gressus suos.* Et rursum:

*Cognovimus, inquit, Domine, impietates nostras & iniquitates patrum nostrorum, quia peccavimus tibi. Ne nos des in opprobrium propter nomen tuum, neque facias nobis consumellum.* Hinc & Daniel in oratione ita dixit: *Peccavimus, iniquitatem fecimus, Domine, in omnem iustitiam. Vastas obsecro iratus & furor tuus à civitate tua Hierusalem & monte sancto tuo. Propter peccata enim nostra & iniquitates patrum nostrorum Hierusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Neque enim in justificationibus nostris prosterminamus preces ante faciem tuam, sed in visitationibus tuis multis.* Et paulò post: *Cum adhuc, inquit, loquerer & orarem & confiterer peccata mea & peccata populi mei Israel, ecce vir Gabriel, quem videram in visione in principio, cibus volans, & tenuit me in tempore sacrificij vesperini, & docuit me, & locutus est mihi. Ecce legistis pro populo peccatore humiles preces offerens, & ad misericordiam iustum iudicem interpellando provocans, veniam peccantium meruit. Sic & Rex atque Psalmista in iniquitatibus se conceptum & in delictis natum commemorans, profiteretur se agnovisse peccatum suum. Et tamen propter hoc regnum non perdidit. Immo justificationem veraciter promeruit, ac sedem regni tam sibi quam filijs suis perpetualiter confirmavit. Prophe- te quoque se peccasse, iniquitatem fecisse simul cum populo pronuntiaverunt, & exaudiri à Domino citius meruerunt, angelicumque oraculum impetraverunt. Quis est qui humile confessionem causam esse iuste damnationis dicere ausus sit, maxime cum Sapientia manifestè dicat: *Qui abscondit scelera sua, non dirigitur. Qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Nam & ipsa Veritas in parabola evangelica publicanum pro peccatis suis humiliter deprecantem Phariseo de propria iustitia arroganti suo iudicio prætulit. Et Apostolus Iohannes in epistola sua ita scribit, dicens: *Si dixerimus quia peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est. Si confiteamur peccata nostra, fidelis est & iustus et remittat nobis peccata nostra, & mundet nos ab omni iniquitate.**

*Quod falsa justificatio nihil proferit, sed maxime obest abstantibus ea.*

## CAPUT X.

**D**E falsa enim justificatione quid sentiendum sit, mox subiungendo ostendit, dicens: *Si dixerimus quoniam non peccavimus, mendacem facimus eum, & verbum eius non est in nobis.* Hinc & in Ecclesiastico

Ezech. 31.

scriptum est: *Non te iustificas ante Dominum, quoniam agnitor cordis ipse est, & pene Regem noli velle videri sapiens.* Hinc & Dominus arrogantes & duros corde per Hieremiam increpat, dicens: *Quid mireris hominem ostendere viam tuam ad querendam dilectionem, & dixisti, Absque peccato & innocens ego sum, & propterea avertitur furor tuus à me. Ecce ego iudicio contendam tecum, et quod dixeris, Non peccavi, quia vilis es sella nimis iterans vias tuas. Obtrivit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis prosperum.*

Hier. 17.

*Quod pietas divina veraciter converſis & de prateritis peccatis penitentiam agentibus perfectam veniam tribuat.*

## CAPUT XI.

**Q**UAM misericors autem sit Dominus super eos qui veraciter se per confessionem & penitentiam convertant ad eum, & sperant in misericordia eius, declarat ipse, per Ezechielem Prophetam dicens: *Iustitia iusti super eum erit, & impietas impij erit super eum. Si autem impius egerit penitentiam ab omnibus peccatis suis quae operatus est, & custodierit universa precepta mea, & fecerit iudicium & iustitiam, vita vivet, & non morietur. Omnia iniquitatum eius quae operatus est non recordabor. In iustitia sua quam operatus est vivet. Numquid voluntas mea est mors impij, dicit Dominus Deus, & non ut convertatur à viis suis, & vivat? Convertimini, & agite penitentiam ab omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Praecite à vobis omnes praevaricationes, & facite vobis cor novum & spiritum novum. Et quare mortuamini domus Israel? Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus. Revertimini, & vivite. Et alibi: *Impietas impij non nocet ei, in quacunque die conversus fuerit ab impietate sua; & iustus non poterit vivere in iustitia sua, in quacunque die peccaverit. Etiam si dixerit iustus quod vita vivet, & confusus in iustitia sua fecerit iniquitatem, omnes iustitia eius oblivioni tradentur, & in iniquitate sua quam operatus est, in ipsa morietur. Sin autem dixerit impij, Morte morietis, & egerit penitentiam à peccato suo, fecerit iudicium & iustitiam, restitueritque illi impius, rapinaeque reddiderit, in mandatis viam ambulerit, nec fecerit quicquam in iustum, vita vivet, & non morietur. Omnia peccata eius quae peccaverit non imputabuntur ei. Iudicium & iustitiam fecit, vita vivet. Ideo Novatianus haereticus frustra januam pietatis super-nae occludere penitentibus nituntur, divine misericordiae suam ignorantes, cum non solum prophetica lectio, sed etiam evangelij maiestas id ipsum astruat, quod quicumque**

Ezech. 18.

Ezech. 33.

pro commissis peccatis dignè poenitentiam gerunt, veniam apud clementissimum iudicem peccatorum suorum promerentur. Unde non solum praecursoris Domini vox baptismum poenitentiae in remissionem peccatorum primum praedicando intonuit, fed etiam ipsa Veritas primordium praedicationis suae, ut Matthaeus testatur, de poenitentia agenda inchoavit, dicens: *Poenitentiam agite, adpropinquavit enim regnum caelorum.* Et alibi: *Venite, inquit, ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* Veraciter enim poenitentibus adpropinquat regnum caelorum, quia delentur peccata, & adpropinquat iustitia sempiterna; omnèque qui ad Salvatorem nostrum pia intentione veniunt, de peccatorum onere relevati, aeternae refecionis pabulum in caelestis regni beatitudine percipient.

Matth. 11.

Matth. 11.

*Exhortatio ad indulgentiam delinquentium.*

## CAPUT XII.

**H**ÆC tu, sacratissime Imperator, & his similia relegens, spernendo iudicia falsa, scias te per fidem rectam & bona facta aditum regni caelestis promereri posse. Nec te deterreat nocentium improba vanitas, sed magis confortet evangelica veritas, credens in omnibus Regi & iudici tuo, qui tibi in terra regnum dedit, & in futura vita bene facienti regnum promisit. Et ideo si quid te in hoc scammate belli & valle lacrymarum atque laborum plenissimo perversorum machinatio nocuit, non illud magni pendas, sed ereptori & defensori tuo Domino Christo in omnibus gratias agas, qui mortificat & vivificat, flagellat omnem filium quem vult, & castigat omnem filium quem recipit. Memineritque illud divinae legis, quo scriptum est: *Ne quaeras ultionem, nec mimeris injuria civium tuorum. Diliges amicum tuum sicut teipsum. Ego Dominus. Leges meas custodite.* Dicatque tibi simul cum David i. Rege illa mulier sapiens, in Regum, quae compefcuit ipsum David à caede Nabab stultissimi, ita dicens: *Aufer iniquitatem formula tua. Faciens enim faciet Dominus tibi domino nec demum siclem, quia prelia Domini, Domine mi, tu praeliaris. Malitia ergo non invenitur in te omnibus diebus vita tua. Si enim sorrezerit aliquando homo persequens te, & querens animam tuam, erit anima domini mei custodia quasi in fiscoalo viventium apud Dominum Deum tuum. Fortè anima inimicorum tuorum ratabitur quasi impetu & circulo funde. Cum ergo fecerit tibi Dominus domino meo omnia quae locutus est homo de te, & constitueris & ducem super*

1. Reg. 11.

Matth. 12.

Levit. 19.

1. Reg. 11.

*Israël, non erit tibi hoc in singulum & in ser-  
pulum cordis Domini meo quod effuderis sangui-  
nem innocium aut ipse te ulius fueris. Hinc &  
Apostolus ad Romanos taliter loquitur, di-  
cens: Nolite esse prudentes apud vestmetipsos,  
nulli malum pro malo reddentes, providentes bo-  
na, non tantum coram Deo, sed etiam coram om-  
nibus hominibus, si fieri potest, quod ex vobis  
est, cum omnibus hominibus pacem habentes, non  
vestmetipsis defendentes, carissimi, sed date lo-  
cum ira. Scriptum est enim: Mihi vindictam, ego  
tribuam, dicit Dominus. Sed si fuerit inimi-  
cus tuus, ciba illum. Si sitis, potum da illi. Hoc  
enim faciens, carbonem ignis congeres super caput  
ejus. Noli vinci à malo. Sed vince in bono ma-  
lum. De quo & in evangelio ipse Dominus  
& Salvator noster Petro interroganti quo-  
tiens fratri in se peccanti dimittere debuisset,  
si usque septies, sed usque septuagies septies.  
Et alibi ad discipulos suos ait: Dimittite, &  
dimittemini. Date, & dabitur vobis. Mensuram  
bonam & confertam & coagitatam & superes-  
suentem dabunt in sinum vestrum. Eadem vero  
mensura qua mensi fueritis remittetur vobis. Et  
item: Cum stabitis, inquit, ad orationem, di-  
mitte si quid habetis adversus aliquem, ut & pa-  
ter vester qui in caelis est dimittat vobis delicta  
vestra. Quod si vos non dimiseritis, nec pater  
vester qui in caelis est remittet vobis peccata ve-  
stra. Et ut electos suos pressuram in mundo  
sustinentes consolaretur, alio loco dicit:  
Beati qui persecutionem patiuntur propter justiti-  
am, quoniam ipsorum est regnum caelorum. Bea-  
ti estis cum maledixerint vobis, & persecuti vos  
fuerint, & dixerint omne malum adversum vos  
mentientes, propter me. Gaudete & exultate,  
quoniam merces vestra copiosa est in caelis. Sic  
enim persecuti sunt Prophetas qui fuerunt ante  
vos. In patientia vestra possidebitis animas ve-  
stras. Qui autem perseveraverit usque in finem,  
hic salvus erit. Talia ergo nos facere verbis  
docuit ipse agnus Dei innocens, qui abstulit*

peccata mundi, qui tanquam ovis ad occu-  
sionem ductus, non aperuit os suum, sed ten-  
tatus, inrisus, flagellatus, alapis caesus, con-  
spurus, spinis coronatus, & ad extremum in  
cruce confixus, pro persecutoribus suis exor-  
avit, dicens: Pater, ignesce illis. Non enim  
scimus quid faciamus. Non ergo mirum si homo  
terrenus & fragilis aliqua adversa patitur,  
cum tanta homo caelestis & innocuus passus  
est, ut nos utique sanguine suo à peccatis re-  
dimeret, & exemplo longanimitatis ac pa-  
tientiae suae instrueret atque confortaret.

Recipe igitur, pater mitissime, filium  
tuum poenitentem, ut illius patris clemen-  
tissimi imitator fias qui filium luxuriosum, in  
terra aliena totam substantiam suam cum  
meretricibus dissipantem, novissime ad se  
poenitendo reversum occurrens benignissi-  
me suscepit, & non solum peccata ei indul-  
sit, verum etiam stolam primam illi reddi-  
dit, anulum in manu dedit, & calciamenta  
pedibus impendit, largissimumque convi-  
vium novissime instruens, chorum & sym-  
phoniam cum eo laetandus celebravit:  
quia si imitator ejus fueris, proculdubio reg-  
num aeternum perpetualiter cum illo possi-  
debis.

Hæc quoque dignitari vestrae, serenissime  
Domine, ego vilis vester homuncio, non  
quasi sciolus replico, sed quasi devotus fa-  
mulus ad memoriam reduco, ut quia plurimi  
vos proximis temporibus injuste læserunt,  
quidam per malitiam, quidam verò per ti-  
morem, & quidam per infirmitatem, vos co-  
giteis quid maxime Deo placeat & ejus fa-  
ctis testimoniis præcipue concordet, illud-  
que devota mente faciatis. Credo enim Deo  
meo quod vos neque in adversis neque in  
prosperis unquam dimitter, sed sua defen-  
sione protectum, & ab universorum hostium læ-  
sione protectum, ad aeternæ vitæ præmia feliciter  
pervenire concedat.





Hilarem Papam de ordinatis se inficio Episcopis in provincia Tzacomenfi. 181. II.  
 ALEX Proconfularis metropolis, Ephesus. 9. II. III. 13. XI. Ius patriarchicum ei tribuit Evagrius. *Ibid.*  
 Afiana Diocesis undecim provincias complectebatur. 13. XI.  
 Afatici Episcopi diffident ab Ecclesia Romana in observatione Paschalis. 116. IV.  
 Athanasius Episcopus Alexandrinus à synodo Tyria damnatus, appellavit Imperatorem Constantinum 201. I. V. & *seqq.* Ejus damnationis inutilitas unde petita à Iulio Papa. 275. VII. Relegatus in Gallias. 203. VII. Ei restituta communio à Pontifice Romano & à solis Episcopis Italici. 21. II. Accusatur apud Constantinum Imperatorem. 73. III.  
 Athanasij causa retractata in Concilio Sardiceni. 262. III.  
 Athanasij prudentia in questione de una vel tribus hypostasis laudatur. 177. col. 1.  
 Auaritas Episcopi Antiochiodorensis auctoritas apud Chalipericam Francorum Regem. 43. II.  
**B**  
 ART H O L O M A U S Abramus Episcopus Atrienfis, Latine vertendo Concilium Florentium, multoties peccavit. 153. V.  
 Basileense Concilium in Gallia receptum quoad disciplinam. 41. V. III.  
 Basilius Maedo Imperator C. P. agrè fert Imperatoris titulum usurpari à Ludovico II. 56. IX.  
 Bellarmini sententia de Concilio Chalcedonenfis canonibus refutatur. 135. V.  
 Beneficia regni Francie conferri non possunt alienigenis. 230. IX. X.  
 Berengarius Episcopus Gerundenfis. 249. col. 2.  
 D. Bernardi Abbas Claravallensis egregia sententia de Dispensationibus. 183. IX.  
 Bernardus Episcopus Appamienfis in carcerem detrusus iussu Philippi Pulcri. 259. II.  
 Berytam, metropolis Phoeniciae secundae. 76. I.  
 Bithynia metropolis, Nicomedia. 9. II.  
 Bituricensis Ecclesia tenuis in facultatibus, sed valde nobilis. 243. col. 2.  
 Biturigenfè Concilium sub Romano Cardinale. 226. I.  
 Bonifacius VIII. Papa, primas omnium tentavit episcopatum seditionem in Gallia, inconstituti Regibus nostris. 142. V. Ejus dissidium cum Philippo Pulcro Rege. 6. X. I. 61. VIII. 158. I. & *seqq.* Ejus oratio in confirmatione Alberti Regis Romanorum. 64.  
 Bona coram qui ad bellum sacrum proficerebantur, postea olim fuere sub protectione Romanae Ecclesiae. 256. II. Dein verò sub protectione Regum Francie. 256. III.  
 Bonorum capio intentata olim Episcopis, ut revocarent ea quae adversus mores receptos constituerant. 231. I. quod hodie quoque obtinet. 233. VII. Tum si incomprehenfi excommunicationi de re seculari laxi adhererent. 218. III. 165. I. II. Interdicta Principibus à Gregorio X. bonorum ecclesiarum capio sub poena excommunicationis. Verùm ea constitutio servata non fuit in Gallia. 266. III.  
 Brutiocum metropolis, Rhegium. 25. IV.  
 Bulgaria sedi Romanæ ablata. 4. V. Ejus restitutionem petunt Pontifices Romani. 4. VI. *Vide Responsum ad Notam Halsternij in Prolegomenis hujus Tomi.*

Bolla in *Cena Domini* recepta non est in Gallia. 159. I.  
 Bullatum exercitio in Gallia impeditus, doctoe inquisitionem sit in per illas aliquid Libertatibus Ecclesiarum Gallicanæ contrarium inducatur. 96. col. 1. & 2. 126. VII. & *seqq.*  
 Burchardi Vormaciensis Episcopi Decretum. 145. II.  
 Burdgalensis Archiepiscopus subiectus Archiepiscopo Bicurioni. 243. col. 1.  
 Burdinus Archiepiscopus Bracrenfis. 45. VII.  
**C**

CÆCILIANUS Episcopus Carthaginensis damnatus à Donatidis, in Romana Synodo abfolutus est. 204. I. Ejus causa explicatur. 261. II.  
 Cæsarea, Cappadociae metropolis. 9. II. Et solidae Dioceseos Ponticae. 13. X. I.  
 Calabrie metropolis, Rhegium. 25. IV.  
 Calabrie fines non semper odem. 25. IV.  
 Calaritanus Episcopus, Sardiniae Metropolitanus. 27. IV.  
 Campaniae metropolis, Capua. 14. XII. 25. IV.  
 Canones apostolici. 129. II. & *seqq.* Ignoti Orientalibus ætate Cypriani. 131. V. Inter apocrypha rejecti à Papa Gelasio. 132. VII. Non recepti olim in Gallia. 539. III.  
 Canones perpetuò vim suam obtinere debent. 148. I. & *seqq.* Eorum observationem antiqui Pontifices Romani pollicebantur in consecratione sua. 152. I. V. Et eorum executionem ab iisdem exigebant Episcopi Gallicani. 216. IV. Vim enim legum obtinent. 196. III. Et nulla ratione convelli possunt. 184. II. 214. VII. Negligi autem non possunt sine magno dissidio. 158. IX. Eorum custodia Principibus commissa. 230. VII. *LA* oqueum non dabatur venia canonum infringendorum, sed tantum infracti. 182. V.  
 Canonum Collectio post Concilium Chalcedonenfè edita. 157. VI.  
 Capellanus summus apud Francos discutebat causas ecclesiasticas in Palatio. 218. III. *Vide Archiepiscopus & Apocryphum.*  
 Cappadocia scilicet in duas provincias à Valente Imperatore. 75. I.  
 Cappadociae metropolis, Cæsarea. 9. II.  
 Cappadociae secundae metropolis, Tyana. 75. I.  
 Capua, Campaniae metropolis. 14. XII. 25. IV.  
 Cardinales in coenaculo à Summis Pontificibus adhibiti. 13. VII. Coadjutores & collaterales Papae dicti. *Ibidem.* Hodie tamen Pontifex assensu eorum non indiget. *Ibidem.* VIII.  
 Caroenfes Episcopi, vocati etiam Dunenses. 80. V. *in margin.* Pappolos, & Raganbaldus. 88. V. *Vide, lvo.*  
 Caroli Calvi regnum. 56. VIII. Fuit Imperator. 57. IX. Ejus liberalitas in Romanam Ecclesiam. 161. VI. 167. XI.  
 Carolus Magnus fit Imperator. 44. V. 166. X. Quam illi potestas collata cum Imperatoris dignitate. 55. VII. Quomodo modo Romae exceptus, nondum Imperator. 45. VI. Ejus liberalitas in Romanam Ecclesiam. 161. V. Adoratus est à Leone III. Papa. 167. X. Divisio regni ejus inter filios expenditur. 44. V. 56. VIII.  
 Carthaginensis provincia apud Hispanos, Toletana deinde dicta. 110. VII.  
**CATHEDRA PATRI.** 7. IV. Patendum non est decretis Summi Pontifici quae ad *Cathedram* non pertinent. 225. VII. *Vide verbo, P E T R U S, & ROMANVS PONTIFEX.*

- Causa illic audiri debet, ubi crimen admiffum est. 37. VII. I. Majores caufæ ad fedem apoftolicam referenda. 30. V. I. Causæ communes dehoiri non poffunt abfque fententia Summi Pontificis. 164. I. Eas pofterioribus feculis Summi Pontifices in Conciliis difcuti voluerunt. 262. IV. Cenfum perfolvit Chriftus ipfe Cafari. 219. V. Numifima cenfus, quid. 69. col. 2. Cenfus ecclefiafticus locus femper non est. 62. VII. Vide, *excommunicatio*. Crefum diare veteres Interdicti fententiam, & divini officij celfationem. 219. V. I. Chalcedonenfis Concilij confelfus explicatus. 19. XI. An recepti olim ab Ecclefia canonem in eo decreti. 137. V. Canon XXVII. I. rejeftus à Leone I. Papa. 148. IV. 209. IV. Genuinus ejus fenfus adferretur. 149. V. Chorepifcoporum nomen, munus, & dignitas. 92. VII. & feqq. capitulis. Controverfia de Chorepifcoporum dignitate & officio. 283. C H R I S T V S progreffus Ecclefiam paffus. 114. IV. Cenfum Regi reddidit. 219. V. Claudianus Chorepifcopus Viennenfis, 104. V. 282. Claudiopolis, urbs Bithyniæ, metropolis provincie Honoriadis. 80. III. Clemens fuffeffus Petro. 285. Clementis Romani Conftitutiones apoftolicæ. 18. V. Clerici, quæ Clerici funt, à legibus Principum immunet & à foro civili. 72. I. & feqq. Quæ cives fans legibus Principum tenentur. 71. V. I. I. Debent effe fubjecti Epifcopis. 189. I. 218. I. Eorum caufæ pertinent ad fynodum provincie. 114. IX. 272. IV. Cælibes effe debent. 29. I. V. 118. I. Clericus vetita extraneorum molierum confortia. 86. I. Eis interdictum ab Innocentio III. ut pervadant jurifdictionem feclularum. 277. I. Cletus non fuffeffus Petro. 285. Clodoveus Rex dicitur *Defenfor fidei & regionum Preful*. 92. I. Codex Theodofianus. Vide *Theodof. Cedes*. Cælibatus Clericorum. 29. IV. Comes Palatii Francorum difcutiebat caufas civiles. 218. I. I. I. Compentatio quid fignificet apud Ivonem Carnotenfem. 182. VI. Concilium Oecumenicum, an fuperius fit Summo Pontifice. 147. I. 264. VII. Concilij generalis remedium adhibendum est in magnis diffidiis. 262. IV. Concilia provinciarum cedunt auctoritati Concilio- rum pleniorum. 143. V. I. Eorum celebratio frequens, magne utilitatis. 219. V. Egreffi non poffunt prefcriptum fibi à Principibus judicio- rum ordinem. 207. V. Concordatorum inter Leonem X. & Francifcum I. in eundem occasio & caufa. 268. I. Eorum executio Regibus Francorum mandata. 212. Confiteas peccata fua generali confessione, fi aliunde rei non probentur, damnari à non *funt*. 297. Confanguineorum conjugia vetita. 255. col. 2. Conftantia, metropolis Cypri. Dicitur etiam Iuffinia- nopolis. 79. II. Conftantinus Magnus, vocatus *Epifcopus communis*. 81. V. I. I. Ejus donatio expeditio. 168. I. & feqq. Conftantinopolitano Epifcopo primatus honor pof- t Romanum Epifcopum collatus in Concilio CP. 12. X. 149. V. Thracie Eparchus. 13. XI. Patriarcha fectus in Concilio Chalcedonenfi. 27. I. 149. V. Ejus dignitas reflituta decreto Zenonis Imp. 139. col. 2. Audæ ex lege Theodofij Imp. 199. I. Aequa privilegia cum veteri Roma afferebat conat fedi- bus. 169. III. Confiftofiones apoftolicæ B. Clementis. 121. V. Confuetudo & lex in quod differant. 39. IV. Magna confuetudinis vis in difciplina ecclefiaftica. 214. I. & feqq. 189. III. Confultationum ufus in Ecclefia. 34. III. Confulta- tiones fynodice Orientis & Occidentis ad Roma- num Pontificem mittebantur. 14. III. Coronam tollere de capite Regis, quid fibi velle. 242. col. 2. Creta metropolis, Gortyna. 9. II. Crimina ecclefiaftica & feclularia. 62. V. II. Crimen ecclefiafticum. 73. I. In crimina ecclefiaftica nihil licet Imperatori. 71. III. 74. V. & feqq. Curialium ordinatio vetita. 89. VIII. Cyrillus Patriarcha Alexandrinus fubfcribit aliquot articulis profelfionis Hollandicæ. 107. col. 2. Cyzicenus Epifcopus, Hellefponti Metropolitanus. 72. II. D D A M A S U S Papa accusatus apud Gratianum Imperatorem. 40. V. Damafi liber de Epifcopis Romane Ecclefie. 287. Decime funt inter res fpirituales. 212. I. I. Decretales epifcopæ veterum Pontificum Romana- rum non fuerunt receptæ apud Gallos ante Nico- lai I. tempora. 32. IV. 141. I. Vide, Nicolaus I. Decretalium libri in ufu apud Gallos; fi paucas quaf- dam epiftholas decretales demas. 39. V. I. Decreta- lium definitiones ooftro feclulo occurrunt. 146. V. Defofosus Ecclefiarum. 267. I. Diminutionis vox reflituta apud Agobardum. 217. col. 2. Diocelis latè fignificatione famofus pro diverfarum provinciarum collectione. 124. I. Dionyfius Exiguus collegit finceps fommorum Pon- tificum Decreta. 32. IV. Collectio ejus in univerfo Occidente vim legis obtinuit. *ibid.* 118. VII. Pet Gallias invaluit ftatim atque edita fuit. 139. II. Collectionis illius ordo & confilium. 137. VII. Diofcocus Epifcopus Alexandrinus, cur deponitur in Concilio Chalcedonenfi. 19. I. I. I. Et primus re- fcripto Theodofij Imp. delatus in Synodo Ephefa- na fecunda. 148. IV. Difciplina ecclefiaftica multum tribuit confuetudini. 154. I. & feqq. Difciplina, id est, fuffium privata caftigatio, Galli- cæ, *Discipline*. 68. I. I. Difpenfationis variz fignificationes. 272. I. & feqq. An difpenfatio fine caufa, valida fit. 124. I. Dif- penfatio oon cadit in præceptum divinum. 263. I. V. Diffidium inter Gregorium V. I. & Henricum I. V. Imp. unde ortum. 2. VII. Et inter Fridericum I. & Hadrianum IV. Papam. 5. VIII. Item inter Frideri- cum II. & Gregorium IX. Papam. 5. IX. Diffidiis magnis fedandis neceffaria est Concilij ge- oeralis auctoritas. 262. III. Diatrus Ecclefie Romane. 116. VIII. Dole in minori Britannia archiepifcopatum inftitui prohibet Philippus Auguftus. 242. V. Dominatio vetita Sacerdotibus. 117. VI. Donatio Conftantini Magni Imperatoris expeditur. 168. I. & feqq. Dragoni Archiepifcopo Metenfi datus à Sergio Papa Vicarius apoftolicæ fedis, effefto caruit. 212. IV. Et Hrabanus infecit opufculum de Chorepif- copis. 281.

- Dacum origo in Italia. [160. IV.](#)  
 Danum, castrum Dioceseos Carnotensis, evehius in episcopatum. [80. V.](#)  
 Durandus Episcopus Mismarensis, jurisdictionis ecclesiasticae studiosissimus. [157. IV.](#)
- E
- E**ADMERUS, historiz Anglice scriptor, explicatus. [96. col. 1.](#)  
 Ecclesia est corpus Christi. [150. IV.](#) Est autem in Imperio [114. V. L.](#) Constat ex Clericis & laicis [47. II.](#) Ita disposita est, ut pontificali & regia auctoritate gubernetur. [48. II.](#) Statim à Concilio Nicæno divisa est in Orientalem & Occidentalem. [151. I.](#)  
 Ecclesiarum in provinciis disturbatio [111. I.](#) ab Apostolis. [9. II. 2. IV.](#)  
 Ecclesiarum apostolicarum magna apud veteres reverentia. [9. IV.](#)  
 Ecclesiarum redditus regie jurisdictioni subsunt. [142. III.](#)  
 Ecclesiastica potestas, Soli comparata. [10. VIII.](#)  
 Data est in adificationem, non autem in destructionem. [116. V. I. 117. II.](#)  
 Ecclesiastica jurisdictio olim de rebus secularibus iudicium tulit in Gallia. [117. V. L.](#)  
 Emerius Episcopus Sannonensis factus decreto Clotarj Regis. [111. II.](#)  
 Ephesus, metropolis Asiæ Proconularis. [9. II. 9. III.](#)  
 Ephesini Concilij confessus. [14. XI.](#) Reverentia erga Episcopum Romanum. [14. III.](#)  
 Ephesinum Concilium [II.](#) temptatum ab Occidentalibus. [102. I. L.](#)  
 Episcopatus unus in Ecclesia. [7. IV.](#)  
 Episcopatum instituentium jus penes Principes esse definitur Alexius Comnenus Imperator Orientis. [75. V.](#) Vtrum id licet Principibus. [75. I. & 76. I.](#) Episcopatum divifionem tentare non debent Summi Pontifices invito Principe. [142. III. L.](#)  
 Episcopi debent esse humiles. [188.](#)  
 Episcoporum diffensio, seculari causa est populis. [187. 190.](#)  
 Episcopus ordinandus est à Clericis uniuscujusque civitatis. [142. X.](#) Episcoporum ordinationes quomodo peragendæ. [9. II. 15. V.](#) Ad quos pertineat. [16. L.](#)  
 Episcopi nihil peragere possunt in aliena Diocesi absque licentia proprij Episcopi. [122. L.](#)  
 Episcopum orthodoxum accusare non possunt hæretici, si de crimine ecclesiastico agatur. [111. IV.](#)  
 Episcoporum iudicia in consensu Episcopo Romano peragi prohibet Nicolaus I. Papa. [144. L.](#) Eorum expulsio à civitatibus, si contra Canones peccaverint, pertinet ad Principes. [128. V. I. 114. VIII. 167. II.](#)  
 Episcopi Gallicani Regem censuræ subiungunt, ob canones violatos. [111. L.](#) In administratione ministerij sui Regem adiutores esse debent. [110. V. II.](#)  
 Episcopi *Karmen*. [114. V.](#)  
 Episcoporum desidia protopagavit usum Chorepiscoporum. [105. V. I. L.](#)  
*Emendatio*: Ecclesiarum dicti Principes, id est, doctrinae Ecclesiarum Principes. [71. V. 81. X. III.](#)  
 Eugenij I. V. Papæ depositio in Concilio Basiliens. [41. V. III.](#) Ab ejuſ tamen communionem Galli non recesserant. [Ibid.](#)  
 Eutyches damnatus à Flaviano, restitutus in secundâ Synodo Ephesina sub Dioſcoto. [107. II. & seq.](#)  
 Excommunicatione infingitur ad conciliandam salutem penitentis. [116. V. II.](#) Ei locus non est, nisi cum per contemptum canones violantur. [175. L.](#) Neque quoad res seculares. [118. I. L. 141. I. L. 147. L.](#)
- [178. IX.](#) Infingi autem non potest, nisi cum de crimine manifesto agitur. [147. IV.](#) Adversus excommunicationes nullas implorari licet potest præſidium Principum. [179. 47.](#)  
 Excommunicatione interdum interturbatur ad laicendam Regibus fidem; sed ipsi sua exigentibus adversus subditos. [119. IV.](#)  
 Excommunicationis sententia profecti non possunt in terram Regis Franciæ, abque speciali mandato sedis apostolicæ. [111. VII.](#) Etnaſi petente Rege. [178. IX.](#)  
 Excommunicationum unius Episcopi recipere alter non debet. [114. V. L.](#)  
 Excommunicati per omnes provincias vicandi. [111. X.](#) An recedenda communio excommunicatis, quos Rex mensis suæ participes fecerit. [148. V. & seq.](#)  
 Executio & tuitio canonum diffinit. [126. II.](#)  
 Exuperas Episcopus Tolofanus. [16. V.](#)
- F
- F**AIDA, id est, inimicitia. [146. III.](#)  
 Fidei regula tetradactylis non potest. [140. VII.](#)  
 Filiorum honor erga parentes. [121. & seq.](#)  
 Flaviani Episcopi Antiocheni ordinatio nuntium turbatum excitavit. [179. IV.](#)  
 Flavianus Episcopus CP. inter reos collocatus in prædicatoris synodo Ephesina. [149. IV.](#)  
 Florentini Concilij locus de auctoritate Summi Pontificis emendatus, & explicatus. [113. V.](#)  
 Forastici Presbyteri. [92. III. L.](#)  
 Francici regni limites ævo Karoli Magni. [55. VII.](#)  
 Franciscus I. Galliarum Rex iniit Concordata cum Leone X. Papa. [168. I. & seq.](#)
- F**RANCORUM REGES, solius Dei arbitrio obnoxij. [14. V. 177. VIII.](#) Superiorem in temporalibus non agnoscunt. [12. L. 61. col. 1. 146. I. 160. V.](#) Comparantur cum Constantino Magno Imp. [160. I. II.](#) Romane Ecclesie Protectores. [41. L. & seq.](#) & Defensores. [41. VII.](#) Defensores Ecclesie dicti. [91. II. & seq. 111. VI.](#) Ecclesie enim tuitio illis iure divino commissa. [91. I. & seq. 24. V. III. 111. L. 179.](#) Tuitio canonum illis commissa, etiam auctoritate Concordatorum. [171. V. II.](#) Sacramento tenentur ad tuitionem iurium Episcopatum. [118. V.](#) Ecclesiasticæ libertatis conservatores. [169. I. V.](#) Rerum Ecclesiasticarum cura ad eos pertinet. [110. V. II.](#) Novitates à Romana Curia adversus antiquos mores introductas repellere legibus suis, ob detrimentum quod inde tranquillitati regni inferri poterat. [130. IX.](#)  
 155. L. Item ne jurisdictione regni violantur. [171. IV.](#) Iudicia ab Episcopis lata adversus decreta regia rescindant. [111. II.](#) Non incurrit excommunicationem, etiam si patiens cum excommunicatis. [149. V. III.](#)
- F**RANCORUM REGES, Imperatores dicti in regno. [14. V. L. 17. col. 1. Vide notam ad Concilium Narbonense in additione ad caput xxv. libri vi. Imperij enim iura plene & integre illis communicata sunt post delectum Imperium. \[111. L.\]\(#\) Soli barbarorum Principum numisma autem sua imagine eudere poterant. \[14. V.\]\(#\) Non sunt Episcoporum Vicedomini, aut Vâllici, sed terre domini. \[118. V.\]\(#\)](#)
- F**rancorum Reges, Patricij Romanorum. [41. III. & seq. V. Patricianus.](#)  
 Francofordienſe Concilium magnæ auctoritatis. [118. L.](#) Repodit Septimam Synodum Occumenicam. [118. I. L.](#)  
 Frederici I. Imperatoris diffidium cum Pontificibus

Romanis. 5. V. III.  
 Friderico II. diffidium cum Ecclesia Romana. 1. IX.  
 Primus omnium appellatio ad futurum Concilium usus est. 161. V.  
 Fulberti Carnotensis acote dictum, de auctoritate Pontificis Romani. 186. V. I.

G

**G**ALATIÆ metropolis, Ancyra. 2. II.  
 Gallicia divisa est in duas provincias, juxta desiderium Theodemi Regis. 241. III. I.  
 Galita, approbatur Ecclesie asylum. 41. V. II.  
 Gallic dignitatem Ecclesie Gallicanæ immunitatem nolent. 5. X.  
 Gallicana Concilia, magnæ apud majores nostros auctoritatis, in Hispania quoque viguerunt. 141. V. I. 189. II.  
 Gallicanæ Ecclesie vocabulum quibusdam displicet. 122. I. Ea constat non solum ex Clericis, sed etiam ex laicis. 48. III. I. 14. II.  
 Gallicani Episcopi, iisdem semper legibus uti volunt. 118. I. X. Iurium suorum retinentissimi. 122. I. Eadem pietas in causa Symmachi Papæ. 19. II. & Leonis III. 40. V. I. & Eugenij IV. 41. VIII. Ad Romanam Concilium mittebant Legatos, cum fiduciam adversus hæreticos erat statuenda. 27. VIII. Canonum executionem à Pontificibus Romanis exigebant. 216. IV. In angustiis constituti, Regem præsidium implorabant adversus ipsorum relictos Curie Romanæ. 130. VIII. 21. VI. Item ut se ab excommunicationibus à Romana sede directis tuos præstarent. 115. II. Bonorum capione coguntur ad ea omnia rescindenda, quæ receptis in regno legibus adversa petegerint. 232. VII. Tum etiam si incompetentis excommunicatione de re seculari late ad hæreant. 239. III.  
 Gangarum civitas, metropolis Paphlagoniæ. 79. III. 113. I. Ego Episcopi quondam ordinati à Metropolitano Ancyre. 80. III.  
 Geladius I. canonicos libros enumeravit, & apocryphos. 112. VII.  
 Gelasius II. urbe pulsus ab Henrico V. Imperatore, fecerit in Galliam. 45. VII.  
 Glabri locus quidam valde illustis explicatur. 122. I.  
 Gnesensis archiepiscopatus in Polonia institutus auctoritate Summi Pontificis. 80. V. I.  
 Gortyna, metropolis Cretæ. 9. II.  
 Græcorum schisma. 3. IV. 4. VI. 8. I. Eis relicta libera Græcorum ritum observatio in urbe. 155. III.  
 Græffensis & Veneticus episcopatum uno curant. 242. V.  
 Gratiani Collectio canonum, vulgò *Decretum Gratiani*. 145. II.  
 Gratianus Imperator Pontificis Maximi nomen tenuit. 92. I.  
 Gregorius Magnus, divini & humani juris callentissimus Pontifex. 155. II. Laudat Novellam CXXXI. Imp. Iustianiani. 85. V. Maurij Imperatoris legem quamdam publicavit; tamen eam Christianæ libertati contrariam esse existimavit. 89. VI. II.  
 Gregorius II. Papa imploxit auxilium Karoli Martelli adversus Longobardos. 43. III.  
 Gregorius IV. in diffidio Ludovici Pij Imp. & filiorum ejus, filiorum partes fovit. 214. II.  
 Gregorius IX. auctor quinque librorum Decretalium. 145. III.  
 Gregorius Totonensis Episcopus, canonum tenax observator. 212. I.  
 Grex sponte nascendus, non coactus. 11. VI.  
 Gulielmi Archiepiscopi Aoficiani constitutiones de

Treuga & Pace. 147. IV.  
 Gulielmus domus Montipessulani se Romanæ Ecclesie vassallum esse professetur. 18. I.  
 Gulielmus Duzandos. V. *Duzandos Episcopus Aoficiensis*.

## H

**H**ABERTOS Episcopus Vabrensis. 2. I.  
 Hadrianus I. Papa Græcos Romanæ Diæceses pervalentes, hæreticos esse pronuntiat. 3. V.  
 Hadrianus I. Capitula. 141. IV.  
 Hadrianus II. causam Hinemari Laudunensis Romæ tractandi juber. 215. II. Sed cum ex ea justione commotus esset Karolus Calvus, judicium latum adversus Hinemarum renovari precepit in provincia. 240. VI.  
 Hæreticos & schismatis discrimen. 232. III.  
 Hæretici esse possunt, etiam si disciplina tantum agatur. 224. IV. De crimine hæreticos cognoscere possunt alienæ provincie Episcopi. 27. VIII.  
 Hæreticos emergentes à Principibus compressit. 81. VII. 84. X. 96. II.  
 Hæretici ad Ecclesiam catholicam redeuntes, an admittendi sint ad Clerum. 274. VI.  
 Hæretici non possunt accusare Episcopum orthodoxum, si de crimine ecclesiastico agatur. 274. VI. 213. IV.  
 Hæretici Albigenes, quomodo puniantur. 118.  
 Halimacorum Reges, idem erant Pontifices. 50. V. II.  
 Hæbræi. Vide, *Judæi*.  
 Heimbürgij sententia de comparatione Solis & Lunæ. 51. col. 2.  
 Helenensis synodus de Treuga & Pace. 217.  
 Helenensem aliquot Episcoporum fides. 249. col. 2. [ *Vide Judicium Tomi secundæ.* ]  
 Henricus I. Rex Angliæ minatur divorcium ab apostolica sede, nisi Innocentius II. Papa prohibeat ne Rotomagensis Archiepiscopus fidei & obedientie professionem exigat ab Abbasbus Normanniæ. 178. col. 2.  
 Henricus Spondanus Episcopus Appamianum laudatur. 61. VIII.  
 Heraclæus Episcopus, Thraciæ Exarchus. 31. XI.  
 Herodiani, tributorum exactores. 69. col. 1.  
 Hesperia quodque Occidentem significat. 19. IV.  
 Hietemias Patriarcha CP. damnat Confessionem Augustinam. 102. col. 4.  
 Hierosolymorum Episcopo quartus dignitatis gradus tribuitur in synodo Nicæna. 172. IX. Hierosolymitani Patriarchatus institutio. 78. VII.  
 Hilarius Arelatensis Episcopus, metropolitana dignitate dejectus à Leone I. Papa. 12. II.  
 Hildeberti Cenomanensis locus ex quadam epistola emendatus. 178. col. 2.  
 Hildeboldus Episcopus à residentia excusatus, eò quod somnus esset Capellanus. 219. IV.  
 Homerus Episcopus Taracensis. 35. V.  
 Hinemaros Episcopos Laudunensis, depositus ab Episcopis Gallianis, appellavit Pontificem Romanum. 215. II. Eum Hadrianus II. Romam adduci juber. 219. V. Vide, *Hadrianus II.*  
 Hinemaros Remensis Archiepiscopus invidiam Romanorum in se concitavit ob peritiam canonum. 215. I. Præfuit Concilio Vermeriensis, in quo decretum est privilegium monasterij S. Vedasti Atrabatenis. 192.  
 Hispaniarum Episcopi, si quid adversus Remp. peccaverint, jure naturalitatis privantur, ac regno pelluntur. 192.



pelluntur. 166. II.  
 Honorium Regibus præfari ab Episcopis veterunt  
 Romani Pontifices. 140. I.  
 Honorius provinciam ab Honorio Imp. intratam, re-  
 cisa à Paphlagonia & Bithynia. Eius metropolis,  
 Claudiopolis. 80. III.  
 Honorius I. Papa non fuit Monothelita. 577. XI.  
 Hrabani Moguntini Archiepiscopi opusculum de  
 Choroepiscopis. 285. Item aliud de reverentia filo-  
 rum eius patris. 290.  
 Hyperboretus mensis, id est, October. 131. V.

I

**I**CONIENSIS Concilium de baptismo hæretico-  
 rum. 131. V.  
 Ignatii Patriarchæ CP. parum gravis animus erga  
 sedem apostolicam. 4. VI.  
 Illyricum Romano Episcopo suberat. 19. III. Illyri-  
 cianæ Dioceseos causas agitari in synodo diocesa-  
 na præcipit Theodosius Imp. 399. I.  
 Imaginum usus abrogatus Edicto Leonis I. Augusti Imp.  
 3. IV. Earum confractores de hæresi damnati.  
 124. IV.

Imperator Romanorum an sit Monarcha omnium  
 Principum terrenorum. 51. *col. 2. 64. col. 1.*

Imperatores iudiciorum ordinem præscribere pote-  
 rant Conciliis. 105. V. Confirmabant decreta in  
 Conciliis edita. 83. VIII. & *seqq.* Iudices dare po-  
 terant, sed Clericos, qui de negotiis ecclesiasticis  
 sententiam ferrent. 105. I. Appellari poterant  
 etiam à iudicibus recepto suo delegatis. 109. VI.  
 Suspendebant etiam quandoque executionem sen-  
 tentiæ synodalis. 207. I.

Imperatoriatum legum sapientia & æquitas. 117. III.  
 Ingilrammus Episcopus Mevensis publicavit Capitula  
 Hadriani Papæ. 143. IV.

Innocentius III. gravem controversiam decidere non  
 audebat, quæ de divisione Concilij. 165. IV.

Interdicti sententia ferri non potest in terras Regis  
 Franciæ absque speciali mandato sedis apostolicæ.  
 233. VII.

Investiturarum controversia. 5. VII. 5. X. 125. V.  
 Schismatica dicta ab Ivone eorum opinio qui investituram  
 propoiebant. 225. VI. VII.

Ioannis Chrysostomi Episcopi CP. depositio multas  
 turbas excitavit in Ecclesia. 176. X.

Ioannes Patriarcha Antiochenus, Nestocii fautor,  
 excommunicatus in Concilio Ephesino. 175. VIII.

Ioannes Scholasticus Patriarcha CP. Nomocanonis  
 repertor. 87. IV. 133. VIII.

Ioannes VIII. Photium restituit Ecclesiæ CP. 181.  
 IV. Accedit in Galliam. 45. VII.

Ioannes XXII. Regi significat eorum Episcoporum  
 nomina quos præficeret novis Ecclesiis cathedra-  
 libus. 245. *col. 1.*

Isidori Mercatoris Collectionem et Hispaniam in Gal-  
 lias attulit Riculfus Episcopus Moguntinus. 142. II.

Isidorus anchor non est Isidorus Hispanensis, *ibid.*  
 In auctoritatem recepta non erat ævo Hincmari.

143. V. Recepta erat ævo Hugonis Capeti Regis.  
 145. II.

Isidorus Episcopus Sernbensis. 143. II.  
 Italix metropolis, Mediolanum. 14. XII. 22. IV.

Italica synodus olim discreta à Romana. 22. IV.  
 Iudæorum Patriarchæ. 10. V. Pontifices. 66. VI.

Reges. 68. IV. 72. VI. Regum Iudiciorum com-  
 paratio cum Regibus Christianorum. 65. III. & *seqq.*

Iudices seculares non peccant, cum sententiam mor-  
 tis proferant adversum reos. 126.

Iudicia canonica petiunt ad jurisdictionem eccle-  
 siasticam. 273. III. Iudicia iura facienda. 295.

Ivo Episcopus Carnotensis, pericillimus canonice  
 discipline. 191. V. Canonici Iuris callentissimus.

225. VII. Aggressus est novum canonum Colle-  
 ctionem, 145. II. Graves ejus ad Paschalem II. li-  
 teræ. 5. X.

Ius commune canonicum, quid. 129. I. & *seqq.* 146. V.  
 Iuris novi interdictio. 147. I. Eius cum veteri disci-  
 plina. 146. IV.

Iustiniana prima, urbs Illyrici, patria Imperatoris  
 Iustiniani, in summum Sacerdotium fastigium evehi-  
 tur. 78. J. An Episcopus ejus fuerit Patriarcha. *Ibid.*

Iustinianopolis, Vide, *Constantia*.

Iustinianus Imp. arguitur, quod mystica verba con-  
 secrationis Eucharistiæ elata voce profecti fuisset.

72. VI. Iustinianæ episcopatus in summum Sacer-  
 dotium fastigium evertit. 78. I. Restituit & inter-  
 pretanda loris studiosissimus. 86. II. Eius constitu-  
 tiones summo applausu exceptæ à Patriarchis. 87.

III. Studiosissimos fuit rerum divinarum. 197. V.  
 Iulianus Imp. *aisopétytes*. 86. II.

K

KAROLI Magni sedis honoranda sede Roma-  
 na. 117. *col. 2.*

L

LAODICEA, Phrygiæ Pastrianæ metropolis,  
 Quis anno celebrata sit Laodicensis Synodus.  
 133. I.

Latus castrum. 59. II.

Leo I. Papa excommunicatur à Dioscoco Alexan-  
 drino. 39. III. Damnat Concilium Ephesinum  
 sub Dioscoco. 208. II. Miris in irritum cano-  
 nem x xv 111. Concilij Chalcedonenfis. 151. VII.

Leo III. Papa, repertor purgationis canonice. 44.  
 VI. Adoravit Karolum M. Imperatorem. 167. X.

Leo I. Augustus Imp. abrogat usum imaginum. 3. I. V.  
 Ao fuerit excommunicatus à Gregorio II. Papa  
 163. III. Anathema sibi dictum à Pontificibus  
 Romanis ultus est usurpatione patrimoniorum  
 Ecclesiæ, & imminutione dignitatis Episcopi Ro-  
 mani. 3. IV. 163. IV. Restituit Diocesano abba-  
 tarum petita in Septima Synodo. 5. V.

Lex & consuetudo in quo differant. 29. IV. Legum  
 condendarum auctoritas per se Principes 112.

I. Earum promulgatio necessaria, ut sint notæ.  
 107. I. Leges canonibus adversæ nullas sunt  
 momenti. 76. II. 88. VI. & *seqq.* Ex legem re-  
 ceptarum mutatione magni in Rep. studis ex-  
 citari possunt. 188. IX.

Leges ecclesiasticæ promulgari debent per provin-  
 cias. 108. II. & *seqq.* 114. V.

Lex Romana, id est, Codex Theodosianus, 28. II.  
*Liber Canonis* à Chisperico Rege transmissus ad  
 Episcopos. 519. III.

Libertatem Ecclesiæ Gallicanæ præcipuum funda-  
 mentum, sopesma fides apostolica auctoritas, 6.  
 I. 6. II. 42. I. Secundum verò, supremum Regis  
 imperium. 47. I. & *seqq.* Quid significet no-  
 mine Libertatis Ecclesiæ Gallicanæ. 113. I. & *seqq.*  
 Ea versatur in recto usu antiqui & novi iuris. 146.  
 V.

Limites Imperiorum Orientis & Occidentis in an-  
 gustiis Succorum montium. 17. IV.

Linus non successit Petro. 285.

Longobardi vexant Pontifices Romanos. 43. II. 43.  
 III. 160. IV. V. 164. V.

Ludovici Bavari Imp. & Ioannis XXII. Papæ dissi-  
 dium. 5. IX.

Ludovicus pius, Karoli Magni filius, fit confors Imperij. 56. VIII. Pœnitentia publicè additus ab Episcopis. 184. Divisio regni ejus inter filios expenditur 45. VI. 56. VII. 134. II. Ejus liberalitas in Romanam Ecclesiam. 161. VI. Ludovici VII. pœnitentia verba pro tutione quam Principes debent Ecclesiis. 95. col. 1. B. Ludovici IX. Pragmatica Sanchio laudatur 95. VIII. Item Constitutio alia pro libertate Ecclesiæ. 117. VII. Et Regi debetur prima Libertatis Ecclesiæ Gallicanæ restitutio. 128. IV. Ludovici XIII. pietas erga Romanam Ecclesiam. 46. IX.

Lugdunensis Concilij sub Innocentio IV. locus illustris notatus. 10. col. 2. Lugdunensis Ecclesiæ priusatus super Senonemium controversus. 143. col. 2.

## M

Macedonia metropolis, Thessalonica. 9. III. IV. Machesias à Philippo Macedone dormiente appellabat ad eundem vigilansem. 164. VII. Magalona à Karolo Martello excisa. 60. III. Sedes Episcopi Magalonenis translata in urbem Mons-pelientem. 142. V. Majores causæ ad sedem apostolicam referendæ. 40. VI. Quænam sint causæ majores. 56. VII. Marcia Vmbrae. 14. XII. Marcianus Episcopus Arelatenfis, Novatiani sectator. 57. VIII. Mariianopolis, Media secunda metropolis. 11. IX. Martinus Beacarenfis Episcopus, auctor novæ Collectionis canonum. 140. IV. Massonus refutatur, qui epistolam quendam Agobardo tribuit, cum sit Gregorij IV. Papæ. 236. VII. Matrimonium consummatum an dissolvi possit sola Summi Pontificis auctoritate. 263. V. Mauritij Imperatoris lex quædam à Gregorio Magno publicata, tametsi eam Christianæ libertati contrariam esse existimatur. 89. VIII. Maximus Episcopus Antiochenus. 181. col. 1. Mediolanum, Italia metropolis. 14. XII. 22. IV. Mediolanensis Episcopus ordinabat Episcopos Italiae. 14. III. Meleduni in Gallia episcopatum institui prohibent Episcopi Gallicani. 80. IV. 135. V. Melgoriensis comitatus. 59. III. Metenses Episcopi Drogo & Vvaldo in honore habiti à Summo Pontifice. 212. IV. 214. VIII. Metropoleon instituentium jus penes Principes esse definit Alexius Comnenus Imperator Orientis. 77. V. Metropolitanus habet primam sententiam in sua provincia. 9. II. Ordinandum Episcoporum et aliorum illi servatur in Concilio Nicæno. *Ibid.* Metropolitanorum dignitas debilitata est post editam Collectionem Isidori. 145. I. Archiepiscopi vocabulum quondam tribu ceptum Metropolitanis. 9. V. Migrationes Episcoporum ab una civitate in aliam veritas. 181. VI. Missi discorrentes distinguendi à Missis Dominicis. 110. VIII. Missionum Dominicorum manus. 110. VI. 110. VIII. Monachi debent esse subjeqti Episcopis 139. I. 218. I. Eis interdicitur facultas exendi e monasterio. 86. I. Eorum solitudo omni frequentia major, tempore Zozimi Papæ. 30. V.

Monachi mendicantes beneficia obtinere non possunt in Gallia, etiam cum dispensatione Papæ, nisi consentus Regis accedat. 186. IV.

Monasteriorum libertates. 109. III. Eis privilegia & exemptiones concedi olim non poterant absque consensu Regis & Episcoporum. 109. II. & *seqq.* Eis plena immunitas nonnullum concessa fuerat statio seculi æt. absque Episcoporum consensu. 112. II.

Motinus Presbyter Congregationis Oratoij laudatur. 160. III.

Mundehardis vox quid significet. 45. VI.

NARBONENSIS Concilium anni M L I V. in quo statuta est treuga & pax. 251.

Nasi, princeps confessus in Synodo. 67. II. Neocæsarea, Ponti metropolis. 79. III. Ponti Polemoniaci metropolis. 85. I.

Neophytorum festinans ordinatio prohibetur. 50. V. Qui num dicerentur Neophyti, cum lex lata est. *ibidem.*

Nestorius damnatus in Synodo Alexandria, Theodosium Imp. appellavit. 207. I.

Nicolaus I. Papa peti restitutionem Diocesibus à sede Romana absentiarum, irritio constata. 4. V. Contendit ab Episcopis Gallicanis, ut ipsius Pontificum Romanorum epistolam recipiant. 144. VI.

Quodam fuerit ejus consilius. 144. I. Nicolai Alemanni opinio quædam, Justiniano Imperatori valde iniqua, refutatur. 158. V.

Nomocanonis primus auctor Joannes Scholasticus, deinde Photius. 88. IV.

Novesimæ clausula quondam introducta in Bullis Pontificum Romanorum. 227. II.

Novatiani redarguuntur. 155. Novellæ Justiniani constitutiones magno applausu exceptæ à Patriarchis. 87. III. 88. V.

Numerus census, quid. 65. col. 2.

## O

OCCIDENTALIS Ecclesiæ fines. 16. III. & *seqq.* 18. II.

Occidentalibus Episcopis non licet retractare eas quas ab Orientalibus statuta sunt. 1. I.

Occidentales Episcopi apud Hrabannum, id est Gallicani. 185.

Oliba Episcopus Aulonensis. 249. col. 2. Lex *Omni innovat, cæsariæ* explicata. 199. I.

Oratoriarum varietates. 171. I. Optati Galli Liballus Patzneticus *De cavenda schismate* materiam præbuit Libro *De Concordia Sacerdotij & Imperij.* 1. I. & *seqq.*

Oratoria tantum in villis olim construabantur, non autem Ecclesiæ. 99. III.

Ordinationes Metropolitanorum pertinent ad Patriarchas, & quandoque omnium Episcoporum. 13. I.

Oriens, sœtus Regibus. 66. IV. Ejus fines. 49. II. Metropolis, Antiochia. 9. V.

Orientalis Ecclesiæ. 15. I. Termini ejus. 16. III. & *seqq.* Orientales synodi Relationes mittebant ad sedem apostolicam. 38. X.

Orientalis Ecclesiæ schisma fluxit ex superbia & avaritia Romanorum. 4. col. 2.

## P

PAPA loquens pro veritate, nihil timet, locus, si veritatem & iustitiam non habeat. 64. col. 2.

Paphlagonia, provincia Romana: cujus metropolis, Gangræ. 80. III.

Papalicy sententia circa cultum Clericorum, in

- Concilio Niceno prolata. [89. IV.](#)  
 Pappulos Episcopos Carnouensis. [80. V.](#)  
 Patriciensis Archiepiscopatus erectio. [84. V.](#)  
 Patrice interdum significat integram Episcopos diocesis. [92. III.](#)  
 Pſchalis II. Papa accedit in Galliam. [47. VII.](#) Inuestituram privilegium concedere coactus Henrico V. Imperatori. [117. VII. VIII. Vide Tamen II.](#)  
 Patriarcha Iodorum. 10. V. Eorum excessus, *ibidem.* Huiusmodi Patriarcha nulli in Occidente fuerunt, sed tantum in Oriente. *ibidem.*  
 Patriarcha nomen olim tribus Pontificibus Romanis. [120. col. 2.](#)  
 Patriarcha quondam vocati cepti Archiepiscopi Christianorum. *ibidem.* [121. X.](#)  
 Patriarcha jus in quo versetur. [22. II.](#)  
 Patriarchatus Occidentis. [9. I. & seqq.](#)  
 Patriarchatum unum solvere non potest damnatus a ceteris Patriarchis. [182. IV.](#)  
 Patriarchatus collatus Regibus Francorum. [46. III. & seqq.](#) [166. VIII.](#) Patriarchatus quid. [44. IV. 166. VI.](#) Collatus summis Pontificibus a Pippino Rege. [164. VI.](#)  
 Pauticani damnati a Synodo Nicæna. [132. VI.](#)  
 Paulus Samosatensis Episcopus Antiochenus. [21. IV. 30. V.](#)  
 Pax & Treuga. [246. II. & seqq.](#)  
 Pelagus II. Papa subsidium à Rege Francorum petit adversus Longobardos. [43. II.](#)  
 Perantonia quid significet in veterum Regum Francie sacramenta. [128. VI.](#)  
 Periodeone, idem cum Chorepiscopis. [101. col. 1.](#)  
 P E T R U S, car solus inseparatus à Christo. [7. IV.](#) Caput Ecclesie constituitur, ut schismatis tolleretur occasio. [7. V.](#) Parochia B. Petri. [41. III.](#) Principes Apostolorum. *ibidem.* Terreni cuiusdam Dei loco habentur. [163. II.](#) In B. Petro constituitur iure divino principatus Apostolicus Sedit. [169. II.](#) Principes Episcopalis coronæ. *ibidem.*  
 B. Petri memora honoranda. [167. col. 2.](#)  
 Petri Cathedra dignitas. [7. IV. V. 1.](#) Vide, *Cathedra Petri. Et, Romana Ecclesia.*  
 B. Petri privilegium. [217. III. 237. VII.](#)  
 Philippus Augustinus minatur secessionem à Licio III. Papa, si is sedem Dolensem auro metropolitica dignitate. [242. IV.](#)  
 Philippus Polci Regis & Bonifacii VIII. dissidium. [6. XI. 63. VIII. 158. I. & seqq.](#)  
 Phœnicie metropolis, Tyrus. [76. I.](#)  
 Phœnicia in duas provincias secta ab Imperatore Theodoro. [76. I.](#) Pendebat à iure Patriarchico Episcopi Antiocheni. *ibidem.*  
 Photius Patriarcha Constantinopolitanus, Ignatii æmulus. [4. VI.](#) Ignatio mortuo, sedem suam recepit. [181. IV. Nicolaum I.](#) Papam anathemate percellit in Synodo CP. [41. VII.](#) Augendæ dignitatis suæ cupidus. [102. II.](#) Damatus à Nicolao I. & ceteris Patriarchis. [117. V.](#) Ejus iudicium tetragram in Synodo Oſava. [262. III.](#) Affirmas canones Sardicenses ignotos esse Orienti. [113. IX. 118. VIII.](#) Nomenclonem edidit ad exemplum Iovinis Scholasticæ. [87. IV.](#)  
 Pippini Regis liberalitas in Romanam Ecclesiam. [164. V. 164. VI.](#)  
 Placita. Curia diſcæ Constitutiones Principum. [113. II.](#)  
 Podomniacensis Vicecomes vexat Episcopum Aniciensem. [95. col. 2.](#)  
 Polycrati Episcopo Smyrneni restituta pax à Ystob
- re Papa. [176. IV.](#)  
 Ponti metropolis, *Amasea 9. II. 79. III. Vide, Neocaesarea.*  
 Pontica Diocesis compledebatur undecim provincias. [13. XI.](#)  
 Pontificum dignitas apud Hebræos. [67. VI.](#)  
 Prætonensis Consilij Acta, ab Oſone Belvacensi Episcopo confecta, nullus sunt momenti. [111. VI.](#)  
 Pothilio immemoralis in rebus Ecclesiasticis quid acquirit. [117. VI.](#)  
 Præfectorum prætorio auctoritas in publicandis novis legibus. [20. IX.](#)  
 Præscriptionis vis. [117. VII.](#)  
 Pragmatica Sanctio Caroli VII. [121. VI. 237. VIII.](#)  
 Presbyteri, secundi ordinis præceptores. [104. V. A](#) quo iudicandi. [94. VI. 116. IV. 218. II. 219. V.](#)  
 Presbyteros Septimanæ adversus iniquam Episcoporum suorum oppressionem toctur Karolus Calvus. [212. IX.](#)  
 Presbyterorum filij ad Clerum accedere prohibentur. [124. VI.](#)  
 Prima sedes à nemine iudicatur. [40. IV. 115. VIII.](#)  
 Princeps sex officio tenentur ad Tutitionem Canonum. [21. I.](#) ut pote quæ eis ab ipso Christo mandata est. [81. IV. & seqq. 156. III. & seqq.](#) Canonum custodia illis commissa. [120. VII.](#) In manifesta Canonum violatione, Episcopi pellebant à sedibus suis. [198. VI.](#) Aliquando ea rescindebant quæ contra Canones acta erant. [197. IV.](#) Debent enim prohibere scandala in rebus Ecclesiasticis. [123. V.](#) Principum Christianorum officium explicatur in Constitutione Theodosij Imperatoris. [86. I.](#) Ad licet Principibus leges ferre de rebus Ecclesiasticis. [63. I. & seqq. 70. I. & seqq. 86. II.](#) Penes eos est legem condendarum auctoritas. [112. I. & seqq. Vide, Reges.](#)  
 Privilegium B. Petri. [217. III.](#)  
 Privilegium varia genera. [186. I.](#) Privilegia illa ratione non sunt, quæ canonibus repugnant. [122. col. 1.](#) Ea vero quæ propter merita conceduntur, revocari non possunt. [159. II.](#)  
 Procopius explicitus adversus Nicolaum Alemannum. [158. V.](#)  
 Promotus Presbyter, institutus Episcopus in castris Domenis. [80. V.](#)  
 Proœditionis Ecclesie ius Regibus Francorum competit. [41. I. & seqq.](#) Ejus effectus in Gallia. [91. III.](#) Vide, *FRANCORVM REGES.*  
 Provinciarum Ecclesiasticarum origo. [9. II. ibidem.](#) [IV. 113. I.](#) Earum sectio non fieri possit à Principibus. [71. I. & seqq.](#) Ios illud esse penes Principes affirmat Alexius Comnenus. [77. V.](#)  
 Purgatio Canonica, quomodo fiebat. [41. VI.](#)
- R
- R A B A R U S, *Vide Hebræus.*  
 Radulfus Comes, pater Alberti Imperatoris, laudatur. [64. col. 2.](#)  
 Radulfus Remensis Archiepiscopus homagium Regi præstare coactus. [240. I.](#)  
 Regie dignitate honor deferendus. [232.](#)  
 Regum auctoritas à Deo fit. [I. & seqq. 219. V. 247.](#)  
 IV. Reges à Deo constituti, ut Ecclesie & Regni curam gerant. [210. VII.](#) Regum munia. [48. IV.](#) Discrimen Regie potestatis, & Pontificæ. [49. V. & seqq.](#) Regia potestas, Lunæ comparata; Ecclesiastica verò. Soli. [50. VIII.](#) Discrimen inter Reges & Episcopos. [72. V.](#) Reges sacrorum potestatem non habent. [48. IV.](#) Adesse tamen possunt Coeciliis, ubi de fide tractatur. [71. I. V. Vitum](#)

dividere possunt provincias ecclesiasticas, & episcopalem sedem in metropolitana m evelire. 76. I. & fegq.

Regum Christianorum comparatio cum Regibus Judaeorum. 61. III. & fegq. Vide, *Principes, & Imperatores.*

Relationum usus in Ecclesia. 14. III. Qua de causa mitterentur ad sedem apostolicam. 17. IV. V.

S. Remigij Remensis Episcopi viciniam, prospere fore eis Francorum, quando Episcoporum consilium Reges uterentur in administranda Republica. 46. IX.

Reservations Praebendarum à Summo Pontifice introduci in Ecclesiam Gallicanam nolunt Episcopi. 116. I. Reservationes de in generales introduci; quae gravissimos motus exciterunt. 119. VII.

Revisio differt ab appellatione. 262. II.

Rhegium. *Beusiorum metropolis, & Calabriae.* 37. IV.

Richelji Cardinalis elogium. 46. 374. IV.

Riculfus Episcopus Moguntinus, Isidori Collectio nem primus vulgavit. 142. II. Ibid.

ROMANA ECCLESIA. origo & radix Unitatis. 7. IV. Eius principatus ab Unitate proficitur. 8. V. Caput totius orbis Romani. 8. VII. Caput institutarum in Occidente Ecclesiarum. 19. III. Caput omnium Ecclesiarum. 10. V. 40. VI. 169. II. Caput communionis ecclesiasticae per universam Ecclesiam. 27. VIII. Sedes Apostolorum. 40. VI. Sedes B. Petri. 151. II. Eius principatus in B. Petro constitutus iure divino. 169. II. Eius praecipua cura, ut à populo scandala amoveat. 187. VIII.

Romanæ sedis & Pontificis Romani distinctio ignota non erat avo Ludovici Pij. 137. IV.

Romani Concilij origo. 222. IV. Ex quibus Episcopi constarunt, ibid. Ad sedem Episcopi Gallicani mitterentur Legatos, cum fides causâ adversus haereticos stabilenda erat. 17. VIII.

Romanum Concilium sub Silvestro, repetitum ab Hincmaro. 40. IV.

Romanæ metropoles antiqui fines. 10. VI. 14. III.

Romanus Ducatus, quando ad Summos Pontifices pervenit. 162. I.

Romanorum aures teneritudine quadam plus trahuntur. 186. VI.

Romanus Cardinalis celebrat Concilium Beutigense. 126. I.

ROMANVS PONTIFEX.

Caput totius Ecclesiae, 115. V. Caput omnium Domani Sacerdotum. 14. III. Pontifex in Sacerdos. 117. I. Motus Ecclesiae praecipuus Episcopus. 109. IV. Ceteris Pontificibus in orbe constitutis reverentior. 112. I. Christi Vicarius. 151. V. 169. II. Successor B. Petri. 151. V. 169. II. 138. II. Vicarius B. Petri. 45. VII. 151. III. 157. VIII. Vicarius Romanae Sedis. 40. VI. Occidentium Coryphaeus. 18. II. Patriarcha Occidentis. 8. I. & fegq. 11. & fegq. 19. IV. Ipse tamen Patriarchae vocabulum nunquam usurpavit. 120. V. Et suberat Dioceses Occidentis. 18. I. Eius auctoritas inter Italiam major, quam in ceteris Occidentis provinciis. 21. I. II. Non ordinabat omnes Episcopos Occidentis. 14. X. 116. VI. Plurimum tamen ordinationes ad eum pertinebant, quam eorum qui in provincia Romana erant. 13. III. Nimirum Episcoporum Urbicariae Dioceseos. 14. IV. Et Suburbicariae. 16. VII. Concilium in Italia congregandum potestas ad eum pertinet. 21. III. Eius auctoritas in ceteris Occidentis provinciis. 16. VII. 17. I. Et Orientis. Ibid. 30. V. 179. I. & fegq. Frequenter tamen Ecclesiam Occi-

dentalibus consulere, quam Orientalibus. 120. II. PRIMATIVS ejus explicatus in Concilio Florentino. 155. V. Magna ejus auctoritas. 12. X. Habet primam & maximam pro veritate sententiam. 188. X. Suprema & principali in iudiciis reddendis auctoritate antiquus viguit. 11. I. Eius auctoritas in condendis legibus ecclesiasticis. 17. I. Decreta sua per provincias mittere, 18. III. 19. IV. 30. V. His Decretis fides & disciplina constituitur; & Novitas exclusa. 11. I. Eius tamen praecipua potestas non est, quando scandalum timetur. 188. IX. 216. I. Eius iudicia servanda non sunt, quae ex privilegio B. Petri lata non sunt. 219. III. 217. VII. Vel quae antiquitati adversantur. 140. V. II. Potestas enim est in aedificationem, non in destructionem. 227. II. Praeterea, canones transgredi non possunt. 222. I. Eorum observationem pollicetur in consecratione 122. IV. Et eos violati veras. 148. II. & fegq. 181. V. Eorum enim dispensatio Summo Pontifici praecipue cooeredita est. 148. II. Iudicia Episcoporum decreto ejus retractantur in provinciis. 119. II. Ipse verò à nemine iudicatur. 18. I. 19. III. 41. VII. 125. VIII. Mortem potest ab Episcopis; & eis latere facere reuere. 41. I. X. Et in causa schismatici & haeretici iudicari potest. 45. VII. 117. VIII. Appellari ab eo potest in causis fidei. 264. V. Dividere potest episcopatus, itemque ex duobus unum facere, sed non inivis principibus. 142. III. 153 in Additione. Ei non licet se rebus secularibus immiscere. 216. VI. 218. I. An spurius testificari possit natalibus. 18. I. & fegq.

Romani Pontifices colebant olim Principes, etiam haereticos. 164. V. Eius collatus Patriarchas à Pipino Rege. 164. VI. Dicitur Domini nostri capere avo Karoli Magni. 166. IX. Eorum anni in subscriptionibus diplomatum adnotari cepti a vo Karoli Calvi. 167. XII.

Rothadus Episcopus Sueffionensis, testatur à Nicolao I. Papa. 181. IV.

Ruptarij. 118. 181. r.

S

SABICINENSIS canones, Graeci ignoti. 117. I. X. 140. VIII. Sub nomine Niceni Concilij laudantur à Zoymo Papa. 214. IX.

Scandali vox, quid significet. 186. VII. Patendum non est decretis Summi Pontificis, quando scandalum timetur. 188. IX. 216. I. Scandala prohibere debent Principes in rebus ecclesiasticis. 212. V.

Schismatici variae significationes. 212. III. 243. III. In haerem definit. 211. III. IV. Schismatici praebetur occasio, quando canones de disciplina laxi franguntur. 214. VI.

Schismatici Orientalium origo unde petenda. 3. IV. Quomodo modo coaluerit. 4. VI. Vide, *Gracorum schisma.*

SEGVVERIVS GALLIARVM CANCELLARIVS huiusmodi. 272. IV.

Sextus Decretalium liber, cur in Gallia non sit receptus. 120. V.

Sicilia quotannis tres Episcopos mittere tenebatur ad Concilium Romanum. 11. III.

Silvestri L. accusari apud Constantinum Imperatorem. 40. V. Eius canones rejehti ab Hincmaro. 40. IV. 140. V.

Simoniacorum poena vetus. 86. I.

Simuellane synodi Acta suspecta. 40. IV.

Siricijs consuetudo de cathedra Sacerdotum, Presbyterorum, & Ministrorum. 39. IV. Non statim admittit ab Ecclesia Gallicana. 118. I.